
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01646956 1

PATRUM

NOVA BIBLIOTHECA.

NOVAE PATRUM BIBLIOTHECAE

TOMUS QUARTUS.

SANCTI GREGORII NYSSENI, EUSEBII CAESARIENSIS, DYDIMI ALEXANDRINI, IOHANNIS CHRYSOSTOMI

ET ALIORUM NOVA SCRIPTA.

ITEM

NICETAE BYZANTINI


REFUTATIO CORANI AMPLISSIMA.

PETRI SICULI

HISTORIA ET REFUTATIO MANICHAEORUM.

DIALOGI ET ALIA SCRIPTA CONTRA EOSDEM MANICHAEOS.


OMNIA CUM EDITORIS INTERPRETATIONE PRAEFATIONIBUS
ET ADNOTATIONIBUS.



ROMAE

TYPIS SACRI CONSILII PROPAGANDO CHRISTIANO NOMINI.

M.DCCC.XLVII.



EDITORIS PRAEFATIO.

I. Fuit hoc complurium auctorum veterum fatum, ut ipsorum libri in codicibus antea latentes, post inventos typos haud statim integra editione prodirent, sed identidem et per intervalla, prout se singula opera quaerentibus obtulerunt. Certe et magnus ille Gregorius Nyssae episcopus, post minutiores aliquot editiones, duobus demum tomis collectus, Parisiis anno 1615. splendidiore luce coruscus apparebat. Sed ecce mox, sequente anno 1616, Iacobus Gretserus lautam Nysseni mantissimam ex Germanorum codicibus excitabat; quam typographus parisiensis Morellus anno 1618. raptim recusam, tomi sui posterioris appendicem fecit. Verum eatenus res non stetit, etenim L. A. Zacagnius bibliothecae vaticanae praefectus, nova atque copiosa Nysseni incrementa exhibuit in suo praeclaro collectaneorum volumine anno 1698. Romae vulgato. Denique I. B. Caracciolus pisanus antecessor septem ineditas Nysseni epistolas, in mediceo codice inventas Florentiae typis tradidit. Nunc nos postremi ad cumulandas Nysseni editiones accedimus, duobus adhuc additis tanti patris tractatibus, dogmatici generis, quos vaticanus codex 1906. bombycinus, vetus, amplus, et Nysseni operum plenus, nobis suppeditavit: quae duo scripta cum graece tantum festinanterque, absque ulla declaratione, sub finem nostri Scriptorum veterum voluminis superioribus annis impresserimus; nunc codice rursus inspecto, mendis sublatis, particulis suppletis, interpretatione nostra latina cum scholiis aliquot addita, ss. bibliorum etiam testimoniis citatis, ex calce illius veteris ad huius novi voluminis caput revocamus. Nysseni operum accessiones.

II. Ut autem sermonum horum iustam faciant lectores aestimationem, mentem quaeso convertant ad ea tempora, quibus vixit Gregorius, Arianorum aliorumque haereticorum plenissima, sub arianis imperatoribus Constantio atque Valente, qui ob orthodoxiam profligandam haeresimque teterrimam stabiliendam vires propemodum summi imperii exhauriebant. Tunc ad ceteras miserias accessit impius Macedonius, qui bis occupata byzantina sede, virus suum praecipue adversus sancti Spiritus divinam dignitatem effudit. Sed ecce magno Theodosio principe constantinopolitanum primum celebratum fuit anno 381. generale concilium, sedentibus ibi, inter alios, illustrissimis ecclesiae patribus, et haereticorum sui temporis malleis, Cyrillo hierosolymitano, Gregorio nysseno, Gregorio nazianzeno, Amphilochio iconiensi. Circa illa videlicet tempora, sermones hi Nysseni, et posterior praesertim, conscripti fuerunt. Etenim prior προσφωνητικὸς quidam videtur ad certum hominem missus, sive is orthodoxus fuerit sive in hostium castris constitutus, cui Filii divinitatem auctor suadet. Nam propositis sibi Arii ac Sabellii, praesertimque Achillii Arianorum praecipui, obiectionibus ex evangelio Pauloque apostolo sumptis, dissolvit eas peracute, fideique veritatem quaque versus communit. Atque hoc statim prima in pagina notabile occurrit, quod Nyssenus ait a Sabellianis patrem dictum υἱοπάτορα, quia confundentes Patrem cum Filio, illa vocabulorum coniunctione unum eundemque patrem Sermo I. ex cod. vat.

esse ac Filium denotabant. Neque a se dissentit Nyssenus in orat. II. contra Eunomium T. II. p. 733, ubi ait: « qui vocabulum Filii non ad personam sed ad naturam referrent, eos in haereticorum errorem incursuros qui dicuntur hyopatores. » Nimirum quia quum sit una Patris Filiique natura, iam distinctio personarum nulla supererit. Clarius adhuc Cyrillus in Ioh. cap. VIII. p. 243: « alius est Pater a Filio, » nec ut quibusdam ineruditis visum est haereticis, hyopator seu filiopater inducendus » est. Item canon VII. constantinopolitanus Sabellianos qui hyopatoriam docent etc. » Denique Ammonius in catena ad Iobum I. 1. « Sabellii, inquit, haeresim per hoc » evertit, Patris ac Filii hypostasim designans; non enim hyopatoriam ecclesia ad» mittit. » Refert haec omnia testimonia, novo nostro excepto, Suicerus, qui tamen a Nysseno dissentit, ac fallitur, dum filio potius, quam patri datum hyopatoris nomen a Sabellianis putat. Etenim praeter quam quod Nysseni auctoritas perspicua est; Sabellianos Filium non admisisse, sed Patrem tantummodo, exploratum aliunde est. Verumtamen multo gravius quam Suicerus falli mihi Allatius videtur (cuius emendandi causa, si hoc in tantum virum licet audere, superiora testimonia invocavi.) Is enim contra Creyght. exercit. X. in argumento p. 165. definiendum sibi proponit quae sit υἱοπατορίας haeresis. Tum p. 180. ita scribit. « Sub Damasi papatu exorta » haeresis est, sive ab Arianis disseminata, sive ab aliis enata, quae uti Patrem Fi» lii, ita Filium Spiritus sancti genitorem adseverabat: sicque duos Filios in Trinitate » substituebat, Filium et Spiritum sanctum; et duos Patres, Patrem ac Filium. » Et rursus p. 187. « Auctores ergo υἱοπατορίας generari Spiritum a Filio; ideoque Fi» lium, Spiritûs patrem adserebant: et hac re duos in Trinitate Patres, Patrem in» genitum, et Filium genitum introducebant; et duos Filios, Filium scilicet et Spi» ritum sanctum. » Falli, inquam, mihi videtur Allatius; nam praedictis in testimoniis numquam de Spiritu sancto agitur, numquam quaeritur utrum Spiritus sanctus Filii sit filius. Igitur hyopatoria non dicitur a praedictis sacris auctoribus de Filio tamquam Spiritum sanctum gignente, sed tantum de errore Sabellii qui ut Filium cum Patre confunderet, Patrem copulatis vocabulis υἱοπάτορα nuncupabat. Quod si haeresi a Damaso damnatae (Labb. concil. T. II. p. 895. et 901.) hyopatoriae nomen imponere vult Allatius, is certe secundum Nysseni, Cyrilli, aliorumque mentem non loquitur; apud quos hyopator est Pater cum Filio confusus, non Filius Spiritus sancti pater. Verumtamen de hac vocabuli controversia, doctiorum esto iudicium.

Sermo II. ex cod. vat.

III. Posterior prolixiorque Nysseni sermo Spiritus sancti maiestatem, et cum Patre Filioque aequalitatem, adversus Macedonianos tuetur; obiectis sibi refutatisque Pneumatomachorum argumentis, et insuper de suo additis gravis ponderis confirmationibus. Iam vero secundi huius sermonis contigit mihi ut testimonia quoque antiquorum nanciscerer, quae p. 20. in scholio exposui. Et quod ad Allatium adtinet ibi pariter a me laudatum, lectores moneo, testimonium idem ab eo repeti in synodi ephesinae vindiciis cap. 70. Atque ut septis nostris paulo excedamus, narrat etiam Bandinius in catalogo Bib. Laur. gr. T. III. p. 324, narrat inquam, in mediceo codice octavo, plut. 86, inter varia patrum excerpta legi etiam *Gregorii nysseni fragmentum ex oratione de Spiritu sancto contra Macedonianos.* Num id vero in citatum ab aliis Graecis (ut in adn. nostra) incidat, an diversum sit, equidem sine codicis florentini inspectione definire nequeo. Sed etiamsi id forte nostris in paginis non legeretur, locus ei superest in lacuna in quam vaticani sermonis finis demergitur.

IV. Quia vero Nysseni, praeter hos duos sermones, aliud quoque lacunae supplementum reperi (infra p. 52-53.) tertii de oratione dominica sermonis, quod ex codicibus antiquissimis sumptum, praeclarissimum processioni Spiritus sancti etiam a Filio testimonium dat, propterea de fragmento illo peculiarem institui disputationem, in qua praeter notitiam historicam, vaticanos eius sermonis codices in quatuor classes dispescui, 1. quae particulam EK continet, 2. quae hanc particulam retinet quidem, sed abrasam, 3. quae habet lacunae supplementum, sed sine particula EK, quia classis huius codices ex uno vel pluribus manarunt exemplaribus, in quibus eam particulam photiani homines deleverunt, 4. quae toto prorsus caret fragmento, quia folium adamussim unum, facta supputatione, constat a photianis fuisse detractum; cuiusmodi hiantem codicem Fronto Ducaeus reapse habuit, nec defectum sensit, ideoque editio eius a Morellio curata, totum illud, sine ullo lacunae indicio, fragmentum desiderat. Atque hac capta occasione, multas alias schismaticorum ausu corruptiones sacris libris inlatas recensui. Hactenus de parte minima voluminis nostri disseruimus. Partes vero eius reliquae peculiaribus singulae praefationibus instructae a nobis propriis in locis fuerunt: quare nihil iam superest, nisi ut omnium articulorum catalogum singillatim perscribamus.

Fragmentum aliud ex cod. vat.

IN PARTE PRIMA VOLUMINIS.

IN PARTE SECUNDA VOLUMINIS.

IN PARTE TERTIA VOLUMINIS.

TABULARUM IN AERE CUSARUM DESCRIPTIO.

I. Huius tabulae particulae duae pertinent ad praecedentes tomos S. Cyrilli, id est 1. et 6. Particulae vero aliae tres, id est 2. 4. et 5. pertinent ad Nysseni scripta hoc in tomo edita. Particula 8. est ex codice catenae Patrum in psalterium, inter quos est Didymus. Particula 9. est ex alia catena, ubi Eusebii commentariorum in psalmos continuatio. Denique particula 3. est ex praestante item catena, ubi inter alios auctores occurrit Nyssenus in psalmos.

II. Adnotationes duae ad Isaiam et Ezechielem, ex codice miro antiquissimo, de quo nos loquimur p. 318.

V. 2.

1. S. Cyrilli alexandrini in Lucam.

2. S. Gregorii Nysseni adversus Arium et Sabellium.

3. Eiusdem Nysseni in psalmorum inscriptiones.

4. Eiusdem Nysseni ex sermone tertio in cod. ... Vat. 2066 f. 86 b.

5. Eiusdem Nysseni ex eodem sermone Cod. Vat. 1409 f. ... b.

6. S. Cyrilli alex. de Dogmatis

7. Petri siculi adversus Manichaeos lib. II

8. Didymi alex. in psalmum ...

9. Eusebii caesar. in psalmum ...

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΛΟΓΟΣ

ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΟΥ ΚΑΙ ΣΑΒΕΛΛΙΟΥ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII EPISCOPI NYSSAE

SERMO

ADVERSUS ARIUM ET SABELLIUM.

1. Eructavit cor meum verbum bonum, nuper psalmista dixit. Hoc bonum verbum, Arii et Achillii adseclae irreligiosissimo effato ausi sunt creaturam facturamque praedicare, multosque in errorem suum pertraxerunt. Sabelliani autem contraria his sentientes, filii quidem personam de medio tollere conantur; ipsum vero patrem, unum duobus nominibus praeditum putantes, hyiopatorem, id est filium simul patremque, appellant. Utraque quidem sententia, ceu duplex laqueus, a praedictis intenditur; media vero incedit angusta quaedam et arcta via, quae ad vitam, ut ait evangelium, ducit; a qua multi homines declinantes, in altera grassationem patiuntur. Tu autem mihi videris in utram-

α΄. Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθὸν (1), ἀρτίως ὁ ψαλμῳδὸς ἔλεγε· * τοῦτον τὸν ἀγαθὸν λόγον τοῦ θεοῦ οἱ μὲν κατὰ Ἄρειον καὶ Ἀχίλλιον (2) τὴν ἀσεβεστάτην φωνὴν προϊέμενοι, ἐτόλμησαν κτίσμα καὶ ποίημα διακηρύξαι, καὶ πολλοὺς τῇ ἑαυτῶν ἐφείλκυσαν πλάνῃ· οἱ δὲ κατὰ Σαβέλλιον τἀναντία τούτων φρονοῦντες, ἀναιρεῖν μὲν πειρῶνται τὴν ὑπόστασιν τοῦ υἱοῦ, αὐτὸν δὲ τὸν πατέρα ἕνα ὄντα δυσὶν ὀνόμασι γεραίροντα οἰόμενοι, υἱοπάτορα (3) προσαγορεύουσιν· αἱ δ' ἑκάτεραι δόξαι αὗται ὥσπερ παγίδες δύο τέθεινται ὑπὸ τῶν προηγορουμένων· δίεισι δὲ μέση τὶς ὁδὸς στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· ταύτης οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκκλίνοντες, τῆς ἑτέρας θήραμα γίνονται·

* Ps. XLIV. 2.

(1) Hanc psalmi locutionem intellexerunt de Verbi aeterni generatione Athanasius in commentario, nec non Cyrillus item in sua explanatione apud nos; denique et Ambrosius de virginibus lib. III. cap. 1. Quia vero alii patres non de aeterno verbo, sed de prophetico, heic cogitarunt, idcirco Augustinus in sua psalmi huius ·XLIV· enarratione ait: *quis dicit? pater, an propheta? Intellexerunt enim quidam patris personam dicentis: eructavit* etc. *commendantis nobis nativitatem quandam ineffabilem.* Nunc ad priorem illam nobilioremque sententiam accedit noster Nyssenus. Sed cur ait: ἀρτίως, id est *nuper, psalmista dixit?* Nempe quia thema veluti sermonis sui contra Arianos, hunc psalmi versiculum sumpsisse Nyssenus videtur.

(2) Achillius, sive Achillas, diaconus alexandrinus, inter praecipuos et ferventiores Arii sodales atque consectaneos, apud Socratem hist. I. 3, et Theodoretum item hist. I. 4.

(3) Adnotemus vocabulum sabellianum *hyiopator.*

σὺ δέ μοι δοκεῖς (1) δεδοικέναι τὰς ἑκατέρων ἐμπτώσεις, καὶ αὐτὴν ἀποφεύγειν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, οἰόμενος μὴ δεῖν περὶ Θεοῦ λόγον προχειρίζεσθαι· ὅρα τοίνυν μὴ τῇ τῶν δυοῖν πλάνῃ εὐλαβούμενος, ἀσεβείας τιμωρίαν ὀφλήσεις· αὐτὸς ὁ σωτὴρ πρὸ τῆς
* Ioh. XIV. 6. ἀληθοῦς ὁδοῦ ἑστηκὼς κέκραγε λέγων· * ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια· μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ ἢ εἰς τὰ ἀριστερὰ, ὅπως
* Idem X. 7. μηδετέρᾳ αὐτῶν προστύχῃς· καὶ πάλιν· * ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων· ὁ μὴ εἰσιὼν δι' ἐμοῦ ἀλλὰ ἀλλαχόθεν ἀναβαίνων, κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστὴς, ὃς καὶ ὑπὸ παγίδος ἁλοὺς ἀπολεῖται· ἀκουέτωσαν τοίνυν οἱ πρὸς τὴν τῶν ἑκατέρων πλάνην ἐπιστρέψαντες τὸν νοῦν, ὡς κατὰ φύσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς υἱὸς Θεοῦ ἐστί τε καὶ προσαγορεύεται, καὶ οὐ ποίημα ὢν κατὰ χρῆσιν ὀνομάζεται, ὥσπερ ἡμεῖς, υἱός· καὶ ὅτι οὐκ ἔχων ἀρχὴν ἀλλὰ ἀΐδιος· διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀτελευτήτοις αἰῶσι κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν συμβασιλεύσει τῷ πατρί.

β'. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· πᾶν τὸ ἄναρχον, καὶ ἀγέννητον ἂν εἴη· πῶς ὁ υἱὸς εἰκότως ἂν προσαγορεύοιτο ἄναρχος, οὗ καὶ τ' οὔνομα ἔμφασιν ἀρχῆς ἔχει; υἱὸς γὰρ ἐκ τοῦ γεγεννῆσθαι ὠνόμασται· γένεσις δὲ ὅτι ὑπ' ἀρχὴν ὑποπέπτωκεν, οὐκ ἄν τις ἀνήναιτο. Εἰ οὖν υἱὸς τυγχάνει, δηλοῦται ἡμῖν ἐκ τῆς γεννήσεως ἀρχὴν εἰληφώς· ἴσως δὲ καὶ τέλος ἕξει, εἴποι τίς ἂν κατὰ τὸν φιλόσοφον λόγον·
* I. Cor. XV. 24. et 28. καὶ ὁ ἀπόστολος δέ φησι * ὑποταγήσεσθαι αὐτὸν τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ παραδώσειν αὐτὸν τὴν βασιλείαν τῷ πατρὶ καὶ Θεῷ· ὡς ὑπειλῆφθαι αὐτὸν οὐκ ὄντα πρὸ τοῦ γεννᾶσθαι, πάλιν εἰς τὸ μὴ εἶναι χωρήσειν. Ἀνάβηθί μοι ἐπὶ τῆς ἀσφαλοῦς πίστεως μὴ συναρπασθῇς ὥσπερ βιαίᾳ πνοῇ τῇ τῶν τοιούτων λογισμῶν ἀπάτῃ, ὡς χνοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος, ἐκ τῆς στενῆς καὶ εὐθείας ὁδοῦ ἐπὶ βάραθρα τῆς ἀπωλείας· εἰ γὰρ ὁ πατὴρ τῶν ὅλων ἀγέννητος καὶ

que partem lapsum timere, ideoque et ipsam defugere veritatis viam, dum censes non oportere de Deo verba fieri. Cave igitur, ne dum in utraque via errorem metuis, irreligiositatis poenam incurras. Namque ipse Servator in verae viae capite constitutus clamavit dicens: ego sum via et veritas: cave in dexteram sinistramve partem devies, ne forte in neutra consistas. Et rursus: ego sum ostium ovium. Qui per me non introierit, sed aliunde subierit, fur est et latro, qui etiam laqueo captus peribit. Audiant ergo qui ad alterutrum Arii vel Sabellii errorem mentem suam converterunt, audiant, inquam, servatorem nostrum Iesum Christum naturalem Dei esse filium et appellari; non autem ceu creaturam, abusione quadam, humano more filium nominari: neque eum habuisse initium, sed aeternum esse, ideoque per infinita saecula in propria hypostasi cum patre regnaturum.

2. Atqui dicet fortasse aliquis: omne quod initio caret, erit item ingenitum. Quomodo ergo filius recte dicetur esse absque initio, cuius vel ipsum nomen initium demonstrat? Nam filius ex eo quod sit genitus nominatur. Quod autem generatio notionem initii contineat, nemo negabit. Si ergo filius est, iam nobis constat eum ex generatione initium esse sortitum. Et fortasse etiam finem esse habiturum, dicet aliquis philosophicam rationem secutus. Quin adeo apostolus ait, ipsum fore subiectum illi, qui eidem cuncta subiecit, patrique Deo regnum traditurum. Quamobrem arbitrari licet, ipsum haud extitisse ante quam gigneretur, rursusque in nihilum fore dissolvendum. Agesis, mecum conscende in tutam fidei arcem, ne quasi violento flatu ab horum argumentorum fraude abreptus, pulveris instar quem ventus rapit, extra angustam rectamque viam in perditionis barathra proiiciaris. Nam si uni-

(1) Loquitur Nyssenus cum aliquo, cui petenti hoc tractatu respondet; vel potius dubitantem in religione hominem, aut omnino haereticum obiurgat.

versalis pater ingenitus est et aeternus, sapiens potensque; apostolus autem, dum fidem erga Iesum nunciat, ipsum omnibus praedicat ceu Christum Dei virtutem et Dei sapientiam, quomodo audent temporis limitibus concludere eiusdem generationem, neque aeternam et absque initio reputare? Nam si secundum nonnullorum opinionem spatio temporis Servatoris nostri generatio cohibetur, violatur honor non filii tantummodo verum etiam patris, iuxta ipsius filii dictum: neque me scitis neque patrem. Qui non honorificat filium, ne patrem quidem honorificat; videlicet quasi ille non extiterit ante quam gigneretur, vel quasi hic virtutem sapientiamque non habuerit prius quam filius ipsi esset. Porro consentaneum erit ut hi existiment, ne Deum quidem extitisse, ante quam filii pater evaderet. Nam quo pacto Deus fuerit, nisi virtutem ac sapientiam possederit? Iam vero si Deum ab aeterno existentem divinae nobis scripturae testantur, is sapientiam semper atque virtutem, id est Christum, secum habuisse credendus est.

ἀΐδιος σοφός τε καὶ δυνατὸς, ὁ δ' ἀπό-
στολος τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν εὐαγγελι-
ζόμενος διακηρύττει πᾶσι Χριστὸν θεοῦ
δύναμιν καὶ θεοῦ σοφίαν *, πῶς ἂν τολ- * I. Cor. I. 24.
μῶσιν ὑπὸ χρόνον ἄγειν αὐτοῦ τὴν γέν-
νησιν, καὶ οὐκ ἀΐδιον οὐδὲ ἄναρχον ὑπο-
λαμβάνειν; εἰ γὰρ κατὰ τὴν τινῶν ὑπό-
ληψιν ὑπὸ χρόνου μοῖραν πέπτωκεν ἡ τοῦ
σωτῆρος ἡμῶν γένεσις, ἠτίμασται ἔτι οὐ
μόνον ὁ υἱὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ κατὰ
τὴν τοῦ υἱοῦ φωνὴν *, οὔτε ἐμὲ οἴδατε οὔτε * Ioh. VIII. 19.
τὸν πατέρα· * ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ * Idem V. 23.
τιμᾷ τὸν πατέρα· ὃς μὲν, ὡς οὐκ ὢν πρὸ
τοῦ γενέσθαι· ὃς δὲ, ὡς μὴ ἔχων δύναμιν
καὶ σοφίαν πρὸ τοῦ εἶναι αὐτὸν υἱόν· ἀκο-
λούθως δ' ἂν ὑπολαμβάνοιεν οἱ τοιοῦτοι
μηδὲ θεὸν εἶναι αὐτὸν πατέρα ποτὲ, πρὶν
γενέσθαι τοῦ υἱοῦ· πῶς γὰρ ἂν θεὸς, εἰ
μὴ δύναμιν καὶ σοφίαν ἐκέκτητο; εἰ δὲ
ἀεὶ ὢν θεὸς ὑπὸ τῶν θείων ἡμῖν γραφῶν
τεθέσπισται, ἀεὶ ἄρα σοφίαν καὶ δύνα-
μιν, τουτέστι τὸν Χριστὸν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ
πιστευτέος.

3. Memini autem me antea promittere, fore ut patris imaginem atque filii tamquam in speculo vobis demonstrarem; quandoquidem humano sermoni res divinae naturae non subiacent. Nam et ipse Deus haud secundum propriam magnitudinis virtutem nobiscum loquitur, sed suam humanis auditibus vocem attemperat, quô fieri possit, ut divinam vocem auribus percipiamus: quemadmodum etiam immensam et incomprehensibilem magnitudinem suam humanis accommodat visibus; et quum sit Deus, homo apparuit: exinanivit enim semet ipsum, formam servi accipiens, ut possemus homines Deum videre. Sicuti ergo credimus Deum, etsi homo non sit, hominem apparuisse, quamquam suapte natura Deus fuerit et sit, quia inmensurabilem suam magnitudinem corpore circumscripsit, atque in se ipso, tamquam in speculo, totam nobis Dei magnitudinem ostendit, ut

γ'. Μέμνημαι δὲ ὑποσχόμενος ἔμπροσθεν ὥσπερ δι' ἐσόπτρου δείξειν ὑμῖν τὴν εἰκόνα τὴν περὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν· ἐπείπερ ἀνθρωπίνῳ λόγῳ τὰ κατὰ τὴν θείαν φύσιν οὐχ ὑποτέτακται· ὁπότε γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς οὐ κατὰ τὴν ἰδίαν τοῦ μεγέθους δύναμιν διείλεκται ἡμῖν, ἀλλὰ συμμετρεῖ ταῖς ἀνθρωπείναις ἀκοαῖς τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν, ὅπως οἷοί τε ὦμεν ταῖς ἀκοαῖς τὴν θείαν φωνὴν ὑποδέξασθαι. Καὶ γάρ τοι καὶ τὸ ἀνύποιστον καὶ ἀπερίληπτον μέγεθος αὐτοῦ συμμετρεῖ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ὄψεσι· καὶ θεὸς ὢν, ἄνθρωπος πέφηνε· ἐκένωσε γὰρ ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβὼν, ἵνα δυνηθῶμεν οἱ ἄνθρωποι θεάσασθαι θεόν· ὥσπερ οὖν πεπείσμεθα ὅτι οὐκ ὢν ἄνθρωπος, πέφηνε μὲν ἄνθρωπος, κατὰ φύσιν δὲ θεὸς ἦν τε καὶ ἐστὶ, τὸ ἀπερίληπτον μέγεθος αὐτοῦ σώματι περιγράψας, καὶ δι' ἑαυτοῦ, ὥσπερ δι' ἐσόπτρου, τὸ ὅλον ἡμῖν μέγεθος τοῦ θεοῦ πεφήνας, ἵν' ὥσπερ διόπτρᾳ τούτῳ χρησάμενοι, καὶ

*

τοῦ πατρὸς θεαταὶ γενώμεθα· εἰκὼν γὰρ
* Colos. I. 15. τοῦ ἀοράτου θεοῦ κατὰ τὸν ἀπόστολον * τυγ-
χάνων εἴρηκεν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν
* Ioh. XIV. 9. πατέρα· * οὕτως καὶ διὰ τῶν ἐν ταῖς γρα-
φαῖς κατὰ τὸ μέτρον τῶν ἀκοῶν ἡμῶν εἰρη-
μένων, μὴ ἁρμοζόντων δὲ πολλαχῶς τῇ
θεότητι δι' ἀσθένειαν λόγου, ἀναλόγως
θεωρῶμεν αὐτὸν τῇ διανοίᾳ· ὥσπερ γὰρ
θεὸς σώματι περίγραπτος ἡμῖν ὦπται
διὰ τὰς ὄψεις, οὕτως καὶ ὁ λόγος μικρό-
τερος ἢ κατὰ θεὸν, κεκήρυκται διὰ τὰς
ἀκοάς.

δ'. Δέδεικται δὲ, ὥσπερ προέφημεν,
διὰ ταύτης τῆς γραφῆς ὡς ἀνθρώπινος λό-
γος θεόν τε καὶ τὰ κατ' αὐτὸν οὐκ ἂν
ἐνδέξαιτο· ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὑπολέλειπτο
μέρος λόγου τὸ μηνύον τὴν ἀϊδιότητα τοῦ
υἱοῦ, τῇ προθέσει ὥσπερ αἰνίγματι ση-
μαίνει σύγχρονον εἶναι τῷ πατρὶ ἡ γραφὴ
* Ps. CIX. 3. λέγουσα, πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· * καὶ
πρὸ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με καὶ ἑκά-
* Prov. VIII. 25. στου δημιουργήματος· * τοῦτο τὸ μέρος
τοῦ λόγου προτιθεῖσα ἡ γραφὴ, ἄναρχον
αὐτὸν ἀποφαίνει· τὸ γὰρ προυπερβατικὸν
πάντων ὂν, καὶ μάλιστα ὅτε πρὸ τῶν αἰώ-
νων λέγει, εἰς τὸ ἀΐδιον καὶ ἄναρχον τρέπει
* ita cod. ἡμῶν τὸν νοῦν· πῶς οὖν τῷ πατρὶ συναεὶ *
[καθε]ζόμενος τὸ υἱὸς εἶναι καὶ γεγεννῆ-
σθαι ἐπιγέγραπται, εἰκόνα σοι τούτων προ-
τείνω, ἐπείπερ τὴν κατὰ φύσιν οὐ καθικνεῖ-
ται ὁ λόγος, τὴν ἀκτῖνα ὑπὸ τοῦ ἡλίου·
πῶς οὐκ ἂν φήσειας τετέχθαι καὶ τὸ φῶς
ὑπὸ τοῦ λύχνου; ἀλλ' ὥσπερ οὐ πρότερον
ὁ ἥλιος, ἔπειτα ἡ ἀκτὶς, ἀλλ' ἅμα τῷ
εἶναι ἢ γεγονέναι τὸν ἥλιον, ἐστί τε καὶ γέ-
γονεν ἡ ἀκτίς· καὶ ἅμα τῷ ὑπάρξαι τὸν
λύχνον, ὑπῆρξε καὶ τὸ φῶς· καὶ τὸ γεννώ-
μενον ὑπὸ τοῦ λύχνου, οὐ μετά τινα χρό-
νον ἀλλὰ σὺν αὐτῷ γεννώμενον φαίνεται·
οὕτως οὐ πρῶτος θεὸς, μετέπειτα δὲ ἡ
σοφία αὐτοῦ, ἀλλ' ἅμα τῷ εἶναι τὸν θεὸν
τῶν ὅλων, ἦν δὲ πάντοτε, ἦν ἄρα καὶ ἡ
σοφία τουτέστιν ὁ Χριστός· καί τοι γεννω-
μένη ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ γέννημα εἰκότως
προσαγορεύεται ἡ σοφία τοῦ διαδεικνυμέ-
νου αὐτήν· τὸ δὲ πρὸ πάντων βουνῶν

eo veluti conspicillo utentes, patris quoque spectatores fieremus; (nam quum imago Dei invisibilis sit, teste apostolo, dixit: qui vidit me, vidit patrem;) ita etiam per ea quae in scripturis idonea quidem auditui nostro dicuntur, quin tamen divinitati plerumque sint congrua, ob sermonis nostri infirmitatem, proportionali modo ipsum mente intuemur. Nam sicut Deus corpore circumscriptus nostris se obtulit obtutibus, ita etiam sermo, qui sane infra Dei dignitatem est, auribus nostris praedicatur.

4. Demonstratum itaque est, ut iam diximus, scripturae huius testimonio, humanum sermonem haud posse Deum resque eius aequiperare. Nam quia nulla nobis suppetit pars sermonis, quae filii aeternitatem denotet, verborum circumlocutione, prout sequitur, tamquam aenigmate significat contemporalem esse patri filium scriptura, dicens videlicet: ante luciferum genui te. Nec non: ante omnes colles et quamlibet creaturam gignit me. Hac adiecta sermonis parte, scriptura filium absque initio esse declarat. Nam quod omnia excedit, praesertim quum et ante saecula esse dicatur, id inquam ad sempiternitatem, initiique negationem mentem nostram convertit. Quomodo igitur qui cum patre aeternaliter considet, filius et genitus tituletur, exemplum tibi, quandoquidem rei naturam sermo non adsequitur, in solis radio propono. Quid ni etiam dicas partam esse a lucerna lucem? Sed sicuti non est antea sol, postea radius; sed simul cum substantia naturaque solis, et est et gignitur radius; et simul cum lucerna, lux quoque existit; et quod a lucerna gignitur, non post aliquod tempus, sed cum ipsa pariter genitum apparet; sic non antea Deus est, postea vero sapientia eius; sed una cum existente omnium Deo, qui semper extitit, erat utique etiam sapientia, id est Christus: quamquam reapse genita a Deo fuit, recteque genitura appellatur sapientia illius qui ipsam ostendit. Verba autem « et ante

omnes colles gignit me » demonstrant prorsus genitum hominibus a patre Servatorem. Tum et verba « hodie genui te » de iam genito et secum existente dicuntur: dum tamen vocabulum hodie sub temporis conditionem trahit scriptura, declarat semper illum, procedentibus ex ordine aliis, gigni, donec praedictum hodie pronunciabitur. Si quando autem hodie mundi fine concludetur, tunc haud diutius gignitur, sed semel cunctis iam genitus, et omnium iudex arbiterque sedens vivorum ac mortuorum, aeternaliter cum patre regnabit.

5. Quominus autem ea verba: « Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua » ratiocinia illorum conturbet qui mentem corruptam gerunt, ne id quidem praetereundum est. Etenim interpretes parum quid ab hebraicae scripturae accurato sensu, dum in graecum converterent, declinantes dixerunt « creavit: » sed reapse instituto examine « fecit » potius comperies. Quamquam dictio quoque « creavit me » si sedulo consideretur, haud differre a locutione « fecit me » videbitur. Nam si dixisset tantummodo « Dominus creavit me » quaestionem nonnullis iniecisset: sed quia addidit « initium viarum suarum ad opera sua » perspicue intelligitur dicere: Dominus fecit me, ut praesim operibus eius, et initium viarum suarum mihi commisit. Quandonam enim habuit initium viarum suarum pater? Vel quando operator non fuit? vel a quonam potentiam et efficaciam accepit? Nam si quis dicitur non omnia semper apud se habuisse, ab aliquo alio accepisse cognoscitur; ita ut aliquis alter antiquior ipso Deus intelligatur. Quis autem prior dedit, et retribuetur ei, inquit scriptura? Iam si ab eo sunt omnia, profecto initium viarum eius atque operum numquam invenietur, sed operatorem semper eum fuisse constabit. Quod si omnia per filium facta sunt, et sine ipso factum est ni-

γεννᾷ με, ἐμφαίνει πάντοτε γεννώμενον τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ πατρὸς τὸν σωτῆρα· καὶ τὸ σήμερον γεγέννηκά σε, καίτοι προγεγεννημένον καὶ ἀεὶ συνόντα, ὑπὸ χρόνου μέρει τὸ σήμερον ἄγουσα ἡ γραφὴ σημαίνει, ἀεὶ τοῖς καθεξῆς προϊοῦσιν αὐτῷ γεννᾶσθαι, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται· εἴ ποτε δὲ τὸ σήμερον τῷ κόσμῳ τούτῳ συμπεριορισθῇ τοῖς τέλεσιν, οὐκέτι γεννᾶται, ἀλλ' ἅπαξ τοῖς ἅπασι γεγεννημένος, καὶ πάντων κριτὴς καὶ δικαστὴς καθεσθεὶς ζώντων καὶ νεκρῶν εἰς αἰῶνα βασιλεύσει σὺν τῷ πατρί.

ε'. Ἵνα δὲ μὴ καὶ τὸ κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ *, * Prov. VIII. 22. ἐμποιῇ λογισμοὺς τοῖς διεφθορόσι τὴν διάνοιαν, οὐδὲ τοῦτο παριτέον· οἱ γὰρ ἑρμηνεῖς βραχύ τι τῆς ἑβραΐδος ἀκριβείας τῶν γραφῶν εἰς τὴν ἑλληνίδα παρεκτραπέντες εἶπον μὲν ἔκτισέ (1) με· εὕροις δ' ἂν ἐρευνήσας, ἐποίησέ με· ὅμως δὲ καὶ τὸ ἔκτισέ με ἀκριβῶς νοούμενον, οὐδὲν ἀπᾷδον τοῦ ἐποίησέ με δείκνυται· εἰ γὰρ κύριος ἔκτισέ με εἰρήκει μόνον, ζήτημά τισι καταλέλοιπεν· ἐπεὶ δὲ προσέθηκεν ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, σαφῶς ἂν νοοῖτο εἰρηκυῖα, κύριος ἐποίησέ με ἐπιτάττειν τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ ἀρχὴν τῶν ὁδῶν αὐτοῦ ἐνεχείρισέ μοι· πότε γὰρ ἔσχεν ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ ὁ πατήρ; ἢ πότε οὐκ ἦν ἐνεργής; ἢ παρὰ τίνος τὸ δύνασθαι καὶ τὸ ἐνεργεῖν εἴληφε; τὸ γὰρ μὴ ἀεὶ τὰ πάντα ἔχειν παρ' ἑαυτῷ, ἐμφαντικόν ἐστι τοῦ παρ' ἄλλου τινὸς εἰληφέναι, ὡς ἕτερόν τινα θεὸν πρεσβύτερον αὐτοῦ νοεῖσθαι· τίς δὲ προέδωκε καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ, φησὶν ἡ γραφή *; εἰ δὲ παρ' * Rom. IX. 35. αὐτοῦ τὰ πάντα, οὐδέ ποτε ἄρα ἀρχὴ ὁδῶν αὐτοῦ καὶ ἔργων αὐτοῦ εὑρεθήσεται, ἀλλ' ἀεὶ ἐνεργής· εἰ δὲ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ἀεὶ ἄρα τὴν ἐργαζομένην σοφίαν παρ' ἑαυτῷ ἔχειν ἀναφανδὸν δείκνυται· εἰ δὲ ἀεὶ ἐργάζεται ὁ πατήρ,

(1) Hebraicus textus קָנָה, chaldaicus בְּרָא, vulgatus lat. *possedit*, itala vetus apud nos in speculo S. Augustini *creavit*.

χωρὶς δὲ τοῦ υἱοῦ οὐδὲν εἴργασται, μήπως τὸ ἐκτίσθαι ὑπειλήφασιν, ὕστερόν ποτε δεδημιουργῆσθαι ἵνα ἐργάζηται· ἀλλὰ τὸ ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, σημαίνει ὅτι ἐνεχείρισέ μοι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, ἵν' ὦσιν ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἀρχήν· ἀρχὴν γὰρ οὐ χρονικὴν λέγει, ἀλλὰ τὴν κρατητικήν· καὶ γὰρ καὶ οἱ ἀπόστολοι φασὶ ὅτι καὶ κύριον
* Act. II. 36. καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν· * εἰ δὲ τὸ ἐποίησε, ποίημα καὶ κτίσμα ὀνομάζοιτο, δύο ἂν εἶεν τινὲς οὓς ἐποίησεν, ἕτερον μὲν κύριον, ἕτερον δὲ Χριστόν· Χριστὸς δὲ ὅτι βασιλεὺς προσαγορεύεται, οὐδενὶ τοῦτο ἄγνωστον· ἀλλὰ τὸ ἐποίησε σημαίνει δύο ἀρχὰς ἐγκεχειρίσθαι αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρός, τὴν μὲν κυριακήν, τὴν δὲ βασιλικήν· μᾶλλον ἢ μίαν ἀρχὴν δυσὶ προσηγορίαις γεραιρομένην [ἢ] πλείοσιν. Ἑκάτεροι τοίνυν πεπείσθωσαν οἱ ταῖς ἑκατέραις ἐνειλημμένοι πλάναις, ὡς ἀεὶ σὺν τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς γεννητὸς ἅμα καὶ ἄναρχός ἐστιν· ἄναρχος μὲν τῷ ἀεὶ συνεῖναι τῷ πατρί, γεννητὸς δὲ τῷ τὸν πατέρα ἐσχηκέναι τοῦ εἶναι· ὡς ἔφημεν ἐπὶ τοῦ λύχνου εἰπόντες ὅτι αἴτιος μὲν αὐτὸς τοῦ φέγγους, οὐ μέντοι πρότερον τοῦ φέγγους, ἀλλ' ὁμόχρονος τυγχάνει· οὕτως καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται, καὶ οὐδέποτε παύσεται βασιλεύων· ἐπειδήπερ οὐ δὲ ἤρξατο ἀλλ' ἀεὶ συνηργηκὼς τῷ πατρὶ ἑαυτὸν συνεμ-
* Ioh. V. 17. φαίνει, διὰ τοῦ εἰρηκέναι *, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· ἐπιζητεῖ ἢ τὸ ἕως ἄρτι, τὸ ἀφ' οὗ· ἐπειδὴ
* voc. teredine corruptum. τὸ ἀφ' οὗ, ἐν χρόνῳ τυγχάνει, πα[ρεὶ]ς * τὸ ἀφ' οὗ, τὸ ἕως ἄρτι μόνον εἰπών, ἐνέφηνεν ἀεὶ τὰ πάντα αὐτῷ συνειργάσθαι· ἐργάζεται γὰρ ἕως ἄρτι φύων, ζωογονῶν, αὔξων, πάντα ἡνιοχῶν· καὶ οὐ δέ ποτε παύσεται· οὐ γὰρ ἁρμόσει θεῷ τὸ ἀργεῖν, οὐδ' ἀποκαμεῖται ἐργαζόμενος ἵνα παύσηται.

hil, semper utique operatricem sapientiam apud se habuisse prorsus apparet. Iam etsi semper operatur pater, sine filio autem factum est nihil, nequaquam ob dictionem « creatum fuisse » existiment, ideo postea factum esse, ut exin operaretur. Sed locutio « creavit me initium viarum suarum » significat, mihi vias suas commisisse, ut sub principatu meo sint: principatum vero haud temporis dicit sed potentiae. Namque et apostoli aiunt ipsum et dominum, a Deo factum esse, et Christum. Quod si « fecit » facturam et creationem denotare placuerit, duos sane fecerit, alterum quidem dominum, alterum Christum. Quod autem Christus nuncupetur rex, nemo ignorat. Sed tamen « fecit » duas significat potestates a patre illi traditas, dominicam scilicet et regalem, vel potius unam potestatem duabus vel pluribus appellationibus praeditam. Utrique igitur sibi persuadeant, qui alterutro errore sunt irretiti, filium semper cum patre extitisse, genitum simul et absque initio. Nam sine initio reapse est, quia cum patre ab aeterno extitit; genitus autem, quia a patre ut esset, sortitus est. Veluti diximus de lucerna, quae causa splendoris est, neque tamen ante splendorem est sed contemporalis. Sic etiam in aeternum manebit, et numquam regnare desinet; quandoquidem haud incepit, sed se cum patre semper operari declarat, cum ait: pater meus usque modo operatur, et ego operor. Sed quia locutio « usque modo » ad alteram refertur, nempe « ex quo; » quia « ex quo » in tempore versatur; omissa Iesus locutione « ex quo » et usque modo tantum dicens, demonstravit se omnia semper cum patre esse operatum. Operatur enim usque modo producens, vivificans, augens, cuncta gubernans: nec umquam desinet: neque enim Deo convenit otium, neque lassabitur operans, ita ut ei requie opus sit.

ϛ'. Οἶμαι μὲν οὖν τοὺς ἀρειοπλανεῖς ὥσπερ συνηγορίᾳ κεχρῆσθαι τῇ εὐαγγελικῇ
* Ioh. XIV. 28. φωνῇ λεγούσῃ· * ὁ πέμψας με μείζων μου

6. Opinor autem illos qui Arii errore laborant, ceu patrocinio quodam uti evangelico testimonio dicente: qui misit me,

maior me est; ex quo dicto arguunt Christum esse creaturam atque facturam. Insuper quia Iesus ei a quo magister bonus fuerat appellatus responderit: nemo bonus, nisi solus Deus; hinc sibi opinionem iniectam aiunt, illum quum homo esset, nonnisi abusivam filii appellationem habuisse. Item illud: nemo postremam diem horamve novit, ne angeli caelorum quidem, neque filius, ut est apud Marcum, sed solus pater; id inquam alienum eum fuisse a paterna substantia, ipsis creare suspicionem arbitror. Sabelliani autem, dum locutiones: ego et pater unum sumus; et aliam: qui me vidit, vidit et patrem; et denique aliam: quum tradiderit regnum patri Deo; has inquam dictiones dum sine accurato iudicio legerent, in maximum impietatis errorem praecipites deciderunt; existimantes, propter hominis a Deo defectionem, filium a patre processisse temporaliter: sed eundem rursus post humanorum peccatorum correctionem, reversum celasse semet et cum patre commiscuisse. Nonne vero legisti, o sabelliane, hunc quoque apostolicae scripturae locum, qui opinioni tuae contradicit? Ait enim post alia: secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis, constituensque ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum et potestatem, virtutemque ac dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro. Neque tibi evangelica vox persuadet, non esse temporalem filium, sed in futuro quoque saeculo traditum esse iudicium de omnibus filio? Nam pater, inquit scriptura, non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.

ἐστί (1)· ἀφ' οὗ κτίσμα καὶ ποίημα αὐτὸν ὑπειλήφασι· καὶ τὸ ἀντειπεῖν τῷ προσαγορεύσαντι διδάσκαλον ἀγαθὸν, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς *, ὑπόνοιαν ἐμπεποιηκέναι αὐτοῖς ἄνθρωπον ὄντα, καταχρηστικὴν προσηγορίαν ἐσχηκέναι τὸν υἱόν. Καὶ τὸ, οὐδεὶς οἶδε τὴν συντελεστικὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, οὐδ' οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ υἱὸς, ἐν τοῖς κατὰ Μάρκον εἰρημένοις *, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος, ἀλλότριον τῆς πατρικῆς οὐσίας γεγονέναι τὸν υἱὸν ὑπόνοιαν αὐτοῖς ἐμποιεῖν οἴομαι. Οἱ δὲ κατὰ Σαβέλλιον, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· * καὶ ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν πατέρα· * καὶ τὸ, ὅτε παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ πατρὶ καὶ θεῷ· * οὐ μετ' ἀκριβείας κρίσεως ἀνεγνωκότες, εἰς τὴν μεγίστην τῆς ἀσεβείας ἐκπεπτώκασι πλάνην, οἰόμενοι διὰ μὲν λειποταξίαν ἀνθρωπείνην προεληλυθέναι τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς προσκαίρως· αὖθις δὲ μετὰ τὴν διόρθωσιν τῶν ἀνθρωπίνων πλημμελημάτων ἀναλελυκότα ἐνδύναι τὲ καὶ ἀναμεμίχθαι τῷ πατρί. Οὐκ ἀνέγνωκας, ὦ σαβελλιόφρων, καὶ τόδε τὸ χωρίον τῆς ἀποστολικῆς γραφῆς ὃ ἀντισταίη σου τῇ δοκήσει; φησὶ γὰρ μεθ' ἕτερα· * κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργηκεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Οὐδ' ἡ εὐαγγελικὴ φωνή σε πείθει οὐ πρόσκαιρον εἶναι τὸν υἱὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κατὰ πάντων δίκη ἐγκεχείρισται τῷ υἱῷ; ὁ γὰρ πατὴρ, φησὶ *, κρίνει οὐδένα· τὴν δὲ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα τιμῶσι τὸν υἱὸν καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· καὶ ἑτέρωθί που ὁ ἀπόστολος * ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου Ἰη-

* Matth. XIX 17.
* Marc. XIII. 32.
* Ioh. X. 30.
* Idem XIV. 9.
* I. Cor. XV 24
* Ephes. I. 19.
* Ioh V 22
* II. Thess. I. 7

(1) S. Gaudentius brix. ep. totum scribit sermonem suum ·XIX· de hoc divini Servatoris dicto, aitque sub initio: « hanc habent haeretici Ariani famosissimam quaestionem, qua filium Dei ore sacrilego minorem patre suo esse contendunt, ipsius testimonium proferentes, *quoniam pater maior me est.* Excaecavit eos nequitia cordis eorum etc. » De hoc item dicto habes apud nos Script. vet. T. IV. celebratum a graeca ecclesia concilium. Et quidem locus est hic in vetere atque hodierna theologia apprime tritus; de quo a me plura verba fieri supervacaneum est, praesertim post ea quae scripsi olim ad ariana fragmenta T. III.

σοῦ, φησὶ, ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν φλογὶ πυρὸς, διδοὺς ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅρα πῶς οἱ μὴ ὑπακούοντες δίκην τίσουσι, φησὶ, ὄλεθρον αἰώνιον, ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· τίσουσι δὲ τῷ υἱῷ, ὃν σὺ μηκέτι εἶναι ὑπείληφας.

ζ'. Εἰ δὲ βούλει γνῶναι ὅ τι ποτέ ἐστι τὸ ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ πατρὶ καὶ Θεῷ (1), οὐκ ἀποκρυπτέον σοι, εἰ καὶ δυσεπίδεκτος τῆς ἀληθείας τετύχηκας· καί μοι δοκεῖ ἀνθιστάναι τῷ παρὰ τοῦ Χριστοῦ προσ-
[* Matth. VII. 6.] τάγματι *, μὴ βάλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· ἀλλὰ Θεὸν μιμησάμενος, ἐλπίδων μεθέξω καλῶν, οὐδὲ τοῖς δυσσεβέσιν ἀποκρύψας τὴν ἀλήθειαν· βρέχει γὰρ ὁμοίως, καὶ τὸ φῶς τῆς ἡμέρας ἴσον ἐκτέταται δικαίοις καὶ ἀδίκοις· εἶθ' οὕτω φιλανθρωπούμενος οὐ πεύσῃ τὴν ἀλήθειαν; οὐχ ὑφέξεις τὰς τοῦ νοῦ ἀκοὰς, ἵνα πεισθῇς μηδοτιοῦν πρὸς ἕτερόν τι τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς εἰρημένων ἐναντίωσιν εἶναι, ἀλλὰ συνῳδὸν καὶ σύμφωνον τὸ πᾶν τῷ παντὶ τυγχάνειν; διόπερ οὐ νοητέον κατὰ
[* I. Cor. XV. 28.] τὴν σὴν ὑπόληψιν τὸ * τότε ὑποταγήσεται αὐτὸς τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα· καὶ ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ πατρὶ
[* v. 24.] καὶ Θεῷ· * εἰ γὰρ κατὰ πάντα ὡμοίωτο τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ συνεπάθησε κατὰ τὸν προ-
[* Is. LIII 11.] φήτην *, αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ αὐτὸς τὰς ἀσθε-
[* v. 4.] νείας ἡμῶν ἔλαβε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε *, ἐπεὶ καὶ τὴν δεκτικὴν τούτων σάρκα περιβέβληται, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν φησὶν ἁμαρτίαν
[* II. Cor. V. 21.] ἐποίησεν *, οὐ πεποιηκὼς ἀλλ' ὡς πεποιηκὼς, ἵν' ἡμεῖς δικαιωθῶμεν· καὶ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, ἵνα τῆς κατάρας ἡμᾶς
[* Gal. III. 13.] ἐξαγοράσῃ· * καὶ ἐπικατάρατος ὠνόμασται, τῇ συμπαθείᾳ συνωνυμῆσαι ἡμῖν ἑλόμενος· εἰ ἐν πᾶσι τούτοις γενόμενος ὡμοιώθη τῇ ἀνθρωπότητι, αὐτὴν τὴν μορφὴν τοῦ δούλου ἀναλαβὼν, ὡς αὐτὸς ἠνομηκὼς, ὑπὲρ τῆς

Et alibi apostolus: in revelatione domini Iesu, ait, de caelo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis, sumentis vindictam de iis, qui non obediunt evangelio domini nostri Iesu Christi. Videsis quomodo contumaces perferent inquit poenas, exitium scilicet sempiternum, cum venerit glorificari inter sanctos suos. Poenas, inquam, solvent filio, quem tu haud amplius existere opinaris.

7. Si vero cognoscere aves, quid significet dictio « quum tradiderit regnum patri Deo » ne hoc quidem te celabo, quamquam haud facile veritatem recipis: mihique quominus id agam adversari videtur effatum illud: nolite proiicere margaritas vestras ante porcos. Sed tamen Deum imitans, spem bonam retinebo, et ne irreligiosos quidem veritatem celabo. Pluit enim aeque Deus, diurnamque lucem aeque affundit iustis et iniustis. Tu vero caritatem tantam expertus, veritatem non exquires? Non praebebis mentis auditum, ut persuaderi tibi possit, nullam scripturae partem alteri contradicere, sed omnia invicem consona esse et consentanea? Itaque non est ad sententiae tuae normam intelligenda dictio: « tunc ipse subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. » Item: « et cum tradiderit regnum patri et Deo. » Nam si in omnibus factus est similis humano generi, et compassus est, ut ait propheta: ipse iniquitates nostras portat, et pro nobis dolet; et languores nostros ipse excepit, et infirmitates nostras ipse portavit; quandoquidem capacem huiusmodi malorum carnem induit, et pro nobis peccatum extitit, haud equidem hoc expertus, sed specie tenus peccator, ut nos iustificaremur; factusque est pro nobis maledictio, ut nos de maledictione redimeret; et maledictus appellatus est, compassione sua par nostro nomen sponte adsumens. Atque ita his omnibus in se receptis, humano generi similis factus, ipsaque servi forma suscepta,

(1) De hoc Pauli dicto integram et prolixam scripsit orationem Nyssenus, quae extat in opp. T. I. p. 838-853. Item Zeno veronensis tractatum suum sextum.

ceu ipse peccasset, proque humano genere propriam offerens ultro personam, patrem placavit atque ad misericordiam inflexit. Sed quia non universum hominum genus filio erat subiectum, ipse vero quamquam reapse subiectus, attamen populi inobedientiam videbatur et credebatur coram patre sibi inscripsisse; si omnia filio tandem aliquando subiicientur (nondum enim cuncta subiecta ei videmus) tunc dicet: omnia mihi subiecta sunt. Cunctis vero ei subiectis, tunc demum ipse videbitur ei subiectus, qui omnia eidem subiecit. Nam si nos omnes Christi essemus, Christus quoque Dei esset, eique foret subiectus. Quod si nos nondum Christi sumus, ne Christus quidem adhuc Dei est, qui pro nobis dolet. Cum ergo omnes Christi erimus, tunc et Christus Dei erit, per semet cunctos subiiciens patri quos antea ab eodem acceperat, ut sit Deus omnia in omnibus. Interim non videtur quodammodo patri subiectus, propterea quod homines ei commissi, et quorum gerit imaginem, nondum ei subiecti sunt. Sed quum denique omnia ei subiecta fuerint, tunc videbitur Deo patri regnum tradere. Porro regnum non est intelligenda dignitas sceptri: non enim pater indiget ut regalem dignitatem a filio accipiat, quam ei antea ad usum indulserit, postea vero revocarit. Hoc enim mihi innuere videris. Insuper non adversus filium tantummodo impie agis, dum eius hypostasim destruis, verum etiam adversus patrem, quem regem esse negas; si quidem aliquando regnum filio tradidit, ab eo idem deinde recepturus, ceu hac dignitate indigens. Tradet autem ipsi non regni dignitatem, ut antea diximus, sed regnatos ab se homines et sibi subiectos. Huiusmodi regno exhibito traditoque, dicet: haec regalis dignitas, hoc sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis meae. Nec non: ecce ego et pueri, quos mihi dedit Deus.

ἀνθρωπότητος τὸ ἴδιον πρόσωπον προβαλλόμενος, ἐξέτρεπε τὸν πατέρα πρὸς ἔλεος ἐπικαλῶν· καὶ ὡς οὐχ ὑποτέτακτο τῷ υἱῷ πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης, καὶ αὐτὸς ὢν μὲν ὑποτεταγμένος ἐδόκει τε καὶ διείληπτο τὴν ἀνυποταξίαν τοῦ λαοῦ ἐν ὄψει τοῦ πατρὸς ἐπιγραφόμενος· εἰ δέ ποτε πάνθ᾽ ὑποταχθείη τῷ υἱῷ, νῦν γὰρ οὐδέπως ὁρῶμεν πάνθ᾽ ὑποτεταγμένα αὐτῷ, ἐρεῖ πάνθ᾽ ὑποτέτακταί μοι· πάντων δὲ αὐτῷ ὑποταγέντων, τότε αὐτὸς φανήσεται ὑποτεταγμένος τῷ ὑποτεταχότι αὐτῷ τὰ πάντα· εἰ γὰρ πάντες ἡμεῖς εἴημεν Χριστοῦ, καὶ Χριστὸς θεοῦ ἂν ἦ τε καὶ ὑποταχθείη· εἰ δ᾽ ἡμεῖς μήπω Χριστοῦ, οὐδέπω καὶ Χριστὸς θεοῦ, ὁ δι᾽ ἡμᾶς ὀδυνώμενος· ὅταν οὖν πάντες Χριστοῦ γενώμεθα, τότε ἔσται καὶ Χριστὸς θεοῦ, δι᾽ ἑαυτοῦ τοὺς πάντας ὑποτάττων τῷ πατρὶ οὓς πρότερον παρ᾽ αὐτοῦ εἰλήφει, ἵνα ἦ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι· ἐπεὶ δὲ δοκεῖ πως μὴ ὑποτετάχθαι τῷ πατρὶ, τῶν ἐγγυημένων ὑπ᾽ αὐτοῦ, καὶ ὧν τὴν εἰκόνα φέρει, μηδέπω ὑποτεταγμένων αὐτῷ, ὅποτε δὲ ὑποταχθείη αὐτῷ τὰ πάντα, τότε φανήσεται παραδιδοὺς τὴν βασιλείαν τῷ πατρὶ καὶ θεῷ (1)· βασιλείαν δὲ νοητέον οὐ τὸ ἀξίωμα τῆς σκηπτουχίας, οὐδὲ γὰρ ἔτι δεῖται ἀξιώματος βασιλικοῦ ὁ πατὴρ, ἵνα παραλάβη τοῦ υἱοῦ ὃ πρότερον ὡς εἰς χρῆσιν αὐτῷ συγκεχωρηκὼς ἐτύγχανε τοῦτο ἀνακαλούμενος· τοιοῦτο γὰρ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖς· ἔτι μὲν ἀσεβεῖς οὐ μόνον εἰς τὸν υἱὸν ἀναιρῶν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν πατέρα ἀποφαίνων αὐτὸν οὐκ ὄντα βασιλέα ποτὲ συγκεχωρηκότα τῷ υἱῷ τὴν βασιλείαν, εἶτα ἀποληψόμενον παρ᾽ αὐτοῦ ὡς δεόμενον τοῦ ἀξιώματος· παραδώσει δὲ αὐτῷ οὐ τὸ ἀξίωμα, ὡς προείρημεν, τῆς βασιλείας, ἀλλὰ τοὺς βασιλευθέντας ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ ὑποταγέντας αὐτῷ· ταύτην τὴν βασιλείαν προσενηνοχὼς καὶ παραδεδωκὼς, ἐρεῖ· * τοῦτο βασίλειον, τοῦτο ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν μοι· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ

* I. Petr. II. 9.

(1) Par sententia est apud sanctum Cyrillum in thesauro T. V. part. I. p. 256.

[* Hebr. II. 13.] θεός· * αὐτὸς γὰρ ἔδωκεν αὐτῷ, ὑποτάξας αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη· δώσω γάρ σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ [* Ps. II. 8.] πέρατα τῆς γῆς. *

η'. Ἴσθι δὲ καὶ τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, μὴ ἀναιρεῖν τὴν ὑπόστασιν τοῦ υἱοῦ· ἓν γάρ εἰσι τὴν οὐσίαν, ἓν τὸ ἀξίωμα, ἕν εἰσι τὴν γνώμην, ἕν εἰσι τὴν φρόνησιν, οὐχ ἓν δὲ τὴν ὑπόστασιν· δειχθήσεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἀποστόλου ὅτι τὸ ἓν οὐκ ἔστι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως, [* I. Cor. III. 8.] ὡς πολλάκις τάττεται *, ὡς ἐπὶ τοῦ φυτεύοντος καὶ τοῦ ποτίζοντος (1)· τὸ δ' ἐπιμεριζόμενον ὄνομα διαιρεῖ τὴν ὑπόστασιν· ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται [* Ibidem.] κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· * οὕτως τὸ ἓν οὐκ ἀναιρετικὸν τῆς ἑτέρας ὑποστάσεως ὑπάρχον νενοήσθω· μηδετέρου τοίνυν τούτων ἀπᾳδειν ἀλλήλοις ἀποδεδειγμένων, ἀλλὰ συμπεφωνηκότων πρὸς τὴν εὐθεῖαν πίστιν, πέπαυσο τὰ Σαβελλίου φρονῶν, ἔκκλινον ἀπὸ κακοφροσύνης, καὶ ποίησον ἀγαθὸν τῇ ἀληθείᾳ πειθόμενος· ἱκανά σοι καὶ ταῦτα μόνα πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ φαῦλα φρονεῖν.

θ'. Ἴσθι μοι καὶ σὺ ἀρειομανίτην Ἀχίλλιον (2)· πίστιν ἢ δυστυχηκώς τί ποτε καταλιπὼν τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν κατὰ τὴν τῆς ἀτιμίας τοῦ υἱοῦ βαράθρων ἐλήλακας, ποίημα αὐτὸν καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας ὑποτοπήσας; οὐχ ἱκανά σοι πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ μόνα τὰ ὀνόματα ὅτι σοφία καὶ δύναμις θεοῦ προσηγόρευται; σοφία καὶ δύναμις ὅτι ἀχειροποίητοι μὲν καὶ ἀκατασκεύαστοι οὖσαι, ἀρεταὶ δὲ ψυχῆς καὶ ὥσπερ ἀποφοραὶ νοῦ ὑπερριζωμένου τῇ τῆς σοφίας βλάστῃ, πάντως ἂν συνεπινεύσειας· εἰ δ' ἔκτισται καὶ κατεσκεύασται ἡ σοφία, ἐν τίνι χρόνῳ, ὡς ἔφης, ἡ παντὸς χρόνου καὶ δημιουργήματος πρεσβυτάτη, τουτέστιν ὁ υἱὸς, ὅρα μή μοι δοκοίης ἀπᾳδον σου τῆς οἰήσεως ἀποφαίνων τὸ, χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἢ εἰ ταύτην ἐκτί-

Ille enim hos ei dedit, dum cunctas eidem gentes supposuit: dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.

8. Scito insuper, verba « ego et pater unum sumus » nequaquam filii hypostasim destruere: una est enim ipsorum substantia, una sententia, una voluntas, non tamen una hypostasis. Demonstrabitur autem etiam ex apostolo, vocabulum « unum » haud proprie dici de una eademque hypostasi, quod saepe evenit, veluti de plantante et rigante. Nam distributivum potius nomen revera personam distinguit, veluti: unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Itaque vocabulum « unum » non ita intelligendum est, ut hypostasim alteram perimat. Quum ergo neutram ex his locutionem invicem repugnare demonstratum sit, immo vero utramque ad rectam fidem adserendam conspirare, omitte sabellianum errorem, declina a prava sententia, et fac bonum, veritati credens. Haec tibi vel sola sufficiant ad demonstrandum te perverse sentire.

9. Nunc tu quoque mecum ariano plenum furore Achillium cognosce. Cur tu a fide infeliciter deficiens, recta via derelicta, in barathra dedecoris contra filium incidisti, facturam existimans ipsum et a Dei substantia alienum? Nonne tibi satis demonstrabant eum de patre esse genitum, vel sola nomina, quod nempe sapientia et virtus Dei appellatur? Quod autem sapientia et virtus neque manu neque alio instrumento fiant, sed animae dotes sint, et quasi fructus mentis, in sapientiae stipite fundatae, plane consenties. Quod si creata fuit et fabricata sapientia aliquo tempore, ut ais, illa quae omni tempore creaturâque vetustior est, nempe filius; cave ne forte dissonum a tua sententia illud pronunciare videaris « et sine ipso factum est nihil. »

(1) Ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἕν εἰσιν: *qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt.*

(2) Ita cod. quarto in casu. Alioqui existimassem Nyssenum apostrophen ad Achillium facere.

Vel si hanc adoptivam putas, nobis perspicue demonstrare nititor, aliam quandam esse hac antiquiorem, a qua ista altera formata fuerit. Nam sine sapientia impossibile est aliquid fabricari. Idcirco apud patrem sapientia primogenita fuit omnis creaturae, ut per eam cuncta efficerentur. Et quidem filius vocabulo verbi appellatus est, ut genitus demonstraretur, non autem creatus existimaretur. Verbum enim paritur, non creatur; ore quidem prolatum, sed ex corde excitatum. Testis mihi pater qui ait: eructavit cor meum verbum bonum. Confitetur pariter filius: ego ex ore Altissimi prodivi. Quomodo ergo mens tua tale tantumque audaciae pondus sustinet, ut filium creaturam esse opinetur?

10. Audisti superiora de filio; audi iam sequentia; nempe quod verbum « erat » imperfecto tempore dictum, aeternitatis habet significationem: in principio erat Verbum. Dei vero principium nullum humana mens imaginari potest. Idcirco, ut in praecedentibus diximus, hanc sermonis particulam a sacra scriptura adhibitam, nempe « in principio » fac intelligas principium divinum quod aeternum sit. Idem vero significari existima etiam a verbo « erat. » Denique vocabulum « Verbum » consubstantialem patri hypostasim declarat. Ne autem putemus, filium aliquando fuisse occultum, ceu in patre latentem; neque prolatum Verbum, sed reconditum existimemus; (namque eiusmodi Verbum quomodo cogitari queat aut describi, siquidem non habet per se hypostasim?) idcirco ait Iohannes: et Verbum erat, non in Deo, sed apud Deum; propriam hypostasim describens, quae in Verbo ex paterna substantia subsistit. Simili modo, ne artificialis sapientia intelligatur, quae existentiam suam in re aliqua habeat, sive homine sive creatura alia, dixit « erat apud Deum » ut intelligatur Deus ex Deo existens. Insuper

θέσθαι (1) φαίης, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἀναφανδὸν δείξειν πεπείρασο ὡς ἑτέρα τις ἂν εἴη σοφία ταύτης πρεσβυτέρα, δι' ἧς ἡ δευτέρα κατεσκεύασται· ἄνευ γὰρ σοφίας ἀδύνατον κατασκευασθῆναί τι· διὰ τοῦτο παρὰ τῷ πατρὶ ἡ σοφία καὶ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἵνα δι' αὐτῆς τὰ πάντα κατασκευασθῇ· καὶ λόγος δὲ προσηγόρευται ὁ υἱὸς ἵνα γεννητὸς ἀποδειχθῇ, καὶ μὴ κτιστὸς ὑποληφθῇ· λόγος γὰρ τίκτεται, ἀλλ' οὐ κτίζεται, διὰ στόματος μὲν προφερόμενος, ἐκ καρδίας δὲ κινούμενος· ὁ πατὴρ μαρτυρεῖ μοι λέγων· * ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· * Ps. XLIV. 2. συνομολογεῖ καὶ ὁ υἱός· ἐγὼ ἐκ στόματος ὑψίστου ἐξῆλθον· * (2), πῶς * Eccli. XXIV. 5. ἤνεγκέ σου ἡ διάνοια τὸ τηλικοῦτον ἄχθος τοῦ τολμήματος, ποίημα αὐτὸν ὑπειληφυῖα;

ι'. Ἀκήκοας τῶν προειληφότων περὶ τοῦ υἱοῦ· ἄκουε δὴ καὶ τοῦ νῦν ἐπελθόντος, ὡς τὸ ἦν ἐν παρατατικῷ χρόνῳ κείμενον αἰδιότητος ἔχει τὴν σημασίαν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἀρχὴ δὲ θεοῦ ἀνθρωπείνῳ λόγῳ οὐ κατείληπται· διὰ τοῦτο δὴ ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, ὃ δή ποτε μέρος λόγου τέθεικεν ἡ γραφή, τὸ ἐν ἀρχῇ νόει μοι ἀρχὴν θεϊκὴν ἀΐδιον οὖσαν· ταὐτοῦ δέ ποθεν σημαντικὸν καὶ τὸ ἦν· τὸ δὲ ὁ λόγος, τὴν ὁμοούσιον ὑπόστασιν πρὸς τὸν πατέρα δείκνυσι· ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν τὸν υἱὸν εἶναί ποτε ὅτε ἀφανὴς ἦν ἐν τῷ πατρὶ κρυπτόμενος, καὶ ἵνα μὴ προφορικὸν λόγον καὶ ἐνδιάθετον ὑπολαμβάνωμεν· τὸν γὰρ τοῦτον λόγον ἔν τινι εἶναι χρὴ ἐννοίᾳ ἢ ἐν γράμματι, καθ' ἑαυτὸν ὑπόστασιν οὐκ ἔχοντα· διὰ ταῦτα εἴρηκε καὶ ὁ Ἰωάννης, καὶ ὁ λόγος ἦν οὐκ ἐν τῷ θεῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸν θεόν, ἰδίαν ὑπόστασιν ἐπιγράφων τῷ λόγῳ ἐκ πατρικῆς οὐσίας ὑφεστῶσαν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἵνα μὴ νοοῖτο σοφία ἡ τεχνιτευτική, ἡ τὸ εἶναι ἔν τινι ἔχουσα ἢ ἐν ἀνδρὶ ἢ ἐν κατασκευάσματι, εἴρηκεν ἦν πρὸς τὸν θεόν, ἵνα νοηθῇ θεὸς ἐκ θεοῦ ὑπάρχων· πρὸς δὲ, καὶ τὴν προσ-

(1) Ita cod. Quamquam in sequentibus adhuc de creata sapientia sermo esse videtur.
(2) En Ecclesiastici librum inter divina auctoritate pollentes citat Nyssenus.

ηγορίαν εἴληχε· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· θεὸς δὲ ὅ τι ἀρχὴν οὐκ ἂν ἔχοι· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη θεός· ὅπερ οὐ μόνον ἡμεῖς ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων παῖδες θεσπίζουσιν, ὧν οὐ προσῆκε σε ἧττονα τὴν κατὰ θεὸν κεκτῆσθαι γνῶσιν.

ια΄. Ἵνα δὲ πιστεύωμεν αὐτὸν ὑφεστάναι θεὸν, αὐτὸν ὄντα ἐξ ἑαυτοῦ, ἐμόρφωσεν αὐτὸν ἀνθρωπίνως ὁ πατὴρ, σαρκὶ αὐτὸν περιγράψας, ἵνα ἀνθρωπίναις ὄψεσιν ἐμφανίσῃ υἱόν· καὶ θεὸν ὄντα εἰδὼς ὑφεστάναι, μή μοι φαντασθῇς εὐτελέστερον
* Ioh. XIV. 28. ἢ μικρότερον τὸν υἱὸν, τῷ εἰρηκέναι *, ὁ πέμψας με πατὴρ μείζων μου ἐστίν· ἔδει γὰρ αὐτὸν ἐνανθρωποῦντα ταπεινόφροσι λόγοις ἐμφαίνειν τὸ ἑαυτοῦ μέγεθος· αὐ-
* Prov. XXVII. 2. τὸς εἴρηκε * ἐπαινείτω σε ὁ πέλας καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· τί γὰρ οὐκ ἔδει ταπεινοφρονοῦντα, ἧττονα τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ἀποδεικνύναι, τοῦ ἀπεριγράπτου καὶ τὰ πάντα πληροῦντος, τὸν τέως σαρκὶ περιγραφόμενον καὶ ὄψεσιν ἀνθρωπίναις μετρούμενον; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν αἴτιον τοῦ εἶναι μείζονα ἑαυτοῦ ἀποκαλεῖν, οὐκ ἀλλότριον ἀληθείας (1)· εἰ μὴ γὰρ θεὸς, ποῦ ἡ σοφία; καὶ εἰ μὴ ὁ πατὴρ, ποῦ ὁ υἱός; ὅρα δή μοι πάντη καὶ πάντως τὸν υἱὸν ταπεινοφρονοῦντα, καὶ τὸ θεϊκὸν μέγεθος ἅμα ἐνδεικνύμενον, πρῶτον ὅταν λέγῃ πρὸς τὸν νεάνισκον ἀγαθὸν αὐτὸν προσαγορεύσαν-
* Marc. X. 17. 18. τα· * τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός· καὶ εἰκότως γε τοῦτο ἀπεφήνατο· ὡς γὰρ ἄνθρωπός σοι πέφηνα εἴποι ἂν, ὦ νεανία, σὺ δὲ ὡς ἕνα τῶν γραμματέων διδάσκαλόν με προσειπὼν, προσέθηκας τὸ ἀγαθόν· οὐδεὶς δὲ ἀνθρώπων ἀγαθὸς, μόνῳ δὲ θεῷ οἰκειοῦται ἡ προσηγορία· μάτην ἄρα ὠνόμασας ἀγαθὸν τὸν τέως ἄνθρωπόν σοι πεφηνότα· οὕτω γοῦν ἀποφηνάμενος, τὴν μὲν ταπεινοφροσύνην τῷ ἀνδρὶ ἐνεδείξατο εἰπών·

appellationem quoque sumpsit, videlicet « et Deus erat Verbum. » Deus est autem, qui initium non habet; alioqui non esset Deus; quam rem haud nos tantummodo, sed etiam philosophi ratam habent; quibus non te decet deteriorem circa Deum gerere sententiam.

11. Ut autem crederemus subsistentem esse Deum, eum scilicet de se natum, humanam eidem figuram fecit pater, carne circumscribens, ut humanis obtutibus filium obiiceret. Nunc quum scias ipsum revera subsistentem esse Deum, cave imagineris deteriorem esse aut minorem, quia is dixerit: qui misit me pater, maior me est. Namque decebat, ipsum hominem factum, modestis sermonibus magnitudinem suam patefacere. Ipsemet enim dixerat: laudet te proximus, et non os tuum. Etenim quidni oportebat humiliter se dicere minorem patre incircumscripto et omnia complente, eum qui tunc erat carne circumscriptus, et humani visus modulo definitus? Insuper illum, qui sibi causa existendi fuisset, appellare maiorem, non abhorrebat a veritate. Nam nisi Deus extitisset, ubinam sapientia? Et nisi pater fuisset, ubinam filius? Iam mecum observa, filium ubique prorsus modeste agentem; et tamen divinam magnitudinem simul ostendentem; primo cum dixit adolescenti a quo bonus fuerat appellatus, cur me dicis bonum? nemo bonus, nisi unus Deus. Et recte ita respondit: videtur enim dixisse: tibi quidem, o adolescens, homo visus sum; tu vero tamquam unum de scribis magistrum me appellasti, adiecto etiam boni epitheto. Atqui nullus homo bonus est, sed Dei solius propria est haec appellatio. Temere igitur bonum nuncupasti, eum qui hactenus homo tibi visus sum. Hoc itaque responso, modestiam suam homini demon-

(1) Confer nostrum in sermone de fide, et in illo de deitate Filii et Spiritus sancti. Item praedictum concilium a nobis editum, praesertim actione quinta, in synodali patriarchae Hierosolymorum sententia. Nonnulli enim patres ita de filio etiam tamquam Deo locuti sunt, quatenus nempe pater auctor illi substantiae est. Sed legesis circa patrum mentem Petavium de Trin. lib. V. 4.

stravit dicens: nemo illorum bonus est, quos tu putas. Quod autem addidit « nisi unus Deus » ipse quidem et pater, unum sunt; sed mystice modesteque veritatem exponens, participem se paternae bonitatis demonstravit. Igitur verba: ego et pater unum sumus; et illa: ego in patre, et pater in me est, aequalem eum patri demonstrant. Necesse est enim perfectum esse filium, qui ex patre perfecto est.

12. Sed praeterea fortasse dices: si pater quum sit perfectus omnia implet, quid superest filio perfecto similiter, quod contineat? Atqui ego aio, ambos invicem esse recipientes et continentes. Ego enim, inquit, in patre; et pater, in me est. Iam qui invicem continent, pari erunt inter se magnitudine. Quanam ergo ratione alter in altero insint, cognoscere omnino stude. Sane oportet [in humanis] alterum ab altero contineri: ergo contentum in continente erit: continens autem a contento vicissim non continebitur. Porro cave in Deo existimes quandam esse vacuitatem, ubi contentum recipiatur. Nam de homine hoc potius existimandum est; neque enim alterius capaces sumus, neque in alterum continendi transimus. Quod si transiremus, vacuo scilicet contineremus, itemque comprehenderemur. Verum enimvero de Deo diversa ratione cogitandum est. Sicut enim in hominis anima duae vel plures scientiae, si simul sint, medica aut philosophica, et quaevis aliae, invicem non angustantur in mente animaeque sede, multae licet numero, commode inhabitantes et mutuo omnia communicantes, quamquam animam compleant, neque altera ex altera recedat, ita ut unicam substantiae phantasiam acute etiam considerantibus viris praebeant, quoniam in una eademque mente consistunt; invicem autem differunt, quatenus altera quidem est scientia medica, altera philosophica; sic sane etiam pater et filius eadem consistentes sede, et alterutrum continentes, atque unum efficien-

οὐδεὶς ἀγαθὸς, ὧν ὑπείληφας σύ· τὸ δὲ, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς προσθεὶς, αὐτὸς δὲ καὶ πατὴρ ἕν εἰσι, μυστικῶς ἄρα μετὰ ταπεινοφροσύνης τὴν ἀλήθειαν διεξεληλυθὼς, συμμέτοχον τῷ πατρὶ τῆς ἀγαθότητος ἀπεδείκνυε· τὸ οὖν ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· * καὶ τὸ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ *, ἴσον ἀποδείκνυσι τῷ πατρί· δεῖ γὰρ εἶναι τέλειον ἐκ τοῦ τελείου πατρὸς τὸν υἱόν. * Ioh. X. 30. * v. 38.

ιβ'. Ἀλλ' ἴσως καὶ τοῦτ' ἂν εἴπῃς· εἰ ὁ πατὴρ τέλειος ὢν τὰ πάντα πληροῖ, ποῖον ὑπολείπεται τῷ υἱῷ τελείῳ ὄντι εἰς τὸ χωρῆσαι; ἀλλὰ ἀλλήλων φημὶ γεγονέναι δεκτικοὺς καὶ χωρητικούς· ἐγὼ γάρ φησιν ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν· οἱ δὲ ἀλλήλους χωροῦντες, ἴσοι ἂν εἶεν ἀλλήλοις τὸ μέγεθος· πῶς οὖν ἐν ἀλλήλοις γένοιντ' ἂν, πάντως ἀκοῦσαι προῄρησαι· δεῖ γὰρ τὸ ἕτερον περιέχεσθαι ὑπὸ τοῦ ἑτέρου· τὸ γοῦν περιεχόμενον ἐν τῷ περιέχοντι· τὸ δὲ περιέχον οὐκ ἂν περιέχοιτο πάλιν ὑπὸ τοῦ περιεχομένου· μὴ οἴου τὸν Θεὸν κένωμά τε ἔχειν ἐν ἑαυτῷ ᾧ ὑποδέδεκται τὸ περιεχόμενον. ἐπὶ γὰρ ἀνθρώπων τοῦτο νομιστέον· οὔτε γὰρ ἑτέρων χωρητικοὶ τυγχάνομεν, οὐδ' αὖ χωροῦμεν εἰς ἕτερον· εἰ δὲ καὶ χωροίημεν, κενώματι περιεξομέν τε καὶ περιληφθησόμεθα· ἐπὶ Θεοῦ δὲ τοιονδέ τι νοητέον· ὥσπερ ἀνθρώπου ψυχῇ δύο ἐπιστῆμαι ἢ πλείους συνελθοῦσαι ὁμοῦ τυγχάνοι, ἰατρικὴ καὶ φιλοσοφικὴ, καὶ ὅσαι ἄλλαι, ὑπ' ἀλλήλων οὐ στενοχωροῦνται ἐν νῷ καὶ ψυχῆς χώρῳ, αἱ πολλαὶ τὸν ἀριθμὸν εὐρυχωροῦμεναι καὶ ἀλλήλαις ἐνδιδοῖαι τὸ πᾶν, καίτοιγε πληροῦσαι τὴν ψυχὴν καὶ μὴ ὑπεξιοῦσαι ἑτέρα τῆς ἑτέρας, ὡς μίαν * οὐσίας φαντασίαν παρέχειν τοῖς σκεπτικωτάτοις τῶν ἀνδρῶν, ἐπεὶ καθ' ἑνὸς καὶ ταὐτοῦ ἵδρυνται νοῦ, διενηνόχασιν ἀλλήλων, καθότι ἄλλον μὲν ἰατρικὴ, ἕτερον δὲ φιλοσοφική· οὕτω δὴ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς κατὰ τοῦ αὐτοῦ κεχωρηκότες τόπου, καὶ ἀλλήλων δεκτικοὶ γεγονότες, καὶ ἓν ὄντες, ὡς μικροῦ πρόσθεν * ita cod.

ἔφημεν, μόνῃ ὑποστάσει καὶ προσηγορίᾳ θάτερος θατέρου διενήνοχεν, ἐν ἀλλήλοις δὲ τυγχάνουσιν ὄντες· καὶ ὥσπερ μύρου ὀδωδὴ ἀέρι ἐνδιαχυθεῖσα κατὰ τοῦ αὐτοῦ χωρίου τ' ἀμφότερα τυγχάνοντα, τῷ δοκεῖν μὲν συνδιακέχυται, κατ' ἀλήθειαν δ' εὑρήσεις ἕτερον μὲν τὸν ἀέρα, ἄλλο δὲ τὴν ὀδωδήν· ἤδη δὲ καὶ φῶς τὸ ἐξ ἡλίου, καὶ πνοαὶ τῶν ἀνέμων, ἀλλήλων διαπεφυκότα, καὶ τῷ δοκεῖν ἀναμεμιγμένα, πολλὴν ἔχουσι τὴν διαφοράν· φῶς γὰρ καὶ ἄνεμοι οὐχ ἥκιστα διεστήκασιν ἀλλήλων· τούτοις ἀπείκασον τὴν θεότητα, καὶ μεῖζόν τι τῆς διὰ λόγου ἀποδείξεως διανοηθεὶς, εὕροις ἂν αὐτοὺς ἑκατέρους ἓν κατ' οὐσίαν καὶ ὁμοφροσύνην, καὶ τοῦτο ἕνα εἰς πατέρα καὶ υἱὸν, καθάπερ προέφημεν, ὑποστάσει καὶ προσηγορίᾳ
* spatium vacuum in cod. διαπ * . . . μένον.

ιγ'. Πάντως ἄρα κινήσεις μοι καὶ τοῦτο· εἰ τὰ πάντα πεπλήρωκεν ὁ πατὴρ, αὖθις δὲ καὶ ὁ υἱὸς, ποῖος ὑπολείπεται τόπος τῇ ἀντικειμένῃ δυνάμει; μεθ' ἑαυτοῦ γὰρ ἔχειν τὸν ἐναντίον, οὐκ ἂν ἁρμόζοι θεῷ· εἰ δ' ὅπη τυγχάνοι καὶ ὁ τῆς κακίας ἄρχων, μὴ καὶ θεὸς εἴη ἐνταυθοῖ, περιγραπτὸς ἄρα καὶ μερικὸς ἀποδειχθήσεται ὁ θεός. Ἀλλὰ φημὶ ἔγωγε πανταχοῦ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι ὅπου οὐκ ἔστι θεὸς, εἰ καὶ ὁ τῆς κακίας ἄρχων τυγχάνοι που ὤν· οὐδὲ γὰρ αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες κατὰ βορβόρων καὶ λύθρων φερόμεναι μολύνονται, ἀλλὰ μᾶλλον ἀφανιστικαὶ τυγχάνουσι καταξηραίνουσαι τῷ καύματι· οὕτω καὶ ὁ θεὸς
* Hebr. XII. 29. ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον * προσαγορεύεται·
* Ps. XLIX 3. καὶ πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ καυθήσεται· * ἵνα τοῖς μὲν προσφιλέσι λύχνος καὶ φῶς ᾖ, τοῖς δὲ ἐχθροῖς πῦρ καταναλίσκον· φλογιεῖ
* Ps. XCVI. 3. γάρ φησι κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ· * διὸ δὴ καὶ ὁ τῆς κακίας ἄρχων βουλόμενος διαφεύγειν τὰς πυρφόρους τοῦ θεοῦ βολὰς, πάντα τό-
* Matth. XII. 44. πον διαθεῖ· * πανταχοῦ δ' εὑρίσκων τὸν θεὸν, δίεισι πάσης ἀνθρωπότητος· εἶθ' εὑρίσκει τινὰς τῷ πνεύματι ζέοντας, ἀποφεύγει καὶ τὸν παρ' αὐτῶν καύσωνα· κατάδυσιν δ' εὑρὼν ἔν τινι μὴ ἔχοντι πνεῦμα θεοῦ σεσαρωμένην
* ita cod. καὶ κεκοσμημένην, ἐπ' ὀλίγον ἀναπαεὶς *, συναναλωθήσεται τῷ ὑποδεδεγμένῳ· ὁμοίως

tes, ut paulo ante diximus, sola ipsorum persona atque appellatione alter ab altero distinguuntur, mutuo tamen alter in altero sunt. Sicut cum unguenti odor per aërem diffunditur, quoniam eodem in loco tum odor tum aër consistunt, specie quidem sunt confusi, re tamen vera alterum esse comperies aërem, alterum odorem. Insuper et lux de sole, et ventorum flatus, ingesti invicem, et in speciem mixti, multam tamen habent diversitatem: nam lux et venti non parum inter se differunt. His compara deitatem; et simul maius quid, quam sermone declarari potest cogitans, invenies ambos unum substantiâ voluntatisque concordiâ; et hoc unum, in patrem ac filium, sicuti iam diximus, persona et appellatione distinctum.

13. Omnino et aliam difficultatem mihi obiicies. Si omnia replet pater, itemque filius, quinam adversariae potestati relinquitur locus? Nam secum habere adversarium, haud Deum decet. Si autem ubi malitiae princeps consistit, ibidem forte non est Deus, sequitur ut circumscriptus et partibilis Deus sit. Atqui ego aio, et ubique esse Deum, nullumque locum Deo carere, etiamsi princeps malitiae alicubi sit. Nam neque solis radii in lutum tabumve incidentes sordidantur, sed ea purgant potius calore siccantes. Sic etiam Deus noster, ignis consumens dicitur. Et, ignis ante eum exardescet, ut dilectis quidem lucerna luxque sit, inimicis autem flamma devorans: inflammabit enim, inquit scriptura, in circuitu inimicos eius. Quamobrem et malitiae princeps vitare volens ignea Dei tela, omnia loca circumit: ubique tamen Deum comperiens, discurrit per universos homines: quos inter siquos spiritu ferventes nactus fuerit, horum quoque fugit calorem. Comperto demum latibulo apud aliquem Dei spiritu carentem, mundato scopis atque ornato, brevi tempore illic diversatus, una cum hospite suo peribit. Aeque enim hostis videbitur etiam hospes,

qui Dei adversarium ad amicitiam receperit.

14. Satis multa ad propositum demonstrandum disseruisse videor. Verumtamen ne hoc quidem oblivioso mihi excidat, vel ad alia properanti, et violenta quasi procella abrepto: nempe quomodo filius etiam, aeque ac ceteri homines, diem extremam ignoraverit, quamquam in se patrem habebat, et ipse erat in patre? Verum enimvero id quoque modestiae eius excessum ostendit. Oportebat enim Dei filium semet maximopere humilitare, quoniam reliquam vivendi humano more rationem apprime susceperat. Dum ergo dixit se nescire, humilitatem suam audientibus patefecit. Ne tamen mendax videretur, subdidit « nisi solus pater: » ita verbo quidem negans se scire, vi tamen aenigmatis conscium se adfirmans. Nam quam rem solus scit pater, eam filius quoque novit, qui unum cum patre est. Duo vero hinc bona humano generi evenerunt, nempe et humilitatis fundamentum, et mundanae finis ignoratio, quae ad vitae rectitudinem summopere confert. Utrum porro difficilior cognitu fuerit, dies mundi extrema, an ipse Deus pater? Iam si filius patrem noverat, quia dixit: ut cognoscatis me, sicut cognoscit me pater, et ego cognosco patrem; quomodo diem illam nesciebat, cuius etiam creator ipse extitit? Nam sine ipso factum est nihil. Quae quum ita breviter a nobis demonstrata fuerint, nemo a recta fide tenenda impediatur. Vos itaque Arii et Sabellii adseclae, qui tantopere a nobis dissidetis, cognita omni ex dictis nostris veritate, mecum in concordiam convenite, et inter utrumque laqueum incedentes, veritatis viam nanciscamini, qua gradientes, aeternam vitam videbitis.

γὰρ ἐχθρὸς ὀφθήσεται καὶ ὁ ὑποδεδεγμένος, τὸν ἀνταίροντα τῷ θεῷ φίλον ποιούμενος.

ιδ΄. Ἱκανῶς οἶμαι πρὸς ἀπόδειξιν καὶ τούτοις ἐπεξιέναι· μὴ δὲ τοῦθ᾽ ὑπολελείφθω μοι λεληθότι, ἢ καὶ τῇ πρὸς τὰ ἄλλα ὁρμῇ παραπλεύσαντι ὥσπερ βιαίᾳ συνωσθέντι πνοῇ· πῶς σὺν τοῖς ἅπασιν οὐδ᾽ ὁ υἱὸς οἶδε τὴν ἡμέραν *, ὁ ἐν ἑαυτῷ ἔχων τὸν πατέρα, καὶ αὐτὸς ὢν ἐν τῷ πατρί (1); Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ταπεινοφροσύνης ὑπερβολῆς (2) ἔμφασιν ἔχει· ἔδει γὰρ ὑπερβαλλόντως τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ταπεινοῦν ἑαυτὸν, ἐπεὶ καὶ τὴν ἄλλην πολιτείαν καθ᾽ ὑπερβολὴν κάλλιστα διεδέξατο· εἰπὼν δὲ μὴ ἐγνωκέναι, τὸ μὲν ταπεινοφρονεῖν τοῖς ἀκροωμένοις ἐνέφηνεν· ἵνα δὲ μὴ δοκῇ ψευδὴς εἶναι, εἶπεν· εἰ μὴ ὁ πατὴρ οἶδε μόνος, τῷ μὲν λόγῳ ἀνηνάμενος εἰδέναι, τῇ δὲ δυνάμει τοῦ αἰνίγματος ὁμολογήσας· εἰδότος γὰρ μόνου τοῦ πατρὸς, οἶδεν ἄρα καὶ ὁ υἱὸς, ἓν ὢν αὐτὸς καὶ ὁ πατήρ· δύο δὴ ἐκ τούτου κατορθώματα συμβέβηκε τῇ ἀνθρωπότητι, ὑπόθεσίς τε ταπεινοφροσύνης καὶ συντελείας ἄγνοια, δι᾽ ἣν ὁ βίος συγκεκρότηται· τί δ᾽ ἂν εἴη δυσεπιγνωστότερον ἡ ἡμέρα τῆς συντελείας, ἢ αὐτὸς ὁ θεὸς καὶ πατήρ; εἰ δὲ τὸν πατέρα ἔγνω εἰπὼν, ἵνα γινώσκητέ με, καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα *, πῶς οὐκ ἂν ἔγνω τὴν ἡμέραν ἧσπερ καὶ δημιουργὸς αὐτὸς γέγονε; χωρὶς γὰρ αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. Καὶ τοῦτο τοῖς βραχέσι τούτοις ἀποδεδειγμένος ὁ λόγος ὅπως ἔχει, μὴ ἐμποδὼν τινι γίγνοιτο πρὸς τὴν εὐθείαν πίστιν· ὑμεῖς οὖν οἱ κατὰ Σαβέλλιον τὲ καὶ Ἄρειον, οἱ ἐν τηλικαύτῃ διαφορᾷ γεγονότες, πᾶσαν ἐπεγνωκότες ἐκ τῶν εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν, σύνιτέ μοι πρὸς φιλίαν, καὶ εἰς τὸ μεταξὺ τοῖν ἀμφοῖν ἐληλυθότες παγίδοιν, εὑρήσετε τὴν τῆς ἀληθείας ὁδόν· ἣν πορευθέντες, ὄψεσθε τὴν αἰώνιον ζωήν.

* Marc. XIII. 32.

* Ioh. X. 15.

(1) Confer sanctum Cyrillum in thesauro p. 222. Passim enim catholici patres has Arianorum obiectiones dissolverunt.

(2) Cod. ὑπερβολήν. Videbatur scribendum ὑπερβολῆς aut ὑπερβολικήν.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΚΑΤΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΟΜΑΧΩΝ.

SANCTI EIUSDEM GREGORII NYSSENI

SERMO

DE SPIRITU SANCTO

ADVERSUS PNEUMATOMACHOS MACEDONIANOS.

α΄. Τάχα οὐδὲ ἀποκρίνασθαι προσήκει τοῖς ματαίοις τῶν λόγων· τὸ γὰρ σοφὸν τοῦ Σολομῶντος παράγγελμα πρὸς τοῦτο ἔοικε φέρειν τὸ διακελευόμενον μὴ ἀποκρίνεσθαι ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ· * ἀλλ' ἐπειδὴ κίνδυνός ἐστι μὴ διὰ τῆς ἡμετέρας σιγῆς κατισχύσῃ τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, καὶ πολλὴν ἡ σηπεδονώδης αὕτη τῆς αἱρέσεως γάγγραινα νομὴν κατὰ τῆς ἀληθείας λαβοῦσα, τὸν ὑγιαίνοντα τῆς πίστεως λόγον διαλωβήσηται, ἀναγκαῖον ἐφάνη μοι μὴ κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν ἀποκρίνασθαι τῶν τὰ τοιαῦτα κατὰ τῆς εὐσεβείας προτεινομένων, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει τῶν μοχθηρῶν ὑπολήψεων· καὶ γὰρ τὸ παροιμιῶδες παράγγελμα δοκεῖ μοι μὴ σιγὴν ἀλλὰ διόρθωσιν τῶν ἀφραινόντων παρεγγυᾷν· ὡς δεῖν τὰς ἀποκρίσεις μὴ συντρέχειν τῇ ἀφροσύνῃ τῶν ὑπολήψεων· ἀνατρέπειν δὲ μᾶλλον τὰς ἀνοήτους αὐτῶν καὶ ἠπατημένας περὶ τῶν δογμάτων δόξας.

* Prov. XXVI. 4.

β΄. Τί οὖν ἐστιν ὃ προφέρουσιν ἡμῖν; ἀσεβεῖν αἰτιῶνται τοὺς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μεγαλοπρεπεῖς ἔχοντας ὑπολήψεις· καὶ ὅσα τοῖς τῶν πατέρων ἑπόμενοι δόγμασιν ὁμολογοῦμεν περὶ τοῦ πνεύματος, ταῦτα πρὸς τὸ δοκοῦν ἐκλαμβάνοντες, ἀφορμὴν

1. Fortasse ne respondere quidem oportet stultis sermonibus. Nam sapiens Salomonis praeceptum huc spectare videtur iubentis: ne stulto respondeatur iuxta stultitiam eius. Sed quia periculum est, ne silentii nostri causa, mendacium veritati praevaleat, multumque haec putrida haereseos gangraena incrementum capiens, sanam fidei doctrinam corrumpat; necessarium mihi visum est, haud equidem secundum illorum stultitiam respondere, qui talia adversus rectam religionem intendunt, sed pravarum apud eos opinionum emendationem curare. Namque et proverbiale praeceptum videtur mihi non ad silentium, sed ad insipientium correctionem adhortari; ita ut responsiones haud propositionum stultitiae consonent, sed insanas potius et erroneas illorum circa dogmata opiniones evertant.

2. Quid ergo nobis obiiciunt? Impie se gerere causantur eos, qui de Spiritu sancto sublimiter sentiunt: et quaecumque nos, patrum dogmatibus adhaerentes, de Spiritu confitemur, haec isti pro suo libito intelligentes, ansam inde capiunt ad dicam

nobis irreligiositatis scribendam. Etenim nos Spiritum cum patre ac filio eo gradu ponendum profitemur, ut is nulla re differat ex iis quae religiose de divina natura cogitantur atque dicuntur; excepto quod hypostasim habere propriam sanctum Spiritum contemplamur; quia ex Deo est, et Christi est, ut scriptum legimus; neque item ut pater, est ingenitus; neque ut filius, unigenitus, ita ut cum iis possit confundi. Itaque ob aliquot peculiares proprietates ipse per se spectatus, in reliquis omnibus, ut dixi, aequalitatem paritatemque servare a nobis creditur. Secus autem adversarii alienum ipsum a patris filiique naturali communione dicunt; et propter naturae diversitatem depressum minoremque generatim esse, potentia nimirum, gloria, dignitate, cunctisque summatim quae Deo digna dicuntur, sive vocabulis, sive mentis conceptibus: propter eaque maiestatis non participem, atque indignum paritate honoris cum patre filioque pronunciant: tantum vero potentiae ipsi inesse, quantum ei satis est ad destinatas quasdam peculiares operationes: verumtamen creandi certe potentia prorsus esse alienum. Quae quum praevaleat apud eos sententia, consequenter concludunt, nihil in se habere Spiritum sanctum eorum quae de divina natura praedicantur atque creduntur.

3. Quid ergo nos dicimus? Nihil nos novum, neque arbitratu nostro, his qui talia obiiciunt respondebimus, sed divinae scripturae de sancto Spiritu testimonio contenti erimus, ex quo sanctum Spiritum et divinum esse et dici didicimus. Si ergo et isti in hoc consentiunt, neque divinitus inspiratis scripturis resistunt, dicant sane ii, qui ad bellum contra nos sunt alacres, cur non potius adversus scripturam quam contra nos proelientur? Neque enim nos quicquam praeter hanc adfirmamus. Porro divinae naturae, quam confitemur, nullam cognoscimus neque ex scripturarum magisterio, neque ex communibus notionibus

ἑαυτοῖς παρέχουσι καθ' ἡμῶν εἰς ἀσεβείας γραφήν· ἡμῶν γὰρ συντετάχθαι τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογούντων, ὡς μηδεμίαν εἶναι παραλλαγὴν ἐν μηδενὶ τῶν εὐσεβῶς περὶ τὴν θείαν φύσιν νοουμένων τε καὶ ὀνομαζομένων, ἐκτὸς τοῦ καθ' ὑπόστασιν ἰδιαζόντως θεωρεῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐστι, καθὼς γέγραπται, οὔτε κατὰ τὸ ἀγέννητον τῷ πατρὶ, οὔτε κατὰ τὸ μονογενὲς τῷ υἱῷ συναναχεόμενον, ἀλλά τισιν ἐξαιρέτοις ἰδιώμασιν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρούμενον, ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι καθάπερ ἔφην τὸ . . . μένον καὶ ἀπαράλλακτον ἔχειν ὁμολογούντων, οἱ ὑπεναντίοι φασὶν ἀποξενοῦσθαι μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν τῆς φυσικῆς κοινωνίας, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως διαλλάττον ὑποβεβηκέναι, καὶ ἠλαττῶσθαι τοῖς πᾶσιν ἐν δυνάμει καὶ δόξῃ καὶ ἀξιώματι καὶ πᾶσιν ἅπαξ τοῖς θεοπρεπῶς λεγομένοις ὀνόμασί τε καὶ νοήμασι· καὶ διὰ τοῦτο δόξης μὲν ἀμέτοχον, ἀνάξιον δὲ τῆς πρὸς τὸν πατέρα καὶ υἱὸν ὁμοτιμίας φασί· δυνάμεως δὲ τοσοῦτον μετέχειν ὅσον ἐπαρκεῖ αὐτῷ πρὸς ἀποτεταγμένας τινὰς καὶ μερικὰς ἐνεργείας, τῆς δὲ δημιουργικῆς ἰσχύος ἔξω παντάπασι καθεστάναι· ταύτης δὲ κρατούσης παρ' αὐτοῖς τῆς ὑπολήψεως, ἐκ τοῦ ἀκολούθου κατασκευάζεται παρ' αὐτῶν τὸ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα τῶν περὶ τῆς θείας φύσεως εὐσεβῶς λεγομένων τε καὶ νοουμένων.

γ'. Τί οὖν ὁ ἡμέτερος λόγος; οὐδὲν καινὸν ἡμεῖς οὐδὲ παρ' ἡμῶν αὐτῶν τοῖς τὰ τοιαῦτα προκαλουμένοις ἀποκρινούμεθα, ἀλλὰ ἀποχρησόμεθα τῇ τῆς θείας γραφῆς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαρτυρίᾳ, δι' ἧς θεῖον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναί τε καὶ λέγεσθαι μεμαθήκαμεν· εἰ οὖν συντίθενται καὶ αὐτοὶ τούτῳ, καὶ μὴ ἀντιβαίνουσι ταῖς θεοπνεύστοις φωναῖς, εἰπάτωσαν οἱ πρὸς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον ἕτοιμοι, τίνος ἕνεκα οὐ πρὸς τὴν γραφὴν ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς διαμάχονται: οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἄλλο τί παρὰ τοῦτο φαμέν· θείας δὲ φύσεως ὁμολογοῦντες οὐδεμίαν ἐπιγινώσκομεν οὔτε ἐκ τῆς τῶν γραφῶν διδασκαλίας οὔτε ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν

κατ' αὐτὸ τοῦτο διαφοράν· ὥστε μεμερίσθαι πρὸς ἑαυτὴν τὴν θείαν τε καὶ ὑπερέχουσαν φύσιν διά τινος ἐπιτάσεως ἢ ὑφέσεως, παρὰ τὸ πλέον τε καὶ ἔλαττον αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν διαλλάττουσαν· ἐπεὶ γὰρ ἁπλῆ καὶ μονοειδὴς καὶ ἀσύνθετος εἶναι πεπίστευται, καὶ οὐδεμία πλοκὴ καὶ σύνθεσις ἐξ ἀνομοίων περὶ αὐτὴν θεωρεῖται, διὰ τοῦτο ἐπειδὰν ἅπαξ θείαν φύσιν τῇ ψυχῇ ἐννοήσωμεν, τὸ ἐν παντὶ θεοπρεπεῖ νοήματι τέλειον διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου συμπαραδεξάμεθα· τὸ γὰρ θεῖον ἐν παντὶ τῷ κατὰ τὸ ἀγαθὸν λόγῳ τὸ τέλειον ἔχει· εἰ δὲ ἐλλείποι τινὶ καὶ ὑστερεῖται κατά τι τῆς τελειότητος, κατὰ τὸ ἐλλεῖπον χωλεύσει καὶ ὁ τῆς θεότητος λόγος· ὡς μηκέτι θεῖον ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει ἢ εἶναι ἢ λέγεσθαι· πῶς γὰρ ἄν τις τῷ ἀτελεῖ καὶ ἐλλείποντι καὶ τῆς ἑτέρωθεν προσθήκης προσδεομένῳ τὴν προσηγορίαν ταύτην ἁρμόσειε;

δ'. Καθάπερ καὶ διὰ τῶν σωματικῶν ἐστὶ τὸν λόγον πιστώσασθαι· ἡ γὰρ τοῦ πυρὸς φύσις ἐπίσης πᾶσι τοῖς συμπληροῦσιν αὐτὴν μορίαν, τὴν θερμαντικὴν αἴσθησιν τοῖς ἁπτομένοις παρέχεται· καὶ οὐ τὸ μέν τι τῆς φλογὸς ὑπερτεταμένην, τὸ δὲ ὑφειμένην ἔχει τὴν θερμασίαν· ἀλλ' ἕως ἂν ᾖ πῦρ, ὅλον διόλου τῇ ταυτότητι τῆς ἐνεργείας ἀδιάστατον πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἕνωσιν ἔχει· εἰ δέ τι κατά τι μέρος καταψυχθείη, οὐκέτι πῦρ κατὰ τὸ κατεψυγμένον ὀνομασθήσεται, τῇ πρὸς τὸ ἐναντίον ὑπαλλαγῇ τῆς θερμαντικῆς ἐνεργείας συμμεταποιουμένου καὶ τοῦ ὀνόματος· ὡσαύτως καὶ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος καὶ πάντων τῶν στοιχειωδῶς ὑποβεβλημένων εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐφ' ἑκάστου λόγος, οὐ παραδεχόμενος πλεονασμὸν ἢ ἐλάττωσιν· οὔτε γὰρ τὸ ὕδωρ μᾶλλον ἢ ἔλαττον δύναται λέγεσθαι· ἕως γὰρ ἂν ἐπίσης ὑγρὸν ᾖ, καὶ ἡ προσηγορία τοῦ ὕδατος ἐπ' αὐτοῦ ἀληθεύεται· εἰ δὲ μεταποιηθείη πρὸς τὴν ἐναντίαν ποιότητα, συνηλλοιώθη πάντως ἐπ' αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα· καὶ τοῦ ἀέρος τὸ μαλακόν τε καὶ ἀνωφερὲς καὶ κοῦφον ἐπίσης πᾶσι τοῖς μορίοις ἐνθεωρεῖται· τὸ δὲ πυκνὸν καὶ ἐμβριθὲς καὶ εἰς γῆν ῥέον διαφεύγει τὸ καὶ ἀὴρ ὀνομάζεσθαι·

praedicta in re differentiam; nempe quod divina et excelsa natura secum ipsa sit divisibilis per extensionem aliquam aut contractionem, et ob maiorem minoremve gradum a se ipsa differat. Nam quia simplex et uniformis atque incomposita creditur, nullusque cinnus aut dissimilium compositio in ea cernitur, propterea postquam divinam naturam semel animo cogitaverimus, cuiuslibet Deo digni conceptus perfectionem hac Dei appellatione complectimur. Nam deitas universae rei bonae notionem perfectissime continet. Quod si partim forte deficeret, aut parum quid perfectionis desideraret, ob hunc ipsum defectum ratio deitatis claudicaret; ita ut hac in parte deitas neque esset neque diceretur. Quomodo enim quispiam rei imperfectae et mutilae, et alieno additamento indigenti, talem tantamque appellationem accommodaret?

4. Profecto corporalibus etiam exemplis sermonem hunc confirmare licet. Namque ignis natura cunctis eiusdem conditionis rebus calidum sensum, si modo ab his tangatur, aeque communicat: neque alia quidem res vehementem flammam experitur, alia vero remissiorem sentit calorem: sed quamdiu ignis est, totus universim propter efficaciae paritatem firmiter sibi constat. Quod si aliquantum aliqua in parte frigescat, iam non vocabitur ignis id quod friguit, mutato, cum calidae efficaciae in contrarium hypallage, etiam rei nomine. Similiter et de aqua, aëre, cunctisque elementis singillatim dicendum est, quin incrementum ullum aut deminutio admittatur. Non enim in aquae natura plus vel minus dici potest: nam quamdiu aeque humor est, aquae quoque appellatio in eo vera est: sin in contrariam qualitatem vertatur, nomen simul eius prorsus mutabitur. Item aëris mollities et in altum elatio ac levitas, aeque in cunctis illius partibus cernitur: contra vero densitas et gravitas et in tellurem devexitas, ab aëris appellatione abhorrent. Sic divina quoque na-

tura, quamdiu constanter ac religiose notionis conceptusque sui perfectionem tuetur, verum obtinet nomen iuxta bonitatis suae perfectionem: sin forte aliquid detrahatur eorum, quae ad perfectionem ipsius pertinent, iam falsa erit, quod ad eam partem, appellatio deitatis, neque subiecto suo congruet. Aeque enim, vel magis etiam, impossibile est Deum nominare id quod perfectionis notio non comitetur, quam arido corpori aquae appellationem attribuere; et ignem dicere, id cuius frigescat qualitas; et aërem denique vocitare rem duram ac resistentem.

5. Si ergo vere et non nomine tenus Spiritus sanctus a scriptura patribusque nostris Deus nuncupatur, quid iam dicere habent ii qui honori Spiritûs adversantur? Nam si Deus est, prorsus et bonus est et potens et sapiens, itemque gloriosus ac sempiternus est, et quicquid huiusmodi titulorum mentem nostram ad magnificentiam extollit. Porro haec nequaquam ex participatione quadam eum habere, simplicitas eiusdem contestatur; ne forte aliud quiddam existimetur eius natura, aliud vero ei accidere ob praedictarum qualitatum praesentiam. Est enim id proprium earum rerum, quae compositam naturam sortitae sunt. Simplicem autem esse sanctum Spiritum, uno cuncti ore, nemine contradicente, fatentur. Si ergo simplex est naturae eius ratio, non habet adquisitam bonitatem, sed ipse qualis quantusque est, bonitas est, sapientia, potentia, sanctitas, iustitia, sempiternitas, incorruptibilitas, excelsa omnia et supereminentia nomina possidens. Talem ergo tantumque, qua mente confingunt non esse gloriosum ii qui diram blasphemantium in Spiritum damnationem non perhorrescunt? Manifeste enim hoc adfirmant, non esse hunc existimandum gloria dignum. Sed nescio certe, qua ratione hi freti utile non iudicent, eum qui suapte natura gloriosus est, pro merito suo confiteri.

οὕτως καὶ ἡ θεία φύσις, ἕως μὲν ἂν διὰ παντὸς τοῦ περὶ αὐτὴν εὐσεβῶς θεωρουμένου νοήματος τὸ τέλειον ἔχῃ, ἐπαληθεύει τὴν προσηγορίαν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ τελειότητι· εἰ δὲ ὑποσπασθείη τί τῶν συντεινόντων εἰς τὸν τῆς τελειότητος λόγον, ψεύσεται κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, καὶ οὐκ ἐφαρμόσει τῷ ὑποκειμένῳ· ἴσον γὰρ, ἢ καὶ μᾶλλον ἐστὶ τὸ ἀδύνατον, ξηρῷ σώματι τὴν τοῦ ὕδατος ἐπωνυμίαν ἁρμόσαι· καὶ πῦρ προσαγορεῦσαι τὸ κατεψυγμένον ἐν τῇ ποιότητι· καὶ τὸ στερρὸν καὶ ἀντίτυπον ἀέρα εἰπεῖν· καὶ θεῖον ὀνομάσαι, ᾧ μὴ συνυπακούεται ἡ τῆς τελειότητος ἔννοια.

ε΄. Εἰ οὖν ἀληθῶς καὶ οὐ μέχρις ὀνόματος θεῖον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς γραφῆς καὶ ὑπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν προσηγόρευται, τίς ἔτι λόγος ἐστὶ τοῖς ἀντιστατοῦσι τῇ δόξῃ τοῦ πνεύματος; εἰ γὰρ θεῖον, καὶ ἀγαθὸν πάντως καὶ δυνατὸν καὶ σοφὸν ἔνδοξόν τε καὶ ἀΐδιον, καὶ πάντα ὅσα τοῦ τοιούτου γένους ἐστὶν ὀνόματα πρὸς τὸ μεγαλοπρεπὲς τὰς ὑπολήψεις ἡμῶν ἐπαίροντα· ταῦτα οὐκ ἐκ μετουσίας ἔχειν ἡ ἁπλότης τοῦ ὑποκειμένου διαμαρτύρεται, ὡς ἄλλο μέν τι τῇ ἑαυτοῦ φύσει ὑπονοεῖν εἶναι, ἕτερον δέ τι γίνεσθαι τῇ παρουσίᾳ τῶν εἰρημένων· ἴδια γὰρ ταῦτα τῶν σύνθετον εἰληχότων τὴν φύσιν· ἁπλοῦν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ πάντων ἐπίσης συνωμολόγηται, καὶ ὁ ἀντιλέγων οὐκ ἐστί. Εἰ οὖν ἁπλοῦς ὁ τῆς φύσεως αὐτοῦ λόγος, οὐκ ἐπίκτητον ἔχει τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ αὐτὸ ὅ τί ποτέ ἐστι, ἀγαθότης ἐστὶ, σοφία, δύναμις, ἁγιασμὸς, δικαιοσύνη, ἀϊδιότης, ἀφθαρσία, πάντα τὰ ὑψηλὰ τῶν ὀνομάτων καὶ ὑπεραίροντα· τὸ οὖν τοιοῦτο, ἐκ ποίας διανοίας ἄδοξον εἶναι κατασκευάζουσιν οἱ μὴ φοβούμενοι τὸ χαλεπὸν τῆς κατὰ τοῦ πνεύματος βλασφημίας κατάκριμα: σαφῶς γὰρ τοῦτο προτείνουσι, τὸ μὴ δεῖν αὐτὸ δοξαστὸν εἶναι πιστεύειν· οὐκ οἶδα το τῇ φύσει ἔνδοξον, τίνι λογισμῷ μὴ ὁμολογεῖν ὅ ἐστι, λυσιτελὲς εἶναι κρίνοντες.

ϛʹ. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο αὐτάρκες εἰς ἀπολογίαν αὐτῶν, ὅτι ἐπειδὴ κατὰ τὴν τάξιν τρίτην ὑπὸ κυρίου τοῖς μαθηταῖς παραδέδοται, διὰ τοῦτο τῆς θεοπρεποῦς ἐννοίας ἀπηλλοτρίωται· “(1) ἐφ' ὧν γὰρ ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν ἐλάττωσιν ἢ παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστιν εὔλογον, τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν, ἐλαττώσεώς τινος, ἢ τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι; ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διῃρημένην βλέπων τὴν φλόγα *, αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα ἐκ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου (2) τὸ ἄκρον ἐξάψασαν· ἔπειτα κατασκευάζοι πλεονάζειν ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν· τῇ * δὲ ἐφεξῆς ὑποβεβηκέναι καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν· τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λέγεσθαι (3), κἂν παραπλησίως καίῃ καὶ φαίνῃ καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς κατεργάζηται· * „ εἰ δὲ κωλύει οὐδὲν πῦρ εἶναι τὴν τρίτην λαμπάδα, κἂν ἐκ προλαβούσης ἀναλάμψῃ φλογὸς, τίς ἡ σοφία τῶν διὰ ταῦτα τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀξίαν ἀθετεῖν ἀσεβῶς νομιζόντων, ἐπειδήπερ μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν ἠριθμήθη παρὰ τῆς θείας φωνῆς; εἰ μὲν γὰρ λείπει τί τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων ἐν τοῖς ἐπιθεωρουμένοις τῇ φύσει τοῦ πνεύματος, καλῶς αὐτῷ προσμαρτυ-

* al. πρώτην φλόγα.

* al. την.

* al. ἐργάζηται.

6. Neque enim illorum defensioni sufficit, quod quia ipsum tertio loco Dominus discipulis revelaverit, idcirco a divinae dignitatis notione alienus videatur. Etenim in quibus bonitatis operatio nullam deminutionem aut diversitatem habet, quomodo consentaneum rationi fuerit existimare numeri ordinem esse indicium minorationis alicuius vel differentiae? Veluti si quis tribus in lampadibus subdivisam flammam cernens (supponamus autem, tertii luminis causam esse primam flammam, quae per mediam influens, accendat extremam) postmodum existimaret prima in flamma abundare calorem, in secunda vero decrescere, atque in minorem commutari: denique tertiam ne ignem quidem iam esse appellandam, etiamsi aeque ardeat, luceat, et cuncta ignis officia praestet. Iam si nihil impedit, quominus ignis sit tertia lampas, etiamsi ex praecedente incenditur flamma, quaenam sapientia est illorum, qui ideo sancti Spiritus dignitatem impie delendam existimant, quia is post patrem et filium a divino oraculo numeratus fuit? Sane siqua deest dignarum Deo rerum in naturalibus Spiritùs attributis, recte eius maiestatem negarent: sin potius magna undi-

(1) Non semel mihi contigit ut repertorum in codicibus operum, quae deperdita eatenus fuerant, confirmationem deprehenderem in libris auctorum editis, qui ea olim manu scripta legerant, et pro re nata citaverant. Itaque et nunc nactus in vaticano codice hunc Nysseni contra Macedonianos sermonem, forte postea fortuna cognovi quater saltem in impressis ab Allatio neotericorum Graecorum libellis appellatum, cum eiusdem sermonis particula, quae quum sit eadem apud omnes, perspicuum est posteriores auctores a prioribus exscripsisse, ut byzantini factitare passim solent. Primus ergo, qui hunc Nysseni locum, a nobis virgulis circumscriptum, protulit, Nicephorus Blemmides est, ·XIII· saeculi homo in secunda de processione Spiritus sancti oratione, apud Allatium in Graecia orthodoxa T. I. p. 56. Ὁ τῶν Νυσσαέων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διαλαμβάνων, καὶ κατὰ Μακεδονίου φερόμενος, οὕτω διατυποῖ τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος πρόοδον· – ἐφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια etc. usque ad καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. Secundus Ioh. Veccus in epigraphe I. de Spiritu sancto, cod. vat. 606. p. 245, et apud Allat Graec. orth. T. II. p. 537. Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ Μακεδονιανῶν λόγῳ etc. Tertius Georgius trapezuntius de eodem argumento in Graec. orth. T. I. p. 530. Ὁ Νύσσης ἐν τῷ κατὰ Μακεδονιανῶν λογῳ etc. Quartus denique ipse Leo Allatius in enchiridio suo de Spiritus S. proc. p. 103, qui praecedentia testimonia sine dubio exscripsit, non autem ex ipso Nysseni ex sermone hausit; alioqui vir eruditissimus notitiam nobis et inediti operis et codicis vaticani non invidisset; qui certe codex vel eius oculos fugit, vel sua mole non modica rem occultavit, vel nondum fortasse, vivente Allatio, in pontificiam bibliothecam fuerat illatus. Eadem fere de alio Nysseni fragmento postea narraturus sum.

(2) En processionem a patre per filium; cuius causa hanc auctoritatem Nysseni auctores praedicti recitant. Sane nihil evidentius hoc exemplo trium lucernarum est pro dogmate de processione ab utroque.

(3) Hinc Ariani apud Luculentium a nobis editum dicunt *patrem maiorem*, *filium minorem*, *Spiritum sanctum perminorem*.

que apparet sancti Spiritus dignitas, cur cavillantur de maiestatis confessione? Perinde est ac si quis, postquam aliquem esse hominem adfirmasset, minime tutum fore iudicaret fateri simul hunc esse rationalem atque mortalem, et quicquid aliud hominis proprium dicitur; atque ita quod iam concesserat, denuo subverteret. Nam nisi rationalis est, ne homo quidem prorsus est. Quod si hominem esse conceditur, cur de illa re dubitatur, quae homini inhaerens esse intelligitur? Sic ergo si vere de Spiritu loquitur, qui Deum hunc dicit, ne ille quidem mentitur, qui hunc gloriosum, bonum, potentemque esse definit. Nam deitatis notionem cuncta haec cogitata comitantur: ita ut alterutrum e duobus sit necessarium, vel Deum non dicere, vel nullam Deo dignarum notionum subtrahere. Propterea oportet utramque rem simul complecti, nempe et divinam naturam cum congruo de ea iudicio, et orthodoxas circa divinam atque omnia excedentem naturam notiones.

7. Quia igitur dictum est, et recte quidem, divina Spiritum pollere natura, quaelibet autem magnifica notio cum huiusmodi appellatione, prout diximus, elucet; qui hanc ei concedit virtutem, confitetur et reliqua, nempe et gloriosum esse et potentem, et quidvis aliud melioris rei significatum habet. Neque enim possibile est non confiteri haec de Spiritu, propter contradictionem illorum quae his opponuntur vocabulorum. Nam qui gloriosum esse non concedet, inglorium adfirmabit; qui potentiam ei negaverit, contrarium annuet. Idem fiet de honore ac bonitate; ac nisi maiora quis admittat, contraria omnino fatebitur. Quod si hoc horrendum est, et supra omnem absurditatem atque blasphemiam, constat aequum esse ut gloriosioribus titulis atque conceptibus circa Spiritum sanctum orthodoxi utantur; dicantque id quod nos inculcavimus, eum esse honorabilem, potentem, gloriosum, bo-

ροῦσι τὸ ἄδοξον· εἰ δὲ διὰ πάντων τὸ μεγαλεῖον τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀξίας κατανοεῖται, τί μικρολογοῦσι περὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς δόξης; ὥσπερ ἂν εἴ τις ἄνθρωπόν τινα λέγων εἶναι, μηκέτι ἀσφαλὲς ἡγοῖτο συνομολογεῖν ἐπὶ τούτου τὸ λογικὸν ἢ θνητὸν ἢ εἴ τι ἄλλο περὶ τὸν ἄνθρωπον λέγεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀνατρέποι πάλιν ὃ ἔδωκεν· εἰ γὰρ οὐ λογικὸς, οὐδὲ ἄνθρωπος· εἰ δὲ τοῦτο δέδοται, πῶς τὸ συνημμένον μετὰ τοῦ ἀνθρώπου νοούμενον ἀμφιβάλλεται; οὕτω τοίνυν εἰ ἀληθεύει περὶ τοῦ πνεύματος ὁ θεῖον λέγων, οὐδὲ ὁ τίμιόν τε καὶ ἔνδοξον ἀγαθόν τε καὶ δυνατὸν εἶναι τοῦτο διοριζόμενος, ψεύδεται· τῇ γὰρ τῆς θειότητος ἐννοίᾳ πάντα τὰ τοιαῦτα νοήματα συνεισέρχεται· ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ μὴ δὲ θεῖον λέγειν, ἢ μηδὲν τῶν θεοπρεπῶν νοημάτων ὑποσπᾷν τῆς θειότητος· διὰ τοῦτο δεῖ πάντως μετ' ἀλλήλων τὰ δύο καταλαμβάνεσθαι, καὶ τὴν θείαν φύσιν μετὰ τῆς προσφυοῦς ὑπολήψεως, καὶ τὰς εὐσεβεῖς ἐννοίας περὶ τὴν θείαν τε καὶ ὑπερέχουσαν φύσιν.

ζ'. Ἐπεὶ οὖν εἴρηται τῆς θείας φύσεως εἶναι τὸ πνεῦμα, καὶ καλῶς εἴρηται, πᾶσα δὲ μεγαλοπρεπὴς ἔννοια τῷ ὀνόματι τούτῳ καθὼς εἴρηται συνεμφαίνεται, ὁ ἐκεῖνο δοὺς τῇ δυνάμει, συνωμολόγησε τὰ λειπόμενα, τὸ καὶ ἔνδοξον εἶναι καὶ δυνατὸν καὶ εἴ τι πρὸς τὸ κρεῖττον φέρει τὴν σημασίαν· οὐδὲ γὰρ φύσιν ἔχει μὴ ὁμολογεῖσθαι ταῦτα περὶ τοῦ πνεύματος διὰ τὸ ἀπεμφαῖνον τῶν ἀντιδιαστελλομένων τοῖς τοιούτοις ὀνόμασιν· ὁ γὰρ ἔνδοξον μὴ διδοὺς, ἄδοξον δώσει· καὶ ὁ τὸ δυνατὸν ἀθετῶν ἐπ' αὐτοῦ, τῷ ἐναντίῳ συνθήσεται· ὡσαύτως καὶ περὶ τοῦ τιμίου καὶ ἀγαθοῦ· καὶ τὰ πρὸς τὰ κρείττονα εἰ μὴ παραδέχοιτο, τὰ ἐναντία πάντως ὁμολογήσει· εἰ δὲ φρικτὸν τοῦτο, καὶ πάσης ἀτοπίας καὶ βλασφημίας ἐπέκεινα, δῆλον ὅτι τοῖς εὐσημοτέροις ὀνόμασι τε καὶ νοήμασι περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος οἱ εὐσεβοῦντες συνθήσονται, καὶ ἐροῦσιν εἶναι ταῦτα ἃ δὴ πολλάκις εἰρήκαμεν, τίμιον, δυνατὸν, ἔνδοξον, ἀγα-

θὸν, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν πρὸς εὐσέβειαν συντεινόντων λέγεται. Ταῦτα δὲ οὐκ ἀτελῶς προσεῖναι τῷ πνεύματι, οὐδὲ περιωρισμένην ἔχοντα τοῦ καλοῦ τὴν ποσότητα, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ ἄπειρον ταῖς κλήσεσι συμβαίνοντα· οὐ γὰρ μέχρι τινὸς τίμιον, εἶτα ἄλλο τί νοεῖται παρὰ τὸ τίμιον, ἀλλ᾽ ἀεὶ τοιοῦτον· καὶ εἰ κατόπιν τῶν αἰώνων λογίζοιο, καὶ εἰ πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀποβλέπῃς, ἐν οὐδενὶ τὸ λεῖπον εἰς τιμὴν ἢ δόξαν ἢ δύναμιν ἐξευρήσεις, ὡς ἢ κατὰ προσθήκην αὔξεσθαι, ἢ ἐλαττοῦσθαι δι᾽ ὑφαιρέσεως· οὐκοῦν εἰ ὅλον δι᾽ ὅλου τέλειον, ἐν οὐδενὶ δέχεται τὴν ἐλάττωσιν· καθ᾽ ὃ γὰρ ἂν μειωθῇ περὶ τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἡ τελειότης, κατ᾽ ἐκεῖνο δώσει χώραν ταῖς ἀτιμοτέραις τῶν ὑπολήψεων· τὸ γὰρ μὴ τελείως τίμιον, μέρει τινὶ τοῦ ἐναντίου μετέχειν ὑπονοεῖται· εἰ δὲ τοῦτο καὶ μέχρις ἐννοίας λαβεῖν, τῆς ἐσχάτης παραπληξίας ἐστὶ, καλῶς ἔχει πάντως ἀόριστον αὐτῷ καὶ ἀπερίγραπτον καὶ κατ᾽ οὐδὲν μέρος ἠλαττωμένην προσμαρτυρεῖν τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τελειότητα.

η′. Εἰ δὴ τοιοῦτον ἐστὶν, ἐφεξῆς ὁ λόγος καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ τὸ ἴσον διασκεψάσθω, καὶ περὶ τοῦ πατρὸς ὡσαύτως· ἆρ᾽ οὐχὶ τὸ τέλειον ὁμολογεῖ τῆς τιμῆς καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπ᾽ ἐκείνου; πάντας οἶμαι τοὺς νοῦν ἔχοντας τοῖς εἰρημένοις συνθήσεσθαι· εἰ οὖν τελεία τοῦ πατρὸς ἡ τιμὴ, τελεία δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ, προσεμαρτυρήθη δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι τῆς τιμῆς τὸ τέλειον, διὰ τί νομοθετοῦσιν ἡμῖν οἱ καινοὶ δογματισταὶ μὴ δεῖν ὁμολογεῖν ἐπ᾽ αὐτοῦ πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν τὸ ὁμότιμον; ἡμεῖς μὲν γὰρ τοῖς ἐξητασμένοις ἑπόμενοι, τὸ μηδεμιᾶς προσθήκης εἰς τελείωσιν προσδεόμενον, ἀτιμότερον ἑτέρου τινὸς οὔτε λέγειν οὔτε νοεῖν δυνάμεθα· οὗ γὰρ τὸ πλεονάζον οὐκ ἐξευρίσκει ὁ λόγος διὰ τὸ ἀνελλιπές τε καὶ τέλειον, ἐν τίνι καταλήψεται αὐτοῦ τὴν ἐλάττωσιν οὐχ ὁρῶ· οἱ δὲ ἀπαγορεύοντες τὸ ὁμότιμον, δογματίζουσι πάντως τὸ ἀτιμότερον· καὶ π[άσ]ας καὶ ὡσαύτως κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν διὰ τῆς

num, et quicquid aliud ad rectum cultum spectare videtur. Haec autem haud imperfecta Spiritui insunt, neque definitam habent excellentiae quantitatem, sed in immensum appellationes suas extendunt. Non enim aliquatenus honorabilis Spiritus est, et deinde aliud quid in eo citra honorationem sequitur, sed semper huiusmodi est. Et si saecula retro repetes, et si futura prospicias, nullatenus eum desiderasse honorem aut gloriam aut potestatem comperies, ita ut vel additamento augeri, vel subtractione minui potuerit. Ergo si quaqueversus perfectus est, nulla in re minorari potest. Etenim in quo circa hanc sui notionem minorabitur, illic ansam praebebit indigniori de se opinioni. Nam quod perfecte non est honorabile, rem contrariam aliquantum participare videbitur. Quod si hoc vel in mentem tantum admittere, summae insaniae est, bene est ut omnino confiteamur infinitam esse in Spiritu et incircumscriptam, ac nullatenus mutilam bonorum omnium perfectionem.

8. Quod si talis est Spiritus, deinceps de filio quoque pari ratione, itemque de patre, dispiciamus. Nonne perfectum tum huius tum etiam illius honorem esse fatemur? Omnes existimo, qui mente sunt praediti, dicto huic adsensuros. Si ergo perfectus est patris honor, perfectus item filii, et sancto quoque Spiritui perfectus honor confessione nostra tribuitur; cur hi neoterici dogmatistae nobis praecipiunt, non oportere parem illi honorem decernere ac patri et filio? Nos certe disquisitioni nostrae consentanei, id quod nullo additamento ad perfectionem indigeat, minus honorabile quam quodvis alterum, neque dicere possumus neque cogitare. Cuius enim excessum ratiocinium nostrum non invenit, quamquam nihil ei perfectionis deest, quanam in re minutionem eius comperiet, non video. Qui autem honoris paritatem negant, ii prorsus minorem honoris gradum decernunt. Similiter consequenter-

que, deminuta ex comparatione cum reliquis persona Spiritus, cunctas de eo religiosas sententias in contrarium vertent; et neque bonitatis, neque potentiae, neque alius cuiusvis, quod pie de eodem dicitur, attributi perfectionem confitebuntur. Quod si manifestam impietatem vitantes, id quod generatim bonum esse reputatur, perfectum fatentur; dicant hi sapientes quomodo haberi possit perfecti perfectum, vel perfectius, vel magis sempiternum. Nam quamdiu perfectionis definitio in rem quampiam cadit, ibi neque plus neque minus in perfectionis notione ratio admittit.

9. Si ergo per omnia perfectum esse Spiritum sanctum concedunt, simulque in confesso est, orthodoxum esse credere patris quoque ac filii in omni re bona perfectionem; cur nam consentaneum rationi iudicent Spiritum perimere, iam demonstrarunt. Nam perimere pari honore fruentem, perinde est atque opinari eum perfectionis non participem. Genus autem honoris divinae naturae tribuendi quodnam esse opinantur, quo carere Spiritum sanctum volunt? Utrum hunc ipsum honorem, quem invicem homines largiuntur sermone blandientes et corporis gestu, obsequium comitatu praebentes, et quotquot alia per vanam vitae consuetudinem honoris officia frequentantur? quae quidem omnia spontaneo fungentium motu fiunt; quaeque si omittere velint, nullus ex propria natura homo causam habet, ut sit prae ceteris honorabilis, qui similiter omnes eodem naturae modulo comprehenduntur. Res est explorata, nullique dubitationi obnoxia. Nam qui hodie propter magistratum quem gerit honorabilior ceteris videtur, eum postea comperiemus in illorum numero qui obsequium exhibent, dignitate in alium translata. Num hoc igitur honoris genus in divina quoque natura esse putant, ita ut volentibus nobis honorem exhibere, vel ab honorando cessantibus, pro arbitratu nostro cesset divinus honor? Non-

κατὰ τὴν σύγχυσιν ἐλαττώσεως, ἐπὶ τὸ ἐναντίον τὰς εὐσεβεῖς ὑπολήψεις περὶ τοῦ πνεύματος παραστρέψουσι, μὴ ἐν ἀγαθότητι, μηδὲ ἐν δυνάμει, μὴ ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐσεβῶς περὶ αὐτοῦ λεγομένων συμμαρτυροῦντες τὸ τέλειον. Εἰ δὲ τὸ πρόδηλον τῆς ἀσεβείας ἐκκλίνοντες, τὸ ἐν παντὶ τῷ κατὰ τὸ ἀγαθὸν λεγομένῳ νοήματι τέλειον ὁμολογοῦσιν, εἰπάτωσαν οἱ σοφοὶ πῶς τελείου τέλειον ἢ τελειότερόν ἐστι ἢ ἀιδιώτερον· [ἕ]ως γὰρ ἂν ὁ τῆς τελειότητος ἐφαρμόζηται λόγος, οὔτε τὸ πλέον οὔτε τὸ ἔλαττον ἐν τῇ τοῦ τελείου ἐννοίᾳ ὁ λόγος ἐστὶν * παραδέχεται.

* Sic fortasse in cod.

θʹ. Εἰ οὖν διὰ πάντων τέλειον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι συντίθενται, ὡμολόγηται δὲ πρὸς τούτοις εὐσεβὲς εἶναι καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ τέλειον, τίς ὁ λόγος καθ᾽ ὃν εὔλογον κρίνουσι πνεῦμα ἀναιρεῖν, δεδώκασι· * τὸ γὰρ ἀναιρεῖν τὸ ὁμότιμον, ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ μὴ νομίζειν μετέχειν τῆς τελειότητος· αὐτὸ δὲ τοῦτο τὴν τιμὴν ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τί ποτε ἄρα νομίζουσιν, ἧς ἄμοιρον εἶναι τὸ πνεῦμα βούλονται; πότερον ταύτην φασὶν ἣν καὶ ἄνθρωποι ἀνθρώποις χαρίζονται λόγῳ τε θεραπεύοντες καὶ σχήματι, τὸ ὑπήκοον ἐνδεικνύμενοι κατὰ τὴν πρόοδον, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῇ ματαίᾳ τοῦ βίου συνηθείᾳ τῷ τῆς τιμῆς γίνεται λόγῳ; ἅπερ πάντα τῇ προαιρέσει τῶν ταῦτα ἐργαζομένων συνέστηκεν, ὧν καθ᾽ ὑπόθεσιν μὴ προελομένων, οὐδεμίαν ἐκ φύσεως ἀφορμὴν ἔχει τῶν ἀνθρώπων οὐδεὶς εἰς τὸ εἶναι τῶν λοιπῶν τιμιώτερος, πάντων ὁμοίως κατὰ τὰ αὐτὰ μέτρα τῆς φύσεως γνωριζομένων· σαφὴς δὲ ὁ λόγος καὶ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχων· τὸν γὰρ σήμερον διὰ τὴν ἀρχήν, ἧς προέστηκε, τίμιον τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκοῦντα, εὑρήσομεν ἐφεξῆς ἕνα τῶν τιμώντων καὶ αὐτὸν γινόμενον, τῆς ἀρχῆς εἰς ἕτερον μετενεχθείσης· ἆρ᾽ οὖν τοιοῦτόν τι τῆς τιμῆς εἶδος καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἐπινοοῦσιν, ὥστε βουλομένων μὲν ἡμῶν τὸ τίμιον ἔχειν, παυσαμένων δὲ τοῦ τιμᾶν, τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει συγκαταλήγειν τὴν θείαν τιμήν; ἢ καταγέλαστόν ἐστι καὶ ἀσε-

* ita videtur in cod.

βὲς ἅμα τὰ τοιαῦτα νοεῖν· οὐ γὰρ δι᾽ ἡμᾶς τὸ θεῖον ἑαυτοῦ τιμιώτερον γίνεται, ἀλλ᾽ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, οὔτε πρὸς τὸ χεῖρον οὔτε πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβῆναι δυνάμενον· τὸ μὲν γὰρ οὐ δέχεται, τὸ δὲ οὐκ ἔχει.

ι'. Τίνι τοίνυν τρόπῳ τιμήσεις τὸ θεῖον; πῶς ὑψώσεις τὸ ὕψιστον; πῶς δοξάσεις τὸ ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν; πῶς ἐπαινέσεις τὸ ἀκατάληπτον; εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καθώς φησιν Ἡσαΐας *, ἐὰν πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων ζωὴ συναρμοσθεῖσα ὁμόφωνον ἀναπέμψῃ τὴν δόξαν, τίς ἔσται προσθήκη τῷ κατὰ τὴν φύσιν ἐνδόξῳ τῆς σταγόνος ἡ χάρις; οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ *, καὶ μικροὶ κήρυκες τῆς ἀξίας νομίζονται· ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ *, οὐ μέχρι τῶν οὐρανῶν, ἀλλ᾽ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, τῷ μικρῷ μέρει τῆς θεότητος τῇ σπιθαμῇ τροπικῶς ὀνομαζομένῃ περιειλημμένων· καὶ ἄνθρωπος τὸ ἐπίκηρον τοῦτο καὶ ὠκύμορον ζῶον, καλῶς τῷ χόρτῳ προσεικασμένος, σήμερον ὢν καὶ αὔριον οὐκ ἐσόμενος, ἀξίως τιμῆσαι τὴν θείαν φύσιν πεπίστευκεν; ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐξάψας λεπτὴν ἶνα ἀπὸ στιππύου, προσθήκην τινὰ ταῖς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγαῖς διὰ τοῦ σπινθῆρος ὑπολαμβάνοι χαρίζεσθαι· τί λέγων εἰπέ μοι τιμήσεις, ἐάν περ ὅλως τιμῆσαι θελήσεις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὅτι ἀθάνατόν ἐστι πάντως, ὅτι ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀεὶ καλὸν, καὶ ἀπροσδεὲς τῆς ἑτέρων χάριτος; ὅτι πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται, ἅγιον, ἡγεμονικὸν, εὐθὲς, δίκαιον, ἀληθινὸν, τὰ βάθη ἐρευνοῦν τοῦ θεοῦ, ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβανόμενον, καὶ εἴ τι τοιοῦτο; τί οὖν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων χαρίζῃ; τὰ προσόντα λέγεις, ἢ διὰ τῶν μὴ προσόντων τιμᾷς; εἰ μὲν γὰρ τὰ μὴ προσόντα προσμαρτυρεῖς, ματαία ἡ χάρις, καὶ εἰς οὐδὲν φέρουσα πλέον· ὁ γὰρ τὸ πικρὸν γλυκὺ λέγων, αὐτὸς μὲν ἐψεύσατο, τὸ δὲ ψεκτὸν οὐκ ἐπῄνεσε· εἰ δὲ τὰ ὄντα λέγεις,

* Is. XL. 15.
* Ps. XVIII. 1.
* Ps. VIII. 2.

ne ridiculum potius impiumque foret talia opinari? Non enim propter nos Deus honorabilior evadit, sed semper in eodem statu est, neque in peius aut melius transilire potest; quorum alterum non admittit, alterius possibilitatem non habet.

10. Quanam itaque ratione Deum honorabis? quomodo extolles Altissimum? quomodo glorificabis qui omnem gloriam excedit? quomodo laudabis inintelligibilem? Quoniam omnes gentes quasi stilla situlae sunt, ut Isaias ait, si forte universa hominum vita uno concentu consonam emittat laudationem, quaenam fiet accessio ei, qui naturaliter gloriosus est, a guttae gratia? Caeli enarrant gloriam Dei, exiguique censentur dignitatis praecones: quoniam exaltata est magnificentia eius non usque ad caelos, sed supra caelos, qui tenui divinitatis parte, quae palmus tropice nominatur, comprehenduntur. Homo autem, temporaneus hic et brevis aetatis animans, recteque foeno comparatus, qui hodie est et mane non subsistet, digne se honoraturum divinam naturam confidet? Veluti si quis accendens tenuem stuppae fibram, additamentum aliquod se putaret solis splendoribus hac sua scintilla largiri. Quibusnam verbis, dic mihi, honorabis, si quidem honorare omnino voles, sanctum Spiritum? Nempe dices prorsus esse immortalem, invertibilem, immutabilem, semper bonum, nullo alieno beneficio egentem; et quod cuncta in cunctis operatur prout vult: item sanctum esse, dirigentem, rectum, iustum, veracem, profunda Dei scrutantem, ex patre procedentem, a filio accipientem, et si quid praeterea est. Quid porro per haec et alia huiusmodi ei largiris? Eane quae habet dicis? An ob ea, quae non habet, laudas? Si quae non habet, de eo praedicas, vana est gratia, nihilque emolumenti conferens. Nam qui amarum dicit esse dulce, ipse quidem mentitur; et quod vituperabile est, reapse laude non ornat. Sin autem vera dicis, ea suapte natura talia

sunt, sive tu confitearis sive secus. Ait enim Apostolus: si non credimus, ille fidelis permanet.

11. Quid ergo sibi vult haec pusillanimitas simul et magnanimitas hominum, qui patrem quidem honorare certant, paremque filio gloriam attribuunt; erga Spiritum autem tantopere laudis sunt avari? Certe demonstratum est, haud a nostra voluntate gloriam confici, quae proprie divinae naturae inest, sed innatam illi inhaerere. Et ingratorum quidem hominum vecordia hac ipsorum pravitate sententiae coarguitur: Spiritus autem suapte natura venerabilis, gloriosus, potensque est, et quicquid excelsum cogitari potest, etiamsi hi nolint. Utique, aiunt; sed tamen patrem creatorem esse a scriptura edocti fuimus: item per filium omnia facta didicimus: nihil vero huiusmodi de Spiritu sacer sermo nos docuit. Quomodo autem aequum sit, ad parem honorem evehere sanctum Spiritum illi, qui per creationem tantam potentiae magnitudinem exprompsit? Quid ergo nos ad haec dicimus? Nempe quod vana locuti sunt in cordibus suis, qui existimant non semper cum patre et filio Spiritum fuisse; sed certis temporibus modo per se solum spectari, modo coniunctim comperiri. Nam si absque Spiritu factum est caelum ac terra et creatio universa per filium solum ac patrem, dicant qui sic loquuntur, quid ageret Spiritus sanctus, dum pater cum filio creationem operabatur? Num ad alia opera incumbebat, ac propterea universo creando non vacabat? Quamnam, oro, peculiarem Spiritus occupationem demonstrare queunt, interim dum creatio peragebatur? Certe stultum esset atque insanum de alia aliqua creatione cogitare, praeter illam quae a patre per filium conficiebatur.

12. At enim Spiritus fortasse non occupabatur, sed pigritia et otio ac laborum fuga a creandi studio abstinebat. Utinam nobis condonet hanc verborum insaniam

τῇ φύσει τοιοῦτον ἐστὶ πάντως καὶ ὁμολογοῦντος καὶ μή· φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος * ὅτι εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. * II., Tim. II. 13.

ιαʹ. Τί οὖν βούλεται ἡ ὑποστολὴ τῆς ψυχῆς καὶ ἡ μεγαλοψυχία, ἐπὶ μὲν τοῦ πατρὸς φιλοτιμουμένων, καὶ τῷ υἱῷ τυχεῖν τὰ ἶσα χαριζομένων, ἐπὶ δὲ τοῦ πνεύματος σμικρολογούντων τὴν χάριν; εἴπερ δέδεικται οὐκ ἐκ τῆς προαιρέσεως ἡμῶν πληρουμένη ἡ ἰδίως προσοῦσα τῇ θείᾳ φύσει τιμὴ, ἀλλὰ προσφυῶς συνυπάρχουσα· ἡ μὲν γὰρ ἀγνωμοσύνη τῶν ἀχαρίστων διὰ τῆς τοιαύτης αὐτῶν γνώμης ἐλέγχεται· τὸ δὲ πνεῦμα τῇ ἑαυτοῦ φύσει τίμιον, ἔνδοξον, δυνατὸν, πάντα τὰ ὑψηλὰ τῶν νοημάτων ἐστὶ, κἂν οὗτοι μὴ βούλωνται. Ναί φησιν· ἀλλὰ τὸν πατέρα μὲν δημιουργὸν εἶναι παρὰ τῆς γραφῆς ἐδιδάχθημεν· ὡσαύτως καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι ἐμάθομεν, οὐδὲν δὲ τοιοῦτο περὶ τοῦ πνεύματος ἡμᾶς ὁ λόγος ἐδίδαξεν· καὶ πῶς ἐστὶν εἰκὸς εἰς ἰσοτιμίαν ἄγειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ διὰ τῆς δημιουργίας τοσοῦτο μέγεθος δυνάμεως ἐπιδειξαμένῳ; Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἀποκρινούμεθα; ὅτι μάταια ἐλάλησαν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν οἱ νομίζοντες μὴ ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἶναι, ἀλλὰ κατὰ καιρούς τινας ποτὲ μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρεῖσθαι, ποτὲ δὲ συνημμένως καταλαμβάνεσθαι· εἰ γὰρ χωρὶς τοῦ πνεύματος γέγονεν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ πᾶσα ἡ κτίσις διὰ τοῦ υἱοῦ μόνου ἐκ τοῦ πατρὸς, εἰπάτωσαν οἱ ταῦτα λέγοντες, τί ἐποίει τότε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτε ὁ πατὴρ μετὰ τοῦ υἱοῦ τὴν κτίσιν ἐνήργει; ἄλλοις τισὶν ἔργοις προσησχολεῖτο, καὶ διὰ τοῦτο τῆς κτίσεως τῶν πάντων οὐ συνεφήπτετο; καὶ τί ἔχουσι δεῖξαι ἰδιάζον ἔργον τοῦ πνεύματος, ὅτε ἡ κτίσις συνίστατο; ἢ μωρόν ἐστι καὶ ἀνόητον τὸ καὶ ἄλλην κτίσιν παρὰ τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ὑφεστῶσαν ἐπινοεῖν.

ιβʹ. Ἀλλ' οὐκ ἠσχολεῖτο μὲν, ῥαθυμίᾳ δέ τινι καὶ ῥαστώνῃ καὶ τῷ περὶ τοὺς πόνους ὄκνῳ τῆς περὶ τὴν κτίσιν σπουδῆς ἐχωρίζετο· ἀλλ' ἵλεως εἴη ἡμῖν ἐπὶ τῇ ματαιό-

τητι ταύτῃ τῶν λόγων αὐτὴ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις· τῇ γὰρ ἀτοπίᾳ τῶν τὰ τοιαῦτα δογματιζόντων κατ' ἴχνος ἑπόμενοι ἀβουλήτως ταῖς ἐννοίαις αὐτῶν οἷόν τινι βορβόρῳ τὸν λόγον κατερρυπώσαμεν· ἡ γὰρ εὐσεβὴς διάνοια τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· οὔτε πατὴρ χωρὶς υἱοῦ ποτὲ ἐννοεῖται, οὔτε υἱὸς δίχα τοῦ ἁγίου πνεύματος καταλαμβάνεται· ὡς γὰρ ἀμήχανόν ἐστιν ἀνελθεῖν πρὸς τὸν πατέρα μὴ διὰ τοῦ υἱοῦ ὑψωθέντα *, οὕτως ἀδύνατόν ἐστι κύριον Ἰησοῦν εἰπεῖν μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ· * οὐκοῦν ἀκολούθως τε καὶ συνημμένως ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀεὶ μετ' ἀλλήλων ἐν τελείᾳ τῇ τριάδι γνωρίζονται, καὶ πρὸ πάσης κτίσεως, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ πρὸ πάσης καταληπτῆς ἐπινοίας, ἀεὶ πατὴρ ὁ πατήρ ἐστι, καὶ ἐν τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· εἰ οὖν ἀχωρίστως ταῦτα μετ' ἀλλήλων ἐστὶ, τίς ἡ ματαιότης τῶν ἐν καιρῷ τινι διαχωρίζειν ἐπιχειρούντων τὸ ἄτμητον, καὶ διαιρεῖν τὸ ἀχώριστον, ὥστε τολμᾶν λέγειν, μόνος ἐποίησεν ὁ πατὴρ διὰ μόνου τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῷ καιρῷ τῆς δημιουργίας ἢ μὴ παρόντος, ἢ μὴ ἐνεργοῦντος; εἰ μὲν γὰρ οὐ παρῆν, εἰπάτωσαν ποῦ ἦν, πάντα τοῦ θεοῦ διειληφότος; ἢ * τινα ἰδιάζουσαν τῷ πνεύματι στάσιν ἐπινοοῦσιν, ὥστε ἐφ' ἑαυτοῦ κεχωρισμένως εἶναι κατὰ τὸν τῆς κτίσεως χρόνον; εἰ δὲ παρῆν, πῶς ἀνενέργητον ἦν; τῷ μὴ δύνασθαί τι ποιεῖν; ἢ τῷ μὴ βούλεσθαι; ἑκουσίως ἀπολειπόμενον, ἢ ὑπό τινος βιαιοτέρας ἀνάγκης ἐλαυνόμενον; εἰ μὲν γὰρ ἐκ προαιρέσεως τὴν ἀργίαν ἠσπάζετο, οὐδὲ ἐν ἄλλῳ τινὶ πάντως τὸ ἐνεργεῖν καταδέχεται· καὶ ψευδὴς κατ' αὐτοὺς ὁ λέγων *, ὅτι πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται.

* Ioh. XIV. 6.
* I. Cor. XII. 3.
* cod. εἰ.
* I. Cor. XII. 6.

ιγ'. Εἰ δὲ τούτῳ μέν ἐστιν ἡ πρὸς τὸ ἐνεργεῖν ὁρμὴ, ὑπερκειμένη δέ τις ἐξουσία κωλύει τὴν πρόθεσιν, εἰπάτωσαν τὴν αἰτίαν τοῦ ταῦτα κωλύοντος· φθόνῳ τῆς ἐκ τῶν ἔργων δόξης, ὡς ἂν μὴ καὶ εἰς ἄλλον διαβαίη τῶν κατορθωμάτων τὸ θαῦμα; ἢ τῷ μὴ καταπιστεύειν τῇ συνεργείᾳ, ὡς ἐπὶ λύμῃ τοῦ παρόντος ἐσομένης αὐτοῦ τῆς ἐργασίας; πάντως γὰρ τῶν τοιούτων ὑπολήψεων καὶ τὰς

ipsa Spiritus gratia! Etenim nos absurditatem talia dogmatizantium presse sequentes, inviti sensibus illorum, ceu quodam luto, sermonem nostrum sordidavimus. Porro orthodoxa sententia ita se habet: neque pater absque filio umquam cogitatur, neque filius sine sancto Spiritu intelligitur. Sicut enim impossibile est venire ad patrem, nisi quis per filium extollatur; ita impossibile est dicere dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. Itaque convenienter atque coniunctim pater et filius et Spiritus sanctus semper mutuaque cum relatione in perfecta Trinitate considerantur: et ante omnem creationem, ante omnia saecula, ante quamlibet intellectus nostri cogitationem, pater semper pater est, et cum filio Spiritus sanctus. Si ergo inseparabiliter, haec simul mutuoque existunt, quaenam insania est illorum, qui separare nituntur individuum, et dividere inseparabile? ita ut dicere audeant, solum fecisse omnia patrem per filium, Spiritu sancto sub creationis tempus vel non praesente vel nihil agente. Nam si non aderat, dicant ubinam esset, quum Deus reapse omnia occupet? num videlicet peculiarem aliquam Spiritui stationem adsignant, ita ut apud se seorsum creationis tempore esset? Sin aderat, quomodo inactuosus erat? Num quia nihil efficere poterat? an quia nolebat? Sponte omittens? an aliqua validiore necessitate repulsus? Nam si sponte otium praeoptavit, ne in alia quidem re qualibet is agere pateretur: mendaxque ex horum sententia evaderet ille qui ait ipsum operari omnia in omnibus prout vult.

13. Quod si Spiritus quidem ad operandum sponte impellitur, superior autem quaedam potestas huic proposito obstat, dicant sane quamobrem impedimentum hoc fiat? Num invidia gloriae quae ex operibus paritur, ne videlicet in alium quoque transeat recte factorum admiratio? An quia non fidat cooperanti, quasi detrimentum rei praesentis futura sit illius opera? Prorsus

harum quoque opinionum causas hi sapientes nobis patefacient. Sin vero neque invidia divinam attingit naturam, neque error aliquis in infallibili natura cogitari potest, quid sibi vult haec istorum aestimandi morositas, quae creatricem causam Spiritus potentiae negat? quum contra oporteat sublimibus sensibus humilia et humana cedere, et pro excelsi dignitate subiecti cogitare. Nam neque is qui omnia excedit Deus, ob alicuius cooperationis necessitatem, cuncta per filium fecit; neque unigenitus filius, ideo quod minorem conatu suo vim habeat, in sancto Spiritu omnia operatur. Sed fons quidem potentiae, pater est; potentia vero patris, filius; potentiae Spiritus denique, Spiritus sanctus est: creatura autem omnis tum sensibilis tum incorporea, divinae potentiae effectus est. Et quoniam labor nullus esse intelligitur in iis quae divinam naturam constituunt; nam voluntatem statim sequitur actio, et sine mora propositum in rem confertur; omnem, quae creando fit, substantiam, voluntatis motum, propositi adgressionem, potentiae communicationem, recte dicemus a patre incipere, per filium procedere, et in sancto Spiritu perfici.

14. Hanc nos populari more consuetaque nobis ratione sententiam gerentes, sapientia ista adversariorum argumenta non admittimus: credimus enim et confitemur in omni re mundana et supramundana, temporanea atque aeterna, cum patre ac filio Spiritum sanctum esse consociandum; et neque a voluntate, neque ab actione, neque a re quavis, quae pie creditur bona, excludendum: ideoque, excepta ordinis personaeque differentia, nullius rei diversitatem admittimus; sed tertium ordine dicimus post patrem et filium numerari: tertium item ordine traditionis. In reliquis vero omnibus inseparabilem nexum fatemur, naturae videlicet, honoris,

αἰτίας ἡμῖν οἱ σοφοὶ οὗτοι διασαφήσουσιν· εἰ δὲ οὔτε φθόνος τῆς θείας ἅπτεται φύσεως, οὔτε τι σφάλμα περὶ τὴν ἄπταιστον φύσιν ἐπινοεῖται, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ μικροπρέπεια τῶν νοημάτων, ἡ τῆς δημιουργικῆς αἰτίας ἀφορίζουσα τὴν τοῦ πνεύματος δύναμιν. δέον ταῖς ὑψηλοτέραις τῶν ἐννοιῶν ἀφιέναι μὲν τὰ ταπεινὰ καὶ ἀνθρώπινα τῶν νοημάτων, λογισμὸν δὲ λαβεῖν τοῦ ὕψους τῶν ζητουμένων ἐπάξιον· ὅτι οὔτε ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς συνεργίας τινὸς χρήζων, διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα ἐποίησεν, οὔτε ὁ μονογενὴς υἱὸς (1) ἐλάττονα τῆς προθέσεως τὴν δύναμιν ἔχων ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι τὰ πάντα ἐργάζεται· ἀλλὰ πηγὴ μὲν δυνάμεως ἐστὶν ὁ πατὴρ, δύναμις δὲ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, δυνάμεως (2) δὲ πνεῦμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡ δὲ κτίσις πᾶσα ὅση τε αἰσθητὴ καὶ ὅση ἀσώματος, τῆς θείας δυνάμεως ἐστὶν ἀποτέλεσμα· καὶ ἐπειδὴ πόνος οὐδεὶς ἐν τῇ συστάσει τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν ὑπονοεῖται, ὁμοῦ γὰρ τῷ προθέσθαι, τὸ γενέσθαι δέον, εὐθὺς οὐσία ἡ πρόθεσις γίνεται, πᾶσαν τὴν διὰ τῆς κτίσεως ὑποστᾶσαν φύσιν, θελήματος κίνησιν, καὶ προθέσεως ὁρμὴν, καὶ δυνάμεως διάδοσιν, εἰκότως ἄν τις προσαγορεύσειεν ἐκ πατρὸς ἀρχομένην, καὶ δι' υἱοῦ προϊοῦσαν, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ τελειουμένην.

ιδ'. Ταῦτα ἡμεῖς ἰδιωτικῶς καὶ κατὰ τὸν συνήθη τρόπον ἡμῖν ἐννοοῦντες, τὰ σοφὰ ταῦτα τῶν ἀνθυποφερόντων οὐ προσιέμεθα, πιστεύοντες καὶ ὁμολογοῦντες ἐν παντὶ πράγματι καὶ νοήματι ἐγκοσμίῳ τὲ καὶ ὑπερκοσμίῳ, καὶ τοῖς ἐν χρόνῳ καὶ τοῖς προαιωνίοις, μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταλαμβάνεσθαι, μήτε βουλήματος μήτε ἐνεργείας μήτε ἄλλου τινὸς τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν εὐσεβῶς νοουμένων ἀπολειπόμενον· καὶ διὰ τοῦτο, ἐκτὸς τῆς κατὰ τάξιν καὶ ὑπόστασιν διαφορᾶς, ἐν οὐδενὶ τὸ παρηλλαγμένον καταλαμβανόμενον, ἀλλὰ τρίτον μὲν τῇ ἀκολουθίᾳ φαμὲν μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν ἀριθμεῖσθαι· τρίτον δὲ καὶ τῇ τάξει τῆς παραδόσεως· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἀχώριστον τὴν συνά-

(1) Cod. θεός, sed fortasse emendatum fuit in ipso codice υἱός.

(2) Id est filii, qui est potentia patris. Nam Spiritus sanctus dicitur a Paulo Gal. IV. 6. *Spiritus filii.*

φειαν ὁμολογοῦντες ἐν φύσει καὶ ἐν τιμῇ καὶ ἐν θεότητι καὶ δόξῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῇ ἐπὶ πάντων ἐξουσίᾳ, καὶ τῇ εὐσεβεῖ ὁμολογίᾳ. Περὶ δὲ λατρείας καὶ προσκυνήσεως καὶ ὅσα τοιαῦτα μικρολογοῦντες προφέρουσιν οἱ σοφοὶ παρ' ἑαυτοῖς, ἐκεῖνα λέγομεν, ὅτι πάντων τῶν παρ' ἡμῖν γινομένων ἐκ προαιρέσεως ἀνθρωπίνης ὑψηλότερον ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ἡ προσκύνησις ἡμῶν ταπεινοτέρα ἐστὶ χρεωστουμένης τιμῆς· καὶ εἴ τι ἄλλο ἡ ἀνθρωπίνη συνήθεια τίμιον ἔχει, κάτω που τῆς ἀξίας ἐστὶ τοῦ πνεύματος· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀμέτρητον, μεῖζον ἐστὶ τῶν ἀπὸ μικρᾶς καὶ περιγεγραμμένης καὶ εὐτελοῦς δυνάμεως τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ δωροφορούντων· ταῦτα μὲν οὖν φαμὲν πρὸς τοὺς συντιθεμένους τῇ εὐσεβεστέρᾳ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπολήψει, ὅτι τε θεῖον ἐστὶ καὶ φύσεως θείας.

ιε΄. Εἰ δέ τις ἀθετοίη τὴν φωνὴν ταύτην καὶ τὴν διάνοιαν τὴν τῷ ὀνόματι τῆς θειότητος συνεμφαινομένην, λέγοι δὲ τὸ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπὶ καθαιρέσεως τῆς τοῦ πνεύματος μεγαλωσύνης περιφερόμενον, ὅτι οὐχὶ τῶν ποιούντων, ἀλλὰ τῶν ποιηθέντων ἐστὶ, καὶ οὐχὶ τῆς θείας, ἀλλὰ τῆς κτιστῆς φύσεως εἶναι προσήκει νομίζειν, τοῦτον τὸν λόγον ἀποκρινούμεθα, ὅτι τοὺς οὕτως ἔχοντας ἐν χριστιανοῖς ἀριθμεῖν οὐκ ἐμάθομεν· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπον οὐκ ἄν τις προσείποι τὸ ἀτελεσφόρητον ἔμβρυον, ἀλλὰ δύναμιν εἴπερ ἐτελεσφορήθη εἰς ἀνθρώπου γένεσιν προελθεῖν. ἕως δ' ἂν ἐν τῷ ἀτελεῖ ᾖ, ἄλλο τί ἐστι καὶ οὐκ ἄνθρωπος· οὕτως τὸν μὴ δι' ὅλου τοῦ μυστηρίου τὴν ἀληθῆ μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας δεξάμενον, χριστιανὸν οὐκ οἶδεν ὁ λόγος· ἔστι γὰρ καὶ ἰουδαίων ἀκούειν θεὸν ὁμολογούντων καὶ θεὸν τὸν ἡμέτερον· συντίθεται αὐτοῖς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ καὶ ὁ κύριος, ὅτι οὐκ ἄλλον νομίζουσι θεὸν ἢ τὸν πατέρα τοῦ μονογενοῦς ὃν ὑμεῖς, φησὶ, λέγετε ὅτι θεὸς ἡμῶν ἐστιν·* ἆρ' οὖν χριστιανοὺς ὀνομαστέον τοὺς ἰουδαίους, ὅτι τὸν παρ' ἡμῶν προσκυνούμενον, καὶ αὐτοὶ σέβειν ὁμολογοῦσιν; οἶδα καὶ Μανιχαίους τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιφέροντας· τί οὖν; ἐπειδὴ σεβάσμιον παρὰ τούτοις τὸ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενον ὄνομα, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς ἐν χριστιανοῖς ἀριθμή-

* Ioh. VIII. 41.

deitatis, gloriae, magnificentiae, universalis potestatis, religiosae denique apud nos confessionis. Quatenus vero sapientes hi cavillantur de cultu et adoratione et rebus huiusmodi, hoc nos adfirmamus, nempe omni quod nos humanis conatibus praestamus officio excelsiorem esse Spiritum sanctum: adorationem quoque nostram infirmiorem esse debito honore: et quicquid humana consuetudo venerationis exprimit, inferius esse Spiritus dignitate. Nam qui immensus natura est, maior est omni obsequio, quod ei ab exiguae et circumscriptae vilisque facultatis conatu exhibetur. Haec ceteroquin illis dicimus, qui religiosiori de sancto Spiritu sententiae adhaerent, quod nempe Deus sit, et divina natura praeditus.

15. Quod si quis hoc vocabulum, et suppositum eidem vocabulo significatum deitatis, deleat; dicat autem id quod a multis ob abolendam Spiritus maiestatem iactatur, nempe quod non ex facientibus, sed ex factis, credendus sit, neque divina natura sed creata; hanc nos orationem improbamus, quia homines ita opinantes in Christianorum numero habere non didicimus. Nam sicut imperfectum embryonem nemo hominem diceret, sed inchoatam vim quamdam si quando ad hominis nativitatem devenerit, quamdiu tamen imperfectus est, nondum esse hominem; sic eum qui totius mysterii veram orthodoxamque formam non exceperit, hunc esse christianum doctrina nostra non agnoscit. Namque et Iudaeos audire est Deum, et quidem nostrum, confitentes. Concedit quippe illis in evangelio Dominus, quod non alium existiment Deum, nisi Unigeniti patrem, quem vos inquit Deum vestrum dicitis. Num ergo Christianorum nomine nuncupandi sunt Iudaei, propterea quod adoratum a nobis Deum ipsi quoque se fatentur colere? Scio et Manichaeos nomen Christi celebrare. Quid igitur? Num quia venerabile his quoque habetur adoratum a nobis

nomen, idcirco hos etiam in Christianorum numero habebimus? Sic et ille, qui patrem quidem confitetur, filiumque admittit, Spiritus tamen abolet maiestatem, fidem negavit, et est infideli deterior, christianique nomen mentitur. Perfectum esse hominem Dei, iubet Apostolus. Perfectio autem erit in communi quidem homine, si absolutam quaqueversus naturam habuerit: nam rationalem esse oportet, mentis scientiaeque capacem, vitae compotem, statura erectum, risibilem, latis unguibus praeditum. Quod si quis hominem nominet, quin dicta naturae indicia praestare queat, frustra eum hac honorat appellatione. Ita etiam christianus, fide in patrem et filium ac Spiritum sanctum distinguitur: haec forma est eius, qui veritatis mysterio conformatus fuerit. Quod si aliter forma se habeat, haud agnoscam difformis rei naturam: confusio est potius figurae, et naturalis formae alteratio, et indicativorum humanitatis signorum perversio, cum ad fidei dogma Spiritus sanctus non simul recipitur. Verax est enim Ecclesiastae dictum: non est hic homo vivens, sed ossa, ut ipse ait, in ventre praegnantis. Nam quomodo confitebitur Christum, nisi chrisma cum uncto simul intelligat? Hunc, inquit scriptura, unxit Deus Spiritu sancto.

16. Dicant ergo nobis qui Spiritus gloriam abolent, et in ordine subditarum naturarum collocant, cuiusnam rei symbolum unctio sit; nonne regni? Quid porro? Nonne propria natura regem esse credunt Unigenitum? Sine dubio non negabunt, qui certe iudaico velo cor obvolutum non habeant. Si ergo filius Deus naturaliter est, regni vero symbolum chrisma, quidnam, oro, tibi consectanea ratio demonstrat? Nempe chrisma non esse alienum ab eo qui naturaliter rex est: neque uti peregrinum et extraneum cum sancta Trinitate Spiritum cooptari. Nam rex est filius; regnum autem vivens, et substantiale, et inhaerens,

σομεν; οὕτως καὶ ὁ τὸν πατέρα μὲν ὁμολογῶν, καὶ τὸν υἱὸν παραδεχόμενος, ἀθετῶν δὲ τὴν μεγαλωσύνην τοῦ πνεύματος, ἤρνηται τὴν πίστιν, καὶ ἐστὶν ἀπίστου χείρων, καὶ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ χριστιανοῦ καταψεύδεται· ἄρτιον εἶναι κελεύει τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον ὁ ἀπόστολος· * ἄρτιον δ' ἂν εἴη ἐπὶ μὲν τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου τὸ παντὶ λόγῳ συμπεπληρωμένον τῆς φύσεως· λογικόν τε γὰρ εἶναι χρὴ, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ζωῆς μετέχον, ὄρθιον τῷ σχήματι, γελαστικὸν, πλατυώνυχον· εἰ δὲ ὀνομάζοι μέν τις ἄνθρωπον, τὰ δὲ εἰρημένα σημεῖα τῆς φύσεως μὴ ἔχοι ἐπὶ τούτου παρέχεσθαι, μάτην ἐτίμησε τῷ προσρήματι. Οὕτως καὶ ὁ χριστιανὸς τῇ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα πίστει χαρακτηρίζεται· αὕτη ἐστὶν ἡ μορφὴ τοῦ κατὰ τὸ μυστήριον τῆς ἀληθείας μεμορφωμένου· εἰ δὲ ἑτέρως ἡ μορφὴ διακειμένη τύχῃ, οὐκ ἐπιγνώσομαι τοῦ ἀμόρφου τὴν φύσιν· σύγχυσις ἐστὶ τοῦ χαρακτῆρος, καὶ τῆς κατὰ φύσιν μορφῆς ἀλλοτρίωσις, καὶ παραλλαγὴ τῶν γνωριστικῶν σημείων τῆς ἀνθρωπότητος, ὅταν μὴ συμπαραληφθῇ τῇ πίστει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀληθεύει γὰρ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ ὁ λόγος· * ὅτι ἐκεῖ οὐχὶ ζῶν ἐστιν ἄνθρωπος ἀλλὰ ὀστᾶ, καθὼς ἐκεῖνος φησὶν, ἐν τῇ γαστρὶ τῆς κυοφορούσης· πῶς γὰρ ὁμολογήσει Χριστὸν, ὁ μὴ συνεπινοῶν τῷ χρισθέντι τὸ χρίσμα; τοῦτον ἔχρισε, φησὶν, ὁ θεὸς ἐν πνεύματι ἁγίῳ. *

* II. Tim. III. 17.
* Eccle. XI. 5.
* Act. X. 38.

ιϛʹ. Εἰπάτωσαν οὖν ἡμῖν οἱ καθαιροῦντες τὴν τοῦ πνεύματος δόξαν, καὶ τῇ ὑποχειρίῳ φύσει συγκατατάσσοντες, τίνος σύμβολόν ἐστιν ἡ χρίσις; οὐχὶ τῆς βασιλείας; τί δέ; οὐχὶ φύσει βασιλέα τὸν μονογενῆ πεπιστεύκασιν; οὐκ ἀντεροῦσι πάντως οἵ γε μὴ καθάπαξ τῷ ἰουδαϊκῷ καλύμματι τὴν καρδίαν περιεχόμενοι· εἰ οὖν τῇ φύσει βασιλεὺς ὁ υἱὸς, βασιλείας δὲ σύμβολόν ἐστι τὸ χρίσμα, τί σοι διὰ τῆς ἀκολουθίας ὁ λόγος ἐνδείκνυται; ὅτι οὐκ ἀλλότριόν τί ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν βασιλέως τὸ χρίσμα, οὐδὲ ὡς ξένον τι καὶ ἀλλόφυλον τῇ ἁγίᾳ τριάδι τὸ πνεῦμα συντέτακται· βασιλεὺς μὲν γὰρ ὁ υἱός· βασιλεία δὲ ζῶσα καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος

τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ χρισθεὶς ὁ μονογενὴς, Χριστὸς ἐστὶ καὶ βασιλεὺς τῶν ὄντων· εἰ οὖν βασιλεὺς ὁ πατὴρ, βασιλεὺς δὲ ὁ μονογενὴς, βασιλεία δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἷς πάντως τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς τριάδος ὁ λόγος· ἡ δὲ τῆς χρίσεως ἔννοια, τὸ μηδὲν εἶναι διάστημα μεταξὺ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος δι᾽ ἀποῤῥήτων αἰνίσσεται· ὡς γὰρ μεταξὺ τῆς τοῦ σώματος ἐπιφανείας, καὶ τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως οὐδὲν ἐπινοεῖ μέσον οὔτε ὁ λόγος οὔτε ἡ αἴσθησις, οὕτως ἀδιάστατος ἐστὶ πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ υἱῷ ἡ συνάφεια· ὥστε τῷ μέλλοντι αὐτοῦ διὰ τῆς πίστεως ἅπτεσθαι, ἀναγκαῖον εἶναι προεντυγχάνειν διὰ τῆς ἁφῆς τῷ μύρῳ· οὐ γὰρ ἐστί τι μέρος ὃ γυμνόν ἐστι τοῦ ἁγίου πνεύματος· διὰ τοῦτο ἡ ὁμολογία τῆς τοῦ υἱοῦ κυριότητος, ἐν πνεύματι ἁγίῳ τοῖς καταλαμβάνουσι γίνεται, πάντοθεν τοῖς διὰ πίστεως προσεγγίζουσι προαπαντῶντος τοῦ πνεύματος· εἰ οὖν τῇ φύσει βασιλεὺς ὁ υἱὸς, ἀξίωμα δὲ βασιλείας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ υἱὸς χρίεται, τίς ἐπινοεῖται τῆς βασιλείας ἡ κατὰ τὴν φύσιν πρὸς ἑαυτὴν ἀλλοτρίωσις;

ιζ'. Ἔπειτα καὶ τοῦτο σκοπήσωμεν· ἡ βασιλεία ἐν τῇ τῶν ὑποχειρίων ἀρχῇ πάντως γνωρίζεται· τί οὖν τῆς βασιλευούσης φύσεως ἐστὶ τὸ ὑπήκοον; τοὺς αἰῶνας πάντως καὶ τὰ ἐν τούτοις ὁ λόγος καταλαμβάνει· ἡ γὰρ βασιλεία σου, φησὶν, βασιλεία
Ps. CXLIV. 13. αἰώνων· * αἰῶνας δὲ λέγων, πᾶσαν ἐκ τοῦ περιέχοντος τὴν ἐν αὐτοῖς συστάσεως κτίσιν περιλαμβάνει τήν τε ὁρατὴν καὶ ἀόρατον· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα διὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων· εἰ οὖν ἡ βασιλεία πάντοτε μετὰ τοῦ βασιλέως νοεῖται, ἡ δὲ ὑποχείριος φύσις ἄλλό τι παρὰ τὴν ἄρχουσαν ὁμολογεῖται, τίς ἡ ἀτοπία τῶν ἑαυτοῖς μαχομένων, τῶν προστιθέντων μὲν τὸ χρίσμα τῷ κατὰ φύσιν βασιλεῖ ὡς ἀξίωμα, καταγόντων δὲ αὐτὸ τοῦτο εἰς τὴν ὑποχείριον τάξιν ὡς τῆς ἀξίας καταδεέστερον; εἰ μὲν γὰρ τῶν ὑπηκόων κατὰ τὴν φύσιν ἐστὶ, πῶς τῷ τῆς βασιλείας ἀξιώματι τοῦ μονογενοῦς συναρμόζεται χρίσμα βασιλείας γινόμενον; εἰ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ διὰ τοῦ συμπαραληφθῆναι εἰς τὴν τῆς βασι-

Spiritus sanctus est, quo unctus Unigenitus, fit Christus atque universi mundi rex. Si ergo rex est pater, rex item Unigenitus, regnum autem Spiritus sanctus, una est omnino regni in Trinitate ratio. Unctionis autem aenigmatica significatio est, ut nullam inter filium et sanctum Spiritum distantiam esse putemus. Nam sicuti inter corporis cutem, et olei unctionem, nihil intermedium nec ratio nec sensus novit, ita indivisa est filii copulatio cum sancto Spiritu: ita ut opus sit, eum qui Christum fide velit attingere, antea accedere ad unguenti contactum: nullum est enim membrum illud, quod Spiritu sancto sit nudum. Propterea confessio de filii dominatu, in sancto Spiritu a recipientibus fit, quibus per fidem accedentibus undique occurrit sanctus Spiritus. Si ergo naturaliter rex est filius, dignitas autem regni ipse sanctus Spiritus, quo filius inungitur, quaenam regni iam excogitatur naturalis a se ipso alienatio?

17. Deinde et hoc consideremus. Regnum ex dominatu in subiectos prorsus dignoscitur. Quid ergo regnanti naturae subiectum est? saecula profecto, et quaecumque in eis sunt, ratio nostra imaginatur. Regnum tuum, scriptura inquit, regnum saeculorum. Saecula vero dum ait, universum qui circumambit creatum mundum comprehendit, visibilem et invisibilem. Namque in saeculis creata fuerunt omnia ab ipsorum saeculorum auctore. Si ergo regnum una cum rege semper intelligitur, subiecta autem creatura diversum quid esse a dominante in confesso est, quaenam insania est istorum qui chrisma quidem ceu dignitatem quamdam addunt ei qui suapte natura rex est; simul tamen idem chrisma ad subditorum ordinem deprimunt, quasi dignitate inferius? Si enim de classe subditorum naturâ propriâ Spiritus est, quomodo regali filii dignitatia dponitur, dum unctio regni fit? Sin potius principatus eius ex adsumptione ad participandam regni

maiestatem ostenditur, cur opus sit haec omnia pessumdare, dum ad privatam servilemque humilitatem deprimitur, famulaeque creaturae adnumeratur? Neque enim haec duo de eodem subiecto pronunciata, utraque vera esse queunt; nempe ut sit dominus atque subditus: nam si dominatur, dominium non patitur: sin famulatur, iam non cum regnante natura sociatur. Nam sicut homines cum hominibus, angeli cum angelis, et cetera omnia cum homogeneis spectantur; ita cum uno ex alterutris necessario Spiritus sanctus agnoscendus est, vel cum dominante scilicet vel cum subiecta natura. Medium autem in his ratio non agnoscit quicquam; neque existimari potest, aliquam esse naturae proprietatem inter creatum et increatum, novo modo excogitatam, quae utrumque participet, neutrum tamen perfecte sit. Non enim licet admittere mixtionem quamdam contrariorum atque connexionem rei creatae cum increata; neque duo increata in unam hypostasim confundi queunt: etenim non solum evaderet compositum id quod ex hac absurda mixtione compingeretur, verum etiam dissimilium compositio fieret, et quae aetate non congruerent: nam quod ex creatione existentiam nanciscitur, omnino recentius est illo quod increatam subsistentiam habet. Si ergo Spiritus naturam ex utraque re mixtam dicunt, utique rei antiquioris cum recentiore mixtionem quamdam sibi animo confingent: eritque, ex horum sententia aliquid se ipso antiquius simul atque recentius: ita ut quatenus increatum, antiquius sit; quatenus vero creatum, recentius: quod quoniam in rerum natura fieri nequit, necesse est unum ex his in Spiritu verum evadere, id est increatum.

18. Sed iam et illud quanta scateat absurditate spectemus. Quum creata omnia pari honore sint, propterea quod parem existendi originem habuerint, quaenam erit causa Spiritum a reliquis rebus ita secernens, ut eum cum patre ac filio possimus

λείας μεγαλοπρέπειαν δείκνυται, τίς ἡ ἀνάγκη καθαιρεῖσθαι πάντα εἰς ἰδιωτικήν τε καὶ δουλικὴν ταπεινότητα τῇ δουλευούσῃ κτίσει συναριθμούμενον; οὐ γὰρ δὴ τὰ δύο περὶ αὐτοῦ λέγοντα, δυνατόν ἐστιν ἐν ἑκατέρῳ τἀληθῆ λέγειν, ὅτι καὶ ἡγεμονικόν ἐστι καὶ ὑποχείριον· εἰ μὲν γὰρ ἡγεῖται, οὐ κυριεύεται· εἰ δὲ δουλεύει, οὐκέτι μετὰ τῆς βασιλευούσης φύσεως καταλαμβάνεται· ὡς γὰρ μετὰ ἀνθρώπων ἄνθρωποι, καὶ μετὰ ἀγγέλων ἄγγελοι, καὶ πάντα μετὰ τῶν ὁμοφύλων ἐπιγινώσκεται, οὕτω καὶ ἑνὸς ἑκατέρων ὁμολογεῖσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναγκαῖόν ἐστι, ἢ μετὰ τῆς κυριευούσης, ἢ μετὰ τῆς ὑποκυπτούσης φύσεως· μέσον γὰρ τούτων ἐπιγινώσκει ὁ λόγος οὐδέν, ὥστε τινὰ φύσεως ἰδιότητα ἐν μεθορίῳ τοῦ τε κτιστοῦ καὶ τοῦ ἀκτίστου καινοτομηθεῖσαν μεταξὺ τούτων εἶναι νομίζεσθαι, ὡς καὶ ἀμφοτέρων μετέχειν, καὶ οὐδέτερον τελείως εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται μίξιν τινὰ τῶν ἐναντίων καὶ συμπλοκὴν ἐννοῆσαι τοῦ κτιστοῦ πρὸς τὸ ἄκτιστον συνανακιρναμένων, καὶ δύο τῶν ἐναντίων εἰς μίαν ὑπόστασιν συμμιγνυμένων· ὡς μὴ μόνον σύνθετον εἶναι τὸ διὰ τῆς ἀλλοκότου ταύτης μίξεως ἀναπλασσόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνομοίων ἔχον τὴν σύνθεσιν, καὶ κατὰ τὸν χρόνον οὐ συμφωνούντων· τοῦ γὰρ ἀκτίστως ὑφεστῶτος, τὸ διὰ κτίσεως τὴν ὑπόστασιν ἔχον, μεταγενέστερον πάντως ἐστίν· εἰ οὖν μεμῖχθαι τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν πρὸς ἑκάτερα λέγουσιν, ἄρα καὶ τοῦ πρεσβυτέρου πρὸς τὸ νεώτερον μίξιν τινὰ ἐννοήσουσι· καὶ ἔσται κατ᾽ αὐτοὺς ἑαυτοῦ τι πρεσβύτερον, καὶ ἑαυτοῦ τι πάλιν μεταγενέστερον· ὡς καὶ τῷ ἀκτίστῳ τὸ ἀρχαιότερον ἔχειν, καὶ τῷ κτιστῷ τὸ νεώτερον· ἐπεὶ οὖν τοῦτο φύσιν οὐκ ἔχει, ἀνάγκη πάντως τὸ ἕτερον τούτων ἐπὶ τοῦ πνεύματος ἀληθὲς εἶναι λέγειν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἄκτιστον.

ιη'. Καὶ γὰρ κἀκεῖνο ὅσην ἔχει τὴν ἀτοπίαν σκοπήσωμεν· πάντων τῶν ἐν τῇ κτίσει νοουμένων, κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο τὸ διὰ κτίσεως ἐσχηκέναι τὸ εἶναι, τὴν ὁμοτιμίαν ἐχόντων, τίς ἡ αἰτία ἡ τὸ πνεῦμα τῶν λοιπῶν ἀποκρίνουσα εἰς τὸ πατρὶ καὶ τῷ

υἱῷ συνταχθῆναι; εὑρίσκεται γὰρ ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου, οὐκ ὂν ἐκ τῆς κτίσεως τὸ τῇ ἀκτίστῳ συνθεωρούμενον φύσει· ἢ εἰ ἐντεῦθεν εἴη, μηδὲν πλέον τῆς ὁμοφύλου ἰσχύειν κτίσεως, μηδὲ δύνασθαι τῇ ὑπερκειμένῃ συναρμόζεσθαι φύσει· εἰ δὲ λέγοιεν καὶ κτιστὸν εἶναι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν δύνασθαι, πάλιν εὑρίσκεται αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἡ κτιστὴ στασιάζουσα φύσις, καὶ μεριζομένη πρὸς τὸ κρατοῦν τε καὶ ὑποχείριον· ὡς τὸ μὲν, εὐεργετεῖν· τὸ δὲ, εὐεργετεῖσθαι· καὶ τὸ μὲν ἁγιάζειν, τὸ δὲ ἁγιάζεσθαι· καὶ πάντα ὅσα παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγεῖσθαι τῇ κτίσει πεπίστευται, ἐκείνῳ μὲν παρεῖναι πλουσίως πηγάζοντα καὶ εἰς ἄλλους ὑπερχεόμενα, τὴν δὲ κτίσιν ἐπιδεᾶ τῆς ἐκεῖθεν ἀναδιδομένης εὐεργεσίας καὶ χάριτος καθεστάναι, καὶ ἐκ μετουσίας δέχεσθαι τὴν τῶν ἀγαθῶν κοινωνίαν τῶν ἐκ τοῦ ὁμογενοῦς προχεομένων· ἀποκληρώσει γὰρ ὅμοιον καὶ προσωποληψίᾳ τὸ τοιοῦτον ἐστὶ, μηδεμιᾶς ἐν τῇ φύσει προτιμήσεως οὔσης, μὴ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τὰ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων ἐν τῷ εἶναι τὴν διαφορὰν ἔχοντα· ἅπερ οὐδένα οἶμαι τῶν εὖ φρονούντων συνομολογεῖν· ἢ γὰρ οὐ παρέχει τοῖς ἄλλοις, εἴπερ οὐ φυσικῶς ἔχει· ἢ εἴπερ διδόναι πεπίστευται, τὸ ἔχειν πάντως προωμολόγηται· τοῦτο δὲ μόνης τῆς θείας φύσεως ἴδιόν ἐστι καὶ ἐξαίρετον, τὸ παρεκτικὸν ἀγαθῶν εἶναι, αὐτὸ δὲ μηδενὸς ἐπεισάκτου προσδέεσθαι.

ιθʹ. Ἔπειτα καὶ τοῦτο σκοπήσωμεν· τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι τί διὰ τούτου πραγματευόμενοι; ἆρ' οὐχὶ τὸ ζωῆς μετέχειν οὐκέτι θανάτῳ ὑποκειμένης; οὐδένα ἀντειπεῖν οἶμαι τῷ λόγῳ τόν γε καὶ ὁπωσοῦν ἐν χριστιανοῖς ἀριθμούμενον· τί οὖν; ἆρ' ἐν τῷ ὕδατι ἡ ζωοποιός ἐστι δύναμις τῷ συμπαραλαμβανομένῳ πρὸς τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν; ἢ παντὶ δῆλον ὅτι τοῦτο μὲν τῆς σωματικῆς ἕνεκεν διακονίας παρείληπται, οὐδὲν παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἁγιασμὸν εἰσφερόμενον, εἰ μὴ μεταποιηθείη διὰ τοῦ ἁγιάσματος· τὸ δὲ ζωοποιοῦν τοὺς βαπτιζομένους, τὸ πνεῦμα

simul ordinare? Postulat enim recta ratio, ut id a creatione non sit, quod cum increata natura cernitur consociatum: quod si nihilo minus a creatione provenerit, nihil magis valebit, quam reliquae sibi homogeneae creaturae, neque cum superiore poterit natura componi. Quod si forte dicant, creatum quidem esse Spiritum, sed tamen plus posse quam rem creatam, rursus comperiemus eandem contra se ipsam pugnare creatam naturam, atque inter dominatum servitiumque bifariam divisam: ita ut pars eius benefaciat, pars vero beneficium recipiat: pars sanctificet, pars autem sanctificetur; et quotquot bona a sancto Spiritu donari creaturae creduntur, ipsi quidem affluenter adsint scatentia et in alios effusa, sed tamen quatenus creatura est, idem egeat beneficiis illinc manantibus atque gratia; nec nisi participatione aliqua communionem bonorum percipiat ex homogenea natura profusorum. Habet enim electionis cuiusdam et personalis praelationis speciem, si quum nulla sit honoris in natura praestantia, haud paria possint ii quorum substantia mutuo non differt. Quam rem nemo sana mente praeditus, ut puto, comprobabit. Nam vel aliis non praebet, siquidem naturaliter non habet: vel si dare creditur, iam in confesso erat prorsus habere. Porro hoc unius divinae naturae proprium est et peculiare, nempe ut bonorum sit donatrix, ipsa autem nulla re adventicia indigeat.

19. Deinde et hoc observabimus; nempe in sancto baptismo quid studemus? nonne ut vitam impetremus morti ulterius non obnoxiam? Neminem sermoni huic contradicturum puto, qui quomodocumque Christianis adscriptus sit. Quid igitur? num vivifica vis inest aquae, quae ad baptismi gratiam adhibetur? Nonne cuivis potius exploratum est, aquam corporalis ministerii causa adhiberi, quum reapse nihil ad sanctificationem conferat, nisi per sanctificationem vis eius immutetur? Qui autem baptizatos vivificat, Spiritus est, sicut ait de

ipso Dominus suae vocis oraculo: Spiritus est qui vivificat. Vivificat autem non ipse solus ad huius gratiae perfectionem fide susceptus, sed oportet fidem erga Dominum praecedere, per quam vitalis gratia credentibus conciliatur, sicut a Domino dictum est, eum nempe quos vult vivificare. Sed quia gratia quoque per filium ministrata, abs non genito fonte pendet, idcirco tradit doctrina nostra praemittendam esse fidem in patris nomen, vivificantis omnia, ut ait Apostolus; ita ut illinc oborta, tamquam ex fonte quodam vitam fundente per Unigenitum filium qui est vera vita, operante Spiritu, in hominibus dignis perficiatur. Si ergo vita per baptismum fit, baptismus autem in nomine patris et filii et Spiritus sancti perfectus demum evadit; quid aiunt isti, qui ministrum vitae Spiritum flocci faciunt? Si enim exigua gratia est, dicant quid vita sit pretiosius. Sin quicquid est pretiosum, vilius est vita, illa inquam excelsa et honorabilis quam nullatenus participat irrationalis natura, quomodo audent tale tantumque donum, immo ipsum doni datorem, suis cogitatibus imminuere, atque ad subditam naturam deprimere, ab excelsa illa et divina abstrahentes? Deinde etiamsi tenue dixerint vitae donum, ita ut nihil inde augustum ac magnum de natura donantis reveletur; quomodo non considerant rei consequentiam, nempe quod eadem ratiocinatio coget de Unigenito quoque et de ipso patre nihil magnum, ob ipsam vitam censere, quam per Spiritum habemus a patre, mediatore filio, suppeditatam?

20. Quamobrem si forte exiguum aestimant donum hi vitae suae contemptores et hostes, ideoque datorem gratiae huius dehonestandum iudicant, nolim nesciant se haud adversus unam personam esse ingratos, sed blasphemiam suam per sanctum Spiritum ad sanctam Trinitatem extendere. Sicut enim gratia indivise a patre per fi-

ἐστί· καθώς φησιν ὁ κύριος περὶ αὐτοῦ τοῦτο λέγων τῇ ἰδίᾳ φωνῇ· * ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν· ζωοποιεῖ δὲ οὐκ αὐτὸ μόνον εἰς τὴν τελείωσιν τῆς χάριτος ταύτης διὰ τῆς πίστεως λαμβανόμενον, ἀλλὰ χρὴ τὴν εἰς τὸν κύριον προϋποκεῖσθαι πίστιν, δι' ἧς ἡ ζωτικὴ χάρις τοῖς πιστεύσασι παραγίνεται, καθὼς εἴρηται παρὰ τοῦ κυρίου *, ὅτι οὓς θέλει ζωοποιεῖ· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἡ διὰ τοῦ υἱοῦ διακονουμένη χάρις ἤρτηται τῆς ἀγεννήτου πηγῆς, διὰ τοῦτο προηγεῖσθαι τὴν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς πίστιν ὁ λόγος διδάσκει, τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος *, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ἀφορμηθεῖσαν τὴν ζωοποιὸν χάριν, καθάπερ ἐκ πηγῆς τινος τὴν ζωὴν πηγαζούσης διὰ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, ὅς ἐστιν ἡ ἀληθὴς ζωή, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματος τελειοῦσθαι τοῖς ἀξιουμένοις· εἰ οὖν ἡ ζωὴ διὰ τοῦ βαπτίσματος, τὸ δὲ βάπτισμα ἐν ὀνόματι πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου τὴν τελείωσιν ἔχει, τί λέγουσιν οἱ τὸ παρεκτικὸν τῆς ζωῆς ἀντ' οὐδενὸς λογιζόμενοι; εἰ γὰρ μικρὰ ἡ χάρις, εἰπάτωσαν τὸ τῆς ζωῆς τιμιώτερον· εἰ δὲ πᾶν ὅ τί περ ἐστὶ τίμιον τῆς ζωῆς ἐστι δεύτερον, ἐκείνης λέγω τῆς ὑψηλῆς καὶ τιμίας, ἧς κατ' οὐδὲν ἐπικοινωνεῖ ἡ ἄλογος φύσις, πῶς τολμῶσι τὸ τηλικοῦτον χάρισμα, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ παρεκτικὸν τοῦ χαρίσματος κατασμικρύνειν ταῖς ἑαυτῶν ὑπολήψεσι, καὶ κατασπᾶν εἰς τὴν ὑποχείριον φύσιν θείας τε καὶ ὑψηλῆς διαζεύξαντες; εἶτα καὶ εἰ μικρὸν τὸ τῆς ζωῆς λέγουσι χάρισμα, ὡς μηδὲν διὰ τούτου σεμνόν τε καὶ μέγα τῇ φύσει τοῦ χαριζομένου ἐμφαίνεσθαι, πῶς οὐ λογίζονται τὸ ἀκόλουθον, ὅτι ὁ αὐτὸς ἀναγκάσει λόγος καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς μηδὲν ὑποτίθεσθαι μέγα τῆς αὐτῆς ζωῆς, ἣν διὰ τοῦ πνεύματος ἔχομεν, διὰ τοῦ υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρὸς χορηγουμένης;

κ'. Ὥστε εἰ μικρὸν ὑπολαμβάνουσι τὸ δῶρον οἱ καὶ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ὑβρισταὶ καὶ πολέμιοι, καὶ διὰ τοῦτο τὸ παρεκτικὸν τῆς χάριτος ταύτης ἀτιμάζειν ἐγνώκασι, μὴ λανθανέτωσαν οὐχ ἑνὶ προσώπῳ τὴν ἀχαριστίαν περιορίζοντες, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τὴν ἁγίαν τριάδα τὴν βλασφημίαν ἐκτείνοντες· ὥσπερ γὰρ ἡ χάρις ἀδιασπάστως ἀπὸ τοῦ

* Ioh. VI. 64.
* Idem V. 21.
* I. Tim. VI. 13.

πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἐπὶ συναξίους ῥέουσα φέρεται, οὕτως καὶ ἡ βλασφημία εἰς τὸ ἔμπαλιν κατὰ διάδοσιν ἀναλύουσα, ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων θεὸν διεξέρχεται· εἰ γὰρ δι' ἀνθρώπου ἀθετηθέντος ὁ ἀποστείλας ἠθέτηται, καίτοι πόσον τὸ μέσον μεταξὺ τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἀποστείλαντος, τί χρὴ λέγειν ἡλίκην ὑποσημαίνει κατάκρισιν τοῖς κατατολμῶσι τοῦ πνεύματος; τάχα διὰ τοῦτο ἀσυγχώρητον κρίμα κατὰ τῆς τοιαύτης

* cod. κατά. βλασφημίας παρὰ * τοῦ νομοθέτου κεκύρω-

* Matth. XII. 32. ται· * ἐπειδὴ πᾶσα δι' αὐτοῦ ἡ μακαρία τε καὶ θεία φύσις ἐν τῇ προαιρέσει τοῦ βλασφημοῦντος συγκαθυβρίζεται· ὥσπερ γὰρ ὁ εὐσεβῶς τὸ πνεῦμα δεξάμενος, εἶδεν ἐν τῷ πνεύματι τοῦ μονογενοῦς τὴν δόξαν, τὸν δὲ υἱὸν ἰδὼν τὴν εἰκόνα εἶδε τοῦ ἀορίστου, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος ἐνετυπώσατο τῇ γνώσει ἑαυτοῦ τὸ ἀρ-

* sit hiat cod. χέτυπον, οὕτω δηλαδὴ καὶ ὁ κατα * . . . μένος καὶ καταφρονητὴς, ἐπειδὰν ἀποθρασύνηται τί κατὰ τῆς δόξης τοῦ πνεύματος, διὰ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ἐπὶ τὸν πατέρα διὰ τοῦ υἱοῦ τὴν βλασφημίαν ἐξέτεινε· οὐκοῦν φοβητέον τοῖς γε νοῦν ἔχουσ., μὴ κατατολμᾷν τῆς τοιαύτης θρασύτητος, ἧς τὸ πέρας παντελής ἐστιν ἀφανισμὸς τοῦ τολμήσαντος· ἀλλ' ὅση δύναμις, ὑψοῦν μὲν τῷ λόγῳ τὸ πνεῦμα, ὑψοῦν δὲ καὶ πρὸ τοῦ λόγου κατὰ διάνοιαν· οὐ γὰρ δυνατόν ἐστι συναναβῆναι τῇ διανοίᾳ τὸν λόγον· καὶ ἐπειδὰν ἐπὶ τὸ ἀκρότατον φθάσῃς τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως, εἰς ὅσον ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐξικνεῖται ὕψος καὶ μέγεθος νοημάτων, τότε νόμιζε κάτω εἶναι τῆς ἐπιβαλλούσης ἀξίας, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ ψαλ-

* Ps. XCVIII. 5. μῳδίᾳ *, ὅτι μετὰ τὸ ὑψῶσαι κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, τότε μόλις προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ· τό τε αἴτιον τῆς ἀκαταλήπτου ἀξίας οὐδὲν ἄλλο φησὶν, ἢ ὅτι ἅγιός ἐστιν.

κα'. Εἰ οὖν πᾶν ὕψωμα δυνάμεως ἀνθρωπίνης κάτω τῆς μεγαλοπρεπείας τοῦ προσκυνουμένου ἐστὶ, τοῦτο γὰρ ὁ λόγος διὰ τοῦ ὑποποδίου τῶν ποδῶν ὑπαινίσσεται, τίς ἡ ματαιότης τῶν οἰομένων ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν ἑαυτοῖς τοσαύτην, ὥστε ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὸ κατ' ἀξίαν τῆς τιμῆς ὁρίζειν τῇ ἀτιμήτῳ φύσει; καὶ διὰ τοῦτο, καί τινων τῶν εἰς τιμὴν

lium ac Spiritum decurrens fertur, sic etiam blasphemia retrogrado velut cursu revoluta, a filio ad universalem Deum pergit. Nam si causa hominis improbati, is qui misit improbatur, tantum licet intervallum sit inter hominem illum atque mittentem, quis dicat quanta damnatio portendatur iis qui adversus Spiritum audent? De tali fortasse blasphemia inveniabile illud decernitur a legislatore iudicium: quandoquidem tota per Spiritum beata ac divina natura, voluntate blasphemantis, simul iniuria adficitur. Nam sicut qui pie Spiritum recepit, cognoscit in ipso Spiritu gloriam Unigeniti; filium autem noscens, imaginem noscit infiniti; et per imaginem menti suae archetypum imprimit; ita scilicet etiam hic maledicus atque contemptor, cum audet aliquid adversus Spiritus maiestatem, consequenter ad patrem usque, intermedio filio, blasphemiam intendit. Quamobrem paveant, si certe sapiunt, ne quid huiusmodi temere audeant, cuius rei finis erit omnimoda audentis pernicies: sed pro viribus potius extollant verbis suis Spiritum: immo et ante verba, mente eum subliment: neque enim fieri potest, ut nonnisi cum verbis mens extollatur. Cumque in summum humanarum virium cacumen conscenderis, id est quatenus mens humana intellectum suum in sublimes magnosque conceptus dilatare potest; tunc puta te inferiorem esse illa eximia dignitate, prout dicitur in psalmodia; nempe postquam exaltaveritis Deum nostrum, tunc demum vix adorabitis scabellum pedum eius. Causa vero cur eius dignitas sit incomparabilis, nulla est alia nisi quia sanctus est.

21. Si ergo quilibet humanarum virium cumulus humilior est adorati maiestate (id enim scriptura significat per pedum scabellum) quae dementia est existimantium tantas se habere vires, ut arbitratu suo possint inaestimabili naturae congruum honorem decernere? Proptereaque nonnullis etiam honoris significatio-

nibus Spiritum sanctum indignum indicare, quasi ipsorum vires plus valeant, quam Spiritus sancti dignitas capit. O miserandam istorum infelicemque insaniam! non intelligentium quinam ipsi sint qui talia obloquuntur, et quinam Spiritus sanctus cui se ob superbiam contendunt. Quis dicat his populis, quod homines sunt spiritus transiens et non rediens, in matris vulva impuro conceptu compacti, cunctique in putrem terram dissolvendi, foeno comparabilem vitam sortiti? qui brevi tempore in mundano errore florentes, rursus arescunt, flosque eorum defluens evanescit: qui neque aliquid ante generationem fuerunt, nec quem ad locum hinc sint migraturi certo sciunt: quia nempe anima futuram sedem suam, quamdiu in corpore manet, ignorat. Haec videlicet hominum conditio est.

22. Spiritus vero sanctus, primo quidem quod ad naturae sanctitatem adtinet, tantumdem est ac pater suapte natura sanctus, pariterque Unigenitus. Itemque Spiritus sanctus aeque vivificans est, incorruptibilis, immutabilis, aeternus, iustus, sapiens, rectus, dirigens, bonus, potens, bonorum omnium dator, ubique existens, singulis praesens, tellurem complens, in caelo permanens, in supernis virtutibus diffusus, cuncta implens pro cuiusque capacitate, et ipse tamen plenus manens, cum omnibus sanctis versans, neque tamen a sancta Trinitate seiunctus. Is Dei profunda semper scrutatur, semper a filio accipit; mittitur, et non separatur; glorificatur, et tamen iam gloriam apud se habebat. Nam qui alteri gloriam confert, exploratum est eum in pleniore gloria versari: quomodo enim glorificaret, qui gloria est expers? Nisi ipse lux sit, quomodo lucis gratiam ostendet? Ita ne glorificam quidem virtutem prae se feret, nisi qui per se ipse sit gloria et honor, magnificentia atque maiestas. Glorificat itaque patrem ac filium Spiritus. Porro ille non mentitur qui

ἐπινοουμένων ἀνάξιον κρίνειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τῆς δυνάμεως αὐτῶν μείζονα δυναμένης, ἢ ὅσον χωρεῖ ἡ ἀξία τοῦ πνεύματος; ὢ τῆς ἐλεεινῆς αὐτῶν καὶ ταλαιπώρου παραπληξίας, τῶν μὴ συνιέντων αὐτοί τε τίνες εἰσὶν οἱ ταῦτα διαλεγόμενοι, καὶ τί τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ δι' ὑπερηφανίας ἑαυτοὺς ἀντεξάγουσι· τίς εἴποι τοῖσδε λαοῖς ὅτι ἄνθρωποι εἰσὶ πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον, ἐν μήτρᾳ γυναικὸς διὰ ῥυπαρᾶς συλλήψεως οἰκοδομούμενοι, καὶ εἰς γῆν ῥυπαρὰν πάντες ἀναλυόμενοι, χόρτῳ προσεικασμένην τὴν ζωὴν λαχόντες; οἱ ἐπ' ὀλίγον διὰ τῆς βιωτικῆς ἀπάτης ἀνθήσαντες, πάλιν ἀποξηραίνονται, καὶ τὸ ἄνθος περὶ αὐτοὺς καταῤῥυὲν ἀφανίζεται· οὔτε τί ὄντες πρὸ τῆς γενέσεως, καὶ εἰς ὅ τι μεταχωρήσουσιν, οὐκ ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι· τῆς ψυχῆς τὴν ἰδίαν λῆξιν, ἕως ἂν ἐπιμένῃ τῇ σαρκὶ, ἀγνοούσης· ταῦτα οἱ ἄνθρωποι.

κβ'. Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ἁγίων ἐκεῖνό ἐστιν ὅπερ ὁ πατὴρ κατὰ φύσιν ἅγιος, καὶ ὁ μονογενὴς ὡσαύτως· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ κατὰ τὸ ζωοποιὸν πάλιν, καὶ κατὰ τὸ ἄφθαρτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀΐδιον, δίκαιον σοφὸν, εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, ἀγαθὸν, δυνατὸν, ἀγαθῶν πάντων παρεκτικὸν, καὶ πρό γε ἁπάντων αὐτῆς τῆς ζωῆς· πανταχοῦ ὂν, καὶ ἑκάστῳ παρὸν, καὶ τὴν γῆν πληροῦν, καὶ ἐν οὐρανοῖς μένον, ἐν ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσιν ἐκχεόμενον, πάντα πληροῦν κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου, καὶ αὐτὸς πλῆρες μένον, μετὰ πάντων ὂν τῶν ἀξίων, καὶ τῆς ἁγίας τριάδος οὐ χωριζόμενον· ἀεὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ ἐρευνᾷ, ἀεὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, καὶ ἀποστέλλεται καὶ οὐ χωρίζεται, καὶ δοξάζεται καὶ δόξαν ἔχει· ὁ γὰρ ἄλλῳ δόξαν δίδωσι, δῆλον ὅτι ἐν ὑπερβαλλοίσῃ δόξῃ καταλαμβάνεται· πῶς γὰρ δοξάζει τὸ δόξης ἄμοιρον; ἐὰν μή τι φῶς ᾖ, πῶς τὴν τοῦ φωτὸς ἐπιδείξεται χάριν; οὕτως οὐδὲ τὴν δοξαστικὴν δύναμιν ἐπιδείξεται, ὃ ἂν μὴ αὐτὸ ᾖ δόξα καὶ τιμὴ καὶ μεγαλωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια· δοξάζει οὖν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα· ἀλλ' ὁ εἰπὼν ἀψευδής ἐστι, τοὺς δοξάζοντάς

*

* I. Reg. II. 30.
* Ioh. XVII. 4.

με δοξάζω· * ἐγώ σε ἐδόξασα, φησὶ * πρὸς τὸν πατέρα ὁ κύριος· καὶ πάλιν, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον ἀπ᾽ ἀρχῆς παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι· ἀποκρίνεται ἡ θεία φωνή· καὶ ἐδόξασα. καὶ πάλιν δοξάσω· ὁρᾷς τὴν ἐγκύκλιον τῆς δόξης διὰ τῶν ὁμοίων περιφοράν; δοξάζεται ὁ υἱὸς ὑπὸ τοῦ πνεύματος· δοξάζεται ὑπὸ τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ· πάλιν τὴν δόξαν ἔχει παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός· καὶ δόξα τοῦ πνεύματος ὁ μονογενὴς γίνεται· τίνι γὰρ ἐνδοξασθήσεται ὁ πατὴρ, εἰ μὴ τῇ ἀληθινῇ τοῦ μονογενοῦς δόξῃ; ἐν τίνι δὲ πάλιν ὁ υἱὸς δοξασθήσεται, εἰ μὴ ἐν τῇ μεγαλωσύνῃ τοῦ πνεύματος; οὕτω πάλιν καὶ ἀνακυκλούμενος ὁ λόγος τὸν υἱὸν μὲν δοξάζει διὰ τοῦ πνεύματος, διὰ δὲ τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα.

κγ'. Εἰ οὖν τοσαύτη τοῦ πνεύματος ἡ μεγαλωσύνη, καὶ εἴ τι καλὸν, καὶ εἴ τι ἀγαθὸν παρὰ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ μονογενοῦς, ἐν τῷ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργοῦντι πνεύματι τελειοῦται, τί ἐκπολεμοῦσιν ἑαυτῶν τῇ ἰδίᾳ ζωῇ; τί ἀπαλλοτριοῦνται τῆς τῶν σωζομένων ἐλπίδος; τί ἀποκόπτουσιν ἑαυτῶν ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν θεὸν προσκολλήσεως; πῶς γάρ τις προσκολληθήσεται τῷ κυρίῳ, μὴ τοῦ πνεύματος τὴν συνάφειαν ἡμῶν πρὸς αὐτὸν ἐνεργοῦντος; τί ζυγομαχοῦσι πρὸς ἡμᾶς περὶ λατρείας καὶ προσκυνήσεως; τί κατειρωνεύονται διὰ τοῦ τῆς λατρείας ὀνόματος κατὰ τῆς θείας τε καὶ ἀπροσδεοῦς φύσεως, ὥσπερ οὐχ ἑαυτῶν εὐεργετοῦντες ἐν τοῖς ὑπὲρ σωτηρίας αἰτήμασι, ἀλλὰ τιμήν τινα προσάγοντες ἐὰν σωθῆναι θελήσωσι; σὸν κέρδος ἐστὶ τοῦ αἰτοῦντος ἡ δέησις, οὐχὶ τιμὴ τοῦ παρέχοντος· τί οὖν ὡς χαριζόμενος πρόσῃ τῷ εὐεργέτῃ; μᾶλλον δὲ οὐδὲ εὐεργέτην τὸν τῶν ἀγαθῶν παρεκτικὸν ἀξιοῖς ὀνομάζειν; ἀλλὰ τοῦ ζῆν ἀντεχόμενος τὸν ζωοποιὸν ἀτιμάζεις; καὶ τὸν ἁγιασμὸν ζητῶν, παραλογίζῃ τὸν τὴν χάριν τοῦ ἁγιασμοῦ διανέμοντα; καὶ τὸ διδόναι τὰ ἀγαθὰ οὐκ ἀρνούμενος αὐτὸν ἔχειν τὴν δύναμιν, τοῦ αἰτεῖσθαι κρίνεις ἀνάξιον; οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενος, ὅσῳ μεῖζόν ἐστι τὸ δοῦναί τι ἀγαθὸν, τοῦ αἰτηθῆναι· τῷ μὲν γὰρ αἰτηθέντι, οὐ πάντως προσμαρτυρεῖ τὸ μεγαλεῖον ἡ αἴτησις· δυνατὸν γάρ ἐστιν αἰτηθῆ-

dixit: ego glorificantes me glorificabo. Ego te glorificavi, ait patri Dominus. Et rursus: glorifica me gloria, quam habui ab initio apud te, ante quam mundus fieret. Respondet divina vox: et glorificavi, et iterum glorificabo. Viden encyclicum glorificationis inter pares gyrum? Glorificatur a Spiritu filius: glorificatur a filio pater: vicissim gloriam accipit a patre filius, et gloria Spiritûs Unigenitus fit. Nam quanam alia glorificabitur pater, nisi vera Unigeniti gloria? Rursus quanam re alia glorificabitur filius, nisi a Spiritus magnificentia? Ita pariter in gyrum pergens oratio nostra filium quidem honorat per Spiritum, per filium vero patrem.

23. Si ergo tanta est Spiritus maiestas; et si quicquid pulchri bonique est, a Deo per filium, in Spiritu qui omnia in omnibus operatur, perficitur; cur sibi infensam reddunt propriam vitam? Cur a se alienant servandorum spem? Cur sibi praecidunt coniunctionem cum Deo? Nam certe quomodo quispiam cum Domino coniungetur, nisi Spiritus eam copulam efficiat? Cur rixantur nobiscum de cultu et adoratione? Cur vocabulum derident cultûs erga divinam nullaque re indigam naturam? Quasi vero non sibi magis benefaciant petendo salutem, si certe salvari volunt, sed honorem aliquem largiantur. Lucrum tuum est petentis oratio, non honor annuentis. Cur ergo quasi gratificans benefacienti adstas? immo vero ne benefactorem quidem, cum qui bona praestat, appellare dignaris? sed vitae cupidus, nihilominus vivificantem spernis: et sanctificationem quaerens, falsam geris de gratiae distributore sententiam? Et quum bona largiendi facultatem ei non neges, tamen a quo postuletur, indignum iudicas. Neque hoc reputas quanto maius sit dare aliquod bonum, quam ab aliquo id postulari. Etenim ei a quo poscitur, non testatur magnificentiam postulatio; fieri enim potest, ut poscatur aliquid ex eo qui non habet. Nam postulatio quidem pro ar-

bitrio postulantis fit: qui vero bonum aliquod exhibet, indubiam facit haerentis sibi facultatis demonstrationem. Cur igitur, quum de sancto Spiritu id quod est maius fatearis, nempe eum posse bonum aliquod suppeditare, cur inquam ceu magnum quid precum honorem denegas? Quamquam hoc saepenumero, ut dictum est, etiam erga nullius rei potentem errore supplicantis fit. Ecce enim petunt etiam ab idolis vanitatis famuli, quae sibi optant, neque tamen gloriam aliquam idolis aspergit postulatio: adoratores autem errore decepti, expectationi consequendi quod sperant indulgentes, a postulando non cessant. Tu vero quum satis persuasum habeas quot quantorumque munerum dator sit sanctus Spiritus, postulare negligis? confugisque ad mosaicam legem iubentem dominum Deum adorare, et ei soli cultum exhibere? Quomodo tamen ei soli cultum, quaeso, exhibebis, dum eum scindis a sua cum Unigenito Spirituque proprio coniunctione? Profecto hic iudaicus cultus est.

24. Sed dices: ego dum patrem cogito, filium simul hac appellatione complector. Atqui, oro te, dum filium mente geris, nonne simul Spiritum sanctum comprehendis? Sane contradicere nequis. Quomodo enim filium, nisi in Spiritu sancto confiteberis? Quandonam igitur a filio Spiritus seiungitur, ita ut adorato patre, non simul fiat filii ac Spiritus adoratio? Ipsam vero adorationem quidnam, oro, esse existimant? Quam ut eximium quoddam munus supremo Deo largientes, atque ad ipsum usque Unigenitum, hunc quandoque honorem transferentes, Spiritui tamen id munus negant. Humana quidem consuetudo humi inclinationem, qua subditi potentioribus obsequuntur, adorationem appellat. Sicut enim constat Iacobum patriarcham, ut fratris iram compesceret, imparitatem suam et humilitatem hoc habitu corporis, dum ei occurreret, demonstravisse. Adoravit enim, inquit scriptura, pro-

ναί τι καὶ τὰ μὴ ἔχοντα· ἐπὶ γὰρ τῇ προαιρέσει τοῦ αἰτοῦντος ἐστί· ὁ δὲ παρασχὼν τί ἀγαθὸν, ἀναμφίβολον τῆς προσούσης αὐτῷ δυνάμεως πεποίηται τὴν ἐπίδειξιν· τί οὖν, τὸ μεῖζον αὐτῷ προσμαρτυρῶν, λέγω δὲ τὸ δύνασθαι δοῦναι πᾶν ὅ τι καλὸν, ὡς μεγάλου τινὸς ἀποστερεῖς τῆς αἰτήσεως; καίτοι τοῦτο πολλάκις, καθὼς εἴρηται, καὶ ἐπὶ τῶν οὐδενὸς κυρίων δι' ἀπάτης τοῦ προσιόντος γίνεται· αἰτοῦσι καὶ παρὰ τῶν εἰδώλων οἱ τῆς ματαιότητος δοῦλοι τὰ κατὰ γνώμην αὐτοῖς· ἀλλ' οὐ περὶ τοῦτο δόξαν τινὰ προστίθησι τοῖς εἰδώλοις ἡ αἴτησις· κἀκεῖνοι δὲ δι' ἀπάτης αὐτῶν παρέχοντες προσδοκίᾳ τοῦ μετασχεῖν τινος ὧν ἐλπίζουσιν, αἰτοῦντες οὐ διαλείπουσι· σὺ δὲ πεπεισμένος οἵων καὶ ὅσων παρεκτικόν ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπερορᾷς τῆς αἰτήσεως; καὶ καταφεύγεις ἐπὶ τὸν νόμον τὸν κελεύοντα κύριον τὸν θεὸν προσκυνεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν *; πῶς οὖν αὐτῷ * Deut. VI. 13.
μόνῳ λατρεύσεις, εἰπέ μοι, ἀποσχίσας αὐτὸν τῆς πρὸς τὸν μονογενῆ καὶ τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ συναφείας; ἀλλ' αὕτη ἰουδαϊκὴ ἡ προσκύνησις.

κδ'. Ἀλλ' ἐρεῖς ὅτι πατέρα ἐννοῶν, καὶ τὸν υἱὸν τῇ προσηγορίᾳ συμπεριέλαβον· τὸν δὲ υἱὸν, εἰπέ μοι, τῇ διανοίᾳ λαβὼν, ἆρ' οὐ συμπαρεδέξω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἂν ἀντείποις· πῶς γὰρ αὐτὸν ὁμολογήσαις, μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ; πότε οὖν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα χωρίζεται, ὥστε τοῦ πατρὸς προσκυνουμένου, μὴ συμπεριλαμβάνεσθαι μετὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τὴν προσκύνησιν; αὐτὴν δὲ τὴν προσκύνησιν τί ποτε εἶναι λογίζονται; ἣν ὡς ἐξαίρετόν τι γέρας τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ χαριζόμενοι, καὶ ἕως τοῦ μονογενοῦς ἔσθ' ὅτε τὴν τιμὴν ταύτην διαβιβάζοντες, ἀπαξιοῦσι τὸ πνεῦμα τοῦ τοιούτου γέρως· ἡ μὲν γὰρ ἀνθρωπίνη συνήθεια τὴν πρὸς τὸ ἔδαφος τῶν ὑποχειρίων ἐπίκλισιν, ἣν ἀσπαζόμενοι τοὺς δυνατωτέρους ἐπιτηδεύουσι, τοῦτο προσαγορεύει προσκύνησιν· καθὼς φαίνεται καὶ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ὀργὴν ἱλεούμενος τὸ καταδεέστερον ὑπὸ ταπεινοφροσύνης, διὰ τοῦ τοιούτου σχήματος ἐν τῇ ὑπαντήσει πρὸς αὐτὸν

ἐπιδείκνυσθαι· προσεκύνησε γάρ φησι τρίτον (1) ἐπὶ τὴν γῆν· * καὶ οἱ τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοὶ *, ἕως αὐτοί τε ἠγνόουν, κἀκεῖνος τὴν ἄγνοιαν πρὸς αὐτοὺς ὑπεκρίνετο, διὰ τὸ ὑπερέχον τοῦ ἀξιώματος, τῇ προσκυνήσει τὴν δυναστείαν ἐτίμησαν· προσκυνεῖ δὲ ὁ μέγας Ἀβραὰμ τοὺς Χετταίους, τοὺς ἐγχωρίους ὁ ἔπηλυς· * δεικνὺς οἶμαι δι' ὧν ἐποίει, ὅσον οἱ αὐτόχθονες τῶν παροικούντων ἐπικρατέστεροι· καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγειν ἐστὶν ἔκ τε τῶν ἀρχαίων διηγημάτων. καὶ ἐκ τῶν παρόντων τοῦ βίου ὑποδειγμάτων· ἆρ' οὖν τοῦτο νοοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν προσκύνησιν; καὶ πῶς οὐ καταγέλαστον τὸ μήτε τούτου οἴεσθαι δεῖν ἀξιοῦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ καὶ τοὺς Χαναναίους ὁ πατριάρχης ἠξίωσεν; ἢ ἄλλην τινὰ παρὰ ταύτην νομίζουσι τὴν προσκύνησιν, ὡς τὴν μὲν ἀνθρώποις, τὴν δὲ τῇ ὑπερεχούσῃ φύσει προσήκουσαν; πῶς οὖν καθόλου τὴν προσκύνησιν ἀθετοῦσιν ἐπὶ τοῦ πνεύματος, μηδὲ τὴν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων συγκεχωρημένην αὐτῷ χαριζόμενοι;

κε'. Τίνα δὲ καὶ νομίζουσιν ἰδίως ἀποτετάχθαι τῷ θεῷ προσκυνήσεως τρόπον; τὸ εἰπεῖν τῷ ῥήματι, ἢ τὸ ἐνεργῆσαι τῷ σχήματι; ἢ ταῦτα μὲν καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐστὶ κοινά· καὶ γὰρ λέγεται καὶ ἐπ' ἀνθρώπων τὰ ῥήματα, καὶ ἐνεργεῖται τὰ σχήματα· τί οὖν ἐπὶ θεοῦ τὸ ἐξαίρετον; ἢ παντὶ δῆλον τῷ καὶ ὁπωσοῦν διανοίας μετέχοντι, ὅτι θεοῦ μὲν ἄξιον δῶρον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἔχει οὐδέν· τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἡμῶν ὁ ποιητὴς ἡμῶν χρείαν οὐκ ἔχει· ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποι τὰς τιμητικὰς ταύτας καὶ ἀγαπητικὰς ἐνδείξεις, ἃς ἐπ' ἀλλήλων ποιούμεθα, ἕτερον τοῦ ἑτέρου ταπεινότερον εἶναι τῇ ὁμολογίᾳ καὶ τὸ τοῦ πέλας ὑπεροχῆς ἐνδεικνύμενοι, ταύτας μετηνέγκαμεν εἰς τὴν θεραπείαν τῆς κρείττονος φύσεως, τὰ ἐν ἡμῖν τὰ τίμια, τῇ ἀτιμήτῳ φύσει δωροφοροῦντες· καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὰν προσιόντες βασιλεῦσιν ἢ δυνάσταις οἱ ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν ἂν γενέσθαι τί αὐτοῖς παρὰ τῶν δυναστευόντων θελήσωσι, οὐ ψιλὴν προσάγουσι τοῖς κρατοῦσι τὴν αἴτησιν, ἀλλ' ὡς ἂν μάλιστα πρὸς οἶκτον καὶ εὔνοιαν ἑαυτῶν ἐπαγάγοιντο, ταπεινοῦν-

* Gen. XXXIII. 3.
* Gen. XLII. 6.
* Gen. XXIII. 7.

nus in terram ter. Fratres quoque Iosephi, quamdiu ignorabant, illeque ignorantiam coram ipsis simulabat ob dignitatis suae amplitudinem, adoratione potentatum eius honoraverunt. Adoravit item magnus Abrahamus Chettaeos terrae incolas advena; significans, ut puto, quantopere indigenae inquilinis essent potentiores. Multa alia huiusmodi recitare liceret tum ex antiquis historiis, tum etiam ex praesentibus vitae exemplis. Num igitur ita censent et isti de adoratione? Quid ni vero sit ridiculum, ne hoc quidem obsequio Spiritum sanctum dignari, quo etiam Chananaeos patriarcha dignatus est? An vero aliam aliquam, praeter hanc, adorationem esse existimant, ut altera quidem hominibus, altera vero supereminenti naturae conveniens sit? Cur itaque omnino quamlibet adorationem Spiritui abiudicant, ne illam quidem quae hominibus conceditur eidem largientes?

25. Quemnam vero iudicant proprie Deo adsignatum adorationis modum? Verbis prolatum? an corporis habitu factitatum? Sane uterque modus apud homines quoque frequentatur; nam et dicuntur inter homines verba, et corporum gestus fiunt. Quid ergo apud Deum praestantius? Certe cuilibet sano homini constat, nullum habere humanam naturam quod digne Deo exhibeat donum. Nam bonis nostris creator noster non eget. Nos autem homines honorificas has atque amicas demonstrationes, quas invicem facimus, dum humiliores alternatim nos confitemur, proximique maiorem esse gradum testamur, has ipsas inquam transferimus ad nobilioris naturae obsequium; ea quae sunt apud nos honoris signa, naturae inaestimabili offerentes. Atque ideo, quoniam qui reges adeunt vel dynastas homines, si quid consequi ab his potentibus voluerint, haud nudas his offerunt preces, sed ut maxime ad misericordiam benivolentiamque com-

(1) Vulgatus latinus *septies*. Item graecus et alii in polyglottis.

moveant, humili sermone utuntur, et proni adorant, et genua attingunt, et sternuntur humi, et omni re se miserabiles efficientes, patronum precum suarum prae se ferunt, per ea quae faciunt. . . . Propterea qui verum potentatum agnoscunt, a quo cuncta administrantur . . . quae ipsis cordi fuerint. Hi qui sunt depresso animo circa ea quae in hoc mundo. . . . Qui vero excelsa mente sunt circa aeternas reconditasque spes, quia nesciunt quomodo petant, neque valet humana natura ostendere, quinam sit honor ad magnificam maiestatem perveniens, transtulerunt illud quod apud homines existimatur obsequium, ad Dei honorem. Atque haec est adoratio, nempe cum supplicatione et humilitate rei alicuius optatae postulatio. Ideo et Danihel flectit Deo genua, clementiam eius pro captivo populo exorans. Et is qui nostras infirmitates portavit et pro nobis intercedit, in ea quam sumpsit humanitate, procidisse in faciem precum tempore ab evangelio narratur, atque hoc corporis habitu orasse; regulam statuens, ut reor, humanae vitae, ne audacter nos geramus precum tempore, sed quaqueversus ad misericordiam commovendam componamur. Quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et alibi: qui se exaltat, humiliabitur. Si ergo adoratio ceu supplicatio quaedam est, sive auxilium exhibitum scopo precum, postulatio autem Domino potentiae fit; quinam sensus est novae huius legislationis, ut ne ab eo quidem qui dat petamus, neque ante principem procidamus, neque obsequium dynastae exhibeamus? . . .

ται τῷ λόγῳ, καὶ προσκυνοῦσι τῷ σχήματι, καὶ γονάτων ἅπτονται, καὶ εἰς ἔδαφος πίπτουσι, καὶ διὰ πάντων οἰκτιζόμενοι συνήγορον τῆς αἰτήσεως ἑαυτῶν προβάλλονται, δι' ὧν ποιοῦσι τὴν ελ . . . διὰ τοῦτο οἱ τὴν ἀληθῆ δυναστείαν ἐπεγνωκότες, δι' ἧς πάντα διοικεῖται τὰ ὄντα . . . τες ὑπὲρ ὧν ἂν ᾖ φίλον αὐτοῖς· οἱ μὲν ταπεινοὶ τὰς ψυχὰς περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ . . . ζομένων· οἱ δὲ ὑψηλοὶ τὴν διάνοιαν περὶ τῶν αἰωνίων καὶ ἀποῤῥήτων ἐλπίδων, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσιν πῶς αἰτήσουσιν, οὐδὲ χωρεῖ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐνδείξασθαί τινα τιμὴν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης φθάνουσαν, μετήνεγκαν * τὴν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων νενομισμένην θεραπείαν εἰς τὴν τοῦ θείου τιμήν· καὶ τοῦτο ἐστὶν ἡ προσκύνησις, ἡ μετὰ ἱκεσίας καὶ ταπεινότητος τῶν καταθυμίων τινὸς αἴτησις γινομένη· διὸ καὶ Δανιὴλ * κάμπτει τῷ κυρίῳ τὰ γόνατα, ἐπὶ τοῦ αἰχμαλώτου λαοῦ τὴν φιλανθρωπίαν αἰτούμενος· καὶ ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσας, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνων, διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὃν ἀνέλαβε προσπίπτειν ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἐν καιρῷ προσευχῆς ὑπὸ τοῦ εὐαγγελίου ἱστόρηται· * καὶ τούτῳ τῷ σχήματι τὴν εὐχὴν ἐποιεῖτο· νομοθετῶν οἶμαι τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, τὸ μὴ ἀπαυθαδιάζεσθαι ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ διὰ πάντων πρὸς τὸ ἐλεεινὸν μεθαρμόζεσθαι· ἐπειδὴ κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν· * καί που· ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. * Εἰ οὖν ἡ προσκύνησις οἷον ἱκετηρία τίς ἐστι, εἴτε συνηγορία προβεβλημένη τοῦ σκοποῦ τῆς αἰτήσεως, ἡ δὲ αἴτησις πρὸς τὸν τῆς δυνάμεως κύριον γίνεται, τίς ἡ διάνοια τῆς καινῆς ταύτης νομοθεσίας; οὐδὲ . . . παρὰ τοῦ διδόντος αἰτεῖν, μήτε ὑποκύπτειν τῷ ἄρχοντι, μήτε θεραπεύειν τὸν δυναστεύοντα; . . .

* cod. κε
* Dan IX. 3.
* Matth. XXVI. 39.
* Iac. IV. 6. et I. Petr. 5.
* Matth. XXIII. 12.

Reliqua desiderantur.

DE SANCTI GREGORII NYSSENI

FRAGMENTO IN EIUS EDITIONIBUS DESIDERATO

DEQUE PARTICULA DOGMATICA 'EK

CONTRA SCHISMATICOS CORRUPTORES

IN EIUSDEM TEXTUM RESTITUTA.

Editoris dissertatio.

1. *Sancti Gregorii nysseni nobilissimum locum, ubi Spiritus sancti a Filio quoque processio adfirmatur, superioribus eiusdem scriptis adiuncturus, necessaria quaedam praefanda opinor. Pertinet is locus ad tertium Nysseni de dominica oratione sermonem circa finem; neque is tamen in publicis Nysseni editionibus, et ne in pleniore quidem parisiaca Morellii legitur. Ceteroqui sermonem illum prae manibus habuit integrum et inlibatum Iohannes Veccus saeculo ·XIII· patriarcha catholicus constantinopolitanus, qui quum dogmatis de processione a Filio propugnator strenuus esset, (cuius etiam causa calamitates honorificas passus est) in quadam synodo anno ·M·CC·LXXX· Byzantii habita, praesidente ipso, considentibus octo metropolitis, principibus quoque viris praesentibus, insignem hanc Nysseni auctoritatem in medium protulit, et decreto synôdico confirmavit. Rei vero summaria historia a Vecco narrata haec est. Xiphilinus ecclesiae magnus oeconomus habuit Nysseni operum antiquum codicem, in quo tertius quoque cum reliquis sermo erat de oratione dominica, et quidem integer; quodque rei caput est, cum dogmatico commate:* πνεῦμα καὶ 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται: « *Spiritus etiam ex » Filio esse adfirmatur.* » *Iam vero quum particula* 'ΕΚ *referendario ecclesiae Escammatismeno, graecae heterodoxiae et schismatis fautori, molesta esset quia errorem eius tenedia veluti securi praecidebat, nefario ausu de praedicto codice ipsam delevit. Rem porro gestam ad Veccum patriarcham publicamque notitiam detulit Xiphilinus codicis possessor; eademque et inspectu codicis patefacta fuit, simulque ipsius testimonio Escammatismeni, qui ad catholicas postea partes transgressus, crimen suum ultro confessus est. Id autem tanti aestimavit Veccus (praesertim quia, ut ipse in relatione ait, in aliis quoque exemplaribus particula* 'ΕΚ *comperta fuit) ut coacta prout diximus synodo patriarchali, sententiam episcoporum rogaverit, quid consilii de eo codice lituraque capiendum esset: quorum concors suffragium fuit, ut agnita licet rei veritate, codex ille prout se habebat maneret; nihilque in deleticio spatio rescriberetur; quia periculose id fieret, suspicionemque posteris novae interpolationis refectaeque scripturae iniiceret, et crimen quodammodo a Schismaticis ad Catholicos transferre videretur. Ceteroqui rem gestam scripto consignandam, ut hinc testimonium publicum fidesque haberetur, scripturae illius partem fuisse depravatam. Sic omnes episcopi censuerunt, pergit dicere Veccus « et iam hodie hac synodica actione perficitur, rursus id idem fatente*

Nysseni codex mutilatus et falsatus.

» Referendario, et non negante 'ΕΚ *ab se abrasam fuisse, veniamque petente, quod » eo tempore id perfecerit, cum a nobis dissidebat. » Quo in consilio praesules orthodoxi videntur imitati quodammodo Graiorum veterum exemplum, qui delubra sua, ut narrat Cicero de rep. III. 9, a Xerxe inflammata, ne reficienda quidem putaverunt, ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempiternum. Id nos quoque in conservanda byzantini codicis litura, ob arguendam Schismaticorum fraudem, divinitus contigisse credimus: qui codex e Graecia postea translatus, ut infra probabiliter suadebimus, nunc Romae in Pontificis maximi bibliotheca conservatur.*

Rei praedictae testimonia.

2. *Ceteroqui vaticanus hic memorabilis codex fugit oculos, quantum scio, Leonis Allatii, qui quum rei Constantinopoli gestae narret historiam in Graeciae orthodoxae tomo I. (p. 366-374) anno* 1652 *Romae edito, praeclari monumenti mentionem, ceu adhuc superstitis, nullam facit. Attamen is sententiam Vecci synodicam praedicto in tomo vulgavit; quam statim avide arripuerunt, id est anno* 1671, *conciliorum collectores Labbeus atque Cossartius T. XI. part. I. p.* 1125, *consequenterque aliae conciliorum editiones admiserunt. Porro Cossartius in illius scripti calce sic adnotat. « Non extant hodie illa Gregorii nysseni verba in ea quam designat Veccus homilia: sed neque in quatuor aliis, quas in orationem dominicam idem Gregorius scripsit. Ex quo intelligimus, eas hac parte a Graecis truncatas ad nos pervenisse. Neque enim dubitare de Vecci fide possumus, qui in oratione, quam de Spiritus sancti processione scripsit, locum integrum refert, ex quo decerpta ea verba sunt. Neque Veccus tantum, sed Hugo Etherianus et Manuel Calecas locum illum repraesentant. Ceterum quod ab illo Referendario in Nyssenum, idem a Photio in Chrysostomum admissum est. Cuius in homilia de incarnatione (vel certe ipsi tributa) cum apud Ioh. Veccum et Man. Calecam, et in anglicana Savilii editione legatur* τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, *Photius cod.* 277. *» particulam* ἐξ *omisit. Nimirum cum negent Graeci S. Spiritum esse* ἐκ τοῦ υἱοῦ, *» ex Filio, sentiunt negare se non posse quin sit* τοῦ υἱοῦ. *» Haec Cossartius. Quum autem in praedicta Vecci synodica sententia nihil aliud de Nysseni fragmento recitetur quam illa verba* τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, *commodum accidit, ut Veccus in suis ab Allatio editis scriptis partes adhuc nonnullas recitarit ac repetiverit in Graec. orth. T. I. pp.* 143. 188. 200. 230. 374. 398; *et T. II. pp.* 333. 523. *Item in eodem opere Ioh. Plusiadenus T. I. p.* 632. *Tum ibidem Constantinus Melitiniota T. II. p.* 825; *et Georgius Metochita p.* 953. 979. 993. 1045; *nec non Arcudius in opusculis aureis p.* 140; *quin et ipse Leo Allatius in enchiridio de processione Sp. S. p.* 60, *et contra Creyghtonum exerc. X, et in vindiciis synodi ephesinae cap.* 41, *partem illam Nysseni a Vecco et aliis in dictis opusculis relatam repetit, et historiam totam recinit. Hi tamen cuncti auctores rem ab ipso Vecco, ut patet, sine ulla additione sumpserunt. Denique et magnus Bessarion in oratione dogmatica infra a nobis laudanda eundem Nysseni locum se in mss. sive Vecci sive Nysseni legisse demonstrat. Atque hi omnes a me libenter sunt nominati, ut ostenderem quanti pretii atque praesidii id Nysseni fragmentum apud Graecos nostri dogmatis adseclas habitum sit.*

Nysseni codices integri.

3. *Relatis hactenus aliorum circa hanc rem testimoniis ac lucubrationibus, reliquum est ut quid nobis eadem super re contigerit, et quale incrementum addere*

obvenerit, exponamus. Quum anno ·M·DCCC·XXXIII· in septimo Scriptorum veterum tomo, Anastasii presbyteri graecum opus ederemus « de patrum circa Domini » incarnationem doctrina » primum omnium exhibuimus Nysseni illud fragmentum, ex praedicto sermone ab Anastasio sexti saeculi homine sumptum, et quidem parte prope dimidia auctius, quam a Vecco postea fuit recitatum. Deinde vero exploratis bibliothecae vaticanae forulis, feliciter comperimus partem hanc Nysseni in aliis quoque conservatam codicibus; quod certe ante me in aliis per Europam codicibus deprehendere potuissent viri eruditi, si curam aliquam impendissent, Morellius in primis Nysseni editor, et Cossartius qui defectum editionis dolebat; praecipue vero sagax Allatius, quem hac in causa vaticanos romanosque alios codices non consuluisse, valde miror: quamquam qui omnia praestare queat, nemo quantumvis impiger mortalium est. Sunt ergo vaticanae bibliothecae codices hi, in quibus Nysseni sermo a me integer compertus est. I. *Vaticanus* 2066. *membraneus nobilissimus, saeculo septimo vel octavo uncialibus litteris scriptus, cum glossis etiam aeque quadratis in margine extantibus, de quo nos inferius plura verba faciemus.* II. *Vat.* 448. *membr. saeculi ferme XI, de quo nos item codice postea latius loquemur.* III. *Vat.* 449. *membr. saeculi undecimi.* IV. *Vat.* 1409. *bombycinus saeculi tertii decimi.* V. *Urbin. vat.* 14. *chart. saeculi quarti decimi.* VI. *Vat.* 1729. *chart. saec. XV. Codices autem in quibus Nysseni hoc fragmentum separatim scribitur, tres sunt chartacei, nempe VII. Anastasii presbyteri columm. vat.* 19. VIII. *Vat.* 1102. IX. *Vat. lat.* 4326, *in quo Hieronymus Donatus, senator venetus, vir saeculo XV. desinente clarus, doctrinae graecae linguaeque peritissimus, in suo a nobis edito (Script. vet. T. VII.) de processione Sp. S. contra Graecos doctissimo opere, partem eius testimonii ex Nysseno graece item producit. Nysseni ergo praeclarum hoc segmentum in novem saltem habemus bibliothecae vaticanae codicibus; eratque idem in aliis a Vecco, Bessarione, et Donato, ut ipsi aiunt, visis codicibus; neque dubito quin passim in dispersis per orbem mss. Nysseni exemplaribus, et Romae etiam, si modo ea explorentur, occurrat; quandoquidem vel una Pontificis bibliotheca ostendit hanc copiam. Codices denique vaticani, in quibus aeque ac in editionibus fragmentum deest, duo sunt.* I. *Vat.* 1907. *saeculi circiter duodecimi, bombycinus, qui etsi nobis ineditos duos Nysseni sermones suppeditavit, in hoc tamen tertio de or. domin., et interdum alibi, lacunis laborat.* II. *Urbin. vat.* 13. *chart. satis recens. Causa vero in his evidens defectûs est, quia schismatici amanuenses iniucundum illud sibi testimonium sponte omisisse videntur, id quod pluribus postea exemplis et auctoritatibus confirmabo.*

Particula 'EK in codice vat. antiquissimo.

4. *Nunc ipsum rei caput attingendum est, nempe utrum et in quot cognitis nobis codicibus particula dogmatica* 'ΕΚ *legatur. Namque haec deest in operis anastasiani codice columnensi vat.* 19, *itemque in eiusdem operis codice vat.* 1102, *in quibus legitur* καὶ τοῦ υἱοῦ προσμαρτυρεῖται. *Item abest ea particula a vatt.* 449, 1409, 1729, *nec non ab urbin. vat.* 14, *in quibus scribitur* καὶ τῷ υἱῷ προσμαρτυρεῖται. *Haec, inquam, documenta in adversariorum parte sunt, atque a violatis exemplis dimanant. Age iam quae nobis, vel potius veritati favent, exponamus. De corruptis Schismaticorum dolo codicibus, post exortas cum orthodoxis quaestiones, paulo post dicemus cum summae etiam auctoritatis viro Card. Bessarione (praeter ea quae superius cum Vecco diximus) cuius nunc verba non recitatis solum verum etiam oblatis ob oculos argumentis evidenter confirmabimus. Etenim inter illos*

quos supra memoravi vatt. codices gregorianum fragmentum continentes. unus est qui schismatis tempora longe antecedit, immo et ipso Photio ducentis ferme annis antiquior est, litteris quadratis ut iam monui scriptus, specie prorsus insigni atque admirabili, qui ex monasterio monachorum basilianorum Cryptae ferratae in bibliothecam vaticanam Pio VI. regnante transiit. Continentur eo, praeter S. Basilii hexaemeronem, S. Gregorii nysseni sermones in orationem dominicam, in beatitudines, scripta etiam ad Petrum fratrem, orationes epitaphicae, et capita physiologica. Iam in sermonibus de orat. domin. quum curiosissime rem meam scrutarer, tertium illum sermonem non solum integrum, id est absque lacuna vidi, verum etiam, quod me incredibili gaudio adfecit, particulam dogmaticam 'EK *suo in loco f.* 86. *b. evidentissimam, ut cetera omnia, perlegi: qua visa,* VICIMUS *exclamavi: en quippe codicem, cuius sine dubio dignitas cunctis praevalet: en testem veritatis ingenuum ac probatissimum: en ut auctoritas temporis, prout dixit Cicero, naturae id est veritatis iudicia confirmat. Quin adeo plausum meum praeoccupavit illic in margine manus quaedam, multo tamen recentior, graeci alicuius orthodoxi scribentis:* εὖ σοι μέγιστε Γρηγόριε: « *bene tibi, maxime Gregori.* » *Protinus ergo dedi operam ut hic eximius Nysseni tractus fidelissime in aere excuderetur: codicis quoque numeralem notam adscripsi, ut rem suis oculis, quisquis volet, in vaticana bibliotheca contempletur. Hanc meam laetitiam mox cumulavit Hier. Donatus, qui lib. I.* 15. *et IV.* 13. *sic integerrime scribit:* τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται: « *Spiritus sanctus et ex Patre* » *dicitur, et ex Filio esse testimonio probatur.* » *Idem vero Donatus lib. III.* 14. *p.* 112. *rem illam sub Vecco in synodo gestam novisse se ait his verbis:* « *extat* » *huius conventus narratio, quae Deo volente in manus meas incidit.* » *Itaque et eius synodi particulam scribit. Ne tamen Nysseni locum, ab eo lib. I.* 15. *scriptum, ex Vecco potius sumpsisse suspicemur, vetat ipse dum in nuper citata p.* 112. *ait se complura gregoriani sermonis exemplaria inter se comparasse, ubi celebre id testimonium legebatur. Ceteroqui in hac causa illos propemodum missos facio, quos Allatius edidit, Plusiadenum, Melitiniotam, Metochitam, Arcudium quoque in opusculis aureis, ipsum denique Allatium, qui in allato textu habent* 'EK; *etenim hi unum fortasse cum Vecco testimonium conficiunt. Verumtamen egregie nos, vaticani codicis antiquissimi ope, adfirmationem Vecci iam comprobavimus; et mox alio singularis naturae codice item vaticano, Vecci eiusdem sinceritatem decretique synodici summam prudentiam et aequitatem demonstrabimus.*

5. *Accedamus enim ad codicem vat.* 448, *peculiari ob ea quae dicturi sumus mentione dignissimum. Ait quippe Veccus in sententia synodica, codicem illum Xiphilini, in quo fraudulenter deleta fuerat* 'EK *particula, valde antiquum fuisse, compluraque Nysseni opera continuisse. Iam vero codicem hunc vat. uno vel etiam altero ante Veccum saeculo (id est ante synodum, quae anno* 1280. *fuit celebrata) exaratum fuisse, non videbitur inspicienti improbabile (quamquam aliquot eius folia recentiore manu suppleta fuerunt, quae tamen ad controversam partem non adtinent.) Tempora ergo vaticani ac byzantini codicis vix invicem distare videntur. Sed ne eorum quidem continentia differt; nam vaticanus aeque ac byzantinus Nysseni operibus plenus est, nihilque alienum toto in corpore prae se fert. Nunc res mira, et praeter meam omniumque expectationem oblata, narranda est. Etenim ego tertium illum Nysseni de oratione dominica sermonem in hoc codice legens, ubi ad*

Codex alius vat. deleticius.

*

illum gravissimi momenti locum deveni f. 204. b, particulam celebrem 'EK *in codice quidem scriptam observavi, verum postea studiose oblitteratam, superstite adhuc particulae in litura vestigio, perspicuoque extra deletionem leni spiritu; cuius palmaris rei fidelem imaginem in excusa tabula exhibui. Porro ego hac visa litura, et immani Schismaticorum contra catholicum dogma facinore, equidem cohorrui, manus vocemque in caelum sustuli, et mihi rem plane insperatam, nostraeque theologiae perutilem deprehendisse visus sum. Statim etiam cogitare coepi, num hic reapse idem codex esset, quem Constantinopoli ab Escammatismeno deletum Veccus conventui episcoporum obtulit; conventus autem, fraude iam denudata, prudenter vetuit quominus particula* 'EK *in lacuna rescriberetur. En quippe in litura codicis vaticani nihil reapse postea rescriptum est. Num ergo Veccus, aut de synodo catholicus aliquis, codicem illum Romam misit, ut et fallaciae Schismaticorum, et sinceritatis Catholicorum perpetuum monumentum in christiani orbis metropoli extaret? Rem ita se habere, confidenter propemodum adfirmarem, nisi Hier. Donatus lib. III. 14. de hoc Schismaticorum flagitio loquens narraret « se pluribus eius sermonis exemplaribus comparatis, in quibusdam illud* 'EK *temere ac stulte abrasum vidisse. » Si ergo non unus fuit deleticius huius sermonis codex, haud satis est evidens, vaticanum nostrum unum eundemque esse Xiphilini seu Vecci codicem. Valde tamen suspicor, Donatum liberius locutum, ita ut vocabulo « quibusdam » unum hunc designaverit deleticium vaticanum, quem is certe Romae inspicere potuit. Nam quum ipse opus suum de Sp. S. graece in Creta scripsisset, cui insulae, ut ipse ait, pro Venetis dux praesidebat, idem postea Romae fecit latinum, qua in urbe dum apud Pontificem esset orator, mortem cum vita anno ·MDXI· commutavit. Atque ut hanc dubitationem concludam, aio: si vaticanus hic codex 448, idem byzantinus Vecci est, exosculor Dei providentiam qui religiosum id documentum Constantinopoli Romam transtulit: sin vero alterum exemplar est, schismaticae fraudis testimonium duplicatur, simulque Vecci ac Donati adfirmatio laudatur, qui plures codices particulam* 'EK *continentes vidisse se aiunt.*

Particula 'EK *adseritur.*

6. *Sed age iam confirmare placet Nysseni particulam* 'EK *splendidissimo exemplo viri Nysseno aetate supparis, Theodori Mopsuesteni, cuius nos commentarium in epistolam ad Romanos edidimus Spicil. rom. T. IV. Quamquam locus a nobis mox recitandus, in antiquiore alio et emendatiore vat. codice, unde et Cyrillum deprompsimus, Diodoro tarsensi tribuitur* (1), *homini adhuc antiquiori, nec minus celebri, qui et Ioh. Chrysostomum in litteris sacris instituit. Iam Theodori ac Diodori nomina in codicibus haud raro confundi, compertum est; quin et ipse Photius cod. 223. Diodorum hunc, Theodorum nominat. Sive itaque Theodorus sive Diodorus sic in codicibus et in nostra editione ait ad Rom. VIII. 11.* Προειπὼν πνεῦμα Χριστοῦ, πάλιν φησί· τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· ἐπαναγαγὼν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα τὸ πνεῦμα· οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ σαφῶς διδάσκων ὅτι 'EK τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἀλλότριον τῆς πατρικῆς θεότητός ἐστι : « *quum antea dixisset Spiritum Christi, rursus ait: Spiritus eius, qui » suscitavit Christum, habitat in vobis. Dum a Christo ad Patrem reducit Spiritum, nihil aliud aperte docet, nisi Spiritum, qui est* EX *Filio, a paterna deitate*

(1) *Diodori tarsensis scriptum de Spiritu sancto memorat Photius cod. 102. Fortasse igitur illinc sumpsit auctoritatem hanc eclogarius qui catenam in ep. ad Rom. contexuit.*

» *non esse alienum* (1). » *Quid hac dictione evidentius? Atque ut novis a me editis monumentis uti pergam, Faustus reiensis quinto saeculo episcopus in homilia de Spiritu sancto, apud nos Spicil. rom. T. V. p.* 93, *Nysseni propemodum ac Theodori seu Diodori verba interpretans, sic ait egregie.* « *Ergo quia Spiritus sanctus* » *de utroque procedit, ideo dicitur: qui autem Spiritum Christi non habet, hic non* « *est eius.* » *Ecce autem antiquum etiam sermonem alium ex veronensi codice mecum communicavit vir cl. Josephus Brunatus, in quo pariter scribitur:* « *Spiritum* » *quoque sanctum non ingenitum neque genitum, sed ex Patre Filioque proceden-* » *tem, eo quod Patris et Filii sit Spiritus, et ipse consubstantialis et coaeternus* » *ambobus.* » *Haec ego testimonia prae ceteris recitabam, quia nova sunt. Ceteroqui haud minus evidentia habentur ex Athanasio et Chrysostomo contra Arianos, ex Cyrillo in anath. IX. et in Iohelem, ex Epiphanio in ancorato; ut legere est apud Bessarionem orat. dogm. cap. VII, et apud Donatum lib. I.* 13. *Immo et ipse Nyssenus in suo a nobis edito sermone de Spiritu S. n.* 22. *sibimet consonat, ubi ait Spiritum S. a Filio semper accipere et mitti. Et quidem Bessarion or. cit. cap. VI, ut eius verba saltem latine, brevitatis causa referam, sic argumentatur:* « *quod di-* » *catur Filii Spiritus, nihil aliud significat, nisi quod per Filium manifestatus sit,* » *secundum magnum Basilium; sive quod per Filium procedat, secundum Maxi-* » *mum; sive quod ex Filio procedat, secundum occidentales doctores. Haec enim* » *quatuor, ut probatum est, aequivalent: videlicet Filii Spiritum dici, per Filium* » *manifestari, per Filium procedere, et ex Filio procedere.* » *Ergo etiamsi nos in Nysseni textu legi concederemus* τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *ut adversarii quidem volunt, veritas tamen prisca non patitur, pro* ἘΚ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *nihil illi proficerent, idemque lectionis sensus foret. Ideo enim Spiritus est ex Filio, quia Spiritus Filii est. Cur igitur in hac duarum lectionum varietate tam acriter digladiantur Graeci, si una demum utriusque sententia est? Videant etiam, quibus otium est, ea quae nos adtulimus in praef. ad Spicil. T. VI. nova patrum pro nostro hoc dogmate testimonia: item quae adnotavimus ad Cyrillum II. Cor. I.* 21, *ubi etiam Hilarium produximus de Trin. VIII.* 20, *et Augustini textum in maurina editione mendosum sanavimus. Praesertim vero legant quae in duobus priscis opusculis lat. de process. Spiritus S. dicuntur apud nos Script. vet. T. VII. Denique ne negligant, oro, theologi quae Gregorius patriarcha contra Marcum ephes.* (*apud Lab. Concil. T. XIII.*) *nec non quae Bessarion in magna ad Alexium Lascarim epistola late scribunt de patrum traditione evidenti circa processionem etiam a Filio; cum peracuta quoque et verissima celebris dicti Iohannis damasceni explicatione: legentibus enim constabit, Graecos ea nube argumentorum a gentilibus suis Gregorio ac Bessarione prorsus fuisse obrutos, et universa causa excidisse. His si addas quae pro hoc dogmate disputat Allatius in enchiridio, et in Graecia orth., et de consensu eccl. occid. et or.,*

(1) *Magni hic sane momenti est Theodori vulgatus a nobis locus, quo Spiritus sancti processionem etiam a Filio is profitetur. Namque in synodi ephesinae actione VI. recitatur corruptae fidei symbolum, quod Theodoro fuit imputatum, reclamante tamen Facundo hermianensi lib. III.* 2. *et* 5. *atque negante illud esse Theodori scriptum. In eo quippe symbolo aperte id dogma negatur:* πνεῦμα το ἅγιον οὔτε υἱὸν νομίζομεν, οὔτε διὰ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφός: Spiritum sauctum neque Filium putamus, neque per Filium suam substantiam habere. *En modo Facundi testimonium pro Theodoro verax agnoscitur: neque enim hic in symbolo contraria ceteris scriptis confessus fuisset. Calumniosum fuit itaque illud symbolum; immo vero inter dogmatis recti adsertores iam Theodorus quoque mopsuestenus* (*vel Diodorus*) *ponendus est.*

et in synodi ephes. vindiciis, confecta res est, nihilque praeterea desideramus. Postremo cum Graeci in actibus suis synodicis, Augustini nostri auctoritatem tamquam magni doctoris revereantur (cuius etiam complura opera ex latino in graecum conversa in vaticanis pluteis observavi, paucis tantum ab Arcudio prolatis) discant utique hanc veritatem ab eo, tum in libro XV. 47. de Trin., tum magis in tractatu IC. in Ioh.; nihil enim his Augustini testimoniis validius evidentiusque est.

Dogma ulterius confirmatur.

7. Sed adhuc adversariae partis homines clamitant: en ʼΕΚ *particula in plerisque codicibus atque in ipso Anastasii opere de doctrina patrum circa incarnationem deest. Quid inde, inquam? Num primus unusque Escammatismenus codices corrupisse credendus est? Nonne ipsius Anastasii codicibus manus adferri a photianis potuerunt? Quid? calentibus rixa animis, perseverante schismate, putamus fieri potuisse ut a graecis amanuensibus scriberetur in loco Nysseni particula* ʼΕΚ, *et non potius auferretur? Atqui omnes, quos hactenus nominavimus, uno excepto antiquissimo* 2066, *gregoriani sermonis codices graeco in schismate conscripti fuerunt. Certe ego quid Anastasii codici acciderit, nescio; video tamen mirum alium Anastasii (si certe unus idemque Anastasius est, prout alio tempore disputabo) video inquam peremptorium locum in sermone eius de Trinitate cap.* 22. *ubi Spiritus sancti a Filio quoque processio disertis verbis adfirmatur:* « πνεῦμα ἐκπορευόμενον καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ: *Spiritus procedens et missus non solum a Patre verum etiam a Filio.* » *Nemo igitur de Anastasii sententia ad hanc rem quod attinet iam dubitabit: immo nemo Anastasium inter primarios dogmatis adsertores non numerabit. Unum adhuc memorabo ex orientali ecclesia documentum. Extat Romae apud Armeniorum S. Blasii ecclesiam vetus, emendatus admodum, optimaeque notae codex liturgici generis, id est lectiones precesque publicas continens, prout eas digessit patriarcha gentis Gregorius III, qui frater fuit atque successor Nersetis Claiensis, et anno* 1165. *obiit. Hunc codicem Leo III. minoris Armeniae rex, anno* 1279. *ecclesiae Armeniorum S. Matthaei in urbe Perusia donum obtulit, prout ipso in codice scribitur. Iam vero armeniaca oratio, qua in pentecostes festo invocatur publice sanctus Spiritus, sic ibi incipit.* « *Tu qui es dominus dominus (sic) exercituum, et Deus verus, lucis vitaeque fons, inscrutabiliter a Patre Filioque procedens, thaumaturge sancte Spiritus, quem Iesus Christus Deus noster apostolis promisit etc.* » *En cernimus orthodoxorum Armeniorum antiquam confessionem, quam in Schismaticorum liturgicis libris frustra requiremus: etenim apud haereticos quoque Armenios vigere morem delendi e libris quicquid ipsi aegre ferunt, mihi a gnaris rei hominibus relatum fuit. Duos item Armeniorum missales libros, etsi praedicta aetate paulo recentiores, nec non ritualem unum, dogmaticam eiusmodi continentes precem. citat vir cl. honoris causa appellandus P. Gabrihel Avedichianus mechitarista in suo egregio de process. Sp. S. tractatu p.* 63, *qui et alia plurima ex ecclesia rituque suo rei huius documenta collegit.*

S. Basilii locus de Sp. S. mutilatus.

8. Etsi aliquando a Schismaticis corruptos codices, vel una codicis vat. 448. *imagine quam aere excudendam curavi, demonstratum est, attamen ut in re gravi et odiosa, abundare testimoniis aequum est. Primus igitur adsit Bessarion, qui in insigni ad Lascarim epistola seu tractatu narrat sex antiquos, sedente florentino concilio, repertos esse Basilii magni codices (confer etiam concil. act. XX.) qui libros eius contra Eunomium continebant, quorum in tertio sub initio verba illa quae-*

sita sunt de Spiritu sancto « ἀξιώματι μὲν δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ (1), παρ' αὐτοῦ » λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον: » *dignitate (seu ordine) secundum esse a Filio, ab eo existentiam habentem, et ab* » *ipso accipientem, et annunciantem nobis, atque omnino ab ea causa dependen-* » *tem;* » *haec, inquam, verba in quinque e sex praedictis codicibus et quidem valde antiquis ait esse deprehensa, in uno autem desiderata. Deinde pergit Bessarion dicere, se post synodum, Constantinopolim reversum conquisivisse quotquot eius basiliani operis codices inveniri potuerunt; ac porro cognovisse, antiquissimos quosque verba illa Basilii in contextu habuisse; recentiores autem, quotquot post litem exortam scripti fuerant, auctoritate praedicta caruisse; quo nihil lucidius dici potest ob ostendendam Schismaticorum fallaciam, a quibus id testimonium consulto praetermissum fuit. Idem vero Bessarion paulo infra loc. cit. non omissionem tantummodo, sed malitiosam quoque deletionem in duobus aliis operis eiusdem codicibus a se visis perpetratam narrat: nam ex uno membraneo vetustissimo falsarius quidam impio ferro veritatem abraserat; quod tamen ei parum successerat, manentibus adhuc in loco vacuo syllabis dimidiatis: alterius autem bombycini locum offuso atramento excaecaverat: qui tamen postea codex ad Demetrii Cydonii, hominis orthodoxi, manus quum pervenisset, is obiurgato falsario oblitterata verba supplevit in margine. Sic Bessarion. Reapse, ut egomet vidi, in codice quoque vat. 434. saeculi ferme XII. f. 32, ubi in mutilato Basilii textu legitur* ἀξιώματι γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, *saeculo uno vel altero post homo orthodoxus sic in margine adnotavit:* « σημείωσον ὅτι παρέλειψεν » ὡς αἱρετικὸν τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου γραφέν· λέγει γὰρ οὕτως· ἀξιώματι μὲν γὰρ » δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, » καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν » ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· (*ubi vides omissum etiam* ἴσως.) *Animadverte, inquit,* » *amanuensem praetermisisse, ceu si esset haereticum, id quod vir sanctus scri-* » *pserat. Sic enim ille dicit: dignitate secundum esse a Filio etc.* » *Contra Basilii codex vat. pal. 216. f. 68, quia adversariorum tantummodo manibus versatus fuit, neque schismatis aetatem superat, lacunam suam sine critica adnotatione retinuit. Sed ad Bessarionem ut redeam, is loco cit. prosequitur dicens, Hugonem quoque Etherianum, trecentis ante se annis, habuisse prae manibus Constantinopoli aeque sanum Basilii codicem. Denique loci sinceritatem multis criticae artis argumentis demonstrat. Quare haud scio an satis recte Garnerius maurinus se gesserit, qui in suam praestantem Basilii editionem ea verba non admisit, et in scholiis tantum narrative retulit. Defuerint utique haec verba in inspectis ab eo codicibus; mihi tamen tanti ponderis sunt quae narrat Bessarion, ut aeque Garnerium si ea legisset, permovendum fuisse non dubitem. Plane enim Garnerius nonnisi ad ea quae in actione XX. florentini concilii dicuntur, respexisse videtur; de Bessarionis gravissima ad Lascarim epistola non cogitasse, neque de iis item quae Leo Allatius in enchiridio cap. XX. mirabiliter disputavit tum de Basilii codicibus integris, tum de vana fraude Schismaticorum, quae heic repetere longum foret. Et quidem de praedicto*

(1) Intellige vel ordinem, vel illum sensum, quo de patre suo loquitur Christus dominus in celebri loco Iohannis XIV. 28, cuius dicti multae variaeque explanationes notissimae sunt. Nam graduum diversitatem in ss. Trinitate non esse, peremptorium dogma est, ut cum Augustino et cum Panoplia in hac nova Bibliotheca diximus T. II. p. 558. 560.

S. Basilii loco Veccus etiam patriarcha disserit in opusculi sui de Spiritus sancti processione capitulo I. apud Graeciam orthodoxam T. I. p. 225. sqq.

Corruptionum alia exempla.

9. *At quia de Allatio dicere coepi, duas adhuc ab eo commemoratas fraudes non reticebo. Namque in dicto enchiridio cap. IV. in Nazianzeni sermone de adventu Aegyptiorum, ait ab haereticis vocabulo* ἀγεννησίας *substitutum fuisse* αἰτίας, *ut Filium diversum a Patre non* ἀγεννησίᾳ *tantummodo sed etiam* αἰτίᾳ *suaderent; quo dolo, Filium removebant quominus causa sit Spiritus sancti simul cum Patre. (Confer etiam Hier. Donatum pp. 36. 39. 42.) Idem rursus Allatius cap. XV. demonstrat corruptam fuisse ab iisdem Metaphrastae dictionem in sermone de S. Dionysio areop. ubi legebatur* ἐκπορευόμενον υἱοῦ πνεῦμα ἅγιον. *Sed cur iam falsariorum ac falsitatum adversus codices religiosos catalogum diutius prosequor, qui infinitus paene fieret? Certe et ego in Spicilegio rom. T. IV. p. XC. palam feci, Iacobitas syros in Procli constantinopolitani sermone, quem ibi edidi, delevisse, ut vestigia in codice adhuc demonstrant, catholicum vocabulum, substituto monophysitico; et id quidem in uno sermonis exemplari; ex altero autem eiusdem sermonis codice folium detraxisse, ne ingratus ipsis textus illic superesset. Quod idem plane Nysseni sermoni, de quo iamdiu nos agimus, in codicibus accidit: qui partim sunt deleticii, ut fuit ille Xiphilini seu Vecci byzantinus, et vaticanus noster* 448. *(qui fortasse idem est byzantinus) et quidam alii a Donato lib. III.* 14. *memorati: alii vero codices, toto avulso segmento, mutilati fuerunt, ut vaticanus* 1907, *et urbin. vat.* 13, *ex quorum similibus editiones cunctae Nysseni fluxerunt. Vaticanus denique antiquissimus* 2066, *et fragmentum universum retinet, et particulam quoque* 'ΕΚ *felicissime in orationis serie ostentat. Et hic sane nobilitate sua plurimorum instar est: ceteroqui non esse unicum, tum Veccus in decreto, tum Bessarion in oratione dogmatica cap. VII, tum denique Donatus loc. cit. satis docent: nullusque dubito quin si ceterae per Europam, Asiam, atque Aegyptum bibliothecae interrogentur, eae parem aliquem codicem se habere confirment.*

Adhuc de eodem argumento.

10. *Iam ut sacrorum librorum locos sileam, quibus haeretici interdum vim in codicibus intulerunt, modo subtractis versiculis* (1) *modo translata perperam interpunctione; celebris est controversa lectio apud S. Hilarium de Trin. II.* 27. adoptatur, *et* adoratur, *quo loco illud huic substitutum in codicibus verbum a Felice urgelitano Adoptianorum duce criminati sunt Hincmarus et Alcuinus: quodque est mirabilius, in duobus omnium antiquissimis Hilarii codicibus, uno Capituli Canonicorum vaticani, altero Capituli veronensis vocabulum illud interpolatum aeque conspicitur, ut et ego Romae vidi, et Scipio Maffeius in praef. ad Hilarium narrat. Certe et alium Hilarii librum falsatum ab haereticis Rufinus queritur apud Hier. lib. II.* 19. *adv. Ruf. Tum corrupta non semel ab haereticis orthodoxorum patrum scripta, historici narrant. Quid? In Dionis Cassii excerptis Porphyrogeniti, a me Script. vet. T. II. p.* 212. *editis, nonne* Plauti *ethnici a Nerone occisi, mutatum studiose ab eclogario fuit in* Pauli apostoli *a Nerone item interfecti nomen? Gemisti*

(1) De celeberrimo quidem testimonio caelesti apud Ioh. ep. I. 5. 7. in codicibus graecis passim desiderato, copiose nos, post alios, disputavimus in adnot. sub initio Speculi S. Augustini quod ex sessoriano codice edidimus. Nunc tamen alia duo subsidia suppetunt, nempe quod hic insignis versiculus legitur etiam in adhuc antiquiore sessoriano alio codice ·XCVI·, quamquam manu secunda additus. In epistolario autem graecae ecclesiae Venetiis impresso (id est in annuis apostolicarum epistolarum lectionibus) idem versiculus extat; quod sollemne argumentum est, probari illum ab ecclesia quoque schismatica, quandoquidem in sacra liturgia retinetur ac recitatur.

Plethonis tractatum de virtutibus, in mediolanensi codice nescio quis graecus amanuensis, clariorem gloriam scripto quaerens, rubricato titulo inscripsit Philoni, homonymi operis iamdiu deperditi auctori. Venetiis ante hos annos dum graecorum patrum catenam ad regum libros in marciano codice inspicerem, inter alios auctores legebam ad lib. III. 22. 19. sic. Θεοδωρίτου ἐκ τοῦ γ' λόγου τοῦ κατὰ Μανιχαίων: *Theodoreti ex tertio adversus Manichaeos libro. Atqui Theodoreti hoc titulo operis neque in libris eius editis neque in deperditorum memoria vestigium superest. Ecce autem is codicis veneti locus in catena Nicephori extat, Lipsiae edita T. II. p.* 806, *ubi Procopio sine operis titulo inscribitur. Utrum ex his vere sit dictum, et fraude ne an casu aliquo is error contigerit, difficile definitu est. Quamquam non est spernenda suspicio de Theodoreto auctore: quippe Procopium ex diversorum patrum scriptis catenas conficere solitum scimus: namque et nos catenas Procopii huiusmodi in genesim, proverbia, et Salomonis canticum superioribus annis vulgavimus in class. AA. T. VI. et IX. Sine dubio patet latissimus dicendo campus, si quis falsitates erroresve huiusmodi, qui sunt innumeri, persequi velit. Mitto quod Honorii papae nomen damnatorio sextae synodi decreto obtrusum a malivolis fortasse videtur; quandoquidem, ut olim observavi (ad Niceph. apol. cap. 22. in part. lat.) neque libellus synodicus, neque sancti Sophronii epistola item synodica, neque byzantini patriarchae Nicephorus ac Nicolaus, dum Sergium, Pyrrhum ac Cyrum, Monothelitis accensent, Honorium his connumerant; quod nonnisi contrariae persuasionis causa fieri potuit: quae si documenta florentinus Fontanius novisset, paulo credo modestius ac reverentius de hac controversia et de Honorio locutus fuisset ad Photii erotema I. p. 10. nov. delic. T. I. Sancti Caelestini papae epistolam ad Nestorium in nonnullis subdole locis a graeco aliquo interprete fuisse perversam, demonstravi olim bobiensi codice utens, cum de vetere chalcedonensis synodi latina translatione disserui. Quis maiorem interpolationem fraudemque et falsitatem pertulit, quam pontificales epistolae ab Isidoro seu quovis alio eius criminis auctore? Quid? nonne cuidam epistolae de Spiritus sancti processione, a photiano ut reor homine scriptae, fallaciter nomen Iohannis papae romani impositum fuit? cuius falsitatis testis est in vaticano ecclesiae romanae tabulario regestum antiquissimum et prope synchronum ac plenissimum epistolarum praedicti pontificis; a quo codice apocrypha illa epistola prorsus abest, nec nisi in recentioribus Graecorum codicibus legitur. Idem usuvenit in byzantinorum episcoporum catalogo. Etenim in columnensi vat. codice, cuius aetas schisma Photii praecedit, initium fit, prout veritas postulat, a Metrophane sub magno Constantino. At recentior chronographus, quem nos edidimus, Ephraemius, cum neotericis aliis, facit initium sui catalogi a Stachy, apostolicorum temporum homine, fraude notissima Schismaticorum, ut apostolicam dignitatem byzantinae sedi vindicent. Quid ipse Photius? nonne in sua ad Armenios epistola insignem vel fraudem fecit, vel ab interpolatoribus passus est, dum pro Petro Lucam romanae cathedrae fundatorem scripsit, antiochensis autem Matthaeum? Passus inquam fortasse ab orientalibus interpolatoribus magis fraudem videtur Photius, quam dolo proprio tam absurde egisse: etenim Graeci passim, et quidem ipsi patriarchae ac synodi, iam inde a sardicensi et chalcedonensi, sedem Petri romanam numquam negarunt: et Photius idem in alia epistola de qua mox loquemur, romani pontificis apostolicum primatum agnoscebat ac fatebatur. Sane ad orientales quod attinet non semel mihi ab illarum gentium ho-*

minibus narrari memini, de singulari impudentia qua illic tum patres, tum ecclesiastici alii scriptores, synodorum canones, libri liturgici, et religiosi tractatus quilibet, praesertim quia manuscriptis plerumque adhuc utuntur codicibus, violari, deleri, abradi, minuique vel augeri solent, pro partium studiis ac sectis. Profecto, ut generatim iam loquar, abrasa in codicibus verba, supposita alia, immutata auctorum in titulis nomina, obductas de industria obscuritates, surrepta folia, atque alia eiusmodi vitia, nemo aliquando non comperit qui his in studiis aetatem triverit. Hinc divinae illae apud Apocalypsin XXII. 19. minae adversus huius sancti libri corruptores: hinc in tot codicum calce, auctorum vel librariorum dirae, ne qua fraus in ipsorum scripturas irrepat. Hinc etiam Xisti V. PP. anathemata, si quis umquam in bibliotheca a se Romae condita dolo malo quicquam abraserit.

De Photii epistola truncata.

11. *Utrum Schismaticorum item fraudi tribuendum sit, nec ne, quod adhuc sum dicturus, aequi lectores iudicabunt. Photii longam epistolam ad Nicolaum papam ob impetrandam sui in patriarchatu confirmationem, edidit latine tantum, Petro Morino interprete, Card. Baronius ad an.* 861. *n.* 54: *sed ea graece demum vulgata fuit ab Anthimo schismatico Remnicii episcopo in Valachia an.* 1706, *quem rursus textum prelo nuper in Gallia subiecit vir. cl. Iagerus in sua praeclara de Photio graeci schismatis auctore historia p.* 439. *Ego vero graecum ibi textum legens, statim agnovi (p.* 452.) *fine esse mutilatum, id quod illic tum hiulca sententia, et vocabula corrupta satis suadent, tum integra atque continua apud Baronium interpretatio plane demonstrat. Iam vero in graeca ante hanc diem parte inedita, Photius disertis verbis fatetur romani Pontificis primatum, dum ait illum inter Christianorum rectores* πρωτεύειν λαχόντα *et* ὑπερέχειν, *principem supremumque locum tenere; (id quod etiam Nicolaus Photii successor adfirmabat Spicil. rom. T. X. part.* 2. *p.* 293.) *Fatetur item Photius vigentem consuetudinem Christianorum confugiendi appellandique undique ad rom. sedem, ut pontificalium pedum fruerentur osculo, ut ad apostolorum limina orarent, et peccatorum veniam consequerentur. Tantum postulat, ne id sine commendaticiis patriarchae epistolis fieret: quo astu Photius romana peregrinatione et appellatione iis volebat interdicere, qui ne cum obtruso patriarcha, id est secum, communicarent, Romam confugiebant, ubi etiam Photii crimina revelabant; ideoque callide iis maledicit. Iam vero tota haec photianae epistolae pars graece excidit, ut in Valachorum atque etiam in Iageri editione videre est, qui sane vir doctus editionis defectum agnovit, neque tamen potuit graece supplere. Displicuisse autem editori Anthimo hunc epistolae Photii tractum, in quo Papam rom. ceu sibi superiorem adhuc reveretur, et de appellationibus ad apostolicam sedem loquitur, nil mirum est; nam totus ille Anthimi tomus schismaticis opusculis, romanae praesertim auctoritati adversantibus, scatet. Tum vero Valachos, calogeris suis auscultantes, alieno plerumque animo a romanis partibus extitisse, disco ex historia nupera quam de illa regione edidit Berolini vir doctus Mich. Kogalnitchanus T. I. p.* 237 (1). *Haud ergo temeraria fortasse suspicio est, partem illam epistolae dedita opera typis fuisse seclusam. Quod si quis mitius iudicare velit, et Anthimi editionem valachicam culpa potius codicis, fortasse mutili, mancam existimare; adhuc quaerendum superest quis lacunam in illo codice fecerit, casus ne aliquis, an schismatici hominis priscus dolus? Sed utcumque*

(1) In hoc berolinensi libro p. 129. memoratur etiam dynastia biennalis illius Heraclidae, de quo elegantem historiam ab amerino episcopo Ant. Gratiano scriptam edidi ego Spicil. rom. T. VIII.

se ista habent, en demum haec epistola a nobis ope duorum codicum vaticanorum graece completur.

Ἡ τῶν ἀληθῶς κανόνων φυλακὴ, σπουδαίῳ μὲν ἐποφείλεται παντὶ, πολὺ δὲ πλέον τοῖς ἐπευθύνειν τὰ τῶν ἄλλων ὑπὸ τῆς προνοίας ἠξιωμένοις· καὶ τούτων ἔτι μάλιστα, ΤΟΙΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΟΥΤΟΙΣ ΠΡΩΤΕΥΕΙΝ ΛΑΧΟΥΣΙΝ· ὅσῳ γὰρ ὑπερέχουσι, τοσούτῳ νομοφυλακεῖν ὀφείλουσι· θᾶττόν τε γὰρ τὸ ἐκείνων ἐλάττωμα, οἷα δὴ κειμένων ἐν ὕψει, εἰς πάντας περιαγγέλλεται, κἀκεῖθεν τοὺς ἄλλους δεήσει πρὸς ἀρετὴν ἐπανάγεσθαι, ἢ πρὸς κακίαν ὑποσύρεσθαι· διὸ δεῖ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν, καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος, τοὺς ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας, μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι· μηδὲ φιλοξενίας προσχήματι, μισαδελφίας παραχωρεῖν καταβάλλεσθαι σπέρματα· τὸ μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην πρὸς τὴν ὑμῶν πατρικὴν ὁσιότητα τοὺς βουλομένους παραγίνεσθαι, καὶ τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν, τοῦτο λίαν ἐμοὶ προσφιλὲς, καὶ πρὸ πολλῶν ἄλλων τιμώμενον· τὸ δὲ χωρὶς τῆς ἡμετέρας εἰδήσεως, καὶ συστατικῶν γραμμάτων ἄνευ, ἀποδημίας ἀτάκτους ποιεῖσθαι, οὔτε ἡμῖν οὔτε τοῖς κανόσιν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ ὑμῶν ἀδεκάστῳ κρίσει εὐπαράδεκτον· ἑῶμεν γὰρ τ' ἄλλα ἃ συμβαίνειν εἴωθε, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τὰς ἀποδημίας ποιουμένων, τῶν ἀποδημούντων τὰς μάχας, τὰς στάσεις, τὰς ἔριδας, τὰς φιλονεικίας, τὰς διαβολὰς, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπαναστάσεις, ἀλλὰ τό γε νῦν ὁρώμενόν τε καὶ πραττόμενον ἐρῶ· ἐπειδὰν γὰρ ἐνταῦθά τινες διὰ τῆς παθοποιοῦ ῥᾳστώνης τὸν βίον καταῤῥυπώσωσι, τῶν δὲ πλημμελημάτων εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι ὦσι προσδόκιμοι, μετὰ σεμνῆς τῆς ἐπωνυμίας φυγάδες γίγνονται, προσευχῆς ὄνομα τῇ φυγῇ περιθέμενοι, καὶ πρᾶξιν αἰσχρὰν ὀνομασίᾳ χρηστῇ συγκαλύψαντες· ὧν οἱ μὲν ἀλλοτρίους γάμους διώρυξαν, οἱ δὲ κλοπαῖς ἑαλώκεσαν, ἢ ταῖς μέθαις προεπόθησαν, ἢ ταῖς ἀκολασίαις ἐδουλώθησαν· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν ταπεινοτέρων αὐτόχειρες ἐφωράθησαν, καὶ ἄλλοι ἄλλοις πάθεσιν ἀκαθαρσίας συνεσχέθησαν· οἳ ἐπειδὰν κατ' αὐτῶν τὴν δίκην ἀφιεμένην, ὥσπερ ἔφημεν, συναίσθωνται, ὁμοῦ πάντα κυκήσαντες τὲ καὶ συνταράξαντες, δρασμῷ τὰς ἐπὶ τοῖς αἰσχρουργηθεῖσι καὶ τολμηθεῖσι διακρούονται κολάσεις· μήτε ταῖς ἐπιτιμήσεσι σωφρονιζόμενοι, μήτε ταῖς τιμωρίαις θεραπευόμενοι, μήτε τοῦ πτώματος ἀνορθούμενοι, ἀλλ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις διατελοῦντες ὀλέθριοι· ἐξ ὧν τῷ βουλομένῳ πάθεσι τρυφᾷν ἡ πύλη πλατεῖα τῆς ἀπωλείας ὑπανοίγνυται· ἔχουσι γὰρ τῆς δίκης ἀποφυγεῖν τὴν ἐπὶ προφάσει προσευχῆς ἐπὶ Ῥώμην κάθοδον· ὧν τὴν κακότεχνον μηχανὴν ἡ ὑμετέρα παθοκτόνος καὶ θεοχαρίτωτος ἀνασκοποῦσα κεφαλὴ, ἄχρηστον αὐτοῖς καὶ ἀτελεσφόρητον τὸν δόλον καὶ τὴν μηχανοῤῥάφον ἀποφαινέτω προαίρεσιν· τοὺς ἄνευ συστατικῶν παραγινομένους γραμμάτων, μετ' ἐπιμελείας ἐκεῖσε πάλιν ἐπαναστρέφουσα, ὅθεν κακῶς καὶ ἀτάκτως ἐξέφυγον· οὕτω γὰρ ἂν αὐτῶν τε ἐκείνων ἡ σωτηρία πραγματεύοιτο, κοινή τε ἡ φροντὶς πᾶσιν ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῆς τὲ καὶ σώματος πρυτανεύοιτο. *Photii epistolae complementum.*

12. *Hactenus de falsatis aut truncatis apud schismaticas sectas scripturis. Nunc ad Nyssenum conversi, finem aliquando disputationi nostrae imponamus, cuius haec summatim capita fuerunt* 1. *Fragmentum nobile in Nysseni editionibus desideratum, demonstravimus contineri in novem saltem bibliothecae vaticanae codicibus.* 2. *Causam patefecimus cur id in aliquot codicibus, ideoque in omnibus Nysseni editionibus desit.* 3. *Dogmaticam particulam* 'ΕΚ *multis variisque tum codicum tum auctoritatum testimoniis invicte propugnavimus. Superest itaque ut hoc classicum Nysseni fragmentum, et quidem cum particula* 'ΕΚ, *futuri editores ad lacunam tertii de dominica oratione sermonis feliciter explendam ex nostro libro in suos transferant.* *Conclusio.*

SANCTI GREGORII NYSSENI FRAGMENTUM

IN EDITIONIBUS DESIDERATUM, CUM TESTIMONIO

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI ETIAM A FILIO (1).

Μία κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἀποδέδεικται τῆς ἁγίας τριάδος ἡ φύσις· οὐ συγχεομένης * ἐφ᾽ ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων τῆς κατὰ τὸ ἐξαίρετον a) ἐπιθεωρουμένης αὐταῖς b) ἰδιότητος, οὐδὲ τῶν γνωρισμάτων ἐν ἀλλήλοις ἀλλασσομένων· || * ὥστε τὸ σημεῖον τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὸν υἱὸν ἢ τὸ πνεῦμα μετενεχθῆναι c), ἢ τὸ υἱοῦ πάλιν ἑνὶ τῶν προκειμένων d) ἐφαρμοσθῆναι, ἢ τὴν τοῦ πνεύματος ἰδιότητα τῷ πατρί τε καὶ τῷ υἱῷ ἐπιφαίνεσθαι· ἀλλ᾽ ἐν τῇ κοινότητι τῆς φύσεως, ἀκοινώνητος ἡ τῶν ἰδιαζόντων θεωρεῖται διάκρισις· ἴδιον τοῦ πατρὸς τὸ μὴ ἐξ αἰτίου εἶναι· τοῦτο οὐκ ἔστιν ἰδεῖν e) ἐπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος· ὅ τε γὰρ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθεν f), καθὼς φησὶν ἡ γραφὴ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται· ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι, μόνου τοῦ πατρὸς ὂν, τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι ἐφαρμοσθῆναι οὐ δύναται, οὕτως g) ἔμπαλιν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἰδιόν ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῷ πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι * φύσιν οὐκ ἔχει· κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι h) τοῦ μὴ ἀναιτίως i) εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις k) περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἔστιν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν * ἐξευρεῖν· ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη l)· ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς, ἐκ τοῦ πα-

* Glossa in cod. A. οὐ συμφυρομένης.

* Hactenus editiones. Reliqua ex codicibus.

* Glossa A. νοηθῆναι.

* Gl. A. παραλλαγήν.

Consequitur ergo ex ante dictis, ut demonstratum sit, unam esse sanctae Trinitatis naturam, haud confusis quae in unaquaque singillatim persona spectantur proprietatibus, neque permutatis notis quibus invicem distinguuntur, || ita ut indicium paternae personae ad Filium vel ad Spiritum transferatur: vel Filii vicissim nota alicui ex praedictis accommodetur: vel denique Spiritûs peculiaris qualitas in Patre Filioque appareat: sed in naturae communitate, incommunicabilis individuorum observatur distinctio. Porro est Patris proprium, ut non sit ex aliqua causa. Hoc autem neque in Filio neque in Spiritu cernere licet. Nam et Filius de Patre exivit, ut ait scriptura; et Spiritus ex Deo et a Patre procedit. Sed sicut causa carere, quod unius est Patris, Filio et Spiritui convenire nequit; sic vicissim, ex causa esse, quod proprium est Filii ac Spiritûs, fieri nequit ut in Patre spectetur. Iam vero quum sit commune Filio ac Spiritui, ut sine causa non sint; ne forte confusio aliqua in his subiectis accidat, en item in horum proprietatibus inconfusa quaedam differentia comperitur: ut sic nimirum et quod ipsis commune est maneat, et quod est peculiare non confundatur. Nam unigenitus Fi-

a) C. D. mendose ἀκόλουθον, A. κατ᾽ ἐξαίρετον. — b) D. mendose αὐτοῖς. — c) C. G. I. μετενεχθήσεται. Sed in B. I. var. lect. μετενεχθήσεσθαι. — d) C. D. παρακειμένων. — e) C. D. sine ἰδεῖν. A. E. ἴδιον. — f) B. F. G. I. διεξῆλθεν. — g) F. G. H. I. οὕτω τὸ ἔμπαλιν. — h) A. τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. — i) A. B. E. F. G. I. ἀγεννήτως. H. ἀγεννήτῳ. — k) A. in textu χύσις, in marg. gl. φύρσις. — l) D. F. G. I. συγχεθείη. In cod. C. mendose desunt haec καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη.

(1) Extat hoc nobilissimum S. Gregorii nysseni fragmentum in novem saltem, ut in praevia disputatione diximus, bibliothecae vaticanae codicibus, quos nos in adnotanda lectionum varietate litteris capitalibus designabimus, nempe A. vat. 2066. B. vat. 1729. C. vat. column. 19. D. vat. 1102. E. vat. 448. F. vat. 449. G. vat. 1409. H. vat. 4326. inter lat. I. vat. urb. 14.

lius ex Patre a sancta scriptura nominatur. Atque eatenus proprietatem eius sistit sermo sacer. Sanctus autem Spiritus et ex Patre dicitur, et EX Filio esse, simul testimonio probatur (1). Nam si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius, sancta inquit scriptura. Ergo Spiritus ex Deo existens, Christi quoque Spiritus est. Attamen Filius ex Deo existens, non propterea Spiritùs (sancti) est vel dicitur; neque ista relativa sequela mutuo convertitur, ita ut pari modo per analysin convertere liceat sermonem: atque ut Christi Spiritum dicimus, ita Christum Spiritùs (sancti) nominemus. Quum haec itaque proprietas perspicue inconfuseque alterum ab altero distinguat; operationis autem unitas, naturae communionem testetur; confirmatur utrimque recta ac religiosa circa Deum notio: ut et personarum numeretur Trinitas, neque eadem in diversae naturae partes scindatur. || Quae ergo Spiritus sancti hostium insania est? etc. (2).

τρὸς παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς ὀνομάζεται· καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτοῦ a) τὸ ἰδίωμα· τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται *, καὶ ἘΚ b) τοῦ υἱοῦ εἶναι c) προσμαρτυρεῖται d)· εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει e), οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, φησὶν ἡ ἁγία γραφή· οὐκοῦν τὸ μὲν πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ ὂν, καὶ Χριστοῦ πνεῦμα ἐστίν· ὁ δὲ υἱὸς ἐκ τοῦ θεοῦ ὢν, οὐκέτι f) καὶ τοῦ πνεύματος, οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται g)· οὐδὲ h) ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη i) ἀκολουθία k), ὡς δύνασθαι κατὰ τὸ ἴσον δι' ἀναλύσεως ἀντιστραφῆναι τὸν λόγον· καὶ ὥσπερ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα λέγομεν, οὕτω καὶ τοῦ πνεύματος Χριστὸν ὀνομάσαι l)· ταύτης τοίνυν τῆς ἰδιότητος τρανῶς καὶ ἀσυγχύτως * τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διακρινούσης, τῆς δὲ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ταυτότητος * τὸ κοινὸν μαρτυρούσης τῆς φύσεως, ἔρρωται m) δι' ἑκατέρων * ἡ εὐσεβὴς περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις· ὡς καὶ ἀριθμεῖσθαι τὴν τριάδα διὰ n) τῶν ὑποστάσεων, καὶ εἰς ἑτεροφυῆ τμήματα μὴ διακόπτεσθαι. || * Τίς οὖν μανία * τῶν πνευματομαχούντων κ. τ. λ.

* Schol. in cod. A. εὖ σοι μέγιστε Γρηγόριε.

* Gl. A. ἀσυμφύρτως.

* Gl. A. ὁμοιότητος.

* Gl. A. ἑκάστων.

* *Hinc rursus editiones.*

* Gl. A. ἡ μωρία ἡ δαιμονική, ἡ παραφροσύνη, ἡ ἐξηχία.

a) B. F. G. H. I. αὐτῷ. — *b*) Dogmatica particula 'EK a me sumitur ex codd. E. H., et ex synodica Vecci sententia. — *c*) A. F. G. I. καὶ τῷ υἱῷ. — *d*) D. μαρτυρεῖται. E. mendose προσμαρτυρῆται, iotacismi vitio. — *e*) A. B. F. G. H. I. heic inserunt φησὶν, omittuntque infra ἡ ἁγία γραφή. — *f*) Nonnulli codd. οὐκ ἔστι. — *g*) Al. codd. λέγομεν. — *h*) A. οὔτε. — *i*) Nonnulli ἀκολουθία αὕτη. — *k*) Citavit haec ipsa verba ex mss. Nysseni Bessarion in oratione dogmatica (Concil. ed. Zattae T. XXXI. col. 932.) ut in dissertatione diximus. — *l*) Codd. al. ὀνομάζομεν, ὀνομάζειν, ὀνομάζεσθαι. — *m*) B. ἔρρυται. — *n*) C. D. sine διά.

(1) Vigilanter et accuratissime loquitur Nyssenus. Processio Spiritus sancti, inquit, ex Patre diserte *dicitur* (λέγεται) in scripturis; processionem vero eiusdem etiam ex Filio testantur illa verba *Spiritus Christi;* quae Nyssenus non de consubstantialitate tantummodo intelligit, ut faciunt Schismatici, sed etiam de processione. Spiritum sanctum parem habere relationem erga Patrem ac Filium, docet etiam liber non ignobilis apud Aethiopes, cui titulus *organum musicum B. Mariae V.*, cuius fragmentum recitat Ludolfus gram. aeth. ed. sec. p. 175.

(2) Ex monumentis ineditis, et ante Graecorum schisma compositis, unum adhuc addam. Scipio Maffeius opp. T. XI. ed. ven. p. 148. codicem liturgicum lat. describens, inter Capitulares veronenses conservatum, quem in Hispania scriptum ante Saracenorum incursionem iudicat, id est saeculo septimo, ait: « habetur in his quoque tam vetustis membranis oratio illa quae Schismaticos graecos iugulat: *o Spiritus » sancte, qui a Patre Filioque procedis.* » Denique, quia superius in dissert. cap. 6. p. 46. dixi multa sancti Augustini scripta in graecum conversa inter codices mss. me vidisse, nemo facile sibi persuadeat haec omnia a recentibus Graecis, romanae sedi adhaerentibus fuisse translata; narrat enim Possidius in S. Augustini vita cap. XI, libros eius ipso Augustini saeculo in graecum fuisse translatos. Id praeterea demonstrant loci a veteribus graecis ex Augustino prolata apud nos Script. vet. T. VII.



EDITORIS MONITUM

DE EUTYCHII PATRIARCHAE SERMONE.

Eutychii patriarchae constantinopolitani, medio saeculo sexto clari, sermonem de paschate et de sacrosancta eucharistia, si non integrum certe bona sui parte superstitem, in vaticano codice comperi. Etenim ex eiusdem Eutychii vita ab Eustathio familiari eius presbytero amantissime scripta, et ex vaticano item codice a Bollandistis sub die 6. *aprilis latine edita, satis constabat, composuisse eum sermones contra quascumque haereses, eosque ante obitum publicasse; quorum unus, et quidem haud infimi generis hic noster fuit, quandoquidem in eo argumento versatur, cui prae ceteris Eutychius addictus fuit. Nam quod adtinet ad ss. eucharistiam, docet nos biographus quam pie hic patriarcha et quam saepe missarum sollemnia publice celebraret, et eucharistiam tantae populi multitudini distribueret, ut aliquando sex horis in eo sanctissimo actu perseveraverit. Paschatis autem, id est dominicae resurrectionis commemorationem, adeo studiose coluit, ut vel supremo correptus morbo peragere liturgiam voluerit, atque a Deo impetraverit, ut tota paschatis octava vitam retinens, ea demum desinente in terris sollemnitate, ad caelestem perpetuam ipse migraret. Idem quoque biographus Eutychium circa illam controversiam defendit, quam cum magno nostro Gregorio (moral. in Iob. XIV. 9.) Constantinopoli tunc degente habuit. Profecto de carnis resurrectione numquam dubitavit Eutychius, immo illam suis scriptis adseruit: in eo tamen a veritatis via aliquando aberrans divertit, cum illam in resurrectione impalpabilem fore iudicavit: sed demum a Gregorio convictus, et morti proximus* ante adstantium oculos, pellem manus suae tenens, confiteor *inquit* quia omnes in hac carne resurgemus. *Itaque a Graecis memoria eius religiosissime colitur; neque dissentit Baronius qui ad an.* 586. *n.* 7. *adfirmat « non immerito eum a Graecis ut sanctum coli, anni- » versariaque die eius natale celebrari. »*

Sermonis huius reliquias, in segmentis quatuor dispersas, aliis patrum interpositis scriptis, in Nicetae ad Lucam catena nactus sum; quas quum variis temporibus atque libris, prout se mihi obtulerunt, graece olim ediderim, nunc constitui easdem connectere; praesertim quia feliciter agnovi, eas alienis nunc exclusis, quae interposuerat Nicetas, belle inter se congruere, seriemque ferme continuam restituere; quam rem dudum in Spicil. rom. T. X. praef. monere me memini. Certe hoc scriptum neque auctoris sui causa, neque ipsius argumenti, negligendum a me fuit. Namque Eutychius ab Ephraemio quem nos edidimus chronographo v. 9792. *elegante iambo dicitur: «* λόγων ἑταῖρος, ἀρετῆς τ' αὖ ἐργάτης, *amicus litterarum, vir- » tutis auctor » quod eius confirmat biographus dum ait, Eutychium sermones eos edidisse, quos acta vita sua semper expresserat. Idem Eutychius concilio quinto oecumenico interfuit, in eoque pro fide orthodoxa graviter peroravit, et trium capitulorum aliarumque haereseon damnationi subscripsit, quo tempore morabatur Constantinopoli etiam noster Vigilius papa. Tum et fortitudinis episcopalis specimen edidit, cum imperatori Iustiniano in Incorrupticolarum haeresim lapso invicte restitit, eiusque rei causa sedis quoque iacturam ac diuturnum exilium perpessus est. Ipse vero sermo, ut nihil dicam de sapiente circa pascha doctrina, Christi corporalem in eucharistia praesentiam, citato etiam nobili Athanasii loco, testatur et praedicat.*

EUTYCHII PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI

SERMO

DE PASCHATE ET DE SACROSANCTA EUCHARISTIA.

1. Tres comperimus caenas a Domino circa paschatis tempus diversis locis celebratas: unam Gethsemani, in qua fuit etiam purificatio die sabbati, incipiente iam prima die id est dominica: quare et nos tunc vigilias servamus. Altera caena fuit Bethaniae, quae incidit in diem hebdomadae secundam incipientem, prima iam expleta. Porro constat non fuisse hoc pascha; quamobrem addit Matthaeus: prima autem die azymorum interrogaverunt discipuli: ubinam vis tibi pascha paremus? primam azymorum fortasse illam appellans, quae est dies dominica, ceu primam hebdomadae in qua azyma fiebant, quam Iohannes pascha nominat, sextam ante pascha dicens. Ante enim sex dies, inquit, paschae venit Iesus Bethaniam. Nam sexta est, ante quartam decimam, illa quae prima est. Caena vero hac die celebrata pertinet ad initium diei secundae, in qua veri agni electio fuit. Etenim illa verba, venisse scilicet horam eius, qua ipsum oportebat mundo abire, quid aliud significant nisi iam delectum fuisse Dominum, qui agnus secundum humanam naturam nominatur, in qua passionem excipere potuit? Demonstrantque, delectum ad aliam pertinere iam vitam, iuxta illud: ego elegi vos, propterea de mundo non estis. Quare et dies, ex qua id patratum fuit, pascha appellatur, et sepultura iuxta ipsius effatum. Ut ergo lex impleretur quae mandabat, decima die mensis primi ovem deligi, et ad quartam decimam usque servari, ipse ceu simul sa-

α'. Τριά γε μὴν δεῖπνα περὶ τὸν κύριον, Cod. f. 279. b.
κατὰ τὸν τοῦ πάσχα καιρὸν πεποιηκότα εὑρίσκομεν, τὰ δὲ τοῖς τόποις διάφορα· ἓν μὲν ἐν Γεθσημανῆ, ὃ καὶ τὸν νιπτῆρα περιέχει κατὰ τὴν τοῦ σαββάτου ἡμέραν, τῆς κυριακῆς ἤτοι τῆς πρώτης ἐναρχομένης ἡμέρας· διὸ καὶ ἡμεῖς τηνικαῦτα ποιούμεθα τὰ προφωτίσματα· ἕτερον δὲ ἐν Βηθανίᾳ, ὅπερ ἔχει τὴν δευτέραν τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν ἐναρχομένην, καὶ τὴν πρώτην περαιωμένην· καὶ δῆλον, ὅτι οὐκ ἔστιν
αὐτὸ πάσχα (1)· διὸ ἐπάγει Ματθαῖος· * * Matth. XXVI. 17.
τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων ἠρώτων οἱ μαθηταί, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι τὸ πάσχα; πρώτην τῶν ἀζύμων ἴσως, τὴν κυριακὴν καλῶν, ὡς πρώτην τῆς ἑβδομάδος, ἐν ᾗ τὰ
ἄζυμα ἐπετελεῖτο, ἣν Ἰωάννης * πάσχα * Ioh. XII. 1.
καλεῖ, ἕκτην πρὸ τοῦ πάσχα τιθείς· πρὸ ἓξ γάρ φησιν ἡμερῶν τοῦ πάσχα, ἦλθεν Ἰησοῦς εἰς Βηθανίαν· ἕκτη γὰρ πρὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐστὶν ἡ πρώτη· ἧς τὸ δεῖπνον εἶχεν ἐναρχομένην τὴν δευτέραν, καὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ ἀμνοῦ τοῦ ἀληθινοῦ· τὸ γὰρ ἐλθεῖν αὐτοῦ τὴν ὥραν ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ
κόσμου τούτου *, τί ἕτερον δηλοῖ, ἢ τὸ ἐκλε- * Idem XIII. 1.
γῆναι τὸν κύριον, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὅπερ ἀμνὸς ὀνομάζεται, διὰ τὸ δύνασθαι τὸ πά-
θος δέξασθαι; | καὶ δείκνυσιν ὅτι τὸ ἐκλεγὲν, Cod. f. 280. a.
ἑτέρας γίνεται ζωῆς, κατὰ τό· ἐγὼ ἐξελεξά-
μην ὑμᾶς, διὸ οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου· * διὸ * Idem XV. 19.
καὶ ἡ ἡμέρα, ἀφ' ἧς τοῦτο γέγονε, πάσχα καλεῖται καὶ ἐνταφιασμὸς, κατὰ τὴν αὐτοῦ φω-
νήν· * ἵνα οὖν τὸν νόμον πληρώσῃ τὸν λέγοντα, * Marc. XIV. 8.
τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου λαμβάνειν τὸ πρόβατον, τηρεῖν δὲ ἕως τῆς τεσσαρεσκαιδε-
κάτης *, ὡς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον ἑαυτὸν ἐκλέ- * Exod. XII. 3. 6.

(1) Argumentum hoc docte versat etiam Iohannes Philoponus, Eutychii nostri aequalis in prolixa disputatione, quam videsis apud Gallandium Bibl. T. XII. p. 610. seqq. Et quidem id scriptum in cod. vat. 579. inscribitur Cyrillo; sed rectius in alio cod. vat. 1672. Philopono.

γεται, καὶ διετηρήθη εἰς πέμπτην ἡμέραν, εἶτα θύεται μυστικῶς τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐναρχομένης.

β΄. Ἐν τούτῳ τοίνυν τῷ δείπνῳ τῆς πρώτης ἡμέρας τῷ ἐν Βηθανίᾳ, ἡ ἐκλογὴ γέγονε· καὶ ἀπὸ τούτου ἡ διατήρησις· καὶ οἱ μαθηταί φασι· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομεν; καὶ τὸ ψωμίον ἐμβάψας, δίδωσι τῷ προδότῃ, καὶ εἰσῆλθεν ἀπὸ τότε εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία τοῦ παραδοῦναι τὸν κύριον· καὶ ἐξῆλθεν εὐθέως τοῦτο πράξων, καί τοι τοῦ κυρίου προνοητικῶς ἐν τῷ δείπνῳ, τούτῳ εἰπόντος· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με· καὶ ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας, τὸ
Matth. XXVI. 2. πάσχα γίνεται * τὸ μυστικὸν καὶ ἐπιθυμητὸν, οὐ τὸ νομικόν· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοὶ ᾔδησαν, καὶ περιττὴ ἡ πρόῤῥησις· μετὰ γὰρ τὴν τρίτην καὶ τὴν τετράδα, τὰς μέσας ὑπερβὰς ὁ κύριος, εἶπε· μετὰ δύο ἡμέρας, τουτέστι τὴν τρίτην καὶ τὴν τετράδα· καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ ἐν Βηθανίᾳ δείπνῳ, ἐν ᾧ καὶ τὰ τῆς διαθήκης· μεθ' ἣν
Ioh. XIII. 2. ὑπερβὰς ὁ Ἰωάννης * τὰ τοῦ τρίτου δείπνου τοῦ ἐν Σιὼν τοῦ καὶ μυστικοῦ, ἐπὶ τὸν τόπον τῆς παραδόσεως ἔρχεται· τρίτον δὲ δεῖπνον, τοῦτο τὸ μυστικὸν, περὶ οὗ φησὶ παρὰ τῷ
Luc. XXII. 15. Λουκᾷ *, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν· ἄρα οὖν πρὸ τοῦ παθεῖν, πάσχα ἔφαγε, μυστικὸν δηλονότι· πάσχα γὰρ ἄνευ πάθους, οὐκ ἂν κληθείη· μυστικῶς οὖν ἑαυτὸν ἔθυσεν, ὅτε ταῖς οἰκείαις χερσὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσας, ἀνέδειξε καὶ ἔκλασεν, ΕΜΜΙΞΑΣ ΕΑΥΤΟΝ ΤΩι ΑΝΤΙΤΥΠΩι (1)· ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου κεράσας καὶ εὐχαριστήσας, καὶ ἀναδείξας τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, εἶπε· λάβετε φάγετε, καὶ λάβετε πίετε· τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου· καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμά μου· ὅλον οὖν ἅπας τὸ ἅγιον σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου δέχεται, κἂν εἰ μέρος τούτων δέξηται· μερίζεται γὰρ ἀμερίστως ἐν ἅπασι, διὰ τὴν

cerdos et victima a semet ipso deligitur, et in quintam usque diem servatur: deinde mystice quarta decima die immolatur.

2. In hac ergo prima Bethaniae celebrata caena delectus victimae factus est, et deinde eius conservatio: tum et discipuli aiunt: ubi vis paremus? et bucellam intinctam porrigit proditori, in quem exinde intravit Satanas, id est prodendi Domini cupiditas; qui ilico id patraturus exiit: quamquam Dominus re provisa huic inter caenandum praedixerat: unus vestrum me tradet: et post biduum pascha fiet, mysticum scilicet ac desiderabile, non illud legale; alterum hoc enim satis noverant discipuli, et supervacanea praedictio fuisset. Nam post tertiam et quartam, omissis interiectis Dominus ait: post biduum, id est post tertiam et quartam. Et haec quidem in Bethaniae caena evenerunt, in qua etiam testamentum Domini fuit. Post hanc, praetermissis Iohannes rebus in tertia caena actis, illa inquam in Sione celebrata et mystica, ad locum proditionis devenit. Haec est inquam mystica illa, de qua apud Lucam dicit Dominus: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante quam patiar. Igitur ante passionem pascha manducavit, mysticum scilicet: nam pascha absque passione non fuisset appellatum. Mystice ergo se ipsum immolavit, quum suis manibus postquam caenaverat panem accipiens, gratias agens, ostendit ac fregit, ANTITYPO SEMET IPSUM IMMISCENS. Similiter et genimen vitis temperans, gratiasque agens, ostendensque Deo patri, dixit: accipite, manducate; accipite, bibite: hoc est corpus meum, et hic est sanguis meus. Totum itaque sanctum corpus, pretiosumque Domini sanguinem unusquisque sumit, etiamsi partem specierum harum tantummodo

(1) De antitypis (id est figuris seu, ut loquimur, accidentibus) doctissime more suo disserit contra Creyghtonum Allatius Exerc. XXV. p. 486-520, quem legere, pretium operae erit. Sanctus Cyrillus apud nos initio commentarii in Lucam, assumptam a Verbo carnem dicit ὁρατὴν, ψηλαφητὴν, ἀντίτυπον, *risibilem, tangibilem, solidam.* Talia reapse sunt accidentia, quae Christi corpus in eucharistia velant, ideoque apte appellantur ἀντίτυπα.

sumpserit: dividitur enim indivise in omnibus, quia intus ipse immixtus est. Sicut etiam sigillum unum cuncta ectypa et formas accipientibus impertitur, et tamen unum sigillum manet post diribitionem haud deminutum neque immutatum erga participantes, etiamsi hi plures numero sint. Vel etiam sicut una vox ab aliquo emissa, et in aërem effusa, nihilominus in emittente tota manet: et quamquam in aëre ipsa sit, tota ad omnium aures advolat, nemine plus vel minus excipiente; sed tota et indivisa est et integra apud omnes, etsi forte innumeri sint qui audiunt; corpus licet ea sit; nihil enim est aliud vox nisi pulsus aër.

3. Nemo ergo suspicetur, post mysticum sacrificium sanctamque resurrectionem, incorruptibile, immortale, sanctum atque vivificum corpus ac sanguinem Domini, in antitypis per sacram operationem collocatum, minus quam praedicta exempla suas expromere vires, sed utrumque totum in cunctis antitypis extare putet. In ipso enim dominico corpore plenitudo habitat divinitatis Verbi Dei corporaliter, id est substantialiter. Fractio quidem venerandi panis, necem significat: quare et pascha desiderabile appellatum fuit, ceu quod salutem, immortalitatem, perfectamque Dei notitiam nobis suppeditat. Et sicuti tunc post epulas hymno dicto exierunt in montem olearum, sic et nos post sancti corporis sanguinisque sumptionem, gratias agimus, et unusquisque in propriam domum revertimur. Idcirco post sanctarum rerum participationem, in quinta magna feria, vinum et oleum gustari ab illis qui tribus antea diebus non gustaverunt, haud est laudabile: propterea quod ille dixerit: non bibam amodo de genimine vitis, donec ipse vobiscum novum bibam in regno patris mei, id est in sancta resurrectione. Unde et in canonibus edicitur, ne hac die ieiunium solvamus, atque ita praeteritas simul dies pessumdemus. Haec est ergo tertia

ἔμμιξιν· καθὼς καὶ σφραγὶς μία, πάντα τὰ ἐκτυπώματα αὐτῆς καὶ μορφώματα τοῖς μεταλαμβάνουσι μεταδίδωσι· καὶ μία μένει, καὶ μετὰ τὴν μετάδοσιν οὐκ ἐλαττουμένη, οὐδὲ ἀλλοιουμένη πρὸς τὰ μετέχοντα, κἂν ᾖ τῷ ἀριθμῷ πλείονα· ἢ ὡς καὶ μία φωνὴ ὑπό τινος προαχθεῖσα, καὶ εἰς ἀέρα χεθεῖσα, καὶ ἐν τῷ ταύτην προεμένῳ πᾶσα μένει· καὶ ἐν τῷ ἀέρι γινομένη, πᾶσα ταῖς ἀκοαῖς πάντων ἐναπετέθη, οὐδενὸς πλέον ἢ ἔλαττον τοῦ ἑτέρου τῶν ἀκουσάντων εἰσδεχομένου, ἀλλὰ ὅλη ἐστὶν ἀδιαίρετος καὶ ὁλόκληρος παρὰ πᾶσι, κἂν μύριοι τὸν ἀριθμὸν ἢ πλείους ὦσιν οἱ ἀκούσαντες· καί τοι σῶμα ὑπάρχουσα· οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι φωνὴ, ἢ πεπληγμένος ἀήρ.

γʹ. Μηδεὶς οὖν ἀμφιβολίαν ἐχέτω τὸ ἄφθαρτον μετὰ τὴν μυστικὴν ἱερουργίαν, καὶ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἅγιον, καὶ ζωοποιὸν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου, τοῖς ἀντιτύποις ἐντιθέμενον διὰ τῶν ἱερουργιῶν, ἔλαττον τῶν προειρημένων παραδειγμάτων τὰς οἰκείας ἐναπομόργνυσθαι δυνάμεις, ἀλλ' ὅλον ἐν ὅλοις εὑρίσκεσθαι· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ κυριακῷ σώματι κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος τοῦ λόγου καὶ θεοῦ σωματικῶς, ὅπερ ἐστὶν οὐσιωδῶς· ἡ κλάσις γε μὴν τοῦ ἄρτου τοῦ τιμίου, τὴν σφαγὴν δηλοῖ· διὸ καὶ πάσχα ἐπιθυμητὸν ἐκλήθη, ὡς σωτηρίας καὶ ἀφθαρσίας καὶ γνώσεως τελείας πρόξενον· καὶ ὥσπερ τότε μετὰ τὸ φαγεῖν ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, οὕτως καὶ ἡμεῖς μετὰ τὸ μεταλαβεῖν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος, εὐχαριστοῦμεν, καὶ ἔξιμεν ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἐπανερχόμενοι· οὐκοῦν μετὰ τὴν τῶν ἁγίων μετάληψιν, ἐν τῇ πέμπτῃ τῇ μεγάλῃ μεταλαμβάνειν οἴνου καὶ ἐλαίου τοὺς ἐν ταῖς προτέραις τρισὶν ἡμέραις μὴ μεταληφότας, οὐ καλόν· διὰ τὸν εἰπόντα *, ἀπάρ- * Matth. XXVI. 29.
τι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως αὐτὸς πίω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου, τουτέστιν ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ ἁγίᾳ· ὅθεν καὶ τοῖς κανόσιν εἴρηται, μὴ λύειν ταύτην, καὶ τὰς προτέρας ἀπολλύειν· τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ τρίτον δεῖπνον, τὸ ἐν τῇ Σιὼν ἐπιτελεσθέν· ὥστε μετὰ τὸ μυ-

ϛικὸν πάσχα, τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου γινόμενον ἐν τῇ Σιὼν, ἐναρχομένης τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, τὸ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τὸ αὔριον, ἥ τις ἦν παρασκευὴ, περαιουμένης τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπιτελεσθὲν, οὐκέτι πάσχα· τὰ νομικὰ γὰρ πεπλήρωται· διὸ καὶ κατακρίνονται.

δ'. Ἀλλ' οὔτε ἡ τοῦ δράγματος προσαγωγὴ, ἣν ἐπετέλουν ἐν τῇ ἑξκαιδεκάτῃ, τοῦτο προσφέροντες ὑπὲρ σωτηρίας ὅλου τοῦ ἀνθρωπίνου φυράματος, κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἐντολὴν *, ἔτι χώραν ἔχει· ἀφ' ἧς ἑξκαιδεκάτης, καὶ ἡ τῶν ἑβδομάδων ἀπαρίθμησις ἐγίνετο *, τὴν πεντηκοστὴν ἐπιφέρουσα· ταύτης γὰρ ἐναρχομένης τῆς ἑξκαιδεκάτης τῆς καὶ κυριακῆς, ἥ τις καὶ πρώτη τῆς ἐπιούσης ἑβδομάδος ἐδείκνυτο, ὁ κύριος ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ δράγματος προσήνεγκε τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὑπὲρ σωτηρίας ὅλου τοῦ ἀνθρωπίνου φυράματος· | (1) οὐκέτι τοίνυν δράγματος προσαγωγὴ, ἑαυτὸν τοῦ κυρίου προσαγαγόντος, ἀντὶ τοῦ δράγματος, τῷ θεῷ καὶ πατρί· οὐδὲ ἐξαριθμήσεις ἑβδομάδων καὶ πεντηκοστὴ νομικὴ, ἀλλ' ἑτέρα τελείαν ἐπίγνωσιν διὰ τῆς τοῦ πνεύματος παρουσίας ὑποφαίνουσα, ἣν ἡμεῖς ὡς τελείαν παρουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑορτάζομεν· οὐκέτι σαλπίγγων καὶ σκηνῶν ἑορτὴ, τύπον τῆς ἀναστάσεως ἔχουσα, τῆς ἀληθεινῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν φανερωθείσης· οὐκέτι τρεῖς καιροὺς ἑορτάζουσι τοῦ ἐνιαυτοῦ, τυπικῶς· ἅπας γὰρ ὁ βίος σήμερον, ἑορτὴ μία καθέστηκεν· καὶ ἁπλῶς, πᾶσαι αἱ διὰ τοῦ νόμου ἐμφάσεις πεπλήρωνται· ὅτι πλήρωμα νόμου Χριστός· ὅθεν καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν αὐτοῦ ἑορτάζει, ἥ τις ἐναρχομένης τῆς ἑξκαιδεκάτης ἐγένετο· καὶ οὐκέτι Ἰουδαίοις συνεορτάζει, τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης διώκουσα· ὥσπερ μέν τοι ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, καὶ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ πατρὶ προσαγαγὼν, ἐπλήρωσε τὸν τύπον τοῦ δράγματος, οὕτως ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐναρχομένης, ἑαυτὸν θύσας μυστικῶς

* Levit. XXIII. 10.
* Ibidem v. 15.
Cod. f. 280 b.

caena, nempe illa in Sione peracta. Quare post mysticum pascha a Domino in urbe Sione actum, incipiente iam quarta decima die, illud quod a Iudaeis die crastina, cui nomen parasceve, expleta iam quarta decima fit, iam non est pascha. Nam legalia finem acceperunt, unde iam reprobantur.

4. Sed neque manipuli oblatio, quam sexta decima die faciebant, hunc videlicet pro totius humani generis salute offerentes, nunc iam usuvenit: a qua quidem die sexta decima, hebdomadarum ordiebatur numerus, ad pentecosten progrediens. Namque hac sexta decima incipiente, quae et dominica dicitur, quaeque prima erat subsequentis hebdomadae, Dominus noster a mortuis resurgens, se ipsum loco manipuli Deo patri obtulit pro totius humani generis salute. Haud ergo fit deinceps manipuli oblatio postquam Dominus manipuli loco semet ipse patri Deo obtulit: neque item numerantur iam hebdomadae, neque legalis pentecoste, sed alia potius quae perfectam scientiam per sancti Spiritus adventum revelat, quam nos ceu plenam Spiritus sancti praesentiam sollemniter celebramus: neque nunc manet tubarum et tabernaculorum sollemnitas, quae typus resurrectionis fuerat, postquam vera Domini nostri resurrectio nobis apparuit. Neque tribus anni temporibus typicum festum iam agunt homines; tota enim hodierna vita continuum festum est. Atque ut summatim dicam, cunctae legis significationes expletae sunt, quia plenitudo legis Christus est: unde et Christi ecclesia sanctam eius resurrectionem celebrat, quae sexta decima die incipiente contigit. Neque iam cum Iudaeis festum agit, sextam decimam lunae observans. Sicut autem a mortuis resurgens, seque pro nobis patri offerens, manipuli typo finem imposuit; sic agni loco, quarta decima incipiente die, semet mystice et in antecessum immolans, atque

(1) Heic interponebatur in codice Cyrilli locus, alibi a nobis editus; deinde prosequitur Eutychius.

ANTITYPIS INSERTUS apparet. Ergo res mystica, inchoatio est et arrha rei pragmaticae: res vero pragmatica complementum nanciscitur, iuxta illud dictum: non comedam illud, donec adimpleatur in regno patris mei; quod reapse per sanctam eius resurrectionem accidit: tale enim est regnum Dei. Quamobrem haud iam amplius mori potest, postquam semel est mortuus.

5. Quia vero res ita se habet, ecce et nos mystice morimur in sancto baptismate: deinde in martyrio, vel etiam sine martyrio per operum praxim: neque differt mors nostra mystica ab illa pragmatica. Namque et aliam, praeter primam, mystici generis habemus vitam, inchoationem veluti resurrectionis, peccatorum remissionem, adoptionem in filios, et sanctificationem, ita ut coheredes Christi efficiamur. Haud ergo excluduntur a mysticis res pragmaticae, immo illae in his perficiuntur. Ecclesia igitur quartae decimae quoque diei commemorationem facit in magna feria quinta; sicuti tunc mysticum a Domino pascha peractum fuit, cum semet immolavit quarta decima incipiente die. Sive ergo in primam paschalis hebdomadae diem, id est dominicam, sive in secundam aut tertiam aut etiam quartam feriam inciderit dies quarta decima (id enim requiritur) quinta in feria celebrat ecclesia paschae mystici festum: qua feria Dominus quoque se ipsum mystice immolavit. Perfectionem vero mystici festi ac plenitudinem in sancta resurrectione consummat, quae incipiente sexta decima die, et dominica iam intrante, contigit.

6. Quare etiam nicaeni patres nonnullis ecclesiis secus agentibus praeceperunt, ut omnes simul, prout tunc erat, in Servatoris resurrectione, sexta decima die incepta, quae et dominica erat, sollemnitatem agerent, ceu perfectum iam peractumque finem consecutam, iuxta Domini effatum. Alexandrinorum autem ecclesiae ita scripserunt dicentes: nunciamus vobis de

ὡς προληπτικῶς. καὶ ΕΜΜΙΞΑΣ ΤΩΙ ΑΝΤΙΤΥΠΩΙ φαίνεται· τὸ οὖν μυστικὸν, ἀπαρχὴ καὶ ἀῤῥαβὼν ἐστὶ τοῦ πραγματικοῦ· τὸ δὲ πραγματικὸν, τὸ τέλειον· κατὰ τὸ, οὐ μὴ φάγω αὐτὸ, ἕως οὗ πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ *, ὅπερ ἔσχεν ἡ ἁγία αὐτοῦ ἀνάστασις· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· διότι οὐκέτι δύναται ἀποθανεῖν, ἅπαξ ἀποθανών. * Luc. XXII. 16.

ε'. Ὅτι δὲ οὕτως ἐστὶν, ἰδοὺ μυστικῶς καὶ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν ἐν τῷ βαπτίσματι τῷ ἁγίῳ· ἐν μαρτυρίῳ δὲ μετὰ τοῦτο, ἢ καὶ ἄνευ μαρτυρίου, πραγματικῶς· καὶ οὐκ ἠλλοτρίωται ὁ μυστικὸς ἡμῶν θάνατος, τοῦ πραγματικοῦ, κἂν εἰ τελειοῦται ἐν τῷ πραγματικῷ· καὶ ἑτέραν γὰρ παρὰ τὴν πρώτην ἐν τῷ μυστικῷ κτώμεθα ζωὴν, ἀπαρχήν τινα τῆς ἀναστάσεως, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ υἱοθεσίαν καὶ ἁγιασμὸν, καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ γινόμεθα· οὐκ ἀπέῤῥηται τοίνυν τὰ μυστικὰ, τῶν πραγματικῶν· κἂν εἰ ἐν τοῖς πραγματικοῖς τελειοῦται· ἡ οὖν ἐκκλησία, καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπιτελεῖ τὴν μνήμην, ἐν τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, καθὼς τότε γέγονεν ὑπὸ τοῦ κυρίου τὸ πάσχα τὸ μυστικὸν, ὅτε ἑαυτὸν ἔθυσε τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐναρχομένης· κἂν οὖν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος τοῦ πάσχα τῇ καὶ κυριακῇ, κἂν ἐν τῇ θατέρᾳ, κἂν ἐν τῇ τρίτῃ, κἂν ἐν τῇ τετάρτῃ ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη, ζητεῖται γὰρ τοῦτο, τῇ πέμπτῃ ἡ ἐκκλησία ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα τοῦ μυστικοῦ· καθ' ἣν καὶ ὁ κύριος ἑαυτὸν μυστικῶς ἔθυσε τότε· τὴν δὲ τελείαν καὶ πληρωματικὴν τῆς μυστικῆς ἑορτῆς, κατὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν ἐπιτελεῖ, ἥτις ἐναρχομένης τῆς ἑξκαιδεκάτης, τῆς καὶ κυριακῆς τότε φθασάσης, γεγένηται.

ς'. Διὸ καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ πατέρες, τινῶν τῆς ἐκκλησίας τοῦτο μὴ ποιούντων, ὥρισαν πάντας ἅμα κατὰ τὴν τότε ἐν τῇ σωτηριώδει ἀναστάσει φθάσασαν ἑξκαιδεκάτην τὴν καὶ κυριακὴν, ἑορτάζειν, ὡς τὸ τέλειον καὶ πραγματικὸν ἔχουσαν, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν· * καὶ τοῦτο τῇ Ἀλεξανδρέων γράφουσιν ἐκκλησίᾳ, λέγοντες· εὐαγγελιζόμεθα ὑμᾶς καὶ περὶ τῆς συμ- * Luc. XXII. 57.

φωνίας τοῦ ἁγιωτάτου πάσχα, ὅτι ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς τῆς ἑῴας ἀδελφοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, σύμφωνα Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ ἀρχῆς φυλάσσουσι τὸ πάσχα ἐκ τοῦ δεῦρο μεθ' ἡμῶν ἄγειν· τελείας οὖν ἐνστάσεως γεγενημένης, ἀτελῶς τινες ἑορτάζοντες, ταύτην οὐκ ἐρυθριῶσιν· ὥσπερ καὶ οἱ τὸ ὕδωρ μόνον παριστῶντες τῷ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου κανῷ, ἀντὶ τοῦ κερασθέντος μετὰ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου παράδοσιν, λελήθασιν ἑαυτοὺς χωρίζοντες τοῦ κυριακοῦ αἵματός τε καὶ σώματος· πληροῦται γὰρ τὸ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου· ὁ οὖν μὴ ἔχων τὸ ἕν, οὐδὲ τὸ ἓν ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἔχει· δείκνυνται γὰρ οἱ τοιοῦτοι, ἀλλότριοι τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἐκκλησίας· ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἑορτὴν ἐπιτελοῦμεν κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος τῆς μεγάλης, καθὼς ὑπὸ τοῦ κυρίου παραδέδοται, κἂν εἰ ἐν ταῖς προτέραις ἡμέραις ἐμπέσῃ αὕτη· καὶ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τὴν γενομένην τῇ ἑξκαιδεκάτῃ ἐπὶ τὸν σωτήριον καιρὸν, ἑορτάζομεν ἐν κυριακῇ, μετὰ τροπὴν τοῦ ἡλίου ἐαρινήν· καὶ τὸ ὕδωρ, μόνον οὐκ ἄνευ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου παριστῶμεν, ἀλλὰ μετὰ τούτου κιρνῶντες, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου παράδοσιν (1).

ζ'. Τὸ γὰρ πιεῖν, τὴν σωτηριώδη διδασκαλίαν δηλοῖ, ἣν πίνει μεθ' ἡμῶν ὁ σωτὴρ, κοινούμενος ἀεὶ τὰ ἡμέτερα, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἥτις οὐρανῶν εἴρηται βασιλεία παρ' αὐτοῦ· καινὸν δέ ἐστι τὸ ἄρτι προστιθέμενον εἰς γνῶσιν τινί· εὐφραίνεται γὰρ καὶ ὁ διδάσκων καὶ ὁ διδασκόμενος ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀκουόντων καὶ μανθανόντων, ὃ καὶ Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ δοκεῖ· τοῦτο μέντοι τὸ ποτήριον, ὃ ἐκέλευσεν αὐτοῖς εἰς ἀλλήλους διαμερίσαι, τοῦ δείπνου ἦν οὐ τῶν κοινωνικῶν μυστηρίων (2)· ἐφεξῆς οὖν προϊὼν ὁ Λουκᾶς, φησὶν ὅτι καὶ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτη-

facta circa sanctissimum pascha concordia, quia vestrarum precum merito haec quoque pars recte fuit constituta; ut cuncti orientales fratres, qui antea cum Iudaeis pascha celebrabant, abhinc consona Romanis vobisque et nobis omnibus, qui ab initio sic pascha observavimus, nobiscum facturi sint. Atqui hoc decreto peremptorio edito, nonnullos adhuc non pudet imperfectam agere sollemnitatem. Ita illi etiam se gerunt, qui solam aquam adhibent posito super altari vasculo, quum de vitis genimine miscere deberent, secundum Domini traditionem: quo facto ignoranter semet a dominico corpore ac sanguine separant. Namque unum altero completur. Qui ergo alterutro caret, is ne illud quidem, quod se putat habere, habet. Sunt autem hi a sancta Christi ecclesia manifeste alieni. Nos vero quartae etiam decimae diei festum agimus, quinta magnae hebdomadae feria, sicut a Domino traditum fuit, etiamsi forte id festum in priores dies incurrisset. Et sanctam resurrectionem, quae sexta decima die, degente in terris Servatore, accidit, celebramus die dominica, post vernum aequinoctium. Tum et aquam, ita tamen ut genimine vitis non careat, offerimus, cum ea scilicet mixto, iuxta Domini traditionem.

7. Porro quod bibimus, id salutarem doctrinam significat, quam bibit nobiscum Servator, nostra semper participans post resurrectionem: atque hoc regnum caelorum dicitur. Novum autem est, quod alicui nuper proponitur ad cognoscendum: gaudentque erudiens simul atque eruditus ob discentium docentiumque salutem; quod Gregorio quoque theologo haud secus videtur. Calix quidem quem mandavit Dominus discipulis ut inter se dividerent, caenae erat, non communionis mysteriorum. Mox pergit dicere Lucas, Dominum ipsum distri-

(1) Heic interiacebant in codice Chrysostomus atque Severus. Deinde rursus Eutychius noster.

(2) Nempe hoc fit Luc. XXII. 17. Sed mox v. 19. et 20. conficitur ac distribuitur sacrosancta eucharistia.

buisse apostolis panem et calicem. Quod si etiam super caenae calice gratias egit, nil mirum est; et nos enim gratias agimus tum super profana comestione, tum super mystica. Ceteroqui diversa est gratiarum actio a benedictione: namque et mos agendi gratias in sumendo cibo, ex evangelii quodam loco ad nos manavit. Benedixit nimirum Dominus quinque panibus, atque ita turbis discipulorum ministerio distribuit. Rursusque dictum est: post caenam hymno dicto in montem olearum exierunt.

8. Quamobrem stulte agunt, qui cum panis oblationis, et calix recenter temperatus, ad sanctum altare pompa liturgica ac

ρίου αὐτὸς μετέδωκε τοῖς ἀποστόλοις· εἰ δὲ
καὶ ἐπὶ τῷ | ποτηρίῳ τοῦ δείπνου ηὐχαρίστη- Cod. f. 281. a.
σεν, οὐ θαυμαστόν· καὶ ἡμεῖς γὰρ εὐχαρι-
στοῦμεν, καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς ἑστιάσεως, καὶ ἐπὶ
τῆς μυστικῆς· διάφορος δὲ ὅμως ἡ εὐχαριστία
καὶ ἡ εὐλογία· τὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ βρώσει εὐχα-
ριστεῖν, ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῖν παραδέ-
δοται· * εὐλόγησε γοῦν τοὺς πέντε ἄρτους, * Luc. IX. 16.
καὶ οὕτως τοῖς ὄχλοις ἔδωκε διὰ τῶν μα-
θητῶν· καὶ πάλιν μετὰ τὸ δεῖπνον εἴρη-
ται, ὅτι ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος
τῶν ἐλαιῶν (1).

η'. Ὥστε ματαιάζουσιν (2) οἱ τὸν τῆς προ- Cod. f. 281. b.
θέσεως ἄρτον, καὶ τὸ κερασθὲν ἀρτίως πο-
τήριον, τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ προσάγειν

(1) Sequebantur heic in codice Chrysostomus, Cyrillus, Severus, Theodoretus. Tum f. 281. a. rursus noster Eutychius.

(2) Sequitur heic praeclara et authentica Eutychii patriarchae doctrina, adversus Graecos praesertim Armeniosque schismaticos, qui panem nondum consecratum supplicatione ducta per templum, cum adorationibus et canticis ad altare ante missam celebrandam deferunt. De qua orientalium consuetudine (iam ab Eutychii temporibus, ut videmus, grassante) romana Ecclesia non semel questa est, cavens nimirum periculum falsi cultus et adhuc indebiti, quicquid contra dicat in apologia neotericus schismaticus Gabrihel philadelphiensis. Hac de re prolixe Arcudius Concord. lib. III. cap. 19. Sed age, quia in his abusivis ritibus coarguendis versamur, et quia in Armeniorum canonibus apud nos Script. vet. T. X. part. 2. p. 271. memoratur tamquam ex Macario hierosolymitano *oleum mortuorum*, isque mos inungendi mortuos sacro oleo non Armenios solum schismaticos aliosque aliquot orientales, verum etiam alicubi Graecos, teste Goario Euchol. gr. p. 357. occupavit, placet recitare, graece saltem brevitatis causa, ex codice vat. ottob. 418. p. 177, et rursus p. 367, Nicephori patriarchae constantinopolitani fragmentum, quo is ritus diserte improbatur atque exploditur. (Est autem hic Nicephorus II, de cuius tractatibus cum Armeniis, diximus in Spicil. rom. T. X. ante Photii epistolas.)

Νικηφόρου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως περὶ τῶν λεγόντων ὅτι χρὴ καὶ μετὰ τὸν θάνατον εὐχέλαιον ποιεῖν ἐν νεκρῷ.

Οὐκ οἶδα ποίαν ἀβελτηρίαν καὶ ἀτασθαλίαν μεστὴν περιπίπτουσί τινες ἱερεῖς ἐν πολλοῖς τόποις, ὡς ἔμαθον παρὰ τῶν εἰδότων· λέγουσι γὰρ ὅτι μετὰ τὸ θανεῖν πολλούς, ποιοῦσι τούτοις εὐχέλαιον, καὶ συναλείφουσι τὸ τεθνηκὸς σῶμα· ὢ γνῶσις νενοθευμένη, καὶ ὀφθαλμοὶ παντελῶς οὐχ ὁρῶντες· καὶ γὰρ τοῦτο ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ πρώτη ἐνομοθέτησεν, ἐπὶ ζῶντας νοσοῦντας ψυχῇ καὶ σώματι, τὴν ἀφορμὴν λαβόντας ὑπὸ τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητόν· λέγει δέ· " ἀσθενεῖ τὶς ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν „ ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου· καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος· κἂν ἁμαρ„ τίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. „ Ὁρᾷς τὸ ῥῆμα; γνῶθι τὸν τρόπον, καὶ μὴ ἀνοήτως τὸ πρᾶγμα ποιῶν. Ομοιως δὲ καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν, Ἀρσένιον λέγω τὸν πατριάρχην τῆς καλλιπόλεως Κωνσταντίνου, τὴν ἀκολουθίαν ταύτην ἐνομοθετησε γίνεσθαι δι' ἑπτὰ ἱερέων, κἂν ἐπίσκοποι ὦσι, κἂν μητροπολῖται· διὸ καὶ ἐν ἴσῳ τὰς εὐχὰς αὐτὸς ὁ ῥηθεὶς πεποιηκως· καὶ ὅρα τὸν νοῦν τῶν πεποιημένων εὐχῶν, γνῶθι ὁ μὴ εἰδώς· καὶ πάλιν πρὸς τουτοις ἐρῶ· φησὶ γὰρ ὁ ἡμέτερος κύριος· ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ καὶ ἐγώ εἰμι. Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν ἁγίῳ εὐαγγελίῳ λεγει περὶ τοῦ ἐμπεσοντος εἰς τοὺς λῃστὰς καὶ τραυματισθεντος, ἐπιχεων ἔλαιον καὶ οἶνον· καὶ ταῦτα ἐπὶ ζωντων νενομοθέτηνται, οὐχὶ ἐπὶ τεθνεώτων· σὺ δὲ ὁ τοῦτο τολμήσας οἷος ποιεῖν, οὐκ οἶδα ποίας ἀκορεστου γνώμης νενοσηκως· διὸ λέγω· μηδεὶς τολμήσει τοῦτο ποιεῖν, καὶ ὡς παραβάτης τῶν λαληθέντων κριθήσεται· εἰ δέ γε τοῦτο φήσεις μοι, ὅτι ἐλεημοσυνης ἔργον τῷ τεθνηκότι γίνεται, εἰ τοῦτο ποιήσεις, μὴ γενοιτο· καὶ γὰρ ἡ ἐλεημοσύνη. καὶ αἱ μνῆμαι τῶν χριστιανῶν, αἳ γίνονται ἀεὶ παρ' ἡμῶν, πνευματικὸν τὸν καρπὸν ἐπιδέχονται αἱ ψυχαὶ παρὰ τῷ θεῷ· σὺ δὲ τὸ τεθνηκὸς σῶμα ἐπισφραγίζων καὶ λέγων· τῷ πνεύματί σου σκήνωσον ἐπι τὸν δοῦλον σου, ὅπως τὸν ὑπόλειπον χρόνον ἐν τοῖς δικαιώμασί σου πορεύηται· καὶ πάλιν· ἐξέγειρον αὐτὸν ἀπὸ κλίνης ὀδυνηρᾶς, καὶ ἀπὸ στρωμνῆς κακωσεως· ὅταν ταῦτα ἐπιφωνεῖς, οὐ γινώσκεις τὸν νοῦν τοῦ πράγματος· τοίνυν τῷ λόγῳ τὸ τέλος δῶμεν, καὶ τοῦ Σολομῶντος ῥητοῦ μνήμην ποιήσωμεν· ὅτι τῷ ἔχοντι σύνεσιν, αὐτάρκης καὶ εἷς λογος πρὸς ἀκοὴν εὐθεῖαν καὶ συνετωτάτην ὑπάρχει.

μελλούσης τῆς λειτουργικῆς τάξεως, ὕμνον τινὰ ψαλμικὸν λέγειν παραδεδωκότες τῷ λαῷ, τῷ γινομένῳ πράγματι πρόσφορον, ὡς νομίζουσι, βασιλέα δόξης προσφέρειν ἢ καὶ προσαγορεύειν τὰ εἰσφερόμενα καὶ μηδέπω τελειωθέντα, διὰ τῆς ἀρχιερατικῆς ἐπικλήσεως καὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἀναλάμποντος ἁγιασμοῦ· εἰ μή τι ἕτερον βούλοιτο αὐτοῖς τὸ ὑμνούμενον· καί τοι λέγοντος τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐν τῷ εἰς τοὺς βαπτιζομένους λόγῳ (1), τοιαῦτα· ὄψει τοὺς λευΐτας φέροντας ἄρτους, καὶ ποτήριον οἴνου, καὶ τιθέντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν· καὶ ὅσον οὔπω ἱκεσίαι καὶ δεήσεις γίνονται, ψιλός ἐστιν ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον· ἐπὰν δὲ ἐπιτελεσθῶσιν αἱ μεγάλαι καὶ θαυμασταὶ εὐχαί, τότε γίνεται ὁ ἄρτος, σῶμα· καὶ τὸ ποτήριον, αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν (2). Ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῶν μυστηρίων· οὗτος ὁ ἄρτος καὶ τοῦτο τὸ ποτήριον, ὅσον οὔπω εὐχαὶ καὶ ἱκεσίαι γεγόνασι, ψιλά εἰσιν· ἐπὰν δὲ αἱ μεγάλαι εὐχαί, καὶ αἱ ἅγιαι ἱκεσίαι ἀναπεμφθῶσι, καταβαίνει ὁ λόγος εἰς τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον, καὶ γίνεται αὐτοῦ σῶμα (3).

processu deferendi sunt, psalmicum hymnum rei agendae ut putant accommodatum populo ad canendum tradentes, regem gloriae se deferre aiunt, nominatimque etiam ea quae deferuntur sic appellant, quamquam nondum per pontificalem invocationem splendentemque in ipsis sanctificationem consecrata. Nisi forte alius nescio quis illorum hymnologiae sensus inest. Atqui magnus Athanasius in suo ad nuper baptizatos sermone haec ait. « Videbis levitas panes vinique calicem ferentes, mensaeque imponentes. Et quamdiu quidem preces et invocationes nondum sunt peractae, nihil aliud nisi panis calixque est. Verum enim vero postquam peractae fuerint magnae miraeque preces, tunc panis fit corpus; calix autem, domini nostri Iesu Christi sanguis. Et rursus. Veniamus ad mysteriorum perfectionem. Hic panis et hic calix ante supplicationes et preces nihil ultra naturam propriam habent: verumtamen ubi magnae preces sanctaeque invocationes editae fuerint, descendit Verbum in panem et calicem, et corpus eius conficitur.

THEOPHILI EPISCOPI ALEXANDRINI FRAGMENTA DUO.

Theophili alex. paschalis epistola anno 401. *ab eo scripta, extat latine tantummodo ex fidelissima S. Hieronymi interpretatione apud Gallandium Bibl. PP. T. VII. p.* 616. *seqq. Nunc ecce fragmentum eius graecum pertinens ad cap.* 3. *et* 4. *belle nos recitabimus ex eodem codice f.* 313. *collectionis* χρήσεων, *quem p.* 49. *appellavimus.* Θεοφίλου ἐπισκόπου ἐξ ἐπιστολῆς κατὰ Ὠριγένους. Εἷς υἱὸς πατρός τε καὶ ἡμῶν ὁ μεσίτης· οὔτε τὴν ἰσότητα τὴν πρὸς τοῦτο ἀπέβαλεν, οὔτε τῆς ἡμετέρας κεχώρισται κοινωνίας, ὁ καὶ ἄνθρωπος ὁρατὸς καὶ θεὸς ἀόρατος, τῇ μορφῇ τοῦ δούλου κρυπτόμενος, καὶ κύριος τῆς δόξης τῇ τῶν πιστῶν ὁμο-

(1) Non extat sub hoc titulo sermo Athanasii in editionibus.

(2) In codice sine ulla interpretatione est καὶ πάλιν ἔλθωμεν. Videbatur tamen prorsus interpuugendum.

(3) Sic adamussim etiam S. Greg. nyssenus orat. in baptismum Christi T. II. p. 602. Ὁ ἄρτος πάλιν ἄρτος ἐστὶ τέως κοινός· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ λέγεταί τε καὶ γίνεται: *panis item, panis est initio communis; sed ubi eum mystica actio sacrificio adhibuerit, corpus Christi et fit et dicitur.* Utinam vero haec (inter alia innumera) testimonia ab orientali ecclesia, quae de eucharistiae dogmate, prout illud tenent Catholici, numquam dubitavit, utinam inquam occidentales illae sectae recipiant, quarum infelices antesignani tanto crimine se impiarunt, ut amabili huic prae ceteris sublimique mysterio fidem derogaverint! Profecto nos baptizatis loquimur. Hi ergo Augustinum quoque serm. CCXXVII. audiant: *qui baptizati estis, debetis scire quid accepistis, quid accepturi estis, quid quotidie accipere debeatis. Panis ille, quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, corpus est Christi. Calix ille, immo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, sanguis est Christi.* Qui tales tamque sanctos ac veteres magistros habent, cur v. gr. Claudium calvinianum ministrum audire malunt?

λογία δεικνύμενος· οὐδὲ γὰρ ἀπεστέρησεν αὐτὸν ὁ πατὴρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κατὰ τὴν φύσιν αὐτοῦ μετὰ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν γενέσθαι καὶ ἄνθρωπον καὶ πτωχόν· οὐδὲ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ βαπτισθέντα ἑτέρῳ ἐκάλεσεν * ὀνόματι ἀλλὰ μονογενῆ υἱόν· σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· οὔτε ἡ πρὸς ἡμᾶς ὁμοιότης εἰς τὴν τῆς θεότητος μεταβέβληται φύσιν· οὔτε μὴν ἡ θεότης εἰς τὴν ὁμοίωσιν τῆς ἡμετέρας φύσεως μετεπλάγη.

* deest in cod. ἐκάλεσεν.

Sequitur folio eodem aliud fragmentum Theophili, quod in Hieronymi interpretationibus, nisi fallor, non reperiebam: itaque ad alios eius deperditos seu sermones paschales seu epistolas pertinere videtur. Θεοφίλου ἐπισκόπου ἐκ τοῦ εἰς τὸ πάσχα κατὰ Ὠριγένους. — Ὅθεν σταυρὸν ἀναδέχεται, τυπτόμενος, κολαφιζόμενος, μαστιζόμενος, ὅπως μὴ οὓς ἐδιδάξατο μαθητὰς, ἀδρανεῖς ἀποδείξῃ, ἐναντία κατὰ τὸν τοῦ ἀγῶνος ἐνεργήσας καιρόν· καὶ βλάπτεται μὲν οὐδὲν ἡ θεότης αὐτοῦ, κεντεῖται δὲ τὸ σῶμα καὶ σταυρῷ παραδίδοται· καὶ θεὸς ἀβλαβὴς ἐν παθητῷ μένων σώματι, ἀγῶνος ἡμῖν ἀρετῆς θαυμάσιον ὑπογράφει τύπον· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καθαρὰν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν τῷ πατρὶ προσήνεγκεν. Theophili episcopi ex sermone paschali adversus Origenem. Unde crucem admittit, percussus, alapa caesus, flagellatus: ne quos erudiverat discipulos, postremo ignavos redderet, si contraria ipse fecisset agonis tempore. Et deitas quidem eius nullum patitur detrimentum, occiditur autem corpus cruci traditum: Deusque incolumis manens in patibili corpore, mirum nobis decertantis virtutis exemplum praebet. Tamquam ovis ad occisionem ductus est: puram se pro nobis victimam patri obtulit.

Ephraemii saeculo sexto patriarchae antiocheni celebris est orthodoxia, quam pluribus scriptis suis contra haereticos demonstravit. Cum in duobus vaticanae bibliothecae codicibus dogmaticum fragmentum mihi se obtulisset eius operis, a Photio olim cod. 228. latissime excerpti, ita tamen ut vatic. hoc fragmentum apud Photium desideretur, edidi id olim graece, nunc vero etiam latine ad communem notitiam deferre volo, praesertim quia de pontifice nostro Leone, cuius inclytam defendit epistolam, bene meretur.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΦΡΑΙΜ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ἐξ ἧς ἐποιήσατο ἀπολογίας ὑπὲρ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ τόμου τοῦ ἁγίου Λέοντος.



EPHRAEMII ARCHIEPISCOPI ANTIOCHIAE

ex eius apologia pro synodo chalcedonensi et epistola sancti Leonis.

Dic nobis, sodes, ab omni importuna mentem defendens repugnantia. Fuit ne tempus post factam humanationem, quo incarnatum Verbum Deus existens, propriam animatam perfectamque carnem non ha-

Εἰπὲ δὴ ἡμῖν, ὦ τᾶν, πάσης ἀντιπαθείας ἀκεραίας φυλάττων τὴν διάνοιαν· ἦν ποτε καιρὸς ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὅτε ὁ σεσαρκωμένος λόγος θεὸς ὢν, οὐκ εἶχε τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ἔμψυχον σάρκα τελείαν; ἢ ἐπει-

δὴ ἐπέζευσεν ἐπάνω τῶν κυμάτων τῆς θαλάσσης, οὐκ ἐφύλαττον οἱ πόδες τὸ ἰδίωμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως; ἀλλ', ὦ βέλτιστε, ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὰ ὑπὲρ φύσιν ἔπραττε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐκ ἀνῃρημένης ἢ ἀφανισθείσης τῆς ἀνθρωπίνης ἰδίας αὐτοῦ σαρκός· κἂν αὐτῆς δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ ἰδέα πείσῃ σε τὴν σάρκα ἐπὶ τῆς οἰκείας μεμενηκέναι φύσεως ὁμολογῆσαι· τὸ γὰρ πεζεύειν καὶ ποσὶ βαδίζειν, εἰ μὴ κατὰ φαντασίαν ἐγένετο, πρόδηλον ὅτι ποδῶν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῆς ἡμετέρας φύσεως· ὥστε αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς ἐνεργείας βοᾷ τὴν τῆς σαρκὸς ἐπὶ τῶν ἀρχαίων μέτρων φυλακήν, καὶ τὴν τοιαύτην πορείαν πάντες σωματικήν τε καὶ αἰσθητὴν λέγουσι· τὸ ἐπὶ τῆς θαλάσσης πεζεύειν, τοῦτο τῆς θεότητος ὑπῆρχε διὰ σαρκὸς ἀνθρωπίνης ἐνεργούσης· εἰ μὲν οὖν γυμνῇ τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν ἐλέγομεν γίνεσθαι τοῦ γεγονότος, ἄπορος ἦν ὁ λογισμός· καθάπερ καὶ εἰ μόνῃ τῇ θεότητι βαδίζειν ἀνετίθεμεν, πορείαν ὑποτιθέμενοι, καὶ πεζεύειν ὁμολογοῦντες· νῦν δὲ σεσαρκωμένον θεὸν λόγον ἐνηργηκέναι τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν ὁμολογοῦντες, τὸ μὲν ἀκολούθως φαμὲν πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς γεγενῆσθαι φύσιν· τὰ δὲ διὰ τὴν τῆς θεότητος ὑπερφυᾶ φύσιν· ὥστε καὶ ἐνταῦθα δύο ἐνεργείας· οὐκ ἐπειδὴ ᾗ εἶχε τὸ θεοπρεπές, μηνύοντος τὴν τοῦ θεοῦ λόγου τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. ἡ ἐνέργεια, παρὰ τοῦτο τολμητέον εἰπεῖν ὡς ἡ σὰρξ οὐκ ἀνελλιπὴς ἦν ἐν τοῖς οἰκείοις ἰδιώμασιν, ἀλλ' ἐλλιπής τε καὶ ἀτελὴς ὑπῆρχε, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, χείρων ἢ ἀνούσιος παντελῶς.

buerit? An cum pedibus super maris undas ambulavit, haud servabant pedes humanae naturae proprietatem? Atqui, o optime, in humana natura, ea quae supra naturam sunt faciebat Christus Deus noster, haud perempta vel destructa humana carne sua: namque ipsius operationis species confiteri suadet, carnem in propria mansisse natura. Nam pedestrem ambulare, pedibus ingredi, nisi id phantastice fiat, manifeste demonstrat pedum operationem nostrae esse naturae. Quamobrem ipsa operationis species clamat, carnis in primitivo suo modulo conservationem; nemoque est qui ambulationem huiusmodi, corporalem sensibilemque non dicat. Super mare ambulatio, a divinitate fiebat per humanam carnem operante. Certe si nos diceremus carne tantummodo factam illam operationem, incertum esset ratiocinium: sicuti etiam si uni divinitati ambulationem imputaremus, morem gradiendi illi tribuentes, et eam reapse pedibus incedere confitentes. Nunc vero cum incarnatum Verbum hanc operationem peragere fateamur, quod secundarium est, a carnis natura effectum dicimus, cetera vero a supernaturali deitatis natura: ita ut heic quoque duas operationes spectemus. Non ideo tamen quod operatio Deo digna esset, Deo Verbo suam hypostaticam significante unionem, idcirco audendum est dicere carnem non fuisse proprietatibus suis undique perfectam, sed defectivam potius et imperfectam. Id enim dicere, malum fatuumque prorsus est.



DE CONTINUATIONE COMMENTARIORUM

EUSEBII CAESARIENSIS

A PSALMO ·CXIX· USQUE AD PSALTERII FINEM

EDITORIS MONITUM.

Vir doctissimus, et de sacris litteris immortaliter meritus, ac maurinae familiae summum decus, Bernardus Montfauconius in praefatione ad Eusebii caesariensis quos edidit commentarios ad psalterium, ait p. III. «Neque tamen id consequi potuimus, ut totum commentarium ad ultimum usque psalmum ·CL· in lucem proferre liceret: in nullo enim ex memoratis codicibus ultra ·CXVIII· psalmum, » quidpiam offertur. Quodque per mihi mirum visum est, catenae illae regiae » (parisiacae) quae usque ad ·CXVIII· psalmum interpretationibus Eusebii utuntur, » ita ut nullus veterum interpretum adeo frequentatus occurrat, in ·CXVIII· psalmo » ita finem faciunt Eusebium in medium adferendi, ut ne verbum quidem ulterius » Eusebii compareat. Unde coniectare forte liceat, a multis iam saeculis Eusebii » commentarios hac posteriore sui parte truncatos librariorum incuria fuisse.» Et quidem Montfauconius recte nos monet, Eusebium in totum reapse psalterium scripsisse, teste Hieronymo de script. eccl. cap. 81. Eusebius in ·CL· psalmos eruditissimos commentarios edidit. *Et in epistola* 75. *ad Augustinum:* psalmos interpretati sunt apud Graecos primus Origenes, secundus Eusebius caesariensis *etc.* de integro psalmorum corpore dicimus.

His ego apud Montfauconium lectis, et quum ne apud Corderii quidem catenam Eusebium uspiam post dictum terminum laudari viderem; quaesivi sedulo in vaticanis codicibus numquid forte lateret, quod ultra praedictam eius editionem excurreret. Et continui quidem commentarii, qualis apud Montfauconium est, tres vidi codices vaticanos, quorum tamen nullus ultra psalmum ·CXII·, praeter interiectas lacunas, procedebat. Ergo ad catenas vaticanas conversus, in quibus Eusebii abundant excerpta, in plerisque utique agnovi deficere omnino Eusebium post psalmum ·CXVIII·, quae res cum Montfauconii de parisiacis catenis narratione congruit. Sed tamen quod huic docto editori non obtigit, ut ultra eum terminum praetervehi posset, mihi commode ac feliciter obvenit: etenim inter tot vaticanas, tres inveni catenas, in quibus Eusebii excerpta non contemnenda usque ad psalterii finem leguntur. Prima est catena pervetusti membranei codicis, saeculi ferme XI. quem in Cyrilli editione (in qua vaticanas ad psalterium catenas descripsi) designavi littera D. Secunda est codicis item egregii bombycini, saeculi circiter XIII. quem denotavi littera C. Tertia est codicis G chartacei. Denique etiam in codicibus E et L, nonnulla Eusebii post ·CXVIII· psalmum scholia supersunt. Quae quum ita se haberent, nolui equidem oblatam facultatem omittere supplendi egregiam, quantum mihi licuit, Montfauconii editionem; et si non integrum Eusebii commentarium, saltem eius excerpta et reliquias studiose e codicibus sumptas, latinitate etiam, imminente prelo, a me donatas, ad ecclesiae usum perducere.

Porro haud continuum hunc esse commentarium, iam dixi, quia nonnisi e catenis excerptus a nobis fuit. Quid vero? Nonne et Athanasii in psalmos, nonne etiam Theodoreti in Isaiam deperditae expositiones, prioris quidem a Montfauconio, posterioris a Sirmondo e catenis tantummodo delibatae fuerunt? Et quidem iudicare se dicit Sirmondus, medullam haud dubie sucumque cuiusque scripti contineri in catenis solere. Etsi autem haec Eusebii scholia in plerisque psalmis tenuiora sunt; attamen in aliquot ita abundant, ut prope ex integro opere superesse videantur, si certe partim psalmorum quorumdam brevitatem, partim scholiorum copiam spectemus, veluti ad psalmos 125. 127. 132. 134. 140. *et ad* 145. 149. 150. *Iamvero theologicus in hac nova Eusebii parte de Christi divinitate sensus sanus orthodoxusque ubique est, moralis autem et doctrinalis valde pius et utilis, de recte agenda vita, de orandi usu, de animae immortalitate, de futura vita, de haereticorum reprehensione etc. Ad sacram criticen et philologiam quod adtinet, laudat Eusebius non semel Aquilam, saepius Symmachum, quandoque etiam Theodotionem, septuaginta Interpretes, quintam Editionem, et varios interdum codices, denique Hebraeorum textum atque idiotismos. Quare et nova hexaplaribus varietatibus accessio hinc fieri videbitur. Ad psalmum* 134. *loquitur diserte Eusebius de ethnicorum sua aetate conversione, quos reapse, regnantis potissimum exemplo Constantini, plurimos ad christianam fidem accessisse scimus. Qualiscumque demum sit horum scholiorum usus, certe tam prisci clarique hominis nullae a me praetermittendae reliquiae erant.*

EIUSDEM EUSEBII

RELIQUIAE COMMENTARIORUM IN LUCAM
ITEM LIBRORUM DE EVANGELICA THEOPHANIA
ITEM LIBRI DE PASCHATE.

εὐλόγηνται· δυνάμει δὲ ἑαυτὸν εὐλογεῖ, ὁ τοῦτο ποιῶν· εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ κυρίου; οὐ γὰρ δεῖται τῆς παρ᾽ ἡμῶν εὐλογίας· ἕκαστος δὲ ἑαυτῷ χαρίζεται, καὶ ἑαυτὸν εὐλογεῖ, ἀντευλογούμενος ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ· διὸ πρῶτον εἴρηται, εὐλογεῖτε τὸν κύριον· εἶθ᾽ ἑξῆς εὐλογήσαι σε κύριος.

Psalmus CXXXIV.

Laudativus hic psalmus merito subiungitur postremo canticorum, quia iisdem locutionibus utitur; quam ob rem allelnia quoque ei praeponitur: namque allelu laudate significat, ia, Dominum. Dicet sane aliquis priorem psalmi partem, hymni locum tenere, excitatis in prohoemio iis qui Dei laudibus dicendis addicti sunt; qui reapse laudandi initium faciunt ab illis verbis, nomen tuum Domine in aeternum. Doctrina autem traditur ab idolis avertens, et Dei notitiam ingerens. Haec illis fieri debebat adhortatio, qui nunc ex ethnicis ad fidem accedunt, quos etiam servos appellat, utpote spiritum adoptionis nondum adeptos. Solent autem hi ante regenerationis lavacrum, stationem habere in domo Dei ante fores, nondum in interiora recepti: erudiuntur enim, sed adhuc non sunt perfecti. Porro diversae sunt aulae, quia diversa est catechumenorum vita: gradûs vero provectio est post laudatum nomen Domini, Dominum ipsum laudare. Oportet enim primum discere, Dei esse Verbum quod universo mundo praesidet ac dominatur: deinde et eius substantiam potentiamque cognoscere, et quod Dei sit unigenitus.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΔ΄.

Τῇ τῶν ᾠδῶν ἐσχάτῃ τὰς αὐτὰς ἔχων λέ- C. f. 310. b. D. f. 326. b. G. f. 205. b.
ξεις, ὁ παρὼν αἶνος εἰκότως παράκειται· διὸ τὸ ἀλληλούϊα προγέγραπται· τοῦ μὲν ἀλληλοὺ δηλοῦντος τὸ αἰνεῖτε, τοῦ δ᾽ ἴα τὸν κύριον· εἴποι δ᾽ ἄν τις ὕμνον εἶναι τὰ πρῶτα, ὡς ἐν προοιμίῳ διεγείροντα τοὺς προσταττομένους αἰνεῖν τὸν θεόν· ἀρχομένους τοῦ αἴνου ἀπὸ τοῦ, κύριε τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα· κατηχεῖ δὲ ἀποστρέφων εἰδώλων, καὶ διδάσκει γνῶσιν θεοῦ· τοιαύτης γὰρ τοὺς νῦν 1) ἐξ ἐθνῶν προσιόντας ἔδει τυχεῖν παραινέσεως· οὓς καὶ δούλους καλεῖ, μήπω τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἀνειληφότας· συμβαίνει δὲ τούτους πρὸ τῆς παλιγγενεσίας λουτροῦ, στάσιν ἔχειν ἐν οἴκῳ θεοῦ τῶν αὐτοῦ προπυλῶν, ἀλλ᾽ οὐ τῶν ἐνδοτάτω τυχόντας· εἰσαγωγὴν γὰρ ἔσχον, ἀλλ᾽ οὐ τελείωσιν· διάφοροί γε μὴν αὐλαὶ, ἐπεὶ καὶ διάφοροι τῶν εἰσαγομένων οἱ βίοι· προκοπῆς δὲ, τὸ μετὰ τὸ αἰνεῖν τὸ ὄνομα κυρίου, αὐτὸν δὴ αἰνέσαι τὸν κύριον· δεῖ γὰρ πρῶτον μαθεῖν, ὅτι ἐστὶ θεοῦ λόγος, ἐφεστηκὼς τῷ παντὶ κόσμῳ, καὶ δεσπόζων αὐτοῦ· εἶτα περί τε οὐσίας αὐτοῦ μαθεῖν καὶ δυνάμεως, υἱόν τε γνῶναι μονογενῆ τοῦ θεοῦ.

Laudate Dominum, quia bonus Dominus etc.

Quoniam bonus est Dominus, ipsum laudate. Causa autem laudandi est, bonitas eius non ex quadam participatione, sed quia perinde est ac pater. Laudamus autem non verbis solum, sed etiam participatione bonorum eius: quia nimirum oportet theoricae speculationi et theologicae regulae actibus, reliquos mores consentire. Psallite, additum est,

Αἰνεῖτε τὸν κύριον, ὅτι ἀγαθὸς κύριος κ. τ. λ. v. 3.

Ἐπεὶ ἀγαθὸς κύριος, αἰνεῖτε αὐτόν· αἰτία δὲ C. f. 302.
τοῦ αἰνεῖν, τὸ ἀγαθὸν οὐ κατὰ μέθεξιν εἶναι, D. f. 326. b. G. f. 205. b.
ὡσαύτως δὲ τῷ πατρί 2)· αἰνοῦμεν δὲ οὐ τῇ λέξει μόνον, ἀλλὰ καὶ μεθέξει τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ, ὡς δέον δὲ τῇ θεωρίᾳ καὶ τοῖς θεολογουμένοις ἔργοις πράττειν ἁρμόδια· τὸ ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ἐπενήνεκται· τοῦτο γὰρ ἡδὺ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν χρηστότητα· αἰνοῦμεν δὲ αὐτὸν ἐπεὶ ἐξελέξατο ἑαυ-

1) Heic vides Eusebii caesariensis tempora, quibus praecipue ethnicorum ad Christum conversio fiebat.
2) Animadverte Eusebii doctrinam orthodoxam de Deo Verbo.

τῷ τὸν πτερνίζοντα τὰ πάθη καὶ τὰς κακίας Ἰακὼβ, ἐκλεκτὸν αὐτὸν τιθέμενος διὰ τὸ καταλελυκέναι τὰς ἐκ κακίας καὶ παθῶν πάλας· ἀλλὰ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν τὸν Ἰακὼβ, ἐκ προκοπῆς ἀποδειχθέντα Ἰσραὴλ, εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ ἐξελέξατο· καὶ διὰ τοῦτο λαός ἐστι περιούσιος ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν περιουσίου γενομένου, πάντων περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ὕπαρξιν καταγινομένου, τῷ μετέχειν αὐτῆς ὄντος καὶ σοφοῦ καὶ λόγου Θεοῦ.

nomini eius, quia dulce id est, et super omnem suavitatem. Porro cum laudamus, quia sibi delegit, evertentem mala et iniquitates Iacob, electum eum constituens, quia solvit nequitiae dolorumque certamina. Sed et illum qui post Iacobum fuit, nempe eum qui temporis progressu dictus est Israhel, peculiarem sibi ceu possessionem delegit: ideoque populus est peculiaris, ex omnibus gentibus; peculiaris inquam possessio et substantia effectus, quatenus eam tenet sapiens Dei Verbum.

v. 6. Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις.

Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra, in maribus et in cunctis abyssis.

D. f. 227. Πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ κύριος, καλά ἐστιν, ἅτε θελήματι Θεοῦ γεγενημένα· εἰ δέ τί ἐστιν ἐν οὐρανῷ ὡς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἢ ἐν τῇ γῇ ὡς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἄνθρωποι, ἢ ἐν ταῖς θαλάσσαις ὡς ἡ τοῦ δράκοντος κακία, ἢ ἐν ταῖς ἀβύσσοις ὡς ἡ πονηρία τῶν προστασσομένων ἐκεῖ ἀπελθεῖν κακῶν, τοῦτο οὐχ ὁ Θεὸς ἐποίησε τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐκ γὰρ στόματος κυρίου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ κακὰ καὶ τὸ ἀγαθόν.

Quaecumque Dominus fecit, bona sunt, quia volente Deo ad existendum perducta. Si quid tamen est in caelo, veluti spiritalia nequitiae, aut in terra veluti homines peccatores, aut in maribus velut draconis improbitas, aut in abyssis velut iniquitas scelestorum illorum qui illuc abire iussi sunt; haec, inquam, Deus non effecit voluntate sua. Namque ex ore Domini haud prodibunt mala simul et bonum.

v. 7. Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.

Qui educit ventos de thesauris suis.

C. f. 302. b. Τὸ εἰπεῖν ἐκ θησαυρῶν, οὐ τοῦτο δηλοῖ ὅτι θησαυροί τινές εἰσι τῶν ἀνέμων, ἀλλὰ τὸ ἕτοιμον τοῦ ἐπιτάττοντος, τὸ εὔκολον τῆς κτήσεως παρεσκευασμένον· ὥσπερ ἂν ὁ ἐν θησαυρῷ ἔχων μετὰ ἀδείας ἐξάγει πάντα καὶ ὅτε βούλεται, οὕτως καὶ ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς πάντα εὐκόλως ἐποίησε καὶ τῇ φύσει παρέδωκεν.

Dum heic dicit thesauros, haud sane indicat quosdam esse ventorum thesauros, sed iubentis potius celeritatem, et rei possessae paratam facilitatem. Sicut enim qui thesaurum apud se habet, expedite admodum, quotiescumque vult, cuncta inde profert; ita et omnium creator cuncta facile effecit, et ad existentiam perduxit.

v. 8. Ὃς ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου.

Qui percussit primogenita Aegypti.

D. f. 327. b. C. f. 206. Ἐπειδὴ δὲ τὰ καθόλου καὶ οὐράνια φασί τινες προνοίᾳ διοικεῖσθαι μόνῃ Θεοῦ, δείκνυσιν ὡς μέλει καὶ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτῷ, καὶ νῦν τοὺς ἀσεβεῖς κολάζοντι καὶ τῶν εὐσεβῶν οἰκειουμένῳ τὸ γένος. Ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦν μερὶς κυρίου, δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ λόγου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ· ἐπειδὴ δὲ δι' ἣν ἔδρασεν ἀσέβειαν ἐκεῖνος ἐκπέπτωκεν, ἐνανθρωπήσαντι λέλεκται, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.

Quia nonnulli mundana tantummodo ac caelestia dicunt providentia Dei gubernari, demonstrat humana quoque curae esse eidem, qui et nunc impios punit, et piorum genus protegit. Sed enim olim quidem portio erat Domini, id est Dei Verbi, populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israhel. Postquam vero ob suam irreligiositatem ille prolapsus est, dictum fuit humanato Verbo: pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.

v. 13. Κύριε τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα.

Domine, nomen tuum in aeternum.

D. f. 328. E. f. 277. b. Οὐδὲν οὕτω τῆς θείας προνοίας, ὡς τὸ διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἀδέσποτον εἶναι τὸ πᾶν· ὅθεν καὶ ἡ διηνεκὴς αὐτοῦ μνήμη καθέστηκε παρ' ἡμῖν, οὗ τὸ μέγεθος διὰ τῶν προλαβόντων οἱ δοῦλοι μαθόντες αὐτοῦ, τὰ παρόντα λέγειν διδάσκονται καὶ παραθαῤῥύνονται, μά-

Nihil tantopere ad divinam providentiam spectat, quam docere homines, ne rerum hanc universitatem sine gubernatore esse credant. Quare et continua apud nos est Dei memoria, cuius magnitudinem a maioribus servi eius edocti, praesentia dicere discunt et au-

dent, satis gnari fore ut recreentur, quia iudicium fiet de reliquo populo, eorum causa qui Dei nomen sciunt et memoria versant. Pro eis itaque, tamquam pro servis venia egentibus, deprecatur.

Idola gentium argentum et aurum.

Absoluto theologico circa Dominum sermone, et providentiae eius magnis operibus enumeratis, tamquam adhuc servos eos alloquens, qui ex errore polytheismi nuper accesserant, obiicit putatorum olim ab ipsis deorum vituperationem; consentanee nimirum his quae supra dixerat, nempe ego cognovi quod magnus est Dominus. Et, Dominus noster supra omnes deos. Dominus noster haec et illa fecit tum universim tum etiam partiatim. Gentium autem dii, quibus vos quoque decepti errore antea credebatis, nihil erant aliud quam mortua et muta simulacra. Scite autem et Symmachus pro « similes illis fiant qui faciunt ea » interpretatus est dicens: velut ipsa fiant qui faciunt ea, et quicumque ipsis confidunt. Revera enim qui inanimatis rebus tamquam diis adtendunt, lapidescente anima, idem patiuntur quod abs se culta idola, nempe oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt.

Similes illis fiant qui faciunt ea.

Praedicti idololatrae similes fient, vel iam sunt facti, diis suis. Secus vero, qui in sortem Dei adsumpti estis, et populus eius censemini, benedicite, inquit, Domino; id est collaudate non sine magna utilitate vestra. Primus autem ad laudandum vocatur Dei populus, qui dicitur domus Israhelis, ordo inferior plebis. Secundo loco, uti gradus excelsior et eminens, domus Aaronis. Tertio sacerdotalis universa domus Levi. Postremo denique tamquam omnibus sublimiores qui timent Dominum. Hi sunt, quos universus hymnus alloquitur. Qui autem initio totius psalmi appellantur servi, ii sunt qui ex ethnicis ad fidem accesserunt. Nam si universa Iudaeorum natio praedictis tribus ordinibus comprehenditur, Israhelis videlicet, et familiarum Aaronis, ac Levi; reliqui prae his timentes Dominum, quinam erunt nisi qui ex ethnicis ad Dei doctrinam accesserunt? qui etiam docentur sic benedicere: benedictus Dominus ex Sion, qui habitat Hierusalem, sive manentem

θόντες ὡς ἐπ᾽ αὐτοῖς παρακληθήσονται, τῆς κρίσεως ἀκολουθούσης τοῖς λοιποῖς τοῦ λαοῦ, τοῖς ἐπεγνωκόσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὸ μνημόσυνον ἔχουσιν· ἐπ᾽ ἐκείνοις δὲ ὡς ἂν ἐπὶ δούλοις συγγνώμης ἐπιδεομένοις παρακαλεῖται.

Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον. v. 15.

Συντελέσας τὴν περὶ τοῦ κυρίου θεολογίαν, C. 303. b.
καὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ τὰς μεγαλουργίας καταλέξας, ὡς ἔτι δούλοις ὁμιλῶν τοῖς ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης ἄρτι προσεληλυθόσιν, ἀντιπαραβάλλει τῶν πάλαι παρ᾽ αὐτοῖς νενομισμένων θεῶν τὸν ἔλεγχον, ἀκολούθως οἷς ἀνωτέρω εἰρήκει· ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα ὅτι μέγας κύριος· καὶ ὁ κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς· ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν τάδε καὶ τάδε εἰργάσατο ἔν τε τοῖς καθόλου καὶ ἐν τοῖς ἐπὶ μέρους· οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν θεοὶ, οὓς καὶ αὐτοὶ πεπλανημένως ἐνομίζετε πρότερον, οὐδὲν ἦσαν ἕτερον ἢ εἴδωλα νεκρὰ καὶ κωφά· χαριέντως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἡρμηνεύσεν εἰπών· ὡς αὐτὰ γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πᾶς ὁ πεποιθὼς αὐτοῖς· καὶ γὰρ ὄντως οἱ τοῖς ἀψύχοις ὡς θεοῖς προσέχοντες, ὥσπερ ἀπολιθωθέντες τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ πεπόνθασιν τοῖς προσκυνουμένοις ὑπ᾽ αὐτῶν, ὀφθαλμοὺς ἔχοντες καὶ οὐ βλέποντες, ὦτα ἔχοντες καὶ οὐκ ἀκούοντες.

Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά. v. 18.

Οἱ μὲν προειρημένοι ὅμοιοι γενήσονται, ἢ καὶ G. f. 304
γεγόνασι τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς· οἱ δὲ εἰς τὸν κλῆρον παραληφθέντες τοῦ θεοῦ, καὶ λαὸς αὐτοῦ χρηματίσαντες, εὐλογήσατε φησὶ τὸν κύριον, τούτεστιν ἀνευφημήσατε, τὰ μεγάλα ἑαυτοὺς ὠφελοῦντες· καλεῖται δὲ πρῶτον ἐπὶ τὴν εὐλογίαν ὁ θεοῦ λαὸς, ὁ καλούμενος οἶκος Ἰσραὴλ, τὸ ὑποβεβηκὸς τάγμα τοῦ πλήθους· δεύτερον δὲ κατὰ ἀνάβασιν καὶ ὑπεροχὴν οἶκος Ἀαρών· καὶ τρίτον ἡ φυλὴ πᾶσα ἡ ἱερατικὴ καλουμένη οἶκος Λευί· καὶ μετὰ πάντας ἀνωτέρω οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον· οὗτοι δὲ ἦσαν πρὸς οὓς ὁ πᾶς ὕμνος προσπεφώνηται· οἱ δὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ παντὸς ψαλμοῦ ὠνομασμένοι δοῦλοι, δηλαδὴ οἱ ἐξ ἐθνῶν προσιόντες τῇ πίστει· εἰ γὰρ τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος περιείληπται διὰ τῶν εἰρημένων τριῶν ταγμάτων, τοῦ τε Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν, καὶ οἴκου Λευὶ, ἕτεροι παρὰ τούτους τίνες ἂν εἶεν οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, εἰ μὴ ἐξ ἐθνῶν τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ προσεληλυθότες; οἳ καὶ διδάσκονται εὐλογεῖν, εὐλογητὸς κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλὴμ, ἢ τὴν ἀεὶ μένουσαν τοῦ θεοῦ πό-

λιν, ἐν ᾗ τὸ ἀληθὲς νοεῖτο ἂν κατοικητήριον τοῦ θεοῦ 1).

semper Dei civitatem, in qua vera Dei intelligitur habitatio.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΕ'.

Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ.

v. 4. Θαυμαστὸν δὲ καὶ πρὸς λέξιν, εἰ οὐρανὸς μὲν
G. f. 208. καὶ μόνῃ θέᾳ τὴν σοφίαν, δηλοῦν τοῦ θεοῦ, μεγέθει τὲ καὶ κάλλει καὶ πολυχρονίῳ μονῇ· γῆ δὲ πανταχόθεν περικλυζομένη τοῖς ὕδασι καὶ σύστασιν τὴν ἰδίαν φυλάττουσαν· πᾶσι δὲ τὸν αἰώνιον ἔλεον ὁ μελογράφος συνέζευξεν, ἐπειδὴ οὐ διὰ χρείαν οἰκείαν ὁ θεὸς, ἀλλὰ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν ἐδημιούργησεν ἅπαντα.

PSALMUS CXXXV.

Ei qui facit mirabilia magna solus.

Sane ad litteram mirabile est, quandoquidem caelum solo intuitu sapientiam Dei magnitudine ac pulchritudine sua, et tam spatiosa aevitate demonstrat: terra autem alluentibus undique fluctibus firmitatem suam retinens. His omnibus aeternam misericordiam melodus innexuit, si quidem haud ob aliquem suum usum Deus, sed ob solam erga homines benignitatem omnia creavit.

v. 10. Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον.

D. f. 330.
C. f. 306. Εἰ μὴ πέπεισαι, φησὶ, προνοίᾳ θεοῦ καὶ δυνάμει τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ τὰ τούτου μέρη διακυβερνᾶσθαι, ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ ἔχεις μὴ πῆ τὰ κατὰ μέρος καὶ τὰ ἀνθρώπινα παρορᾶται ὑπ' αὐτοῦ, γνῶθι ὅτι καὶ τῶν ἐπὶ γῆς οὐχ ἧττον ἢ τῶν κατ' οὐρανὸν προνοεῖ· μετέρχεται γοῦν κατὰ χρόνους τῶν ἀνθρώπων καθ' ὑπερβολὴν ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, ὥσπερ ποτὲ τοὺς Αἰγυπτίους μετῆλθεν, καὶ αὐτὴν τὴν αἰγυπτίαν γῆν· προΐσταται δὲ πάλιν καὶ ὑπερμαχεῖ τῶν θεοφιλῶν, καὶ οὐ μόνων αὐτῶν, ἀλλα καὶ τῶν τούτων ἀπογόνων, ὥσπερ τῶν διὰ Μωϋσέως ἠλευθερωμένων τότε τῆς παρ' Αἰγυπτίοις δουλείας, οὓς ἠλευθέρωσεν αὐτὸς ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, οὐκ ἄλλως ἢ ἐκτεταμένῃ χειρὶ καὶ ἰσχυρῷ βραχίονι χρησάμενος· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος 2), δι' οὗ καὶ πάλαι καὶ νῦν τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας ἡ φιλανθρωπία τοῦ παναγάθου θεοῦ κατειργάσατο.

Qui percussit Aegyptum.

Si forte haud credis, inquit, Dei providentia ac virtute universum mundum eiusque partes gubernari, dubitasque res singillatim humanas ab eo fortasse negligi, velim scias, ipsum res haud minus terrenas quam caelestes curare. Ergo persequitur, temporibus idoneis, homines praesertim insigniter irreligiosos et impios; sicuti aliquando Aegyptiis eorumque regioni incubuit. Protegit vicissim atque defendit dilectos suos, neque hos tantum, verum etiam ipsorum posteros; sicuti reapse fecit ereptis tunc per Moysem ab Aegyptiorum servitute; quos ipse communis Deus liberavit haud aliter, quam manu sua extenta, brachioque forti utens. Est autem hoc ipsum Dei Verbum, per quod et olim et nunc etiam cuncta hominibus beneficia, benignitas Dei optimi confert.

v. 19. Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων.

G. f. 208. b. Ἑρμηνεύονται δὲ Ἀμοῤῥαῖοι μὲν λαληταὶ παραπικραίνοντες, καὶ ὁ τούτων βασιλεὺς Σηὼν πειρασμὸς καὶ παροργισμός· οἱ δεινοὶ γὰρ πρὸς ἀπάτην σοφιστικὴν καταπικραίνοντες εἰσὶν λαληταὶ, τοὺς ὅσοι τῆς ἀληθείας εἰσὶν ἐρασταὶ θέλοντες

Seon regem Amorrhaeorum.

Interpretari solemus Amorrhaeos quidem loquaces exasperantes; et horum regem Seon, tentationem et exacerbationem. Namque homines sophisticae fraudis periti aspere saepe loquuntur, pariterque vellent veritatis quoque

1) In codicibus D. f. 237. b, et G. f. 207, aliis partim verbis idem fere fragmentum scribitur. ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα μὲν εἴη φασὶ τοῖς ποιοῦσι τὰ εἴδωλα· ὁ δὲ λαὸς τοῦ κυρίου καὶ ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἀπολαυέτω τῆς εἰς αὐτὸν εὐφημίας· πρῶτον ὁ οἶκος Ἰσραὴλ τάγμα τὸ ὑποβεβηκός· εἶτα τὸ ὑπερανέχον, οἶκος τοῦ Ἀαρών· εἶτα τῶν ἱερέων ἡ πᾶσα φυλὴ, οἶκος Λευί· καὶ πάντων ἀνώτερον οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, πρὸς οὓς ὁ πᾶς ὕμνος προσπεφώνηται· καὶ κατ' ἀρχὰς ἐῤῥέθησαν δοῦλοι, δι' ὧν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας ἐδήλωσεν· τίνες γὰρ οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, παρὰ τὰ τρία τάγματα τῶν Ἰουδαίων; Σιὼν δὲ λέγει καὶ Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἀεὶ μένουσαν τοῦ θεοῦ πόλιν, ἐν ᾗ τὸ ἀληθὲς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ· κατὰ δὲ νόησιν, οἱ διορατικοὶ μὲν οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ὀψόμενοι καθαρᾷ καρδίᾳ θεόν· οἱ δὲ τελείως καὶ ἱερατικῶς αὐτὸν ἀεὶ θεραπεύοντες, οἶκος Ἀαρών· καὶ οἱ τούτων ὑποδεέστερον μὲν, ἐξυπηρετούμενοι δὲ τῷ ναῷ, οἶκος Λευὶ, οὓς ἄν τις νεωκόρους καλέσειεν· εἶτα οἱ ἐξ ἀλλογενῶν φόβῳ θεοῦ προστιθέμενοι· πάντες μὲν οὖν εὐλογοῦσιν, ἀναλόγως δὲ ἕκαστοι· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν ἐκκλησίαν Ἱερουσαλὴμ, τὴν μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, τὴν εἰρήνην ὁρῶσαν, ἣν Ἰησοῦς δίδωσι λέγων· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

2) Recole omnino adnotata a nobis in tractatu S. Cyrilli de Maria deipara cap. 5. p. 78. de domino Iesu, pro Iosue, exeuntium Aegypto Israhelitarum duce. Nam et Eusebius conspirare cum Cyrilli aliorumque sententia videtur.

amatores fraudulenter loqui et occinere, atque omnino nihil aliud spectant quam ut vexent atque exasperent. Basan vero, quod ignominiam significat, improborum pudendam malitiam denotat: cuius rex On cum Seon occiditur; ut Israheli terra quam male retinebant tradatur. qui callido et iniquo possessu, malignoque eam administrantes ingenio, regnare videbantur. Verumtamen dicta terra his erepta traditur in sortem Israheli, fideli servo illius qui rerum omnium auctor est.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus.

In superioribus quoque varie demonstratum fuit. non eum qui de iudaico genere oritur, Israhelem esse. sed eum qui moribus dignus hoc nomine est. Non enim omnes qui de Israhele sunt, hi sunt Israhel: neque illa quae publice fit, circumcisio est, ut ait apostolus, sed in occulto potius iudaeus, et cordis circumcisio, non secundum litteram sed in spiritu: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo. Nos quoque igitur qui ex ethnicis venimus (nos enim reapse circumcisio sumus verusque Israhel) nos, inquam, potius ex inimicis liberavit, quam illos. Etenim illi ex Aegypto discedentes, corporeos fugerunt tyrannos. Verumtamen pravis moribus animas suas inficientes, occubuerunt in deserto idololatriae dediti. Nos autem revera redemit de animae nostrae hostibus, memorque nostri magis fuit in humilitate nostra quam illorum. Namque illi quidem corpore serviebant Aegyptiis, nostrae vero animae ludibrio erant daemonibus, et sub malis spiritibus humiliati eramus. Tanta vero est misericordia Dei, ut non solum piorum curam gerat, et sibi propinquantibus consulat, verum etiam terrestres omnes providentia sua complectatur, neque rationales solum sed etiam irrationales, cunctisque in terra alimenta animantibus praebeat, unicuique generi idonea, et vitae necessaria suppeditet: et nos demum in caelos hinc transferat. Quamobrem sermo psalmistae postquam dixit «qui dat escam omni carni» nos in caelum transmittit, rursus dicens: confitemini Deo caeli, quoniam in aeternum misericordia eius.

Psalmus CXXXVI.

Caret hic psalmus titulo apud Hebraeos; nam neque eius auctor inscribitur, neque eu-

ἐπὶ ἀπάτης λαλεῖσθαι καὶ ᾄδεσθαι, πειράζειν τε καὶ παροργίζειν ἔχοντες τὸν σκοπόν· Βασὰν δὲ αἰσχύνην μεθερμηνευομένη, τὴν τοὺς κακοὺς καταισχύνουσαν κακίαν δηλεῖ· ἧς ὁ βασιλεὺς Ὤν, σὺν τῷ Σηὼν ἀποκτέννυται· ὅπως τῷ Ἰσραὴλ ἡ γῆ, ἣν κακῶς ἐκράτουν, σοφιστικῶς καὶ μετὰ μοχθηρᾶς ἕξεως περὶ τὴν τῶν πραγμάτων διατρίβοντες φύσιν δοκοῦντες βασιλεύειν αὐτῆς· ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα αὐτῶν ἡ ἑρμηνευομένη γῆ, εἰς κατάσχεσιν τῷ Ἰσραὴλ δίδοται ἐπὶ τῷ κληρονομεῖν αὐτὴν, δούλῳ γνησίῳ τοῦ πάντων αἰτίου τυγχάνοντι.

Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ κύριος v. 23.

Καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω διαφόρως ἐπεδείκνυτο Ἰσ- C. f. 308.
ραὴλ, οὐ τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων ὑπάρχων, ἀλλ' ὁ τοιόσδε τῆς θεοσεβείας τρόποις*· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, κατὰ τὸν ἀπόστολον*, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας οὐ γράμματι ἀλλὰ πνεύματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ· καὶ ἡμᾶς οὖν τοὺς ἐξ ἐθνῶν (ἡμεῖς γὰρ ἐσμὲν ἡ περιτομὴ καὶ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ) ἐλυτρώσατο ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν μᾶλλον ἢ ἐκείνους· οἱ μὲν γὰρ ἐξ Αἰγύπτου προελθόντες, τοὺς σωματικοὺς ἐξέφυγον τυράννους· ἐπαγόμενοι δὲ ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς τοὺς ἀσεβεῖς τρόπους, πεπτώκασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰδωλολατρήσαντες· ἡμᾶς δὲ ἀληθῶς ἐλυτρώσατο ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐμνήσθη ἡμῶν ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν μᾶλλον ἢ ἐκείνων· οἱ μὲν γὰρ σώμασιν ἐδούλευον τοῖς Αἰγυπτίοις, ἡμεῖς δὲ ταῖς ψυχαῖς αὐταῖς δαιμόνων ἦμεν παίγνια, καὶ ὑπὸ τοῖς πονηροῖς πνεύμασιν ἦμεν τεταπεινωμένοι· τοσοῦτον δὲ ἐστὶν τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, ὡς μὴ μόνον κήδεσθαι τῶν θεοσεβῶν, καὶ τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων φροντίζειν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἅπαξ ἁπλῶς τῶν ἐπὶ γῆς τὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι, καὶ οὐ λογικῶν μόνων ἀλλὰ καὶ ἀλόγων, ὡς ἐπιχορηγεῖν τροφὰς πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς ζώοις, ἑκάστῳ τε γένει τὰ πρόσφορα, καὶ τὰ κατάλληλα πρὸς τὴν ζωὴν δωρεῖσθαι, ἐντεῦθεν τε πάλιν εἰς οὐρανὸν διήκειν· διόπερ ὁ λόγος μετὰ τὸ φάναι, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ἀναπέμπει ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν, αὖθις λέγων· ἐξομολογεῖσθε τῷ θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

* cod. τρόπος.

* Rom. II. 28.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛϚ'.

Ὁ παρὼν ψαλμὸς, ἀνεπίγραφος ὑπάρχει παρ' C. I. 308. b.
Ἑβραίοις, καὶ οὔτε τίνος ἐστι προγέγραπται,

οὔτε ποίου τυγχάνει εἴδους· ἀλλ' ἔστι ψιλὴ προφητεία ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι γενομένων λεγομένη· καὶ τοῦτο δὲ σημειώσει ὡς ἔν τισιν τῶν ἀντιγράφων, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, ἐπιγέγραπται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

ius generis carmen sit, dicitur. Porro est simplex prophetia, quae recitatur ex captivorum Babylone persona. Eius rei indicium est, quod in aliquot septuaginta interpretum exemplaribus inscribitur Aggaeo et Zachariae.

v. 8. Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου.

Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam!

C. f. 310. Ὁ μακαρισμὸς εἰς ἐκείνους παριστήσεται τοὺς ἀποδιδόντας τὰ ἀμοιβαῖα τῇ Βαβυλῶνι, καὶ τὸν τὰ νήπια αὐτῶν προσαράσσοντα τῇ πέτρᾳ καὶ ἀναιροῦντα αὐτά· καὶ γὰρ τῷ ὄντι, τὸ μὲν πρῶτον μακάριον ἦν τὸ μὴ θεάσασθαί ποτε τὴν Βαβυλῶνα, μὴ δὲ ἐν τῇ συγχύσει γενέσθαι τῶν ταύτης κακῶν· εἰ δὲ ἅπαξ τίς γένοιτο ἐν αὐτῇ ἀποπεσὼν τῶν κρειττόνων, μακάριος ἂν εἴη εἰ ἃ πέπονθεν ποιήσειεν, καὶ ἀνταιχμαλωτήσειεν τοὺς Βαβυλωνίους, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν Βαβυλωνίων ψυχὰς μεταγάγοι ἐπὶ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον· εἰ δὲ καὶ τὰ νήπια αὐτῶν μὴ συγχωρήσειεν αὐξῆσαι, ἀλλὰ συντρίψειεν πρὸς τῇ πέτρᾳ, πολλῶν ἂν γένοιτο μακαριώτερος· Βαβυλῶνος δὲ νήπια τὰ σπέρματα τῆς κακίας, καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν συγχυτικῶν ἁμαρτημάτων, οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπών· ἃ δὴ τῷ λόγῳ τῷ σωτηρίῳ (ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ Χριστὸς) ἀναιρεῖν πρὸς τὸ μὴ αὔξειν μηδὲ εἰς ἔργα προέρχεσθαι σπουδάσει ὁ ἐν τούτοις μακαριζόμενος.

Beatitudo illis reputatur, qui talionem Babyloni reddent, et qui parvulos eius petrae illisos necabunt. Revera enim, in primis beatum fuisset numquam cernere Babylonem, neque in malorum eius colluvie versari. Sed postquam aliquis prosperitate deiectus, illic extitisset, beatus sane reputaretur, si quae passus esset, invicem retribueret, et Babylonios vicissim captivaret, atque ipsas Babyloniorum animas ad Dei timorem transferret. Quod si et illorum parvulos haud siverit adolescere, sed illiserit petrae, multo erit felicior. Iam vero Babylonis parvulos, recte intelliges nequitiae semina, et variorum scaturigines peccatorum, quae Servatoris doctrinis (nam petra est Christus) occidere, ne adolescant atque in actum erumpant, curabit is qui hoc loco beatus praedicatur.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΖ'.

Psalmus CXXXVII.

v. 1. Ἐξομολογήσομαί σοι κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.

C. f. 311. Ὥσπερ ὁ τέλειος ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ δυνάμεως καὶ ἰσχύος ἀγαπᾷ τὸν θεόν, οὐ διασπῶν τὰς δυνάμεις τῆς ἑαυτοῦ ἀγάπης περὶ ἄλλό τι, ἀλλ' ὅλως ἀνηρτημένος μόνου τοῦ θεοῦ, οὕτως καὶ αὐτὸς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξομολογεῖται εὐχαριστῶν τῷ θεῷ· θαρσῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ αὐτοῦ παῤῥησίᾳ, καὶ εἰδὼς ὅτι ἐν μεγάλῳ θεάτρῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, θείων ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν θεοῦ ἐφορώντων, καὶ θεωμένων τὰς ἐν θεῷ προκοπὰς αὐτοῦ, τὴν προσήκουσαν ἀποδίδωσι τῷ θεῷ λατρείαν, καὶ φησίν· καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι.

Sicuti perfectus homo, Deum tota anima, nervis, ac viribus amat, haud equidem amoris sui facultates distrahens ad aliud quidvis, sed a solo Deo dependens; sic et psalmista toto corde confitetur, gratias agens Deo. Tum elatus hac sua fiducia, vidensque se in magno humanae vitae theatro, nec non caelestium angelorum, qui ipsius apud Deum profectum spectant, convenientem Deo tribuit cultum, aitque: et in conspectu angelorum psallam tibi.

v. 2. Προσκυνήσω πρὸς τὸν ναὸν ἅγιόν σου.

Adorabo ad templum sanctum tuum.

E. f. 282. Προσκυνεῖν ἐπαγγέλλεται πρὸς ναὸν ἅγιον, τὴν ἐκκλησίαν δηλῶν, ἢ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, ἧς τύπος ὁ ἐπὶ γῆς ὑπῆρχε ναός· εἶτα χάριν ὁμολογεῖ καταξιωθεὶς ἐλέου καὶ ἀληθείας θεοῦ· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, περὶ τοῦ ἐλέους σου καὶ τῆς ἀληθείας σου, λέγει· τυχὼν γὰρ ἐλέου θεοῦ, τύπων καὶ συμβόλων ἀπήλλακται, ἐν πνεύματι δὲ καὶ ἀληθείᾳ λατρεύειν θεῷ κατηξίωται.

Adoraturum se spondet in sancto templo, ecclesiam denotans, vel caelestem Hierusalem, cuius erat typus terrestre templum. Deinde gratiam profitetur, quia dignus sit habitus misericordia et veritate Dei. Pro quibus verbis Symmachus « propter misericordiam tuam et veritatem tuam, dicit. » Nam Dei misericordiam adeptus, typis symbolisque sepositis, in spiritu ac veritate Deum adorare impetravit.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terrae.

Saepe observavimus psalmos illos qui neque cantici neque psalmi, neque quamlibet aliam inscriptionem habent, diversum ab his characterem gerere, cuiusmodi est hic prophetica virtute imbutus. Nam superiore confessione facta David, atqui ait non ego solus inter reges his praerogativis sum decoratus, sed plurimi posthac erunt, nempe post Servatoris praedicationem; praecipue vero cum multitudo gentium ingressa fuerit, et secundus Christi adventus acciderit. Tunc enim magna apparebit gloria Domini. Namque imperativo modo vel optativo, futura interdum denotantur secundum peculiarem Hebraeorum consuetudinem. —Vaticinatur diffusum iri per omnes gentes Dei notitiam: cuncti enim, inquit, reges terrae confitebuntur tibi, audientque omnia verba oris Dei, et cantabunt in viis Domini. Haec autem nonnisi post Servatoris nostri praedicationem exitum nacta sunt. Viae autem virtutes sunt, quae ad Dei notitiam perducunt.

Excelsus Dominus et humilia respicit.

Quae propheticus spiritus in ipso et per ipsum locutus fuerat, David cognoscens, laetatur quia Deus humilia respicit, et pressuris eius protector adest.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me etc.

Clarius Symmachus dixit: si ambulavero in medio tribulationis, conservabis me: contra anhelantes inimicos meos manum tuam extendes, servabitque me dextera tua. Dominus rem pro me conficiet.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι κύριε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. v. 4.

Πολλάκις παρετηρήσαμεν ὅτι τῶν ψαλμῶν οἱ D. f. 333.
μήτε ὕμνον, μήτε ᾠδὴν, μήτε ψαλμὸν, ἤ τι ἕτερον ἔχοντες προγραφὴν, ἄλλου παρὰ ταῦτα τυγχάνουσι χαρακτῆρος, ὁποῖος ὁ παρὼν προφητικῆς μετέχων δυνάμεως· διὰ γὰρ τῶν προλαβόντων ἐξομολογησάμενος ὁ Δαβὶδ, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ, φησὶ, ἐν βασιλεῦσι μόνος τούτου κατηξιώθην, πλεῖστοι δὲ τοιοῦτοι γενήσονται, δηλαδὴ μετὰ τὸ κήρυγμα τοῦ σωτῆρος· καὶ μάλιστα ὅτε τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ ἡ δευτέρα τοῦ σωτῆρος γένηται παρουσία· τότε γὰρ ὀφθήσεται μεγάλη τοῦ κυρίου ἡ δόξα· προστακτικῶς δὲ καὶ εὐκτικῶς ἔσθ' ὅτε τὰ μέλλοντα δηλοῦται, κατά τινα τῶν Ἑβραίων συνήθειαν.—Προφη- C. f. 311. b.
τεύει περὶ τῆς μελλούσης ἐξαπλοῦσθαι εἰς πάντα ἔθνη τοῦ θεοῦ γνώσεως, ἔσται γάρ, φησιν, ὅτε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐξομολογήσονταί σοι καὶ ἀκούσονται πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματος θεοῦ, καὶ ὅτι ᾄσονται ἐν ταῖς ὁδοῖς κυρίου· ταῦτα δὲ οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τέλους κετύχηκεν· ὁδοὶ δέ εἰσιν αἱ ἀρεταὶ, αἱ φέρουσαι ἐπὶ τὴν γνῶσιν τοῦ θεοῦ.

Ὑψηλὸς κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ.

Τὰ ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἐν αὐτῷ καὶ v. 6.
δι' αὐτοῦ λαληθέντα μαθὼν ὁ Δαβὶδ, θαῤῥεῖ ὡς D. f. 333. b.
ἐφορῶντος τὰ ταπεινὰ τοῦ θεοῦ, ὡς ἐν ταῖς θλίψεσιν αὐτῷ συνασπιζομένου.

Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσῃς με κ. τ. λ.

Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος ἔφη· ἐὰν πο- v. 7.
ρευθῶ διὰ μέσης θλίψεως, περισώσεις με· κα- D. f. 333. b.
τὰ τῆς ἀναπνοῆς τῶν ἐχθρῶν μου ἐκτενεῖς χεῖρά σου, καὶ σώσει με ἡ δεξιά σου· κύριος ἐπιτελέσει ὑπὲρ ἐμοῦ.

Psalmus CXXXVIII.

Domine probasti me, et cognovisti me.

Quoniam igitur nostrae quoque vitae tempus habet dimensa a Deo intervalla, universum vitae meae tempus, inquit, viamque hactenus confectam ipse scrutatus es.

Mirabilis facta est scientia tua ex me.

Superat, inquit, vires meas, et extra meam comprehensionem est horum cognitio, ita ut ea neque excogitare neque enarrare queam. Quantumvis enim dixero, ea parva ac minima prae divina potentia fuerint, cuius comprehensio meam fugit tenuitatem, immo omnium virium defectum.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΗ·

Κύριε ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με. v. 1.

Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ χρόνος τῆς ἡμετέρας ζωῆς D. f. 334.
ἔχει τινὰ διαστήματα μεμετρημένα παρὰ θεῷ, C. f. 212. b.
πάντα μου τῆς ζωῆς τὸν χρόνον, φησὶ, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν διῆλθον αὐτὸς ἐξιχνίασας.

Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ. v. 6.

Ἐπιβαίνει, φησὶ, τὴν ἐμὴν δύναμιν, καὶ ἐπέ- C. f. 313.
κεινά ἐστιν τῆς ἐμῆς καταλήψεως ἡ τούτων γνῶ- D. f. 334. b.
σις, ὡς μὴ δύνασθαί με ἐξευρεῖν μηδὲ ἐξειπεῖν αὐτά· ὅσα γὰρ ἂν εἴπω, μικρὰ καὶ ἐλάχιστα τυγχάνει τῆς θεϊκῆς δυνάμεως, ἧς κατάληψις τὴν ἐμὴν σμικρότητα καὶ οὐθενίαν διαφεύγει.

v. 16. Ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου.

C. f. 314. b. Τὸ μήπω πραχθέν μοι, φησὶν, ὡς ἤδη τελεσθὲν καθορᾷς, καὶ τοὺς τέως μὴ τεχθέντας ὡς ἤδη τεχθέντας ἐπίστασαι· δύναται δὲ νοεῖσθαι διχῶς τὸ ἄκακον καὶ ἀπόνηρον καὶ ἀνεξέταστόν μου· ἔργον γὰρ ἡ περίνοια λέγεσθαι ὀφείλει· ἀκατέργαστος δέ ἐστι ψυχὴ ἡ μήπω δι᾽ ἀρετῆς μορφωθεῖσα καὶ γνώσεως.

Imperfectum meum viderunt oculi tui.

Quod nondum feci, inquit, tamquam iam factum intueris; et nondum natos, tamquam iam in lucem editos nosti. Potest autem dupliciter intelligi innocentia mea, et malitiae carentia, nulla indigens inquisitione. Nam curiosa observantia dici opus potest: est autem imperfecta anima, quae nondum virtute et scientia informata fuerit.

v. 19. Ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ᾽ ἐμοῦ.
v. 20. Λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου.

C. f. 315. Εἰπὼν, ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου ὁ θεὸς, εἰκότως τοὺς ἐχθροὺς τοῦ θεοῦ παραιτεῖται καὶ ἀπελαύνει ἑαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ μνημονεύσας ὅτι ἔσται τὶς καιρὸς ἐν ᾧ τοὺς ἁμαρτωλοὺς αὐτὸς ὁ θεὸς ἀποκτενεῖ, ἐντεῦθεν ἤδη καὶ τούτους ἑαυτοῦ μακρὰν ἐλαύνει, ὡς ἂν μὴ κοινωνὸς αὐτῶν γένοιτο, μηδὲ ἐκ τοῦ πλησιάζειν μετάσχῃ τῆς παρ᾽ αὐτῶν βλάβης· ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς ἐριστικοὺς λόγους καὶ ἔριδας τὰς σὰς εἰς ματαιότητα λήψονται πόλεις, τὰς θείας γραφὰς πόλεις χρηματιζούσας, ματαίως δὲ ταύτας λαμβάνουσιν οἱ ἑτερόδοξοι, καὶ οὐχ ὡς δεῖ 1)· ἀποστρέφομαι καὶ ἐκκλίνω ἀπ᾽ αὐτῶν.

Viri sanguinum declinate a me.
Accipient in vanitate civitates tuas.

Quum dixisset (v. 17.) mihi vero nimis honorati sunt amici tui, Deus; merito inimicos Dei detestatur atque a se removet. Immo quum item dixisset fore tempus, quo peccatores Deus ipse interficiet, iam nunc illos procul se arcet, ne quid habeat cum illis commune, neque ex ipsorum propinquitate detrimentum capiat. Namque ad contentiosos sermones et controversias, in cassum tuas civitates accipient, vocabulo civitatum divinas scripturas significans, quas frustra sumunt heterodoxi, et non ut oporteret. Hoc ego hominum genus aversor et fugio.

v. 23. Δοκίμασόν με ὁ θεός.

C. f. 315. b. Εἰπὼν ἐν ἀρχῇ, κύριε ἐδοκίμασάς με καὶ ἔγνως με, νῦν ὡς μήπω δοκιμασθεὶς ἔφη, δοκίμασόν με, κύριε, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου· καὶ τότε μὲν εἴρηται τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνον μου ἐξιχνίασας, καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες· ἄρτι δὲ ἔτασόν με, καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου· μήποτ᾽ οὖν οὐκ ἐναντία λέγει· τότε γὰρ ἁπλῶς δεδοκιμάσθαι καὶ ἐγνῶσθαι εἶπεν, νῦν δὲ εὔχεται δοκιμασθῆναι, ὅπως γνωσθῇ ἡ καρδία αὐτοῦ· μεῖζον γὰρ τὸ καθαρὸν καὶ εὐθὲς τῇ καρδίᾳ, τοῦ ἁπλῶς καθαρὸν καὶ εὐθῆ ὑπάρχειν· καὶ ὑπεραίρει τοῦ ἁπλῶς δοκιμασθέντα γνωσθῆναι τῷ δοκιμασθῆναι ἐπὶ τῷ γνωσθῆναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁπλῶς προοραθῆναι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, μεῖζον τὸ γνωσθῆναι τὰς τρίβους ἐτασθέντας αὐτοῦ· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· καὶ εἰδὲ εἰ εἶδες ἀνομίαν ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν ἕξει καὶ διαθέσει μου. Φέρεται καὶ οὕτως· καὶ εἰδὲ εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοί· τουτέστιν κατανόησον, εἰ ὥδευσέν ποτε ἐν τῇ ψυχῇ μου ἀνομία, ὡς ἴχνη τῆς ὁδοῦ αὐτῆς μεῖναι παρ᾽ ἐμοί· ὅμως δὲ καὶ εἰ τοσαύτη ἐκ σοῦ καὶ διὰ σὲ κατώρθωταί μοι ἀναμαρτησία, ἀλλ᾽ οὖν

Proba me, Deus.

Quum initio dixisset, Domine probasti me et cognovisti me; nunc ceu nondum probatus ait: proba me, Domine, et scito cor meum. Et tunc quidem dictum fuit: et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas praevidisti: nunc vero, scrutare me, et cognosce semitas meas. Neutrubi tamen contraria loquitur. Tunc enim simpliciter exploratum se et cognitum dixit; nunc vero orat explorari se. Maius enim quid est, purum rectumque habere cor, quam simpliciter esse purum et rectum. Longeque praestat cognito per explorationem simpliciter homini, ille qui probatus est per cordis cognitionem. Rursus maius quid est, si viae eius exploratae noscantur, quam si tantummodo praevideantur. Idcirco addidit: et vide an via iniquitatis in me sit, id est in habitu ac genere vitae meae. Fertur et alia explanatio. Et vide num via iniquitatis in me sit: id est observa an aliquando iniquitas in me sit grassata, ita ut vestigia semitae eius in me supersint. Nihilominus etsi tanta fuit ex te et per te innocentia mea, tu tamen mihi

1) Insignis Eusebii sententia de sacris libris, nihil utilitatis apud haereticos habentibus.

dux es in via aeterna, quae ad immortalitatem incorruptibilitatemque perducit.

Psalmus CXXXIX.

Cadent super eos ignis carbones.

Poenam quippe a Deo referet, qui huiusmodi morbo laborat.

Virum iniustum mala capient ad corruptionem.

Quid est ad corruptionem? Nempe quia multi capiuntur ad salutem, ut illi qui ab apostolis sanctisque viris. Verumtamen illi improbi sunt qui a malitia capiuntur et corruptela. Quivis enim iniustus tamquam intimo morbo corruptus nequitia sua, penam congruam perferet. Namque ad corrumpendam animam, cuiusvis poenae loco, nequitia sufficit.

Cognovi quia faciet Dominus iudicium inopis.

Hinc Salomon patri suffragans ait in ecclesiaste: finem summamque totius sermonis audi; nempe quod omne factum adducet Deus in iudicium, de omni abscondito, sive id bonum fuerit sive malum. Et nunc enim, inquit, iudicabit vindex Deus de paupere oppresso et de inope. Felici mox fine psalmum concludit (ideoque et in titulo scriptum est « in finem ») repositam iustis spem recitans. Symmachus autem « apud faciem tuam » dicit. Quid vero praestantius quam puro corde Deum coram spectare? prout dixit Servator: beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt! quam rem adepti, gratias agent.

Psalmus CXL.

Psalmus hic parem ac superior titulum gerit. Est autem Davidis, eandemque vim precis continet. Hoc tamen amplius habet, quod magis est dogmaticus, et plura atque utiliora sub initio docet. Ait igitur: clamavi. Haud sane magna voce et clamore usum esse psalmistam, credere decet; nam silentes quoque audit Deus. Sic etiam Moysi traditur dictum: quid ad me clamas? Sed qui magna dogmata a Deo didicerat, eximio animi affectu fideque aliquid a Deo petens, ita ad eum clamabat. Quare et fidenter ait: quoniam talis sum, et ita clamo, adtende voci meae dum ad te clamo. Quippe qui puram habeo non mentem tantummodo, sed et labiorum vocem a mendacio periurio et convicio. His etiam consequenter addit:

σὺ ὡδήγησάς με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ, ἐπὶ ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἄγουσῃ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΘ'.

Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες πυρός. v. 11.

Δίκην γὰρ ὑφέξει πρὸς αὐτοῦ, νόσον ἔχων τοιαύτην. D. f. 338. b. E. f. 287.

Ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφθοράν. v. 12.

Τί δὲ ἐστὶν εἰς διαφθοράν; ὅτι πολλοὶ θηρεύονται εἰς σωτηρίαν, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἀποστόλων, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν· ἀλλ' οἵ γε πονηροὶ ὅταν ὑπὸ τῆς κακίας θηρεύονται καὶ φθορᾶς, πᾶς γὰρ ἄδικος ὥσπερ ὑπὸ οἰκείας νόσου διαφθαρεὶς ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ κακίας, δίκην ὑφέξει τὴν προσήκουσαν· ἱκανὴ γάρ ἐστιν ἀντὶ πάσης τιμωρίας, τὴν ἔχουσαν αὐτὴν ψυχὴν διαφθεῖραι. C. f. 317.

Ἔγνων ὅτι ποιήσει κύριος τὴν κρίσιν τοῦ πτωχοῦ. v. 13.

Ἐντεῦθεν ὁ Σολομῶν ὠφεληθεὶς τὸν πατέρα φησὶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστῇ*· τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε, ὅτι πᾶν τὸ ποίημα ἄξει ὁ θεὸς εἰς κρίσιν, ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐάν τε ἀγαθὸν, ἐάν τε πονηρόν· καὶ νῦν γάρ, φησιν, ὡς κρινεῖ ὁ θεὸς ἐκδικῶν τὸν νῦν καταπονούμενον πένητα καὶ πτωχόν· ἐπὶ χρηστὸν δὲ μετὰ ταῦτα τέλος κατέστρεψε τὸν ψαλμόν· διὸ καὶ εἰς τέλος ἐπιγέγραπται, τὴν ἀποκειμένην τοῖς δικαίοις λέγων ἐλπίδα· ὁ δὲ Σύμμαχος, παρὰ τῷ προσώπῳ σου, λέγει· τί δὲ κρεῖττον τοῦ κεκαθαρμένῃ διανοίᾳ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρᾷν τὸν θεόν; κατὰ τὸν τοῦ σωτῆρος μακαρισμὸν εἰπόντος*· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται· οὗ τυχόντες εὐχαριστήσουσιν. D. f. 339. * Eccle. XII. 13 * Matth. V. 8.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜ.

Ἀκολούθως τῷ προάγοντι ψαλμῷ καὶ οὗτος ἐπιγέγραπται· ἔστι δὲ τοῦ Δαβὶδ, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει τῆς προσευχῆς δύναμιν· ἔχει δέ τι πλέον οὗτος δογματικώτερος ὢν, καὶ πλείονα καὶ ὠφελιμώτερα διὰ τῆς ἀρχῆς παιδεύων· καὶ φησίν· ἐκέκραξα· οὐ πάντως φωνῇ μεγάλῃ καὶ βοῇ κεχρῆσθαι αὐτὸν προσήκει ὑπολαμβάνειν· καὶ σιωπώντων γὰρ ἀκούει ὁ θεός· οὕτω καὶ Μωϋσῇ λέγεταί εἰρηκέναι*· τί βοᾷς πρός με; ἀλλ' ὁ μεγάλα δόγματα περὶ θεοῦ κεκτημένος, ὑπερβαλλούσῃ τε διαθέσει καὶ πίστει αἰτῶν τι παρὰ τοῦ θεοῦ, οὕτως ἐκέκραξεν πρὸς αὐτόν· διὸ καὶ θαρσῶν φησίν· ἐπειδὴ τοιοῦτος εἰμὶ, καὶ τοιαῦτα βοῶ, πρόσχες τῇ φωνῇ μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ· ὡς καθαρὰν ἔχων οὐ μόνον τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῶν χειλέων φωνὴν ἀπὸ ψεύδους ἐπιορκίας τε καὶ λοιδορίας· οἷς καὶ ἀκολούθως ἐπήγαγεν· C. f. 317. b. D. f. 339. G. f. 217. b. * Exod. XIV. 15.

v. 2. Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή.

C. f. 318. Νοήσεις δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν ἀπόστολον*, βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν· κἀκεῖνος γὰρ ἐμοῦ καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν ἐμνημόνευσεν, καὶ τῶν κατὰ πρᾶξιν· οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐδέποτε χεῖρας ἐπαίρουσιν· διὸ λέλεκται πρὸς αὐτοὺς*, ὅτ' ἂν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀφ' ὑμῶν· ἐπαίρειν δὲ δεῖ εἰς ὕψος τὰς πράξεις, καὶ ἀρεσκόντως αὐτὰς τῷ θεῷ ἐπιτελεῖν.

* I. Tim. II. 8.
* Is. I. 15.

Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Hoc intelliges ex dicto apostoli : volo viros orare levantes puras manus, sine ira et murmurationibus : namque et ille tam cogitationum facit mentionem quam actuum. Verum impii nequaquam manus sustollunt. Ideo dictum est illis, cum manus vestras ad me extendetis, faciem meam a vobis avertam. Oportet vero in altum actus sustollere, atque eos prout Deo placuerit perficere.

v. 4. Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας, τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

C. f. 318. Μὴ συγχωρήσῃς παρατραπῆναι καὶ παρακλιθῆναι εἰς τὸ ἐναντίον τὴν ἅπαξ ἁπλῶς κατασκευασθεῖσάν μου διάνοιαν· ἀντὶ δὲ τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ὁ Σύμμαχος ἐννοεῖν ἐννοίας παρανόμους ἐξέδωκεν, σαφέστερον ἑρμηνεύσας τὴν θεωρίαν τοῦ λόγου· εἶτα πάλιν μεταβαίνει ἐπὶ τὸ πρακτικὸν φάσκων, σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν, καὶ οὐ μὴ συνδυάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν· ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν εἰπὼν, σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις ἀδικίαν, μηδὲ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν· οὐκ ἔσομαι γάρ, φησιν, ἅμα τούτοις, ἐὰν σὺ κύριε φυλακὴν τῷ στόματι θείης, καὶ τὸν προκατασκευασθέντα μοι θησαυρὸν διατηρήσῃς· ἐκλεκτοὶ δὲ τούτων εἶεν οἱ σκηπτόμενοι προφάσεις ἐφ' οἷς δρῶσι κακῶς· χειρόνων ὄντων τῶν ἄνευ προφάσεως, καὶ ἀνεπικαλύπτως ἀνομούντων.

Ne declines cor meum ad malitiae sermones, ad excusandas excusationes in peccatis.

Ne subverti sinas atque in contrarium inclinari donatam semel a te mihi mentem. Pro ad excusandas excusationes in peccatis, Symmachus edidit «ad cogitandas iniquas cogitationes» clarius equidem dictionis mentem exprimens. Deinde psalmista ad praxim revertitur dicens : cum hominibus operantibus iniquitatem, et non combinabo cum electis eorum. Pro quo rursus Symmachus clarius interpretatus est dicens : « cum hominibus operantibus iniquitatem, ne dulcibus quidem ipsorum convescar. » Non ero, inquit, cum istis, si tu Domine custodiam ori meo posueris, et praeparatum mihi thesaurum conservaveris. Electi porro eorum, credendi sunt illi qui malorum actuum suorum praetextus quaerunt, qui peiores sunt illis qui sine praetextu palamque peccant.

v. 6. Κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν.

E. f. 288. Ὁ δὲ Σύμμαχος· ἔτι γὰρ καὶ ἡ προσευχή μου ἐντὸς τῶν κακιῶν αὐτῶν· ἐκτιλήσονται ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν· ἀκούσονται ῥήσεις μου ἡδύστας· ὥσπερ γεωργὸς ὅτ' ἂν ῥήσσει τὴν γῆν, ὡς ἐσκορπίσθη ὑμῶν τὰ ὀστᾶ παρὰ τὸν ᾅδην· τὴν αἰτίαν δὲ νῦν ἐπάγει τοῦ μὴ συνδυάζειν ἁμαρτωλοῖς· ἱκανὴ γὰρ αὐτῶν ἡ κοινωνία, φησὶ, διασκορπίσαι μου τὴν ψυχὴν, καὶ τῶν κακιῶν αὐτῶν ἔνδον ἀπολαβεῖν· τὸ δὲ ἐκτιλήσονται δηλοῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἄρχοντας καὶ κριτὰς ἴδωσι κατασπωμένους ἐκ ῥιζῶν, ὥσπερ ἀποτιλλομένους δυνάμει τοῦ στερεοῦ λόγου·

Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum.

Symmachus autem : adhuc enim oratio mea intra nequitias illorum : evellentur petrae manibus iudices eorum : audient verba mea dulcissima. Sicuti agricola cum terram frangit, ita ossa vestra dissipata sunt secus inferos. Nunc vero rationem reddit, cur cum peccatoribus non combinet : sufficit enim illorum societas ad animam meam dissipandam, atque ad ipsorum nequitiam mihi insinuandam. Iam verbum « evellentur » demonstrant, fore ut suos principes iudicesque radicitus extirpatos cernant, evulsos veluti fortis verbi virtute.

v. 8. Μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου.

E. f. 288. b. Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀντανέλῃς, μὴ ἀποκενώσῃς, τουτέστι μὴ συγχωρήσῃς τὸν ἀποκείμενον ἐν τῇ ψυχῇ μου ἀγαθὸν θησαυρὸν ἀποκενωθῆναι· τότε γὰρ ἀφόβως ἀπελεύσομαι, φησὶν, ὅτ' ἂν ἁμαρτωλοὶ τοῖς ἑαυτῶν περιπαρῶσι δικτύοις.

Ne auferas animam meam.

Symmachus pro « auferas » dicit « ne evacues » id est ne sinas repositum in anima mea thesaurum evacuari. Tunc enim securus, inquit, abibo quum suis ipsis peccatores implicabuntur retibus.

Psalmus XLI.

Intellectus Davidi, quum esset
in spelunca ; oratio.

Similem huic quinquagesimus quoque sextus psalmus titulum habet, nempe: in finem, ne corrumpas, Davidi in tituli inscriptionem, quum a facie Saulis fugeret in speluncam. Extat autem historia in primo regnorum libro. Et ascendit illuc David, conseditque in locis munitis Engaddi. Contigitque, ut reverteuti Sauli de alienigenarum persecutione, diceretur ei: ecce David in deserto Engaddi est. Sumptis ergo Saul tribus hominum delectorum millibus ex universo Israhele, perrexit ad investigandum Davidem eiusque comites, ad locum qui dicitur venatio cervorum: veneruntque ad caulas ovium in via quae ad specum ducit. Ingressusque est Saul ad purgandos pedes suos in specum. Et David comitesque eius in interioribus antri partibus latebant.

Supra scripta iam fuit Saulis historia atque speluncae. Davidis autem nomen varie interpretari licet, ut saepe iam diximus, varieque intelligitur. Nam cum de homine Dei dictum invenies, tunc sic positum, significat desideratum. Cum autem in persona peccantium et tamen resipiscentium usurpatur, tunc spretum interpretamur propter eius peccata. Nunc Davidis nomen de populo peccatore adhibetur; resipiscente tamen, et in specu se concludente, et cum lacrymis valide orante et confitente, ut ipsa inscriptio demonstrat. Psalmus quoque ipse eadem docet.

In deficiendo ex me spiritum meum.

Convenienter admodum et temporis et loci angustiis haec quoque dicta fuere. Nam quantum res humanae ferebant, intra specum conclusus omni evadendi facultate effugioque carebat, nullaque erat auxilii spes, nec quisquam vitam eius liberare satagebat. Videns autem animae suae intellectuales hostes huic negotio intentos, Saulem inquam intra specum ingressum ad capiendum Davidem, recte aiebat: laqueum absconderunt mihi. Sed caruerunt effectu insidiae illorum propter hanc precem. Ipse autem confisus vitae suae rationi, actibusque et viis quibus institerat,

1) Ita cod. Sed num pro ἀποκενῶσαι?

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΑ'.

Συνέσεως τῷ Δαβὶδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν
ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσευχή. v. 1.

Καὶ ὁ νς' ὁμοίαν ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως· D. f. 340. b.
εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στη-
λογραφίαν, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσ-
ώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον· κεῖται δὲ ἡ ἱστορία
ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν *· καὶ ἀνέβη Δα- * 1. Reg. XIV.
βὶδ ἐκεῖθεν, καὶ ἐκάθισεν ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς Ἐνγαδδί· καὶ ἐγένετο ὡς ἐπέστρεψεν Σαοὺλ ὄπισθεν τῶν ἀλλοφύλων· καὶ ἀνήγγειλαν αὐτῷ λέγοντες, ἰδοὺ Δαβὶδ ἐν τῇ ἐρήμῳ Ἐγγαδδί· καὶ παρέλαβεν Σαοὺλ τρισχιλίους ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη τοῦ ζητεῖν τὸν Δαβὶδ καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς μετ' αὐτοῦ, ἐπὶ πρόσωπον τῆς θήρας τῶν ἐλάφων· καὶ ἦλθον εἰς τὰς μάνδρας τῶν προβάτων ἐπὶ τὴν ὁδὸν καὶ ἐπὶ τὸ σπήλαιον· καὶ εἰσῆλθε Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ἀποκοινῶσαι 1) τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ Δαβὶδ καὶ οἱ ἄνδρες μετ' αὐτοῦ ἐν μέρεσι τοῖς ἐσωτέροις τοῦ σπηλαίου ἐκάθηντο.

Προεγράφη ἡ ἱστορία ἡ περὶ Σαοὺλ καὶ τοῦ G. f. 219.
σπηλαίου· τὸ δὲ τοῦ Δαβὶδ ὄνομα διαφόρως ἑρμηνεύεται, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, καὶ διαφόρως λαμβάνεται· ὅτε γὰρ εἰς πρόσωπον τοῦ κυρίου εὑρήσεις, οὕτω κείμενον ἑρμηνεύεται πεποθημένος· ὅτε δὲ εἰς πρόσωπον τῶν ἁμαρτανόντων καὶ ἐπιστρεφόντων, ἑρμηνεύεται ἐξουθενημένος, διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ· νῦν τοῦ Δαβὶδ ὄνομα λαβεῖν ἐστὶν εἰς τὸν λαὸν τὸν ἡμαρτηκότα καὶ εἰς σύνεσιν ἐλθόντα, καὶ ἐν σπηλαίῳ αὐτὸν κατακλείσαντα, καὶ προσευχόμενον μετὰ δακρύων ἰσχυρῶς καὶ ἐξομολογούμενον, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο δηλοῖ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς ταῦτα διδάσκει.

Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου. v. 4.

Σφόδρα καταλλήλως τῇ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ τό- C. f. 320.
που συνοχῇ καὶ ταῦτα λέλεκται· ὅσον γὰρ ἐπ' ἀνθρώποις ἔνδον ἐν τῷ σπηλαίῳ συνεχόμενος, παντὸς δρασμοῦ καὶ φυγῆς ἀποκέκλειστο, οὔτε μία τε παρῆν αὐτῷ βοηθείας ἐλπίς· ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ῥυόμενος ἢ ἐπιζητῶν· ὁρῶν δὲ τοὺς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ νοητοὺς ἐχθροὺς, ὅλον τοῦτο κατεργασαμένους, λέγω δὲ τὸ εἰσελθεῖν Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ὑπὲρ τοῦ συλληφθῆναι τὸν Δαβὶδ, εἰκότως ἔλεγεν τὸ, ἔκρυψαν παγίδα μοι· ἀλλ' οὐ προκεχωρήκει αὐτοῖς τὰ τῆς παγίδος διὰ τὴν προκειμένην προσευχήν· θαρσῶν δὲ τῇ τοῦ βίου αὐτοῦ πορείᾳ ταῖς τε πράξεσι καὶ ταῖς ὁδοῖς αἷς ἐβά-

διζεν, ἀδίκως ἐλαυνόμενος καὶ πολεμούμενος, φησὶ τῷ Θεῷ· καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου.

iniuste expulsus et oppugnatus, dicit Deo: et tu cognovisti semitas meas.

v. 6. Πρὸς σὲ κύριε ἐκέκραξα.

Ad te Domine clamavi.

C. f. 320. D. f. 341. b. E. f. 289. b. Πάλιν καὶ ἐνταῦθα κράζειν ὁμολογεῖ, οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ πρὸς τὸν κύριον· ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ φωνὴν ἀφιέναι, πλησίον παρόντος τοῦ ἐχθροῦ· τὴν μόνην δὲ ἐλπίδα αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἔχειν ὁμολογήσας, οὐκ ἐξέπεσε τοῦ σκοποῦ· ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἔσται γῆ ζώντων, ὁμολογῶ φησὶ, μηδεμίαν ἔχειν χώραν ἐν ταύτῃ ἢ σε μόνον τὴν ἐμὴν ἐλπίδα· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἡ μερίς μου ἐν γῇ ζώντων· ὡς εἰ μὴ σὲ εἶχον, οὐκ ἂν ἐξετάσθην ποτὲ ἐν γῇ ζώντων· ζώντων δὲ γῆ, οὐχ ἡ πατουμένη νῦν πρὸς ἡμῶν, θανάτου γὰρ γῆ καὶ νεκρῶν αὕτη, ἀλλ' ἣν κληρονομήσουσιν οἱ πρᾳεῖς· ἐφ' ᾗ ζῶντες πάντες κατὰ τὴν αἰώνιον ζωὴν διατρίβουσιν.

Rursus hoc etiam loco clamare se fatetur, non simpliciter sed ad Dominum. Alioqui nec fieri poterat ut vocem attolleret, praesente hoste. Iam vero in Deo tantummodo spem suam reposuisse confitens, a scopo non aberravit; etenim spes non confundit. Nam etsi aliqua viventium terra sit, equidem inquit fateor, meam te solum esse spem. Tu enim spes mea es in terra viventium; ita ut, nisi te haberem, haud iam viventibus terrae incolis adnumerarer. Porro viventium terra, nequaquam haec est quae a nobis calcatur, mortis enim ea potius terra est, sed quam mites hereditabunt, in qua omnes viventes aeterna cum vita habitant.

v. 5. Οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με·—οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου.

Non erat qui cognosceret me.—Et non est qui requirat animam meam.

D. f. 341. b. Ὁ ὑπὸ τῶν προΐστασθαι τῶν ἐκκλησιῶν νομιζομένων ἀμελούμενος καὶ μηδόλως ἐκζητούμενος, εὐκαίρως τοῦτο ἐρεῖ· καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιφέρει τὸ κεκραγὸς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ ἡγουμένοις, ἀλλ' ἐπὶ κυρίῳ, καὶ μερίδα ἔχειν ἐν γῇ ζώντων καὶ οὐκ ἐν ἐπιλελησμένῃ γῇ.

Si quis ab iis, qui ecclesiis praeesse existimantur, negligitur et nullatenus requiritur, tempestive hoc dicet; et quod sequitur addet, clamorem scilicet ad Deum, et se non sperare a principibus, sed a Domino; et portionem se habere in terra viventium, non autem in terra oblivionis.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΒ'.

Psalmus CXLII.

C. f. 321. D. f. 342. C. f. 290. Πᾶς ὁ ἐν μεγίστοις πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν ὑπερβαλλούσαις ἐξεταζόμενος, εὐκαίρως χρήσαιτο τῇ προκειμένῃ προσευχῇ· διὸ καὶ ἀνεπίγραφος ὁ ψαλμός· ἀκούει μὲν οὖν πάντων ὁ κύριος, ὀλίγων δὲ εἰσακούει· ἐὰν τῶν δεομένων ἡμῶν ἐπακούσωμεν, ἀκουσθησόμεθα καὶ αὐτοί· ὁ θαρσῶν δὲ τῇ ἑαυτοῦ προσευχῇ, ακροατὴν καλεῖ τὸν θεόν· ἄλλοι δέ φασιν μὴ εἶναι ἀνεπίγραφον τὸν ψαλμὸν, ἀλλ' ἐπιγεγράφθαι ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς κατεδίωκεν· οὐ διὰ πασῶν μέν τοι τῶν ἑρμηνειῶν πρόσκειται τοῦτο· τὰ δὲ λεγόμενα οὐκ ἀλλότρια· οὐδὲν δὲ κωλύει περὶ τῆς ὑπὸ Σαοὺλ διώξεως εἰρῆσθαι αὐτά.

Quicumque maximis tentationibus, immodicisque pressuris urgetur, commode utetur praesenti prece. Propterea psalmus sine titulo est. Audit quidem omnes Dominus, paucos tamen exaudit. Ceteroqui si iis qui nos orant aurem praeberemus, nostrae pariter preces audirentur. Certe qui cum fiducia orat, auditorem provocat Deum. Alii aiunt non esse sine titulo psalmum, sed inscribi: psalmus Davidi, quum eum filius persequeretur: sed non in cunctis interpretationibus hoc ponitur. Attamen quae heic dicuntur, non repugnant. Sed nihil obstat, quominus de Saulis persecutione haec dicta fuerint.

v. 4. Ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου.

Taedium passus est spiritus meus.

C. f. 323. Τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ ἀκηδιᾷ, ἐπειδὰν ἡ καρδία ταραχθῇ μνησθεῖσα πῶς ὁ ἐχθρὸς ἐταπείνωσεν εἰς τὴν γῆν τὴν ζωὴν αὐτῆς, καὶ ὡς ἐκάθισεν αὐτὴν ἐν σκοτεινοῖς ὡς νεκροὺς αἰῶνος· ταραχθεῖσα δὲ, φησὶν, ἡ καρδία μου ἐν αὐτῇ, ἔνδον ἔπεσχεν τὸ πάθος παντελῶς μὴ ἐκ-

Spiritus hominis taedium patitur, cum cor turbatur rememorans quomodo inimicus prostraverit humi vitam eius, eamque in tenebrosis locis constituerit ut mortuos saeculi. Turbatum, inquit, cor meum, passionem intus continuit, non adeo conci-

dens, ut palam cunctis extraneis foret eius turbatio.

Memor fui dierum antiquorum.

Ἦλθεν δέ τις εἰς ἡμᾶς φυσικὸς λόγος, ὡς μὴ τρεφομένων νεοττῶν τῶν κοράκων ὑπὸ τῶν γεννησάντων, ὁμοίως τοῖς τῶν ἄλλων ὀρνέων νεοττοῖς· καταλείπεσθαι μὲν γὰρ τῶν κοράκων φασὶ τοὺς νεοττοὺς ὑπὸ τῶν γεγεννηκότων, τρέφεσθαι δὲ ἄλλῳ παραδόξῳ τοῦ θεοῦ δυνάμει· μηκέτι γὰρ αὐτοῖς πλησιαζόντων γεγεννηκότων, κεχηνέναι τὸ στόμα τροφῆς ἐνδείᾳ, καὶ ἐοικέναι ἐπικαλουμένοις τὸν θεόν, φυσικῇ τινὶ ἐνεργείᾳ τὴν τροφὴν αἰτοῦντα παρὰ τοῦ τὸ εἶναι αὐτοῖς δεδωρημένου· οὕτω δὲ φέρεσθαι αὐτοῖς τινὰ ἐξ ἀέρος τροφὴν κατὰ τοῦ στόματος ὑπό τινος αὔρας συνωθουμένην.

Tradita nobis est physica quaedam doctrina, ceu si pulli corvorum a suis parentibus, non aeque ac alius generis avium pulli, alantur. Revera destitui dicuntur a genitoribus suis corvorum pulli, sed tamen aliter ali mirabiliter a Dei potentia. Nam et ante quam proprii parentes accedant, hiare ore dicuntur, escae necessitate; et ut solent illi qui Deum invocant, naturali quodam instinctu cibum petere ab eo qui naturam donavit. Atque ita deferri ad eos per aërem escam aliquam, aura quadam in os delatam.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΖ.

Psalmus CXLVII.

v. 8. *Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ.*

Annuncians verbum suum Iacob.

C. I. 337.
D. f. 352. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Εὐσέβιος 2). Σφόδρα δὲ ἀπηκριβωμένως μοι δοκεῖ ἡ παροῦσα λέξις διδάσκειν, ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ· οὐ γὰρ εἴρηκεν, ὁ ἀποστέλλων, ἢ ὁ ἀποστείλας· ἄλλο δή

Ait Eusebius. Accurate admodum videtur mihi hoc vocabulum aliquid docere, nempe « annuncians sermonem suum Iacobo. » Non enim dixit mittens vel qui misit. Aliud vero

1) Confer rursus hac super re Nicetae editum a nobis prologum catenae patrum in psalmos.
2) Recole adnotata ad psalmum CXLIV. 15.

est annunciare, aliud mittere vel mitti. Prius enim portendit quod futurum est, et praedicit: alterum vero, rem praesentem significat, id est quem ipse misit ad praedicandum. Ita ut annunciatio quidem et praedictio futuri, uni Israheli facta fuerit; missio autem non huic uni, verum etiam cunctis aliis gentibus. Sed fortasse dicet aliquis: si ceteris hominibus revelationem non fecit, quomodo eos punit, nempe etiam illos qui ante legem vixerunt, et toto orbe peccatores fuere? Dicimus ergo: hos quidem iudicari a Deo ex iure naturali, quod nobis inhaeret; Israhelitas autem tum iure naturali tum etiam scripto: ita ut maius beneficium, maioris damnationis his causa fiat, obedientiam negligentibus. Idcirco Deus haud dixit: non fecit omni genti, sed sic non fecit; id est non tabulas misit, non litteras in monte Sina, sed peculiariter tantum Iudaeis.

Psalmus CXLVIII.

In psalmo quidem ·CXLV·, uni per se animae laudare Dominum imperabatur. Ibi enim dicitur: lauda anima mea Dominum. In proximo autem multitudo invitabatur his verbis: laudate Dominum, quoniam bona res psalmus. Denique in alio subsequente ipsa Hierusalem hoc agere iubebatur: lauda Hierusalem Dominum. Consentanea praedictis praesens laus iussum ampliat; et congestim creaturam simul universam tam visibilem quam invisibilem ad Dei laudem excitat: initio quidem caelestia et excelsissima invitans: mox progrediens, terrestria et quae in abyssis versantur: non quod omnia anima et loquela praedita sint, sed homines qui loquela sunt praediti iubet illas creaturas respicere, et expressam in his Dei sapientiam cognoscentes, creatorem hymnis celebrare.

Et omnes abyssi.

Alius quidam abyssos dicit esse subterraneam regionem, prout Paulus ait: ne dicas, quis descendet in abyssum, id est ob Christum a mortuis revocandum? Et apud Iobum: in profundo, inquit, abyssi ambulasti? Num forte etiam hoc vocabulo, copia aquarum denotatur supra quam ambulavit Dominus? ita ut

που ἐστὶν ἀπαγγεῖλαι, καὶ ἄλλο τὸ ἀποστεῖλαι ἢ ἀποστέλλεσθαι· τὸ μὲν γάρ, προμηνύει τὸ μέλλον καὶ προλέγει· τὸ δὲ, παρουσίαν σημαίνει, καὶ τὸν ἀποσταλέντα δι' ἑαυτοῦ κηρύττειν· ὥστε τὴν μὲν ἀπαγγελίαν καὶ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ μέλλοντος, γεγενῆσθαι παρὰ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, τὴν δὲ ἀποστολὴν οὐκ ἂν ἐκείνῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν· ἀλλ' ἴσως εἴποι τίς ἂν καὶ μὴ δηλώσας τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις, πῶς αὐτοὺς κολάζει, καὶ τοὺς πρὸ τοῦ νόμου καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἁμαρτάνοντας; καὶ φαμὲν, τούτους μὲν κρίνει ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ νόμου καὶ τοῦ ἐν ἡμῖν, τοὺς δὲ ἰσραηλίτας καὶ ἀπὸ τούτου καὶ ἀπὸ τοῦ γραπτοῦ 1) ὥστε ἡ πολλὴ εὐεργεσία πλείονος αὐτοῖς κατακρίσεως ὑπόθεσις γίνεται ῥεραθυμηκόσιν· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς οὐκ εἶπεν ὅτι οὐκ ἐποίησεν παντὶ ἔθνει, ἀλλ' οὕτως οὐκ ἐποίησεν· τουτέστιν οὐ πλάκας ἔπεμψεν, οὐ γράμματα τὰ ἐπὶ τοῦ Σινέου ὄρους, ἀλλὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκ περιουσίας.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΗ'.

Ἐν μὲν τῷ ρμε' ψαλμῷ μιὰ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυ- C. l. 337. D. f. 352. b. G. f. 230. b.
χὴ τὸν κύριον αἰνεῖν ἐκελεύετο, φάσκοντος τοῦ λόγου, αἴνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· ἐν δὲ τῷ μετ' αὐτὸν πλῆθος ἐπὶ τὸν αἶνον ἐκάλει διὰ τοῦ αἰνεῖτε κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑξῆς αὐτὴ Ἱερουσαλὴμ τοῦτο πράττειν προσετάττετο ἐν τῷ, ἐπαίνει Ἱερουσαλὴμ τὸν κύριον· ἀκολούθως οὖν ἐκείνοις ὁ προκείμενος αἶνος ἐπιτείνει τὸ παράγγελμα, μετὰ τὴν μερικὴν παρακέλευσιν αὖξον τὸ πρόσαγμα· ἀθρόως τε ὁμοῦ τὴν γενητὴν ἅπασαν κτίσιν τήν τε ὁρωμένην καὶ τὴν ἀόρατον ἐπὶ τὸν αἶνον τοῦ θεοῦ παρορμᾷ· κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις ἀνακαλούμενος· προϊὼν δέ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ ἐν ταῖς ἀβύσσοις, οὐχ ὡς πάντων ψυχῆς καὶ λόγου μετεχόντων, ἀλλ' εἰς ταῦτα τοὺς λόγου μετειληχότας ἀποβλέπειν κελεύει, καὶ τὴν τούτοις γενομένην σοφίαν καταμανθάνοντας, τὸν ποιητὴν ἀνυμνεῖν.

Καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. v. 7.

Ἕτερος, ἀβύσσους τὴν τῶν καταχθονίων ἔφη- D. f. 353.
σεν χώραν, κατὰ Παῦλον εἰπόντα *· μὴ εἴ- * Rom. X. 7.
πῃς, τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον, τουτέστιν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν; καὶ ἐν
Ἰὼβ *· ἐν δέ φησὶν ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπά- * Iob. XXXVIII. 16.
τησας; μή ποτε δὲ καὶ τοῦτο πλῆθος ὑδάτων δηλοῖ καθ' οὗ περιεπάτησε κύριος; ὡς ἀφ'

1) Magni pretii est haec Eusebii doctrina ob solvendas de ethnicorum salute vel damnatione propositas a philosophis difficultates.

ἑτέρας ἀρχῆς εἶναι τὸ, ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου;

aliunde repetendus sit sensus verborum: aperiuntur tibi, timoris causa, portae mortis?

v. 1. Ἄισατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινὸν κ. τ. λ.

Cantate Domino canticum novum etc.

C. f. 340. Τοῦ καινοῦ ᾄσματος 1) . . τῇ τῶν ὁσίων ἐκκλησίᾳ ᾀδομένου; δηλαδὴ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καινῆς διαθήκης . . παλαιῷ προσέχων Ἰσραὴλ τῷ διὰ Μωϋσέως· τὸ καινὸν δὲ τοῦτο παράδειγμα . . εὐφραινέσθω· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὁ χρηματίσας τῷ Μωϋσεῖ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς Αἰγύπτου 2), ποιήσας τε αὐτὸν ἑαυτοῦ λαόν· τοῖς μὲν οὖν υἱοῖς Σιὼν χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾷν πρώτοις παρακελεύεται ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν· αὐτὸς δὲ ἦν . . τὸς πάλιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, πάλαι μὲν αὐτῶν βασιλεὺς ὢν, ὕστερον δὲ παραιτηθεὶς [ὑπ' αὐ]τῶν· διὸ πρὸς τὸν προφήτην Σαμουὴλ φη-
* I. Reg. VIII. 7. σίν*· οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἐμὲ . . μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτῶν· ἐπεὶ δὲ μὴ ὑπήκουσαν τῇ κλήσει, εἰκότως τῆς χάριτος τῆς εὐφροσύνης ἑαυτοὺς ἐστέρησαν· τά γε μὴν ἔθνη τὸν ἐκείνοις πρώτοις κατηγγελμένον βασιλέα ἐπιγνόντα κατεδέξαντο· διόπερ ἡ κατὰ θεὸν εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις μετῆλθεν ἐπ' αὐτά· ὅθεν τὰ μὲν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη ταῖς ἑαυτῶν ἐκκλησίαις, αἰνοῦσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἑαυτῶν, ἐν χορῷ τοῦ θεοῦ λόγου τὸ ὄνομα Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ χορείας δοξάζοντες· ἀλλὰ καὶ ὁ καθεὶς παρ' ἑαυτῷ . . νων δ' ἔργων ἀγαθῶν, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πράξεων τὰ συντελοῦντα εἰς ὕμνον καὶ δοξολογίαν τοῦ θεοῦ διαπράττεται· εἰκότως τοῦτο αὐτὸ προλαβὼν ὁ λόγος προστάττει φάσκων· ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ· τύμπανον μὲν τὸ σῶμα προσαγορεύων, ψαλτήριον δὲ τὸ πνεῦμα . . νεκρώσαντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν Ἰησοῦ νέκρωσιν ἐν τῷ σώματι πε-
* II. Cor. IV. 10. ριφέροντες*· οἱ ἀγαλλιώμενοι ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν ἅμα τῷ εὐφραινομένῳ . . ποιήσαντι αὐτὸν, ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψάλλουσιν.

Novo cantico in sanctorum ecclesia cantato nempe novi foederis Servatoris nostri . . . veteri, quae data fuit per Moysem, legi adhaerens Israhel. Novum hoc exemplar . . . exultet. Ipsum enim erat Dei Verbum, quod Moysi oracula edebat, et Israhelem Aegypto eduxit, sibique ex eo populum peculiarem effecit. Filiis ergo apprime Sionis mandat gaudere et exultare ob regem ipsorum. Hoc autem erat ipsum Dei Verbum, olim quidem rex illorum, quem hi tamen deinde recusarunt . . . unde prophetae Samueli aiebat: non te contempserunt, sed me, quominus super eos regnem. Et quia vocationi non obediverunt, merito semet ipsi gratia laetitiae orbaverunt. Et praedicatum quidem apprime Iudaeis regem, gentes eum agnoscentes admiserunt, ideoque laetitia, quae secundum Deum est, et exultatio ipsis accidit. Hinc toto orbe gentes in suis ecclesiis laudant nomen eius ceu proprii regis, Dei scilicet Verbi Iesu Christi nomen pleno choro cum tripudio glorificantes. Sed et qui solitatim degit, bonis suis actibus et corporis exercitationibus hymnum quodammodo et laudationem Deo conficit. Id credibiliter praedicens psalmista pergit iubere ut tympano et psalterio psallant ei: tympani vocabulo denotans corpus, psalterio spiritum . . . mortificantes membra super terram, et Iesu mortificationem in corpore circumferentes. Qui exultant ob regem suum una cum exultante . . qui fecit eum . . tympano et psalterio psallunt.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΘ'.

Psalmus CXLIX.

v. 5. Ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν ὑατῶν.

Laetabuntur in cubilibus suis.

D. f. 355. G. f. 232. b. Ἄλλως δὲ τὸν θάνατον τῶν ὁσίων ᾐνίξατο διὰ τῶν κοιτῶν· κοίμησιν γὰρ εἴωθε καλεῖν αὐ-
* I. Thess. IV. τὸν ἡ γραφή· λέγοντος καὶ Παύλου*, περὶ δὲ τῶν κοιμωμένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί· καὶ
* III. Reg. II. 10. ἡ παλαιὰ δέ φησι*, ἐκοιμήθη Δαβὶδ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

Aliter vero, mortem sanctorum vocabulo «cubilibus» innuit. Dormitionem quippe solet eam vocare scriptura, dicente Paulo: de dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres. Vetus quoque testamentum ait: dormivit David cum patribus suis.

v. 6. Αἱ ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.

Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus ipsorum.

D. f. 351. b. Παραδόξως δὲ Ἀκύλας τὴν ἀποδοθεῖσαν διά-

Inopinate Aquilas praesentem sententiam

1) Huius fragmenti lacunae in antiquiore lacero exemplari supersunt.
2) Recole dicta nobis p. 82. n. 2.

exposuit, dum Hebraeorum vocabulo servit, dicens: gladius gemini oris in manu ipsorum. Sed et his contraria memorantur alicubi. Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua ipsorum gladius acutus, ut occidant quotquot ipsis captivi succumbunt. Proprie vero gladium gemini oris, actibus exerceri docet psalmista. Dicit autem exaltationes Dei in gutture eorum, quia voce utebantur in verbi ministerio, apud eos qui audire poterant attollentes hymnum. Actibus autem vim exserebant, adversariae potentiae victricem. Manus illorum, actus dicit sive rei gerendae curam susceptam. Erat autem haec evangelica praedicatio, quae gladius quoque nominatur, quia malorum et impurorum spirituum greges persequitur; et oppressas inique gentes ulciscitur, et idololatricum populi cultum emendat.

Ad alligandos reges eorum compedibus etc.

Quandoquidem haud aliter licebat eripere ac liberare eos qui daemonum olim premebantur servitio, nisi domitis alligatisque ipsorum principibus, merito haec pergit dicere. Loci sensum cognosces etiam a Servatoris voce dicentis: quomodo aliquis ingredi potest domum fortis, eiusque vasa diripere, nisi prius fortem alligaverit, ut tum demum domum eius diripiat? Apostolorum ergo preces, eorumque sermones ac magisterium, et vita his consentanea, et patrata adversus daemones acta, vincula iniiciebant adversariis potestatibus, et harum praecipue maioribus ac principalioribus: quarum contra gentes efficaciam praedicationibus suis ac precibus alligantes Servatoris apostoli, prae quibuslibet ferri manicis vires suas exserebant; quibus freti hac illac discurrebant, et gentes omnes captivantes, ad regem suum adducebant.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum.

Tunc autem suscepto gentium magisterio, futuri iudicii praedicationem apud eas fecerunt; scriptum eis tradentes dogma, ut perpetuam rei faciant, scripturarum lectione, commemorationem. Post haec congruentissime ad-

νοιαν παρέστησε, δουλεύσας τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ εἰπών. μάχαιρα στομάτων 1) * ἐν χειρὶ αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν τοιούτοις ἐναντίων * εἴρηται που *· υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν, ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεία, φονευόντων τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν ἡλωκότας· οἰκείως δὲ τὴν μὲν μάχαιραν τῶν στομάτων ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνεργεῖν ὁ λόγος παρέστησεν· τὰς δὲ ὑψώσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν· φωνῇ γὰρ ἐχρῶντο ἐπὶ διδασκαλίᾳ τοῦ λόγου, παρὰ τοῖς ἀκούειν δυναμένοις ἀνυψοῦντες τὸν ὕμνον· ταῖς δὲ πράξεσιν ἰσχὺν εἶχον καθαιρετικὴν πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως. Χεῖρας μὲν αὐτῶν τὰς πράξεις φησὶν, ἤτοι ἣν μετεχειρίζοντο πραγματείαν· αὕτη δὲ ἦν ὁ εὐαγγελικὸς λόγος, ὃς καὶ ῥομφαία ὠνομάσθη, ἐκδιώκουσα τὰς τῶν πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων ἀγέλας· ποιεῖν τε τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἠδικημένων ἐθνῶν, καὶ ἐλέγχειν τοῦ λαοῦ τὴν εἰδωλολατρείαν. G. f. 232. b. L. f. 308. b. *al. cod. στόμα αὐτῶν. * al. cod. τῶν τοιούτων ἐναντίων. * Ps. LVI. 5. G. f. 233. L. f. 308. b.

Τοῦ δεῖσθαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις κ. τ. λ. v. 8.

Ἐπειδὴ οὐκ ἄλλως ἦν ὑπεξαγαγεῖν καὶ ἐλευθερῶσαι τοὺς πάλαι τοῖς δαίμοσι δεδουλωμένους, ἢ καθυποτάξαντας πρότερον καὶ καταδήσαντας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, εἰκότως ἐπιλέλεκται ταῦτα· νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς σωτηρίου φωνῆς, δι᾽ ἧς εἴρηται *· πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει; εὐχαὶ τοίνυν ἀποστολικαὶ καὶ λόγοι τὲ αὐτῶν καὶ διδασκαλίαι καὶ βίος ὁ τούτοις κατάλληλος, αἵ τε κατὰ δαιμόνων ἐνεργοῦσαι πράξεις, δεσμοὺς ἐνεποίουν ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν· καὶ τούτων μάλιστα ταῖς μείζοσι καὶ ἀρχοντικαῖς· ὧν τὰς κατὰ τῶν ἐθνῶν ἐνεργείας τοῖς ἑαυτῶν λόγοις, καὶ ταῖς ἑαυτῶν εὐχαῖς καταδήσαντες οἱ τοῦ σωτῆρος ἀπόστολοι, ὑπὲρ πάσας τὰς ἐκ σιδήρου πεποιημένας χειροπέδας τὴν δύναμιν αὐτῶν, δι᾽ ἧς περιέτρεχον ὧδε κἀκεῖσε, τὰ ἔθνη πάντα χειρούμενοι, τῷ ἑαυτῶν ἐπηγάγοντο βασιλεῖ. G. f. 341. b. * Matth. XII. 29

Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρῖμα ἔγγραπτον.

Παραλαβόντες δὲ τὰ ἔθνη εἰς μαθητείαν, v. 9.
τὸν περὶ τῆς κρίσεως αὐτοῖς παρεδίδωσαν λόγον, ἔγγραφον καταλιπόντες τὸ δόγμα, ὥστε ἔχειν διὰ παντὸς εἰς ἀνάγνωσιν, τὴν μνήμην τῶν ἐγγεγραμμένων ποιεῖσθαι 2). Μετὰ ταῦτα σφόδρα ἀκολούθως

1) Vides Eusebium stricto sensu intellexisse apud Aquilam στομάτων ex hebraico פִּיפִיּוֹת *oris duplicis*. (Sic aio, quia latine non dicimus *orium* vel *orum* cas. gen. plur.) At in polyglottis lond. *acierum* sensu metaphorico, quem significatum inde desumptum Montfauconius in hexaplis apposuit ipsi Aquilae. Atqui Eusebius nisi ad strictum vocabuli originalis sensum respexisset, Aquilam de idiotismo hebraico reum non egisset.

2) Animadverte piam, neque alibi ut puto obviam, Eusebii interpretationem dictionis *iudicium conscriptum*, intelligentis videlicet sacros ab apostolis scriptos libros.

ἐπήγαγεν· δόξα αὕτη ἐστὶν πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. ἑκάστῳ γὰρ τῶν ὁσίων τῶν ἀποδεδεγμένων ἡμῖν δι' . . αὐτῶν κατορθοῦται ἡ δόξα, οἷον ὡς ἐπὶ
* Ephes. VI. 12. παραδείγματος Παύλου ὀρ . . λέγειν· οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου· δόξα δὲ η . . ου καὶ λαοὶ, οὓς ἐλευθερώσας ἀπὸ τῆς δαιμονικῆς πλάνης, τῷ Χριστοῦ λόγῳ προσηγάγετο, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐκκλησίαν συστη-
* Rom. XV. 19. σάμενος*· δόξα δὲ αὐτοῦ ἦν καὶ τὰ εἰσέτι καὶ νῦν παραδεδομένα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔγγραφα αὐτοῦ ἀναγνώσματα· ἐν οἷς τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ τὸ περὶ τῆς δαιμονικῆς καθαιρέσεως περί τε τῆς ἐλευθερίας τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐγγράφως καταβέβληται· οὕτω δὲ καὶ Πέτρου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων 1).

didit: gloria haec est omnibus sanctis eius. Unicuique enim sancto, ex iis qui nobis traditi sunt sacris libris conficitur gloria, exempli causa Pauli exemplo * . . dicente: non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principes potestatis, et rectores tenebrarum harum . . populi, quos daemoniaco errore liberans, Christi praedicatione attraxit, abs Hierusalem et circumstantibus regionibus usque ad Illyricum ecclesiam constituens. Gloria vero eius sunt etiam quae adhuc manent in ecclesiis scriptae eiusdem lectiones, in quibus Dei iudicium de diaboli expulsione, et de humanarum animarum liberatione scriptis paginis commendatum est. Sic autem et de Petro, atque Iohanne, deque reliquis apostolis dicendum est.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΝ'.

C. f. 343. b. D. f. 355. b. G. f. 233. L. f. 309. e.

Πρόσαπτε δὲ τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι, ὡς ὁ μὲν πρῶτος τῆς ὅλης βίβλου ψαλμὸς ὄλεθρον ἀσεβῶν ἐθέσπιζεν, ἐμακάριζέν τε ἕνα τινὰ καὶ ὡς ἂν σπάνιον τὸν δυνάμενον τῶν ἀσεβῶν βίον διαφυγεῖν· ὁ δέ γε πάντων τελευταῖος πᾶσαν πνοὴν προσάγει τῇ ὑμνολογίᾳ τοῦ Θεοῦ 2)· πλὴν εἰ καὶ πᾶσαν πνοὴν ὁ παρὼν λόγος ἐπὶ τὴν ὑμνολογίαν ἀνακαλεῖ, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ τρόπος εἷς τῶν πάντων, μηδὲ [μία] διάθεσις, κατ' ἀναλογίαν ἑκάστῳ ὄργανόν τι πρὸς τὸν ὕμνον ἐπιτήδειον ἀφορίζει· ὁ μὲν γάρ τις ἐπαναβεβηκὸς τῇ ἀρετῇ κρειττόνως ὑπὲρ πάντας, τὸν αἶνον ἀποδίδωσιν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος, ἐπειδὴ πάντων ὀργάνων μεγαλοφωνοτέρα ἡ σάλ-

Psalmus CL.

Adverte mentem ut scias, primum quidem totius voluminis psalmum, impiorum exitium praedixisse, beatum vero unum aliquem ex paucis appellasse, qui impiorum mores vitare potuerit. Hic autem omnium postremus psalmus omnem spiritum ad Dei hymnologiam excitat. Verumtamen etiamsi omnem spiritum praesens sermo ad hymnologiam provocat, quia tamen non unus est omnium modus neque animi affectus, non sine analogiae norma unicuique idoneum organum hymno adhibendum decernit. Namque illi qui omnes virtute superaverit, ad laudem canendam tubae sonitum

1) Praeter heic nominatos, habemus Iacobi et Iudae epistolas. Aliorum quoque apostolorum scripta videtur heic agnoscere Eusebius, quae tamen ad nos genuina non pervenerunt. Consule Fabricium in novi Testamenti peudepigraphis.

2) In codice L. 309. pergit Eusebius sic. Ὁ δὲ τελευταῖος προσάγει τῇ τοῦ Θεοῦ ὑμνολογίᾳ πᾶσαν πνοὴν μετὰ τοῦ προσήκοντος ἑκάστου ὀργάνου τὸν διάφορον τρόπον σημαίνοντος τῷ μὲν ὑπαναβεβηκότι σάλπιγγος ἦχον διδούς· μεγαλοφωνοτάτη γὰρ καὶ πλείστης δεομένη τοῦ χρωμένου δυνάμεως· ὁποῖα ἦν τοὺς ἀποστόλους ἰδεῖν, ὧν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος· τὸ γὰρ εὐαγγελικὸν κήρυγμα μεγαλοφωνότατον· τοῖς δὲ τούτων ἐλάττοσι τὰ λοιπὰ διένειμεν ὄργανα· δηλοῖ τῷ προφητικῷ λόγῳ χρῆναι θεολογίαν ὁ Παῦλος· εἰ ταῖς γλώσσαις λαλήσω, μὴ διερμηνεύων, ἀλλ' ἐγὼ, τοῦ ἀκροατοῦ δεχομένου τὸν ἦχον ἄνευ νοήσεως, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον· ὑμνητέον ἄρα καὶ προφορᾷ κατὰ τοὺς τελείους, περὶ ὧν εἴρηται· διήγησις εὐσεβοῦς διαπαντὸς σοφία· στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ τὰ ἑξῆς· τουτό ἐστι νῷ καὶ γλώσσῃ καὶ στόματι ὑμνεῖν τὸν Θεόν· εὔηχον δὲ κύμβαλον εἶπεν, τὴν ἐμμελῆ καὶ μεμουσωμένην φωνὴν, σαφῶς δηλοῦσαν τὰ πράγματα, ἣν καὶ ἀλαλαγμοῦ κύμβαλον ἔφη προφερομένην ἐπινικίῳ. *Postremus autem psalmus omnem spiritum ad Dei hymnologiam adducit, cum congruis singillatim instrumentis, qualenus haec diversos modos significanl. Ei quidem qui iam ascendit, tubae sonitum adtribuit; est enim haec vocalissima, summumque utentis vigorem requirens. Tales cernere erat apostolos, quorum in omnem terram sonus exivit. Quippe evangelica praedicatio altissime personuit. His vero minores, reliqua sortiti sunt organa. Sane propheticum sermonem non sine theologia esse oportere docet Paulus: si linguis loquar, neque interpreter, ego utique, quoniam auditor absque intelligentia sermonem excipit, factus sum aes resonans, et cymbalum tinniens. Hymni quoque pronunciandi sunt, de quibus dictum est: narratio hominis religiosi, semper sapiens. Os iusti meditabitur sapientiam, et reliqua. Hoc est, mente, lingua, et ore Deum celebrare. Bene vero sonans cymbalum dicit psalmista suavem modulatamque vocem, quae rem clare exprimit, quam etiam iubilationis cymbalum appellavit, victoriali hymno idoneum.*

attribuit, quia videlicet instrumentorum omnium vocalissima est tuba, et maiore fortioreque vi opus est ei qui illa uti velit. Huiusmodi erant sacri apostoli Servatoris, quorum sane in universam terram sonus exivit, atque ad mundi terminos verba ipsorum, dum vocalissimam evangelii praedicationem facerent, ita ut aures hominum voce illorum replerentur. Sed quum non omnes valeant tubae voce, aeque ac apostoli, Deum laudare; condescendit sermo psalmistae, mandatque aliis quidem uti psalterio aut cithara, aliis tympano, aliis ipso opere et corporis actibus, animaeque composito et harmonico motu Deum laudare . . Spiritu inhabitante . . quum dixerit: orabo spiritu, orabo et mente. Iam quum tria sint in nobis . . . sermo.

Laudate Deum in sanctis eius.

Aquila quidem «in sanctificato eius» dicit; Symmachus autem «in sancto eius., «Laudate eum in firmamento virtutis eius». Frmamentum caelorum non dicit, neque alicuius loci supra hos altissimi. Alius est sanctus Dei, quem perhorrescentes daemones aiebant: scimus te, quis sis, sanctus Dei; ad quem qui pervenerint, congruum perfecte religiosis hymnum attollere poterunt. Quid enim beatius, quam ei esse copulatum, et per illum patri? Quamquam oportet, nos ad prophetas quoque et apostolos martyresque respicientes, laudare eorumdem Deum, qui talem hominibus egregiorum virorum copiam concessit.

Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Unaquaeque enim eius creatio plurimam hymnologiam requirit: magnitudinis enim eius nullus est terminus. Porro haud suadet, ut parem eius dignitati hymnum dicamus, quod fieri nequit; sed postulat ut pro viribus, magnitudinis eius multitudinem reputantes, id agamus.

πιγξ, καὶ μείζονος καὶ κραταιοτέρας δυνάμεως δεῖ
τοῖς αὐτῇ χρωμένοις· τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἱεροὶ τοῦ
σωτῆρος ἀπόστολοι, ὧν δὴ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν
ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰ-
κουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν *, τῷ μεγαλοφώνῳ τοῦ * Ps. XVIII. 5.
εὐαγγελικοῦ κηρύγματος χρησαμένων . . ανθρώπων
πληρωθῆναι τῆς φωνῆς αὐτῶν. Ἐπειδὴ μὴ πάντες
οἷοί τέ εἰσιν κατὰ τοὺς ἀποστόλους ἐν φωνῇ σάλ-
πιγγος ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, συγκαταβαίνει ὁ λόγος
καὶ παρακελεύεται ἑτέροις μὲν ψαλτηρίῳ, ἑτέροις
δὲ κιθάρᾳ, καὶ . . ἄλλοις ἐν τυμπάνοις . . τοῖς
μὲν δι' ἔργων, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πράξεων,
τοῖς δὲ δι' αὐτῆς ψυχῆς . . κινήσεως εὐρύθμως
καὶ ἐναρμονίως . . τοῦ πνεύματος τοῦ κατοικοῦν-
τος . . ἐπ' ἂν λέγῃ * προσεύξομαι· τῷ πνεύματι, * 1. Cor. XIV. 15
προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· τριῶν δὲ ὄντων τῶν
ἐν ἡμῖν . . η ὁ λόγος.

Αἰνεῖτε θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. v. 1,

Ὁ μέν τοι Ἀκύλας ἐν ἡγιασμένῳ αὐτοῦ φησι· D. I. 255.
ὁ δὲ Σύμμαχος ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. « Αἰνεῖτε
αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ.» Καὶ μή
ποτε τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τούτους ὑψίστων·
ἕτερός ἐστιν ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὃν καταπλαγέντες
καὶ δαίμονες ἔλεγον· * οἴδαμέν σε τίς εἶ ὁ ἅγιος * Marc. 1. 23 Luc. IV. 34.
τοῦ Θεοῦ· ἐν ᾧ οἱ γενόμενοι, τὸν πρέποντα τοῖς
ἄκρως τετελειωμένοις ὕμνον ἀναπέμψαι δυνήσον-
ται· τί γὰρ μακαριώτερον ἑνωθέντος αὐτῷ, καὶ
δι' αὐτοῦ τῷ πατρί; χρὴ δὲ καὶ εἰς τοὺς
προφήτας καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας ἀφορ-
ῶντας, ἀνυμνεῖν αὐτῶν τὸν Θεὸν, τὸν τοι-
αύτην ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἀνδρῶν φορὰν χαρι-
σάμενον.

Αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. v. 2.

Ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ δημιούργημα δεῖται πλεί- D. I. 355. b. L. I, 309.
στης ὑμνολογίας· τῆς γὰρ μεγαλωσύνης αὐτοῦ
οὐκ ἔστι πέρας· οὐ λέγει δὲ ἀντίῤῥοπον αὐτοῖς
ἀποδοῦναι τὸν ὕμνον, ἀδύνατον γὰρ, ἀλλὰ τὸ
κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, ἐννοοῦντας τὸ πλῆθος
τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ.

FINIS.

R

MONITUM

DE GRAECIS THEOPHANIAE FRAGMENTIS.

Inter cetera Eusebii caesariensis opera divus Hieronymus, de viris ill. cap. 81, *libros quinque* Θεοφανείας, *id est* de Dei manifestatione, *nominaverat. Item syrus Ebediesus in auctorum catalogo, quem Echellensis primo, deinde Assemanus ediderunt, idem Eusebii opus commemoraverat de graeca ad syriacam linguam translatum. Graeci originalis deperditi viginti ego fragmenta in vaticanis codicibus observata, inter veteres meos scriptores T. I. ed. sec. anno* 1831, *et T. VIII. an.* 1833. *divulgaveram. Ecce autem significatam nobis ab Ebediesu syriacam eusebiani operis translationem, duo perdocti et illustres nostrae aetatis Angli e tenebris denique eruerunt, Tatamus atque Leus; quorum ille ex aegyptiaco in Nitria monasterio scetensi codicem anno* 1839. *in Angliam detulit; alter autem syriacum hunc textum anno* 1842. *Londini, et sequente anno anglicam eiusdem interpretationem Cantabrigiae cum eruditis prolegomenis scholiisque impressit. Et syriacus quidem textus nondum ad me, quod doleo, pervenit; quum tamen anglicum desinente anno* 1846. *commode demum nactus fuerim, cumque studiose legerim, statim cognovi fragmenta graeca quae ego multos ante annos edideram, reapse ad Eusebii Theophaniam, prout ipsorum tituli ferebant, pertinere (nam sicubi codices mei cum syriaco non satis congruunt, id suis locis postea dicetur.) Sed et insuper comperi, fragmenta alia, nec brevia nec paenitenda, quae ego in vaticanis catenarum ad Lucam codicibus sub Eusebii tantum nomine aspexeram, ideoque tamquam eusebiani ad Lucam commentarii segmenta in praedicto Script. vet. tomo primo attexueram; comperi, inquam, haec quoque partim ex Theophania fuisse detracta, id quod syriacus textus vel potius anglicanus me docet. Quae res quum me magnopere delectavisset, constitui protinus graeca omnia Theophaniae a me olim detecta fragmenta, nunc congregare, latina etiam facere, atque ut monebat impressi anglice operis series, locis quodque suis collocare. Nam vaticanarum catenarum auctores Eusebii Theophaniam extra libri ordinem pro suo libito excerpserunt, vel potius prout evangelicae, quam ipsi sequebantur, historiae cursus poscebat. Exemplo sit narratio de Christi domini morte, quam Eusebius libro tertio medio scribit, Nicetas autem unius e catenis auctor, sub finem suae lucubrationis ut par erat posuit, nempe in pagina codicis trecentesima septima, quae a fine sui voluminis parum abest. Nicetae codicem vat.* 1611. *littera A designo. Macarii vero Chrysocephali diversae catenae auctoris, qui item Theophaniam nominatim aliquando expilat, codicem vat.* 1610. *denoto littera E. Alias demum catenas duas vat. pal. vat.* 20. *et ottob. vat.* 100, *quae mihi symbolam fragmentorum horum contulerunt, litteris B et L. demonstro. Unicum denique primum fragmentum ex codd. mediolanensi et parisiaco simul adfuit. Hanc itaque graecorum Theophaniae fragmentorum tempestivam hercle editionem nunc curo, tum ut Eusebii nativum textum, quantum fas est, ab interitu revocem; tum ut syrus interpres sicubi mentem auctoris non est adsecutus (quod ei identidem accidisse sine dubio animadvertimus) authentico documento emendetur. Nec sane dubito quin opellam meam vir cl. Leus boni consulat, meque ei magnopere favere, certum habeat. Haec interim; namque et alios tum abs Leo, tum ab eiusdem gloriae socio cl. W. Curetono, sacros auctores, praesertim magnos Athanasium, Cyrillum, atque Ephraemium, expectamus; quos nunc quidem cupidis votis expetimus; statim ac vero in conspectum venerint, exosculabimur.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΟΦΑΝΕΙΑΣ.

EUSEBII CAESARIENSIS

OPERIS DE THEOPHANIA

FRAGMENTA.

I.

Sicut enim, ut exemplum a nobis sumamus, mens in nobis invisibilis latensque est, quam cuiusmodi sit, cuiusve substantiae, nullus umquam homo cognovit; sed ea veluti rex quidam in secretis suis conclavibus sedens, quid faciendum sit deliberat; deinde sermo ex ipsa prodit, quasi unigenitus a patre in reconditis penetralibus generatus; qui etiam primus paternarum consultationum fit nuncius, atque in apertum depraedicat arcana patris consilia, et opere rem deliberatam perficit, dum ad omnium aures perfert; interim tamen homines quidem verbi utilitate fruuntur, sed invisibilem mentem verbi parentem prorsus oculis non cernunt; hoc inquam modo, immo etiam supra omnem imaginem atque exemplum, supremi Dei regnatoris perfectum Verbum, ceu unigenitum, non ex pronuntiativa aliqua virtute consistens, neque syllabarum, nominum, verborumque naturam gerens, nec ope vocis ex aëris percussione significatum, sed Dei supremi vivens operansque filius Verbum existens, et quidem substantialiter, utpote Dei virtus atque sapientia, ex paterna divinitate prodit, boni patris bonum germen, vita per se, ac lux, intellectualis perpetuaeque lucis genimen, per omnia discurrens, ubique praesens, cuncta pervadens.

I 1).

Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείγματος, ὁ μὲν ἀόρατος καὶ ἀφανὴς ἐν ἡμῖν νοῦς, ὃν ὅστίς ποτε καὶ ὁποῖος ὢν τὴν οὐσίαν ὑπάρχει, οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔγνω, βασιλεὺς δ' οἷα ἐν ἀποῤῥήτοις εἴσω τοῖς αὐτοῦ ταμείοις καθιδρυμένος τὰ πρακτέα βουλεύεται· λόγος δ' ἐξ αὐτοῦ πρόεισι, μονογενὴς οἷα πατρὸς ἐξ ἀδύτων μυχῶν γεγεννημένος, ὃς δὴ καὶ πρῶτος τῶν πατρικῶν τοῖς πᾶσι καθίσταται νοημάτων ἄγγελος, εἰς φανερόν τε κηρύττει τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις τῷ πατρὶ βεβουλευμένα, ἔργοις τε ἐπιτελεῖ τὰ βουλεύματα, προϊὼν εἰς τὰς πάντων ἀκοάς· εἶθ' οἱ μὲν τῆς ἐκ τοῦ λόγου μεταλαμβάνουσιν ὠφελείας, τὸν δ' ἀφανῆ καὶ ἀόρατον νοῦν τὸν τοῦ λόγου πατέρα, οὐδεὶς πώποτε ὀφθαλμῶν εἶδε· κατὰ ταῦτα δὴ, μᾶλλον δ' ἐπέκεινα πάσης εἰκόνος καὶ παραδείγματος, ὁ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ τέλειος λόγος, οἷα μονογενὴς, οὐ προφορικῇ δυνάμει συνεστὼς, οὐδ' ἐκ συλλαβῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων τὴν φύσιν κατεσκευασμένος, οὐδ' ἐν φωνῇ δι' ἀέρος πληττομένῃ σημαινόμενος, θεοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων ζῶν καὶ ἐνεργὴς ὑπάρχων υἱὸς λόγος, κατ' οὐσίαν τε ὑφεστὼς οἷα θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία, πρόεισι μὲν τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀγαθοῦ δὲ πατρὸς ἀγαθὸν τυγχάνει γέννημα, αὐτοζωὴ, αὐτοφῶς, γέννημα νοερὸν φωτὸς ἀλήκτου, διὰ πάντων χωρῶν, ἐν πᾶσί τε ὢν, καὶ πάντα ἐπιπορευόμενος.

Theophan. syr. sive anglican. lib. I. cap. 23.

II.

Hic, quem nos Deum dicimus, vocibus iamdiu ante complura saecula innotuit et praenuntiatus fuit prophetarum, qui et locum divinae eius manifestationis, et adventus tempora, et vitae rationem, et miracula, et sermones, et egregia facinora, vaticinio praeoccupantes, sacris libris commendaverunt.—Nam Iesus sanationi atque saluti congruum nomen est. Sal-

II.

Οὗτος ὁ παρ' ἡμῖν θεολογούμενος, προφητικαῖς ἄνωθεν πρὸ μυρίων χρόνων ἐγνώσθη τε καὶ προεκηρύχθη φωναῖς· οἳ καὶ τὸν τόπον τῆς θεοφανείας αὐτοῦ, καὶ χρόνους τῆς ἀφίξεως, καὶ τρόπον τοῦ βίου, καὶ δυνάμεις, καὶ λόγους, καὶ κατορθώματα αὐτοῦ προλαβόντες, βίβλοις ἱεραῖς ἐγκατέθεντο.—Τὸ γὰρ Ἰησοῦς ἰάσεως καὶ σωτηρίας προσφυὲς ὄνομα ἂν εἴη· σωτῆρα γὰρ καὶ

Cod. vat. A. f. 14. Cod. vat. E. f. 63. b. Th. Syr. lib. III. cap. 25.

Cod. E. f. 37. b. Th. syr. III. 40.

1) In codice mediolanensi ambr. E. 63. p. inf. in catena epist. ad Hebr. IV. 12. praeponitur huic fragmento titulus Εὐσεβίου εὐαγγελικῆς θεοφανείας (at in parisiaco ut certe est in ed. Crameri p. 459, mendose εὐαγγελικὰ θεοφάνεια.) Prorsus autem graecum hoc fragmentum congruit cum syriaca seu anglica Theophaniae editione lib. I. cap. 23. p. 12.

σωτήριον ἡ Ἑβραίων φωνὴ τὸν Ἰησοῦν εἴωθεν καλεῖν.

III.

Cod. A. f. 307. b. Th. syr. III. 41. 42. 43.
* Cod. mendose αὐτός pro θάνατος.

Καὶ θάνατος * δὲ ὁ βοώμενος, ὃν δὴ ὑποστῆναι τὸ τοῦ λόγου ἄγαλμα παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀνωμολόγηται, πολλοῦ μετέχει τοῦ θαύματος, οὐ κοινὸς τοῖς λοιποῖς γεγενημένος· οὐ γὰρ νόσῳ διαφθαρεὶς οὐδὲ βρόχῳ οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ μὴν κατ' αὐτὸ τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον ὁμοίως τοῖς λοιποῖς κακούργοις ὑποτμηθεὶς σιδήρῳ, οὐδ' ὅλως πρός τινος ἀνθρώπων παθών τι τῶν ἀναιρεῖν εἰωθότων, βιαίαν ὑπέμεινε τελευτήν· ἀλλ' ὡς αὐτὸς μόνον ἑκὼν παρεδίδου τὸ αὐτοῦ ὄργανον τοῖς ἐπιβουλεύουσι· τὸ μὲν ἀπὸ γῆς ἀνωρθοῦτο αὐτίκα· ὁ δὲ φωνήσας μέγα, καὶ τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα παρατίθεσθαι εἰπὼν, ἄφετος αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἀναχώρησιν ἐποιεῖτο· διὸ δὲ πρὸ τοῦ θανάτου τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις τοῦτο αὐτὸ παρεδίδου διδάσκων καὶ λέγων *· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.

* Ioh. X. 18.

Cod. A. f. 302. b. Th. syr. III. 45. seq.

Τί οὖν ἐπὶ τούτοις λείπεται, ἢ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ παντὸς κεφάλαιον ὁποίαν ἔσχεν αἰτίαν ἐξειπεῖν; λέγω δὲ τὸ πολυθρύλλητον τοῦ βίου τέλος, καὶ τοῦ πάθους τὸν τρόπον, καὶ τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσεως αὐτοῦ τὸ μέγα θαῦμα· Εἰ μὲν οὖν ἄλλως πως, μετὰ τὰς ἐν ἀνθρώποις διατριβὰς, ἀφανὴς γεγονὼς ἐξαίφνης ἀπέπτη, ὑποκλέψας λάθρα ἑαυτὸν καὶ τὸ οἰκεῖον ἄγαλμα, φυγῇ τὸν θάνατον διαδράναι σπουδάσας, κἄπειτά που τὸ θνητὸν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ φθορᾷ καὶ ἀπωλείᾳ συνεψήσας, φάσματι ἂν ἐῴκει τοῖς πᾶσι, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς αὑτῷ τὰ πρέποντα διεπράξατο, ζῶν μὲν τυγχάνων καὶ θεοῦ λόγος καὶ δύναμις, οὔτ' ἂν ἐγνώσθη ὅπη ποτὲ ὑπῆρχε χωρήσας, οὔτ' ἂν ἐπιστώθη τοῖς μὴ παρειληφόσιν, οὔτ' ἂν θανάτου τὴν φύσιν ἐφάνη κρείττων, οὔτ' ἂν τὸ θνητὸν τῆς οἰκείας ἠλευθέρου φύσεως, οὔτ' ἂν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἠκούσθη, οὔτ' ἂν θανάτου καταφρονεῖν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἔπεισεν, οὔτ' ἂν τῆς μετὰ θάνατον παρὰ θεῷ ζωῆς τοῖς τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν μετιοῦσιν [ἐλπίδα] παρεστήσατο, οὔτ' ἂν τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἐπλήρου, οὔτ' ἂν ταῖς προφητικαῖς περὶ αὐτοῦ προῤῥήσεσι σύμφωνα παρεῖχε τὰ ἀποτελέσματα, οὔτ' ἂν τὸν ὕστατον ἁπάντων ἀγῶνα διήθλει, οὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τοῦ θανάτου. (His causis mortis Christi nollem in anglicana editione additas fuisse numerales notas, quasi totidem sint operis capitula.)

vatorem enim ac salutarem solet lingua Hebraeorum dicere Iesum.

III.

Mors quoque illa celebris, quam Verbi simulacrum pertulisse, in confesso apud omnes est, non sine ingenti prodigio fuit, nihilque commune cum reliquis habuit. Neque enim morbo extinctus est Christus, aut laqueo, aut igne, neque in ipso crucis trophaeo aeque ac ceteri malefici ferro succisus fuit; neque abs quovis homine mortiferum aliquid passus, violentam sustinuit necem; sed tunc tantummodo cum ipse sponte organum suum inimicis tradidit; moxque illud de terra suscitavit. Quippe is valide exclamans, patrique spiritum commendare se dicens, ipse semet dimittens corpore suo excessit. Ideo etiam ante mortem, familiaribus suis hoc significaverat dicens: nemo tollit animam meam a me, sed ego ipsemet eam pono: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.

Quid ergo post haec iam superest, nisi ipsum totius rei caput, quamnam causam habuerit, enarrare? famigeratum, inquam, vitae finem, et passionis modum; nec non post necem, resurrectionis eiusdem grande miraculum. Si quidem igitur alio aliquo modo, post suam cum hominibus conversationem, repente invisibilis abiisset, semet ipse suumque corporeum simulacrum clam subtrahens, fuga mortem vitare satagens; et deinde ipse mortalem partem suam corruptela et destructione consumpsisset, ea res par phantasmati omnibus visa esset; neque pro sua dignitate egisset, qui erat Dei Verbum vivens atque virtus; neque rescitum esset quonam excessisset; neque id creditum esset ab illis quibus significatum non fuisset; neque naturaliter morte fortior apparuisset; neque propriam naturam a mortalitate liberavisset; neque ea res toto ab hominibus habitato orbe exaudita esset; neque discipulis suis mortis contemptum persuasisset; neque magisterii sui alumnis vitae post obitum apud Deum agendae spem obtulisset; neque sermonum suorum promissa adimplevisset; neque propheticis de se praedictionibus congruum exitum praestitisset; neque postremum omnium conflictum, videlicet adversus mortem, decertavisset.

Propter haec omnia, quia prorsus oportebat mortale organum, post sufficiens ministerium Deo Verbo exhibitum, finem Deo dignum nancisci, ideo inquam tale mortis genus elegit. Nam quum duae consummationis rationes tantummodo adessent, nempe vel corruptelae atque exitio totum tradere, atque ita turpissimum facere vitae finem; vel morti superiorem semet ostendere, divina virtute immortale efficiendo quod mortale erat; prior quidem modus promissionibus alienus erat; nam neque ignis proprium est frigescere, neque lucis obtenebrari, neque vitae mori, neque divinae sapientiae insipienter agere. Cur enim is, qui ceteris vitam promiserat, organum suum corruptionem pati negligeret? Ergo posterior modus necessarius fuit, morti inquam superiorem se demonstrare. Quanam vero ratione id exsequi opus erat? Clam ne ac furtim? an coram omnibus splendide ac manifeste? Atqui haec res egregia si obscure et occulte acta fuisset, conscio nemine, nihil profuisset: contra vero famigerata atque omnibus exaudita, miraculo suo paritura erat universalem utilitatem. Recte igitur, quoniam oportebat ipsius organum morti superius apparere, atque id non clam sed in conspectu hominum fieri, mortem non fugit; alioqui visus esset timidus, et morte debilior creditus; sed conflictu cum morte, tamquam cum adversario, inito, quod mortale erat ad immortalitatem transtulit, extremum hunc agonem pro omnium salute et immortalitate suscipiens.

Nam primum illi certamen fuit contra daemones ob polytheismi errorem destruendum; quo peracto, subsecutum est secundum ob dissolvendam mortis dominationem. Conglobati enim adversus eum daemones cum suo duce, postquam primo proelio terga verterant, secundum observabant, vitae Christi deinceps extremam catastrophem expectantes, mortalis hominis finem reliquis omnibus similem fore sperantes: neque enim umquam existimassent mortalem naturam morti fore superiorem. At Christus post priores de daemonibus relatas

Διὸ δὴ τούτων ἕνεκα πάντων ἐπειδὴ ἐχρῆν ἐξ ἅπαντος τὸ θνητὸν ὄργανον, μετὰ τὴν αὐτάρκη διακονίαν ἣν τῷ θεῷ λόγῳ διηκονήσατο, τέλους θεοπρεποῦς τυχεῖν, ταύτῃ πῃ αὐτῷ καὶ ὁ θάνατος ᾠκονομεῖτο· δυοῖν γὰρ λειπομένων τῷ τέλει, ἢ φθορᾷ ἢ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι τὸ πᾶν, καὶ αἰσχίστην ποιήσασθαι τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν, ἢ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι, θεϊκῇ δυνάμει τὸ θνητὸν ἀθάνατον παραστησάμενον· τὸ μὲν πρῶτον ἀνοίκειον τῆς ἐπαγγελίας· οὐ γὰρ δὴ πυρὸς οἰκεῖον τὸ ψύχειν 1), οὐδὲ φωτὸς τὸ σκοτίζειν, οὕτως οὐδὲ ζωῆς τὸ θανατοῦν, οὐδὲ τοῦ θεοῦ λόγου τὸ παραλόγως ἐνεργεῖν· ποῖον οὖν εἶχε λόγον τὸν ἑτέροις ζωὴν ἐπαγγελλόμενον, τὸ οἰκεῖον ὄργανον φθειρόμενον παριδεῖν; οὐκοῦν τὸ δεύτερον ἀναγκαῖον ἦν, λέγω δὲ τὸ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι· πῶς οὖν ἐχρῆν τοῦτο ποιήσασθαι; λαθραίως ἄρα καὶ κλοπιμαίως; ἢ τοῖς πᾶσιν ἀριπρεπῶς καὶ διαδήλως; ἀλλὰ σκότιον μὲν καὶ κρύφιον αὐτὸ πραχθὲν τὸ κατόρθωμα, μηδενὶ δὲ γνωσθὲν, οὐδὲν ἂν ὤνησε, βοηθὲν δὲ καὶ ἀκουσθὲν εἰς πάντας, τοῖς πᾶσι τὴν ἐκ τοῦ θαύματος παρεῖχεν ὠφέλειαν· εἰκότως ἄρα ἐπειδὴ ἐχρῆν τὸ αὐτοῦ ὄργανον κρεῖττον θανάτου φῆναι, καὶ τοῦτο πρᾶξαι μὴ εἰς τὸ λεληθὸς ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ὄψεσιν ἀνθρώπων, οὐ φεύγει μὲν τὸν θάνατον, ἦν γὰρ ἂν δειλὸς, καὶ θανάτου χείρων ἐνομίσθη, διὰ δὲ τῆς πρὸς τὸν θάνατον συμπλοκῆς, οἷα πρὸς ἀνταγωνιστὴν 2), τὸ θνητὸν ἀθάνατον παρίστη, ὕστατον ἀγῶνα τοῦτον ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ἀθανασίας ἀναδεδεγμένος.

Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος αὐτῷ [ἀγὼν] κατὰ δαιμόνων Syr. III. 55. 57.
ἐνηργεῖτο ἐπὶ καθαιρέσει τῆς πολυθέου πλάνης· ἐπεὶ δὲ ὁ πρὸς τούσδε τέλος εἶχεν ἀγὼν, δεύτερος ἐπὶ λύσει τῆς τοῦ θανάτου καταδυναστείας ἐγίνετο· οἱ μὲν γὰρ κατ᾽ αὐτοῦ συνηγμένοι δαίμονες, ὅ τε τούτων ἔξαρχων, τὰ νῶτα κατὰ τὴν πρώτην αὐτῷ συμβολὴν παραχωρήσαντες, τὸν δεύτερον ἆθλον ἐσκόπουν, τοῦ βίου λοιπὸν τὴν ὑστάτην καταστροφὴν ἐκδεχόμενοι, καὶ τὴν τοῦ θνητοῦ τελευτὴν ὁμοίαν ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις καραδοκοῦντες· οὐ γὰρ ἄν πώποτε θνητὴν φύσιν, θανάτου κρείττονα γενέσθαι προσεδόκησαν·

1) Verba ψύχειν, σκοτίζειν, θανατοῦν, non activo sed neutro sensu heic esse accipienda syrus interpres demonstrat.

2) Heic in anglica translatione p. 188. v. 16. video *by this contention with Death, as with a contemporary, conflictu hoc cum morte, tamquam cum contemporaneo.* Syriacus quid habeat nescio, quia libro careo. Sed certe vera lectio graeca est: οἷα πρὸς ἀνταγωνιστὴν, *tamquam cum adversario.* Itaque translatio emendanda est. Mitto alios locos, qui aeque interdum ad graecam veritatem reformandi videntur; neque enim ego criticum ago sed editorem. Vicissim tamen, ut nuper dixi, syriacus textus graecum illuminat. Et quidem graecus, utpote quem catenarum auctores pro rei opportunitate excerpserunt, multas operis partes amisit.

ὁ δὲ μετὰ τὰ πρῶτα κατὰ δαιμόνων τρόπαια,
ἤδη καὶ κατὰ τοῦ θανάτου παρετάττετο· ὥσπερ
δὲ εἴτις ἄκαυστον ἡμῖν καὶ πυρὸς τῇ φύσει κρείτ-
τον δεῖξαί τι σκεῦος ἤθελεν, οὐκ ἄλλως ἂν τὸ
θαῦμα παρεστήσατο, ἢ πυρὶ παραδοὺς τὸ μετὰ
χεῖρας, κἄπειτα σῶον αὐτὸ καὶ ἀδιάφθορον τοῦ
πυρὸς ἐξελὼν 1), κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων
ζωοποιὸς θεοῦ λόγος, τὸ θνητὸν ὄργανον, ᾧ πρὸς
ἀνθρώπων ἐκέχρητο σωτηρίαν, κρεῖττον θανάτου
φῆναι βουληθεὶς, εὖ μάλα χρησίμην ὑπῄει τὴν
οἰκονομίαν, τὸ σῶμα πρὸς βραχὺ καταλιπὼν 2),
καὶ τὸ θνητὸν τῷ θανάτῳ πάλιν ὑφαιρούμενος, εἰς
παράστασιν τῆς ἐνθέου δυνάμεως· ἡ μὲν οὖν πρώτη
αἰτία ἦν αὕτη.

Syr. III. 58. Δευτέρα δὲ τῆς ἐν τῷ σώματι κατοικησάσης
ἐνθέου δυνάμεως ἔνδειξις· ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρότε-
ρον τοὺς ὑπὸ τοῦ θανάτου νενικημένους ἄνδρας
θνητοὺς ἀληθῶς, καὶ κοινὸν τέλος ὑποδεδεγμέ-
νους, ἐθείαζον ἄνθρωποι, ἥρωάς τε καὶ θεοὺς
ὠνόμαζον, εἰκότως διδάσκει μόνον τοῦτον ἐν θα-
νάτῳ θεὸν ἀληθῆ εἶναι ὁμολογεῖν, τὸν τὰ βρα-
βεῖα τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης ἀναδησάμενον·
Syr. III. 59. Τρίτη δ' ἂν εἴη αἰτία τοῦ σωτηρίου θανάτου ἣν
ἀπόρρητοι λόγοι περιέχουσι· τίνες οὗτοι; ἱερεῖον
ἦν ἀντίψυχον τοῦ κοινοῦ γένους παραδιδόμενον τῷ
θανάτῳ, ἱερεῖον ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων
ἀγέλης σφαγιαζόμενον, δαιμονικῆς πλάνης ἀπο-
τρόπαιον· τούτου γὰρ ἀνενεχθέντος, πᾶσα λοι-
πὸν ἡ τῶν ἀνάγνων δαιμόνων δύναμις καθῃρεῖτο,
καὶ πᾶσα πλάνη παρεῖτο· τὸ μὲν οὖν σωτήριον ἐξ
ἀνθρώπων θῦμα, αὐτὸ δὴ τοῦ λόγου σωματικὸν
ὄργανον, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθιεροῦτο· οὗ πέρι λό-
* Ioh. I. 29. γων ἱερῶν βοῶσι φωναί· ποτὲ μὲν *, ἴδε ὁ ἀμνὸς
τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ποτὲ
* Is. LIII. 7. δὲ *, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ τόγε αἴ-
τιον διδάσκουσιν ἐπιλέγουσαι· οὗτος τὰς ἁμαρτίας
ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς
ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώ-
σει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας
ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν·
παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐ-
τοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανή-
θημεν, ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ
κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· τὸ
μὲν οὖν σωματικὸν τοῦ λόγου ὄργανον διὰ ταύτας
καθιεροῦτο τὰς αἰτίας· ὁ δὲ μέγας ἀρχιερεὺς ἕτε-
ρος ὢν παρὰ τὸ ἱερεῖον, θεοῦ λόγος καὶ δύναμις

manubias, iam contra ipsam mortem in aciem prodibat. Sicut autem si quis igni impervium atque insuperabile vas aliquod demonstrare vellet, haud aliter hanc rem miram comprobaret, quam flammae tradens quod prae manibus haberet, ac deinde incolume inviolatumque igne retrahens; ita etiam quod omnia vivificat Dei Verbum, mortale organum, quo ad hominum salutem usus fuerat, morte validius demonstrare volens, utile admodum consilium cepit, corpus brevi tempore deserendi; rursusque quod mortuum erat morti eripiendi, ut divinam virtutem ostenderet. Atque haec prima (cur mori voluerit) causa fuit.

Secunda fuit causa, ut demonstraret divinam virtutem in suo corpore inhabitasse. Nam quia victos antea morte viros, vere mortales et communem finem sortitos, apotheosi donaverant homines, et heroas deosque nominaverant, merito nos docet, hunc unum in morte Deum verum esse confiteri, qui praemiis relatae de morte victoriae semet exornaverat. Tertia habeatur mortis Servatoris causa quam mysticae litterae continent. Quaenam hae? Hostia erat pro universi generis vita morti devota, hostia pro toto hominum grege immolata, diabolici erroris averruncatio: qua videlicet oblata, universa deinceps impurorum daemonum potentia corruebat, omnisque error dissipabatur. Ergo haec salutaris ex hominibus victima, ipsum videlicet corporeum Verbi organum, pro hominibus immolabatur; de qua sacrae litterae clamant; modo quidem: ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Modo autem: tamquam ovis ad occisionem ductus est. Causamque rei docent, ibidem dicentes: « hic peccata nostra gerit, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum plagatum et adflictum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, languidus factus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, livore eius sanati nos sumus. Cuncti sicut oves erravimus, unusquisque a via sua declinavit. Dominus tradidit illum [pro] peccatis nostris. » Corporale itaque Verbi organum has ob causas immolatum fuit. Magnus tamen pontifex, quum sit diversus a victima, Dei

1) Hanc similitudinem citat ex Eusebio etiam S. Thomas aquinas in catena sua latina ad Lucam ed. de Rubeis T. V. p. 364. Videlicet ex catenis graecis, non originaliter ex Theophania, quam Thomas numquam vidit.

2) Nempe animâ destitutum esse permittens.

scilicet Verbum, virtus, atque sapientia, haud diu post a morte mortuum revocavit, eumque communis nostrae salutis inchoatiouem, vitaeque secundum Deum atque immortalitatis participem constituit, victoriale adversus mortem ac daemoniacam aciem trophaeum, et priscorum sacrificiorum destructorem; quem omnium hominum gratiâ resuscitavit. [Idcirco etiam Christus nominatus fuit.] Nam Christus nomen, sacerdotium simul et regnum significat apud Hebraeos. Haec enim ungi solebant 2).

Praeter supradictas, alia quoque extitit cur Servator moreretur maxima causa, quae iam dicetur. Nam quia necesse erat, ipsius discipulos propriis oculis cernere vitae post obitum manifestam restitutionem, ex qua suam suspendere spem illos docuerat, et cuius causa ad religionis iugum subeundum hortatus fuerat; merito hanc rem perspicue videndam illorum oculis obiiciebat. Oportebat enim eos qui piam vitam erant suscepturi, hoc in primis summopere necessarium documentum evidenti íntuitu comprehendere; praecipue vero illos qui in universo mundo quantocius erant praedicaturi, propositamque a Christo gentibus doctrinam, Deique notitiam, cunctis hominibus nunciaturi. Discipulos itaque summam habere fiduciam opus erat de vita post obitum recuperanda, ut intrepidi absque ullo mortis metu adversus polytheismi errorem certamen alacriter susciperent. Nam nisi mortem contemnere adsuevissent, numquam contra terribilia ~~se~~ adcinxissent. Quamobrem necessario illos armans adversus mortis potentiam, haud prolatis ore voculis doctrinam hanc tradebat, neque sermonum more humanorum de animae immortalitate verisimiliter disserebat, sed ipso opere relata de morte trophaea illis ostendebat.

Sane erat olim cunctis terribilis, illa mortalis

καὶ σοφία, οὐκ εἰς μακρὰν τὸ θνητὸν ἀνεκαλεῖτο τοῦ θανάτου, καὶ τοῦτο τῆς κοινῆς ἡμῶν σωτηρίας τὴν ἀπαρχὴν, ζωῆς ἐνθέου καὶ ἀθανασίας μέτοχον παρίστη, τρόπαιον ἐπινίκιον κατὰ τοῦ θανάτου καὶ κατὰ τῆς δαιμονικῆς παρατάξεως 1), καὶ τῶν πάλαι θυσιῶν ἀποτρόπαιον, τοῦτο ὑπὲρ ἁπάντων ἀνθρώπων ἀνεγείρας. [Διὸ καὶ Χριστὸς ὠνομάσθη·] τὸ γὰρ Χριστὸς ὄνομα σημαντικὸν ἱερωσύνης ἅμα καὶ βασιλείας παρὰ παισὶν Ἑβραίων ἂν γένοιτο· ταῦτα γὰρ ἦσαν τὰ χριόμενα 2).

A. I. 300. b. Syr. III. 60. Πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ἄλλη τις γένοιτ' ἂν τοῦ σωτηρίου θανάτου μεγίστη αἰτία ἡ λεχθησομένη· 3) ἐπειδὴ γὰρ τοῖς αὐτοῦ φοιτηταῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἀναγκαῖον ἦν ζωῆς τῆς μετὰ θάνατον ἐναργῶς παλιγγενεσίαν, ἐφ' ἣν τὰς αὐτῶν ἐλπίδας ἀναρτᾷν αὐτοὺς ἐδίδασκε, δι' ἣν καὶ προὔτρεπεν αὐτοὺς ἔχεσθαι τοῦ τῆς θεοσεβείας ζυγοῦ, εἰκότως τοῦτον ὁρᾷν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἀκριβῶς παρεῖχεν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μέλλοντας εὐσεβῆ μετιέναι βίον, τοῦτο πρῶτον ἀναγκαιότατον μάθημα δι' ἐναργοῦς ὄψεως παραλαβεῖν· καὶ πολὺ μᾶλλον ἐκείνους τοὺς εἰς ἅπαντα τὴν οἰκουμένην μέλλοντας ὅσον οὔπω κηρύττειν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι προβληθεῖσαν διδασκαλίαν τὲ καὶ θεογνωσίαν εἰς πάντας καταγγέλλειν 4) ἀνθρώπους· οὓς δὴ πεῖσμα μέγιστον λαβεῖν ἐχρῆν τῆς μετὰ τὸν θάνατον ζωῆς, ὡς ἂν ἀδεεῖς καὶ ἄφοβοι θανάτου, τὸν κατὰ τῆς πολυθέου πλάνης ἀγῶνα προθύμως ἀναδέξοιντο· μὴ γὰρ θανάτου καταφρονεῖν μελετήσαντες, οὐκ ἄν πώποτε πρὸς τὰ δεινὰ παρεσκευάζοντο· διὸ δὴ ἀναγκαίως ὁπλίζων αὐτοὺς κατὰ τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας, οὐ ῥηματίοις καὶ φωναῖς παρεδίδου τὸ μάθημα, οὐδὲ λόγοις ὁμοίως ἀνθρωπείοις τὸν περὶ ψυχῆς ἀθανασίας πιθανῶς καὶ ἐξ εἰκότων 5) συντάττων, αὐτῷ δὲ ἔργῳ τὰ κατὰ τοῦ θανάτου ἐπεδείκνυ αὐτοῖς τρόπαια.

Ἦν μὲν γὰρ πάλαι πρότερον φοβερὸς τοῖς πᾶσι Syr. III. 61.

1) Patet syrum interpretem legisse πράξεως (vel πράξεων) quandoquidem anglice scribitur *deeds, opera*. Sed verior lectio habeatur graeci nostri textus παρατάξεως, quam loci sententia postulat. (Et quidem pars huius fragmenti legitur etiam in catena codicis tum mediolanensis tum parisiaci in ep. ad Hebr. a cl. Cramero edita p. 580.) Atque hoc loco ante quam ad syri interpretis vel mendorum vel diversitatum necessariam identidem coargutionem progredior, aio enimvero priscos interpretes, praesertim orientales (sed nec latinos excipio) in transferendis Graecorum scriptis haud satis emendate, quae humana infirmitas est, se gessisse. Testis luculentus nostri item Eusebii chronicorum librorum armenius interpres, qui cum plurima feliciter transtulerit, in multis tamen evidenter peccavit; quam ego mendorum copiam in praefatione scholiisque editionis mediolanensis lectoribus demonstravi atque correxi. Item cl. doctor Leus, qui propter hoc opus Theophaniae eusebianum de sacris litteris immortaliter meritus est, syrum suum non semel interpretem vel ob obscuritatem vel alias ob causas castigat.

2) Syriacus textus accedit potius ad Eusebium demonstr. evang. IV. 11. ed. Vigeri p. 176: διόπερ καὶ χριστοὺς ὀνομάζειν αὐτοὺς πάντας, ἦν Ἑβραίοις φίλον.

3) Aliter syrus; quod non probo. — 4) Syrus videtur legisse ἀνατέλλειν. — 5) Apparet syrum legisse εἰκόνων.

ὁ τοῦ θνητοῦ γένους ὀλετὴρ θάνατος, καὶ λύσις ἐνομίζετο τῆς ὅλης ἀνθρώπου φύσεως, ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σώματος, ἡ τούτου δυναστεία· οὐδέ τις ἦν τῶν ἐξ αἰῶνος οἷός τε τουτὶ τὸ φόβητρον ἐξ ἀνθρώπων ἀνελεῖν· πάντες δ' ἐπτήχεσαν φόβῳ μικροὶ καὶ μεγάλοι τὸν θάνατον· οὐκ ἦν τε τοῦ κακοῦ παραμύθιον ἀνθρώποις, οὐ λόγος, οὐ τρόπος, οὐ βίος, οὐ σοφῶν λογισμὸς, οὐ παλαιῶν συγγράμματα, οὐ προφητῶν θεσπίσματα, καὶ ἀγγέλων ἐπιφάνειαι· πάντων δὲ κρείττων καὶ ἀνώτερος τὴν κατὰ πάντων νίκην ἐπεῖχεν 1) ὁ θάνατος, ὑψηλὸς, μεγάλαυχος, ὑπερήφανος· ᾧ δὴ καταδεδουλωμένον τὸ θνητὸν γένος παντοίαις ἐκαλινδεῖτο παρανομίαις μιαφονίαις, ἀθεμιτουργίαις, δυσσεβείαις, πολυπλόκῳ πλάνῃ· τούτων γὰρ ἦν ἁπάντων θάνατος αἴτιος· ὡς γὰρ μηκέτι ὄντες μετὰ θάνατον, τὰ μυρίων θανάτων ἄξια δρῶντες διῆγον· καὶ ὡς εὐθύναις οὐδαμῶς ὑποκείμενοι διὰ τὴν ἐκ τοῦ θανάτου λύσιν, βίον ἔζων ἀβίωτον· οὓς δὴ κατελεήσας ὁ λόγος, ἐπὶ τὴν ἄμυναν ἔσπευσεν· εἶθ' οἷα βασιλεὺς φιλανθρωπότατος τὸν κατὰ τοῦ θανάτου ἔλεγχον δι' ἀνθρώπου φύσεως ἐμηχανᾶτο, ζωὴ μὲν αὐτὸς τυγχάνων, καὶ θεοῦ λογος, καὶ θεοῦ δύναμις· ἀλλ' οὐ δίχα τοῦ βοηθουμένου τὸ τῶν ἀνθρώπων φόβητρον διελέγξαι κρίνας· διὸ δὴ ὅπλῳ χρησάμενος ἀνθρωπείῳ, καὶ θνητῷ σώματι ὁ ἀσώματος, τὸν θάνατον διὰ τοῦ θνητοῦ κατηγωνίσατο· καὶ μέγα θαῦμα τοῖς πᾶσιν ἀπέδειξε, τρόπαιον ἀθανασίας κατὰ τοῦ θανάτου διὰ τοῦ θνητοῦ ὅπλου στήσας 2)· ἠφίει μὲν γὰρ τὸ θνητὸν εἰς βορὰν τῷ θηρίῳ 3), τὸ δ' αὐτίκα τῷ ἰκρίῳ προσηλοῦτο ἀνασταυρούμενον· ὡς ἂν τοῖς πᾶσιν ἡ τοῦ θνητοῦ γνωρισθείη φύσις, μηδέ τινα λάθοι τὸ πραττόμενον, μὴ ἀνθρώπων μὴ δαιμόνων· ἐχρῆν γὰρ πάντας ἀκριβῶς τὸ θνητὸν ἰδεῖν, ὡς ἐν μεγίστῳ θεάτρῳ τὴν οἰκείαν ὁμολογοῦν φύσιν· ἵν' ἑξῆς ἐπελθὼν ὁ θάνατος οἷα θὴρ δεινὸς, οἷός τις ποτ' ἦν, ἑαυτὸν ἐλέγξῃ· κἄπειτα τῆς ζωῆς ἡ δύναμις μετὰ θάνατον ἐπελθοῦσα, τοῖς πᾶσιν αὖθις τὴν κατὰ τοῦ θανάτου παραστήσηται νίκην, τὸ θνητὸν ἀθάνατον ἀποδείξασα.

generis pernicies mors; et dissolutio existimabatur universae hominis naturae, animae simul et corporis, mortis potentatus; nemoque ex omni aevo extiterat, qui hoc terriculamentum ex hominibus tollere posset, cunctique a magno usque ad minimum mortis timore percellebantur; nihilque erat quod huic malo solatium conferret, non sermo, non modus aliquis, non sapientium consilia, non príscorum litterae, non prophetarum oracula, non angelorum apparitiones: sed omnibus fortior et superior universalem victoriam obtinebat mors, excelsa, gloriabunda, superba, cui mancipatum humanum genus, in omni volutabatur scelere, caedibus, nefandis operibus, irreligiositate, multiplicique errorum genere. Quippe horum omnium mors causa erat: namque homines, ceu post obitum nihil essent futuri, digna infinitis mortibus perpetrabant: ac veluti nulli poenae obnoxii, propter eam quam morte fieri credebant dissolutionem, vitam sine vita degebant. Quos miserans Verbum, ad auxiliandum festinavit. Deinde ut rex clementissimus coërcitionem mortis per hominis naturam molitus est; quumque is vita ipsa sit, et Dei Verbum atque potentia, non sine tamen ipsa humanitate, cui opem ferebat, terrorem hominum de medio tollendum indicavit. Quamobrem armis utens humanis, mortali in corpore incorporeum Verbum, mortem re mortali debellavit, grandeque miraculum cunctis ostentavit, immortalitatis trophaeum adversus mortem mortalibus armis statuens. Quippe suam voraci beluae mortalem partem tradidit; quae statim ligno clavis confixa fuit, ut sui corporis natura mortalis ab omnibus agnosceretur, nec quemquam res acta lateret sive hominem sive daemonem. Intererat enim, ut omnes accurate viderent eum qui moriebatur, propriam confitentem, tamquam in spectaculo maximo, naturam; ut deinde superveniens mors, ceu dira belua, quaenam ipsamet esset, per se proderet: postremoque vitae virtus, mortem subsecuta, cunctis vicissim suam adversus mortem victo-

1) Syrus paulo aliter periodum dividit

2) Hactenus hoc fragmentum (nempe ab illis verbis ἦν μὲν γὰρ πάλαι πρότερον φοβερὸς etc.) recitatur ab eodem Niceta etiam in catena ad epist ad Hebr. cap, II. 17; sed recte quidem in codice mediolanensi ex εὐαγγελικῆς Θεοφανείας, mendose autem in parisiaco (ut certe est apud Cramerum p. 426.) εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως.

3) *Beluae*, id est *morti*, non *beluis* ut syrus, seu angl. *beasts*. Nempe paulo infra mors diserte dicitur *belua*.

riam palam faceret, dum mortale corpus immortale iam sisteret. Dimisit itaque brevi tempore corpus, ea quae hoc possidebat Dei Verbi virtus; et confestim illud quod de ligno peudebat, mortuum est; non tamen vivificum Verbum extinctum; pars tantummodo Christi mortalis naturam suam testabatur.

Sepulcro secundum hominum leges traditus fuit. Erat autem sepulcrum spelunca nuper in saxo excisa, nullum adhuc cadaver experta, quia oportebat unicum loculum uni insolito mortuo deservire. Miraque visu erat petra spatioso in loco sola extans erecta, antrumque unicum intus habens; ne si forte plura corpora excepisset, eius qui mortem debellaverat, miraculum obscuraret. Iacebat ibi extinctus is qui erat viventis Verbi organum: saxum ingens occludebat speluncam. Mors interea mirifice gloriabatur, ceu si hunc haud secus quam reliquos ex omni aevo superavisset. Sed enim nondum triduano tempore exacto, vita semet iterum conspiciendam obtulit, post sufficientem mortis coargutionem. Nam si citius resurgere properavisset, ne extinctus quidem creditus fuisset. Sed quoniam vere sublatus (in crucem) fuit, vereque mortuus, atque aliquanto temporis intervallo mortem vere sustinuit, hinc enimvero quod omnia vivificat Dei Verbum, universam hominibus propositam spem per illius, qui tum mortuus fuerat, resurrectionem, ostentavit. [Quumque eius corpus depositum fuisset a familiaribus, honestaeque traditum sepulturae, post triduum denuo resumpsit illud; rursusque carne semet et corpore indutum, cuiusmodi antea fuerat, discipulis demonstravit: quibuscum tantisper confabulans, atque aliquanto tempore versans, mox illuc unde venerat abiit; caeli viam, spectantibus illis, ingrediens.] Quid ergo post haec? Haud iam ego gestarum rerum narrator tibi sim, verumtamen qui has viderunt, hi totius negotii testes idonei sint; qui sanguine ac vitae detrimento, actorum veritatem, quam aspexerant, confir-

Ἠφίει 1) τοίνυν πρὸς βραχὺ τὸ σῶμα ἡ τοῦτο (B. f. 307. b.) διακρατοῦσα τοῦ θεοῦ λόγου δύναμις· 2) τὸ δ' ἀνηρτημένον ἐπὶ τοῦ ξύλου παραχρῆμα νεκρὸν ἦν· ἀλλ' οὐχ ὁ λόγος ὁ ζωοποιὸς τὸ νεκρούμενον ἦν· τὸ δὲ θνητὸν τὴν οἰκείαν ὡμολόγει φύσιν.

Μνήματι δὲ κατὰ νόμους ἀνθρώπων παρεδίδοτο· (A. f. 310. Syr. III. 61.) τὸ δὲ μνῆμα, σπήλαιον ἦν ἄρτι κατὰ πέτρας λελαξευμένον, οὔπω σώματος ἑτέρου πεπειραμένον· ἔδει γὰρ μόνῳ 3) σχολάζειν τῷ μόνῳ παραδόξῳ νεκρῷ· θαυμαστὴ δὲ ἰδεῖν ἡ πέτρα ἐν ἡπλωμένῳ χώρῳ μόνη ὄρθιος ἀνεσταμένη· καὶ μόνον ἦν ἄντρον εἴσω ἐν αὐτῇ περιέχουσα, ὡς ἂν μὴ πολλῶν γενομένη, τοῦ τὸν θάνατον καταγωνισαμένου ἐπισκιάσῃ τὸ θαῦμα. Ἔκειτο μὲν (A. f. 311.) δὴ νεκρὸς αὐτόθι, τὸ τοῦ ζῶντος λόγου ὄργανον· λίθος δ' ἀπέκλυε παμμεγέθης τὸ σπήλαιον, καὶ πολὺς ἦν ἐν τούτῳ γαυριῶν ὁ θάνατος, ὡς ἂν τοῦτον μετὰ τῶν ἐξ αἰῶνος ἑλὼν ὑποχείριον· ἀλλ' οὔπω τριήμερος παρῄει χρόνος, καὶ ἡ ζωὴ πάλιν ἑαυτὴν ἔφαινε μετὰ τὸν αὐτάρκη τοῦ θανάτου ἔλεγχον· εἰ γὰρ δὴ θᾶττον ἀνέστη φθάσας, οὐκ ἂν οὐδὲ τεθνεὼς ἐνομίσθη· ἀλλ' ὅτε γε ἀληθῶς ὑψοῦτο 4), καὶ ἀληθῶς ἐτεθνήκει, ἐν χρόνῳ δὲ τὸν θάνατον ἀληθῶς ὑποδέδεκτο, τότε δὴ τότε ὁ τῶν ἁπάντων ζωοποιὸς τοῦ θεοῦ λόγος τὴν πᾶσαν ἀνθρώποις ἀποκειμένην ἐλπίδα διὰ τῆς τοῦ τότε θνητοῦ παλιγγενεσίας ἐπεδείκνυτο. [Καὶ 5) τοῦ σώματος αὐτοῦ ληφθέντος πρὸς τῶν γνωρίμων καὶ τῇ προσηκούσῃ παραδοθέντος ταφῇ, τριταῖος αὖθις ἀπελάμβανε τοῦτο αὐτός. Καὶ πάλιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἔνσαρκον, ἔνσωμον αὐτὸν ἐκεῖνον, οἷος καὶ τὸ πρῶτον ἦν, τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς δείκνυσιν· οἷς καὶ ἐπὶ βραχὺ ὁμιλήσας, καί τινα συνδιατρίψας χρόνον, ἄνεισιν ὅθεν καὶ παρῆν, ὑπ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν τὴν εἰς οὐρανοὺς πορείαν στειλάμενος.] Τί οὖν ἐπὶ τούτοις γίνεται; οὐκέτι ἐγώ (Syr. III. 62.) σοι γενοίμην ἂν τῶν πεπραγμένων διδάσκαλος· οἱ δὲ τούτων ἐπόπται, εἶεν ἂν πάντων ἀξιόχρεοι μάρτυρες, οἱ δι' αἵματος καὶ ψυχῆς τῇ θέᾳ τῶν πεπραγμένων τὴν ἀλήθειαν πιστωσάμενοι, καὶ

1) Transtulerat aliò, nempe ad codicis paginam 307. b, hoc quinque versuum fragmentum Nicetas in catena; quod nunc, duce textu syriaco, ad stationem propriam redit.

2) Anima Christi corpus destituit, non ipsum Verbum seu Dei virtus. Quamobrem heic intellige, Christi humanitatem, nonnisi Verbo permittente, mortuam esse.

3) Ita omnino graecus codex. Syrus paulo aliter legit illud *παραδόξῳ*. Hinc anglice *a wonder*.

4) Syrus intellexit hoc verbum de resurrectione. Philologi indicent. Sed certe Ioh. XII. 32. 33. Christus de sua morte in crucis supplicio loquens, hoc verbo *ὑψοῦσθαι*, *exaltari*, utitur.

5) Quae uncis claudo, ea absunt a syro, quia fortasse aliunde obrepserunt.

τὴν σύμπασαν οἰκουμένην τῆς πρὸς αὐτῶν κατηγγελμένης θεοσεβείας καταπλήσαντες, οἱ δὲ γοῦν τὴν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς καταληφθεῖσαν παλιγγενεσίαν ταῖς ἑαυτῶν παρέδωκαν μαρτυρίαις· οὐκ ἦν γὰρ αὐτοῖς ἄχρι λόγου καὶ φωνῆς ἀκουόμενα τὰ πραττόμενα, ἀλλ' ἤδη καὶ ἔργοις ἐθεωρεῖτο καὶ ἐψηλαφᾶτο γε ἀκριβῶς πρὸς τῶν ταῦτα μεμαρτυρηκότων· διὸ δὲ καὶ αὐτοψίᾳ καὶ ἀληθείᾳ τὸ ἐναργὲς κατειληφότες, καὶ τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τὰ τρόπαια τεθεαμένοι, εἰκότως ἔμαθον καταφρονεῖν τοῦ θανάτου· ταυτὸ δὲ καὶ τοὺς αὐτῶν φοιτητὰς ἐδίδασκον, τῆς ἀθανάτου ζωῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰληφότες τὰ ἐχέγγυα.

maverunt; totumque orbem ea, quam ipsi praedicabant, religione impleverunt. Hi utique resurrectionem, quam oculis spectaverant, testimoniis suis sanxerunt. Neque enim verbis ac voce tenus facta illa cognoverant, quorum testes extiterunt, sed coram dum fierent contemplati fuerant, manuque adeo tetigerant. Quare et oculis et rei veritate evidentiam consecuti, victoriaeque de morte relatae trophaeis visis, merito contemptum mortis condidicerunt: quam rem ipsam suos discipulos edocuerunt, quandoquidem immortalis vitae a Servatore documenta certa perceperant.

IV.

Cod. L. f. 4. b. Syr. lib. IV 2.

Ἐπίδοξος ἦν τις ἀνὴρ τῶν ἐν στρατείαις, ἀξιώματος καὶ ἀρχῆς ῥωμαϊκῆς ἐπειλημμένος 1)· ἐπειδὴ δὲ ὁ δοῦλος αὐτοῦ γνήσιος, πάρετος τὰ μέλη οἴκοι βέβλητο, συνιδὼν οἵας ὁ σωτὴρ εἰς ἑτέρους ἐπεδείκνυτο δυνάμεις, ἰώμενος τοὺς κάμνοντας, πᾶσαν τὲ νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἀκούμενος, λογισμῷ κρίνας μὴ κατ' ἄνθρωπον εἶναι τὸ θαῦμα, πρόσεισιν ὡς θεῷ, οὐκ εἰς τὸ φαινόμενον τοῦ σώματος ἀπιδὼν ὄργανον, δι' οὗ τὰς ὁμιλίας ἀνθρώποις ἐποιεῖτο, εἰς δὲ τὸν ἀφανῆ θεὸν τὸν διὰ τοῦ θνητοῦ τὰς οἰκείας ἀρετὰς ὑποφαίνοντα· διὸ ἐδεῖτο καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ παιδί, τῆς θεϊκῆς εὐεργεσίας τυχεῖν 2). Καὶ οἱ μὲν πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, μικρῶν ἕνεκα τὴν χάριν αἰτοῦσι, τῶν εἰς τὴν συναγωγὴν γενομένων ἀναλωμάτων· ὁ δὲ κύριος οὐκ ἐπὶ τούτῳ δίδωσιν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πολὺ μείζονι, πίστιν κατεργάσασθαι διὰ τῆς δυνάμεως εἰς πάντας ἀνθρώπους βουλόμενος· καὶ χαρίσασθαι μὲν τῷ ἑκατοντάρχῃ ἐπιτηδείως ἔχοντι, καθηγήσασθαι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τούτου πρὸς τὴν πίστιν· καὶ οὐδήποθεν ἀγνοεῖ τὸ μέλλον, ὅτι μέλλει πυθόμενος ὁ ἑκατόνταρχος ἀφικνούμενον εἰς τὴν οἰκίαν παραιτεῖσθαι, ἀλλ' εἰδὼς τὴν μέλλουσαν ἐξ εὐλαβείας παραίτησιν, ἐπινεύει τῇ πιστῇ ἀξιώσει, ἑκατέρᾳ κινήσει τοῦ ἀνθρώπου τὸ οἰκεῖον ἐφαρμόζων· τῇ μὲν ἀξιώσει, τὴν ἐπαγγελίαν καὶ τὴν ἀκολούθησιν· τῇ δὲ παραιτήσει, τὴν δύναμιν, ὡς καὶ μὴ παραγενόμενος ἰάσασθαι· ὥστε οὐχ ἵνα τὴν ἑαυτοῦ πρόγνωσιν ἐπιδείξῃ, τὴν ἐκείνου δικαίως ἂν διεκώλυσεν ἀρετήν· ἀλλ' ἀτύφως κα-

IV.

Nobilis quidam vir erat in romano exercitu ordinem ducens et dignitatem adeptus; cuius quum dilectus famulus paralysi laborans domi iaceret, conscius simul qualia Servator erga alios exprompsisset prodigia, aegrotos sanans, omnemque morbum ac languorem depellens, mente reputans haud esse humanum id genus miraculorum, accedit tamquam ad Deum, haud spectans visibile corporis organum, quo cum hominibus sermones serebat, sed invisibilem potius Deum qui mortali in specie propriam virtutem demonstrabat. Quamobrem rogabat et ipse ut puero suo divinam beneficientiam impetraret. Et Iudaeorum quidem seniores, levi de causa beneficium id postulabant, nempe quia centurio impensas erga ipsorum synagogam fecisset; Dominus autem haud ei rei curam intendebat, sed multo maiori, nempe ut fidem potentiae suae apud cunctos homines adstrueret. Dum enim centurioni bona mente praedito favebat, ceteris simul ad suscipiendam fidem dux fiebat. Neque sane ignorabat fore ut centurio accessum eius ad suas aedes deprecaretur, sed tamen, sciens licet futuram eius religiosam deprecationem, ingenuae petitioni annuit, utrique hominis voto suam accommodans voluntatem; petitioni quidem promissionem et profectionem; deprecationi autem, quominus iret, potentiae vim qua sine praesentia medicinam fecit. Neque enim, ut suam praevisionem ostenderet, illius recte vir-

1) Vocabulum ἐπειλημμένος quomodo explicetur ex syro anglice *was in a state of suspense*, non satis intelligo; nisi forte syrus legit ἀπειλημμένος, et quidem translata interpunctione.

2) Exin aliquanto tracto graecus textus tantummodo sine syriaco.

tutem impedivisset; sed sine fastu, humano more, quasi rem futuram ignorans, sequebatur centurionem, ut locum piae illius responsioni ac propositioni relinqueret, et valetudinem eminus etiam petenti praeberet.

Hi sunt mansueti Servatoris, magis etiam quam prodigiorum potentia, admirandi actus. Plane in his haud minus fuit mirabilis, quam cum morbum depulit mortemque prohibuit. Quanta certe cum potestate Servatoris vox prodiit, quantaque vi praedita! quanta demum benignitas atque ad benefaciendum proclivitas, cum se paratissimum ad proficiscendum nunciavit! Profecto beneficii huius admirabilitatem nemo digne aestimabit. Nam dicere tantummodo, et una cum verbo sanitatem centurionis puero largiri, ac repente morbo expedire eum qui in mortis limine versabatur, quid ni vere Deum humana voce loquentem demonstrat? Non adest, et veluti praesens operatur: nam inter Dei verba et opera nihil interest. Neque laus centurioni tributa verborum tenus fuit, sed et aegrum puerum ob illius fidem sanavit, atque ita splendidum praemium contulit. Dixit enim, moxque opera praedictionis testis subsecuta est, nam puer statim convaluit.

Quod si quis hanc rem aegre sibi ob prodigii magnitudinem persuadeat, haud tamen de praedictione recte dubitabit, ex qua evidentior facti demonstratio conficitur, si quis reputet, unicum romanum hominem fuisse qui ad Servatorem accessit, quique maiorem etiam magisque benivolam, quam iudaica natio, fecit Christi confessionem; noster vero Servator multos pro uno, aeque ac hunc, ad se accessuros adfirmat ex orientalibus regionibus, itemque ex occidentalibus, qui ob suam Christi cognitionem et confessionem, haud minorem a Deo consequentur honorem quam Hebraeorum parentes. Namque et horum patriarcha, celeber ille Abrahamus, ex irreligiosis parentibus ortus, vitam commutavit, a polytheismi errore recedens, unumque universalem Deum ipse agnovit. Quin etiam eius filiis Isaaco atque Iacobo similes fore innumeros per universum orbem, praesertim vero orientis et occidui solis populos, praedixit. Denique momenti maxi-

τὰ τὸν ἀνθρώπινον τρόπον, ὡς δὴ ἀγνοῶν τὸ μέλλον, ἀκολουθεῖ, ἵνα χώραν τῆς εὐλαβοῦς ἀποκρίσεώς τε καὶ προθέσεως ἐκείνῳ καταλίποι, καὶ τὴν πόῤῥωθεν ἴασιν αἰτοῦντι παράσχοι.

Τοιαῦτα τοῦ πράου σωτῆρος ὡς καὶ πρὸ τῆς τεραστίας δυνάμεως τὰ θαυμάσια· θαυμάσιος γὰρ ἐν τούτοις οὐκ ἔλαττον ἢ ἐν τῷ τὴν νόσον ἰάσασθαι, καὶ τὸν θάνατον ἀποστῆσαι. Μεθ' A. f. 114. L. f. 5.*b. Syr. IV. 3. ὅσης μὲν ἐξουσίας ἡ τοῦ σωτῆρος προσενήνεκται φωνὴ, ὁπόσης τὲ πεπλήρωτο δυνάμεως; ὅσον τὲ τὸ φιλάνθρωπον καὶ πρόχειρον εἰς εὐεργεσίαν, ὡς ἐξ ἑτοίμου ἐπαγγείλασθαι τὴν αὐτοῦ παρουσίαν; οἷον δὲ καὶ τὸ θαῦμα τῆς εὐεργεσίας, οὐδ' ἔστιν ἐπαξίως νοῆσαι· τὸ γὰρ μόνον φθέγξασθαι, καὶ ἅμα λόγῳ τὴν ἴασιν τῷ τοῦ ἑκατοντάρχου παιδὶ παρασχεῖν, καὶ ἀπαλλάξαι παραχρῆμα τοῦ νοσεῖν τὸν παρὰ βραχὺ τῷ θανάτῳ κατισχημένον, πῶς οὐ θεὸν ἀληθῶς διὰ θνητῆς φωνῆς φθεγξάμενον παρίστη 1); οὐ πάρεστι, καὶ ὡς παρὼν ἐνεργεῖ· λόγων γὰρ θεοῦ καὶ ἔργων οὐδὲν τὸ μεταξύ· καὶ οὐ μέχρι λόγων γέγονε τῷ ἑκατοντάρχῳ ὁ ἔπαινος, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσοῦντα ὑγιῆ ἀπέδωκεν ἐπὶ τῆς πίστεως, καὶ λαμπρὸν αὐτῷ πλέκει τὸν στέφανον· εἶπε γὰρ, καὶ τὸ ἔργον ἠκολούθησε μαρτυροῦν τῇ προῤῥήσει· καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτίκα.

Ἀλλ' εἰ πρὸς τοῦτο τὶς δυσπίστως ἔχει διὰ τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ προῤῥήσεως σκήπτοιτο ἂν εὐλόγως, ἐφ' ᾗ μείζων ὁ τῆς πράξεως ἔλεγχος ἀποδειχθήσεται, εἴ τις ἐν νῷ λάβοι, ὡς τότε μὲν εἷς ῥωμαῖος ἦν ὁ τῷ σωτῆρι προσεληλυθὼς χιλίαρχος, ὁ δὴ μείζονα καὶ εὐγνωμονεστέραν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐνδειξάμενος τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν· ὁ δ' ἡμέτερος σωτὴρ πολλοὺς ἀνθ' ἑνὸς ἔσεσθαι τοὺς κατ' ἐκεῖνον μέλλοντας αὐτῷ προσιέναι ἐκ τῶν τε πρὸς ἕω καὶ ἀνατολὴν κλιμάτων, τῶν τε κατὰ δυόμενον ἥλιον οἰκούντων θεσπίζει, τοὺς διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπιγνώσεώς τε καὶ ὁμολογίας, τῆς ἴσης παρὰ θεῷ τιμῆς τοῖς Ἑβραίων προπάτορσι καταξιωθησομένους· ὅτι δὴ κἀκείνων ὁ προπάτωρ, αὐτὸς δὴ ὁ βοώμενος Ἀβραὰμ ἐκ πατέρων ὁρμώμενος δεισιδαιμόνων μετεβάλλετο τὸν βίον, τῆς μὲν πολυθέου πλάνης ἀναχωρήσας, ἕνα δὲ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ἐπιγνοὺς ὁδί· καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὁμοίους ἔσεσθαι μυρίους καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, καὶ τούτων μάλιςα τὰ πρὸς ἕω ἔθνη, καὶ τοὺς κατὰ δυόμενον ἥλιον οἰκοῦντας

1) Heic quoque septem fere versus desiderantur in syro, vel certe in graeco abundant.

προσαγορεύει· προστίθησί τε τούτοις τὸ μέγιστον τῆς προῤῥήσεως· αὐτοὶ Ἰουδαῖοι τῶν θεοφιλῶν ἐκείνων ἀπόγονοι, τὸν Ἀβραὰμ αὐχοῦντες καὶ τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὸν Ἰακὼβ, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀλογίαν τὲ καὶ ἀπιστίαν, ὡς ἂν τοῦ τῆς γνώσεως φωτὸς ἀπεστερημένοι, ἀπόβλητοι γενήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὴν ἄγνοιαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐσχάτην ἀμαθίαν, τοῦ τε σωτηρίου φωτὸς τὴν στέρησιν ὧδέ πη προαναφωνήσας· ἔνθα δὴ ἐπιστῆσαι τοῖς ἀποτελέσμασι προσήκει τὸν νοῦν, ὀφθαλμοῖς τε αὐτοῖς παραλαβεῖν, ὡς Ἰουδαῖοι μὲν οἱ τῶν εἰρημένων θεοφιλῶν ἀνδρῶν γένος εἶναι σεμνυνόμενοι, ἔκβλητοι γεγόνασιν οὐ τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἱερᾶς καὶ βασιλικῆς μητροπόλεως· ἐπὶ δὲ ἑνὸς τοῦ πάλαι τῷ σωτῆρι προσεληλυθότος χιλιάρχου, ἄφατος ἀνδρῶν ἀριθμὸς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ὁμοίως ἐκείνῳ τῷ Χριστῷ προσιόντων, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, τὸν τῶν παρ' Ἑβραίοις λαμψάντων ἀνδρῶν ἐπιγνόντων θεὸν, τῆς ἴσης αὐτοῖς ἐκείνοις ἠξίωνται παρὰ τῷ παμβασιλεῖ θεῷ ἀμοιβῆς.

mi superaddit his praedictionem; nempe quod Iudaei ipsi, Deo carorum illorum posteri, qui Abrahamum iactabant, Isaacum, atque Iacobum, propter suam adversus Deum vecordiam et incredulitatem, ceu scientiae lumine orbati, in tenebras exteriores expellendi essent: sic nimirum imperitiam illorum, summamque inscitiam, et salutaris luminis orbitatem praedicens. Hinc rerum oportet exitum animadvertere, atque adeo oculis contemplari, quomodo Iudaei qui dictorum hominum Deo carorum genus esse gloriantur, eiecti fuerint non regno Dei tantummodo, verum etiam sacra ipsorum regalique metropoli: exemplo autem unius, qui olim ad Servatorem accessit centurionis, innumerabilis hominum multitudo ex nationibus cunctis, aeque ac ille, Christo adiuncta sit, quae ab eo edocta, eumdem quem inclyti illi apud Hebraeos viri, Deum agnoscere, parem illis ab universali rege Deo mercedem recipere digna fuit.

V.

Cod. A. f. 83. Syr. lib. IV. 6.

Παρακελεύεται μὲν τῷ Πέτρῳ ὁ κύριος χαλάσαι εἰς ἄγραν τὰ δίκτυα· ὁ δὲ τὸ προστεταγμένον ἐποίει· ὡς δὲ συνέκλεισαν πλῆθος ἰχθύων πολὺ, καὶ διεῤῥήγνυτο τὰ δίκτυα τῷ πλήθει βαρούμενα, προσκαλοῦνται μὲν εἰς βοήθειαν τοὺς ἐν τῷ γειτνιῶντι πλοίῳ· εἶτ' ἀνελκύσαντες τοὺς ἰχθύας πληροῦσιν ἄμφω τὰ σκάφη, ὡς κινδυνεύειν αὐτὰ βυθισθῆναι· ἐφ' οἷς ὁ Πέτρος ἀποθαυμάσας ἐξεπλάγη, ἀνάξιόν τε ἑαυτὸν τῆς σωτηρίου ἐπιβάσεως ὡμολόγει 1). Ὁ δ' ὥσπερ ἐπιδείξας αὐτῷ τὴν τοῦ μέλλοντος εἰκόνα διασαφεῖ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· μὴ φοβοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν· πρὸς δὲ πάντας, δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· γαλιλαίους ἄνδρας, εὐτελεῖς, ἀγροίκους, οὐδὲν πλέον τῆς Σύρων φωνῆς ἐπισταμένους, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα ταπεινὸν τῆς ἁλιείας μετερχομένους, εἰκότως ὁ σωτὴρ ἡμῶν θηρευτὰς ἀνθρώπων καὶ κήρυκας τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ποιήσειν ἐπηγγέλλετο, καὶ πεποίηκεν οὐ ψευσάμενος τὴν ὑπόσχεσιν, παριστὰς θεοῦ δύναμιν ἐνεργητικὴν τοῦ πράγματος· εἰ μὲν γὰρ λογίους τινὰς καὶ σοφοὺς, ἢ καὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀνθρώπων ἐνδόξων καὶ πλουσίων προσαγόμενος, τούτοις ἐκέχρητο διδα-

V.

Mandat Petro Dominus ut ad praedam retia demittat. Quum autem magnam piscium multitudinem conclusissent, et retia pondere gravata dirumperentur, opem petunt a vicina navicula; atque ita extractis piscibus utramque scapham repleverunt, in tantum ut mergi periclitarentur. Quamobrem admiratione Petrus perculsus, indignum se confitebatur ut Servator ad se veniret. Ille autem, qui tamquam futuri temporis imaginem ipsi ostenderat, interpretationem quoque facit, aitque: noli timere; abhinc enim eris homines ad vitam capiens. Cunctis vero simul: venite post me, faciamque vos piscatores hominum. Galilaeos homines, viles, rusticanos, nihil praeter Syrorum dialectum scientes, arte humili id est piscatoria, non sine causa Servator noster, venatores hominum suaeque doctrinae praecones se facturum pollicebatur; fecitque, haud fallens promissum, Dei nempe potentiam rei effectricem expromens. Nam si litteratos aliquos et sapientes, vel etiam ex Iudaeis nobiles divitesque viros eligens, his usus esset magistris

1) Hactenus fragmentum recitatur graece etiam a cl. Leo p. 216. ex cod. vindob. Sed multo longius prosequitur in codice nostro vatic. A. f. 83.

doctrinae suae, utique humanum potius negotium id credi poterat. Sic enim plerique hominum solent semet subiicere, vel pecunia a divitibus inescati, vel litterarum specie et sapientiae praestigio decepti, vel eminentiam personarum illustrium admirantes. Iesus autem quum haud talibus sit usus discipulis, sed e contrario pauperibus, et obscuris, ac litteratura idiotis, lingua syris, habitu humili, operaque vili, exploratum est eum divinam tantum adhibuisse potentiam; quam ostendit primo quidem dum una vocula eos invitavit adseclasque suos fecit, deinde spondens captores piscatoresque hominum a se factum iri; ut pro retibus quae nunc tenebant, sumentes ab eo litterarum omnium legalium ac propheticarum, nec non divinae ipsius doctrinae sagenam, in humanae vitae mare iactarent, quotquot occurrerent iuretirent, genere omni rationalium piscium retia sua rationalia complentes.

Atque haec ex vi vocis tantum audita, verba erant et sonitus, praetereaque nihil. Sed enim divinae virtutis efficientia haud multo post rata exhibuit; cum haec ipsa verbalia promissa factis complevit, ita ut brevi tempore universum humani incolatus orbem, innumeramque multitudinem captorum ab his idiotis hominum, Christus adeptus sit, plenaque ecclesiis evaserint loca omnia tum Graecorum tum etiam barbarorum, propter illam unicae divinae vocis promissionem, qua haud se discipulos suos docturum, sed reapse piscatores hominum effecturum spopondit. Quamobrem non praescivit modo vel praedixit rem futuram, sed effector facinoris tanti apparuit; dixitque verbis, et opere exsequutus est; idque fore, symbolo portendit atque imagine, simulque ipsa efficacia complevit. Namque hos discipulos, qui antea veritatis lumine carebant, et per noctem divina notitia carentem laboraverant, neminemque ad salutem lucrari potuerant, ipse lumine suo illustrans, et in diurna luce constituens, iubet non propria peritia, sed ipsius verbo confisos, retia in pelagus iacere. Hi vero tantam collegerunt piscium multitudinem, ut et piscatoria instrumenta rumperentur, et ipsae naviculae demergi pondere periclitarentur.

σκάλοις τῶν αὐτοῦ λόγων, κἂν εἰκὸς ἦν ἀνθρωπινώτερον ἐπινενοῆσθαι τὸ πρᾶγμα· οὕτω γοῦν οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων εἰώθασιν ὑποτάττεσθαι, ἢ χρήμασιν ὑπὸ πλουσίων δελεαζόμενοι, ἢ λόγων περιβολῇ καὶ φαντασίᾳ σοφίας ἀπατώμενοι, ἢ ὑπεροχὰς ἐνδόξων προσώπων καταπληττόμενοι· ὁ δὲ μὴ τοιούτοις χρησάμενος μαθηταῖς, τοὐναντίον δὲ πένησι καὶ ἀδόξοις καὶ τὸν λόγον ἰδιώταις, σύροις τὲ τὴν φωνὴν, καὶ τὸ σχῆμα ταπεινοῖς, καὶ εὐτελέσιν ἔργῳ, δῆλος ἦν μόνῃ τῇ θεϊκῇ δυνάμει χρώμενος, ἣν ἐνεδείξατο πρῶτα μὲν φωνῇ μιᾷ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς καὶ ἀκολούθους 1) αὐτοῦ καταστήσας, κἄπειτα ἐπαγγειλάμενος σαγηνευτὰς καὶ ἁλιεῖς ἀνθρώπων ποιήσειν αὐτοὺς, ἵν' ἀνθ' ὧν εἶχον δικτύων, λαβόντες παρ' αὐτοῦ τὴν ἀπὸ παντοίων λόγων νομικῶν τε καὶ προφητῶν, τῶν τε τῆς ἐνθέου διδασκαλίας αὐτοῦ πλακεῖσαν σαγήνην ἐμβάλλωσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρωπείου βίου θάλατταν, καὶ περιβάλωσιν ὅσους ἂν εὕρωσι, πληροῦντες τὰ ἑαυτῶν λογικὰ δίκτυα παντὸς γένους λογικῶν ἰχθύων.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν διὰ φωνῆς ἀκουόμενα, ῥήματα καὶ ψόφοι, καὶ πλέον ὑπῆρχεν οὐδέν· τῆς δ' ἐνθέου δυνάμεως τὸ ἔργον οὐκ εἰς μακρὰν παρεστήσατο· αὐτὰ δὴ ταῦτα τὰ διὰ τῶν λόγων προηγορευμένα, τοῖς ἔργοις ἐπιτελέσας, ὡς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν σύμπασαν ἀνθρώπων οἰκουμένην, μυρία πλήθη τῶν σαγηνευθέντων ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν τούτων ἀνδρῶν κτήσασθαι, πληρωθῆναί τε ἐκκλησιῶν πάντα τόπον ἑλλήνων τὲ καὶ βαρβάρων, διὰ μίαν ἐκείνην ἐπαγγελίαν τῆς θεϊκῆς φωνῆς, δι' ἧς οὐ διδάξειν τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἀλλ' αὐτὸς ποιήσειν αὐτοὺς ἁλιέας ἀνθρώπων ἐπηγγείλατο· ὥστ' οὐ προέγνω μόνον οὔτε προέφησε τὸ μέλλον, ἀλλὰ καὶ ποιητὴς τοῦ τηλικούτου κατορθώματος ἀποπέφανται· εἶπέ τε τῷ λόγῳ, καὶ πεποίηκε τῷ ἔργῳ· παρέστησέ τε τὸ μέλλον διὰ συμβόλου καὶ εἰκόνος, καὶ δι' αὐτῆς ἐνεργείας ἀπεπλήρωσε· τοῖς γὰρ πάλαι πρότερον ἐν σκοτίᾳ φωτὸς ἀληθείας, καὶ θεοῦ γνώσεως ἐν νυκτὶ καταπονηθεῖσι, καὶ μηδένα πρὸς σωτηρίαν θηρεῦσαι δεδυνημένοις, ἐπιλάμψας τὸ ἑαυτοῦ φέγγος ἐν ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ γενομένοις προστάττει, οὐ τῇ οἰκείᾳ ἐπιστήμῃ, τῷ δὲ αὐτοῦ ῥήματι θαρσοῦντας, ἐπιβάλλειν τῷ βυθῷ τὰ δίκτυα· οἱ δὲ τοσαῦτα συνήγαγον ἰχθύων πλήθη, ὡς διαῤῥήγνυσθαι μὲν τὰ θηρευτικὰ ὄργανα, κινδυνεύειν δὲ εἰς βυθὸν χωρεῖν ἀπὸ τοῦ φόρτου τὰ πλοῖα.

1) Vocabulum ἀκολούθους magis proprie vellem a syro fuisse redditum. Ita etiam quod sequitur σαγηνευτάς.

Ἐπεὶ δὲ ταῦθ᾽ οὕτως προσταττόμενα τὸν Πέτρον εἰς ἔκπληξιν καὶ φόβον οὐ τὸν τυχόντα ἦγεν, ἀλλὰ ταῦτά σε, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ σωτὴρ, μήπω ἐκπληττέτω· παιδιαὶ γὰρ ἔτι ταῦτα καὶ μελλόντων εἰκόνες· οἱ δὲ μὲν ἰχθύες ἄναυδοι καὶ ἄλογοι, καὶ ταῦτα σκάφη καὶ δίκτυα ἐξ ἀψύχου ὕλης κατασκευασμένα· ἀλλ᾽ οὐ τοιαῦτα τούτων τὰ παραδείγματα· μικρὸν γοῦν ὕστερον, μᾶλλον δὲ ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν· τῆς μὲν μοχθηρᾶς ταύτης καὶ ἀνωφελοῦς ἀπαλλαγεὶς ἁλιείας, λογικῶν δὲ ζώων ἀντὶ τῶν ἀλόγων θηρευτὴς γινόμενος· καὶ οὐκέτι ἐκ βυθῶν θαλάττης, ἐκ δὲ τῆς ἁλμυρᾶς τοῦ βίου πικρίας, ἐκ σκοτίων τὲ μυχῶν ἀθεότητος καὶ κακίας εἰς φῶς νοερὸν καὶ καθαρὰν πνοὴν ἀνελκύσεις τοὺς ὑπὸ σοῦ θηρευσομένους, μᾶλλον δὲ ζωγρήσεις αὐτοὺς διὰ τοῦ ζωὴν αὐτοῖς 1) ἀλλ᾽ οὐ θάνατον προξενεῖν· οἱ μὲν γάρ ἐκ πελάγους ἰχθύες, ἐν σκότῳ καὶ βυθῷ πρότερον ζῶντες, αὐτίκα φωτὸς καὶ πνοῆς μεταλαχόντες ἀπόλλυνται· οἱ δ᾽ ἐξ ἀνθρώπων ὑπὸ σοῦ θηρευθησόμενοι, ἐκ σκότους ἀγνοίας μεταβάλλοντες ἐπὶ ζωὴν ἔνθεον ἀγρευθήσονται· διὸ καὶ ζωγρῶν ἔσῃ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους.

A. f. 83. b. Syr. IV 6. Ταῦτα θεϊκῇ δυνάμει προηγόρευσεν ὁ σωτήρ· ταῦτα τοῖς ἔργοις πιστὰ καὶ ἀληθῆ ἐπέδειξεν ὁ αὐτός· ἤγουν ἀμφιβολεὺς ἐκεῖνος, ὁ ἁλιεὺς, ὁ σύρος, ἀντὶ τῆς τῶν ἰχθύων θήρας, ὅσας ἀνθρώπων ἐσαγήνευσε μυριάδας, λόγων ἀπορρήτων δικτύοις θεϊκῇ δυνάμει πλακεῖσιν, οὐκ ἔστιν ἀριθμῷ περιλαβεῖν δυνατόν· ὄψις δ᾽ ἀῤῥήτων 2) τὰ φαινόμενα· ἃ γὰρ ὁ μακρὸς αἰὼν τοῦ βίου πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος θεοφανείας οὐκ ἤνεγκεν, ἃ μήτε Μωϋσῆς ὁ τῶν Ἑβραίων νομοθέτης, μήτε οἱ μετὰ Μωϋσέα τοῦ θεοῦ προφῆται πολλὰ καμόντες διὰ πάσης νυκτὸς τῆς ἐπιφανείαις αὐτοῦ καταπράξασθαι μὴ δεδύνηνται, ταῦτα ὁ γαλιλαῖος ὁ πένης ὁ βάρβαρος τὴν φωνὴν 3), αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Πέτρος κατεπράξατο· δεῖγμα δὲ τῶν τότε ἐπιτελεσθέντων πρὸς Πέτρου αἱ εἰς δεῦρο διαλάμπουσαι ἐκκλησίαι, πολὺ μᾶλλον τῶν τότε σκαφῶν, λογικῶν ἰχθύων πληθύουσαι, οἷα ἡ κατὰ Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης τυγχάνει, οἷα ἡ ἐπὶ Ἀντιοχείας τῆς κατὰ τὴν Συρίαν, οἷα ἡ ἐπὶ αὐτῆς τῆς Ῥωμαίων πόλεως 4)· τάσδε γὰρ αὐτὸς ὁ Πέτρος τὰς

Quia vero talia imperata, Petrum in stuporem metumque non modicum adduxerant; haud haec, inquit ei Servator, magnopere te commoveant: ludiera enim haec sunt adhuc, et futurarum rerum imagines: pisces quidem muti, et irrationales; haeque naviculae ac retia ex inanimi materia constant. Sed non ita se habent res ab ipsis significatae. Paulo post itaque, immo vero ex hoc tempore, eris homines ad vitam capiens: ab hac laborifera et infructuosa piscatione expeditus, rationalium animantium, non autem irrationalium, factus captator: neque iam ex maris abysso, sed ex salsa mundi amaritudine, et tenebrosis irreligiositatis ac nequitiae latebris ad intellectualem lucem purumque aërem respirandum protrahes eos quos tu praedaberis: immo incolumi vita capies, quatenus vitam illis, non mortem, adferes. Et marini quidem pisces in tenebris atque abysso antea viventes, statim ac lucem aërisque respirationem participant, pereunt: at vero homines, qui a te capientur, ex ignorantiae tenebris ad divini generis vitam piscatu tuo transferentur. Ideo tu deinceps ad vitam homines capies.

Haec divina virtute praedixit Servator, haec fideliter vereque a se dicta idem demonstravit. Nimirum retium ille iaculator, piscator, syrus, pro captura piscium, quantas hominum myriadas ceperit ineffabilis doctrinae retibus divina virtute contextis, comprehendi numero nequit. Arcana, ab iis quae apparuerunt, demonstrantur. Nam quae spatiosa mundi aetas, ante servatoris Dei manifestationem, non adtulit; quae neque Moyses Hebraeorum legislator, neque post Moysem prophetae Dei multum laborantes per totam noctem ante Christi adventum efficere potuerant; haec galilaeus, pauper, loquela barbarus, idem inquam ille Petrus confecit. Rerum autem a Petro tunc peractarum demonstrationes sunt, quae mox inclaruerunt ecclesiae, multo magis rationalium piscium plenae, quam illae naviculae irrationalium; cuiusmodi est Caesariensis in Palaestina ecclesia, item Antiochiae syriaticae, itemque ipsius Romanae urbis ecclesia.

1) In his commatibus variat aliquantum seu fit obscurus syrus.

2) Cod. noster graecus A. f. 83. b. habet ἀλλήλων. Sed syrus interpres sine dubio legit ἀῤῥήτων (quod et nos praetulimus) quoniam anglice video *something hidden*.

3) Syrus haud intellexisse videtur dictionem βάρβαρος τὴν φωνὴν, si certe dicit *by means of its voice*.

4) In syriaco opusculo a me edito (Script. vet T. X.) quod inscribitur canones seu doctrina apostolorum, dicitur p. 7. « Accepit manum sacerdotalem apostolorum Roma civitas, et tota Italia, atque Hispania, ac Britannia, et Gallia,

Has enim ipsum Petrum ecclesias, et circumstantes omnes composuisse, traditum memoriae est: nec non et illas Aegypti, cum ipsa Alexandrina idem pariter, etsi non per se ipsum, per Marcum tamen discipulum suum, constituit. Namque is interim per Italiam et omnes circa illam gentes occupabatur; sed suum alumnum Marcum edocendae Aegypti genti capiendaeque destinavit.

Petri gestis similia, si quis modo mentem advertat, inveniet ceterorum quoque Servatoris discipulorum gesta, quos quum promisisset piscatores hominum facere, sermonis veritatem opere demonstravit. Ad hanc igitur usque diem idem operatur et efficit, ubique praesens, et per universum humani incolatus orbem rationalia retia sua omni genere rationalium piscium replens, graecorum et barbarorum, de profundo nequitiae, extrahens hominum scilicet animas de atheismi tenebris, easque ad lumen traditae ab se Dei notitiae extollens. Sic etiam Iohannis Zebedaeo geniti, quem in piscatione visum cum parente ac fratre retia reficientem, eadem vocatione ac promisso dignatus est, Iohannis inquam per universum orbem nomen splendet; cuius item sermones hominum animas illuminant in tradita ab eo evangelii scriptura, quae in omne idioma graecum barbaricumque conversa, ad aures omnium gentium quotidie recitatur.

ἐκκλησίας, καὶ τὰς ἀμφ' αὐτὰς ἁπάσας συστησάμενος μνημονεύεται 1), καὶ τὰς ἐπ' Αἰγύπτου καὶ κατ' αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν πάλιν αὐτός, οὐ μὴν δι' αὐτοῦ, διὰ δὲ Μάρκου τοῦ μαθητευθέντος αὐτῷ κατεστήσατο· αὐτὸς μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ πάντα τὰ ἀμφὶ ταύτην ἔθνη ἐσχόλαζε 2), τὸν δ' αὐτοῦ φοιτητὴν Μάρκον τῶν κατ' Αἴγυπτον διδάσκαλον καὶ σαγηνευτὴν ἀποδέδειχεν.

Ὅμοια δ' ἂν εὕροι τις τῷ Πέτρῳ, τὸν νοῦν ἐπιστήσας, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθητῶν, οὓς ἐπαγγειλάμενος ποιήσειν ἁλιεῖς ἀνθρώπων, ἔργῳ τὸν λόγον ἔδειξεν· εἰσέτι γοῦν καὶ νῦν ὁ αὐτὸς ἐνεργεῖ καὶ ποιεῖ, πανταχοῦ γῆς παρών, καὶ [κατὰ] πᾶσαν τὴν ἀνθρώπων οἰκουμένην τὰ αὐτοῦ λογικὰ δίκτυα 3) πληρῶν ἐκ παντὸς γένους λογικῶν ἰχθύων καὶ βαρβάρων τὲ καὶ ἑλλήνων, ἀνασπῶν τοῦ τῆς κακίας βυθοῦ, καὶ τοῦ τῆς ἀθεότητος σκότους τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, ἀνέλκων τὲ αὐτὰς ἐπὶ τὸ φῶς τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης ἐνθέου γνώσεως. Οὕτω δὲ καὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ Ζεβεδαίου, ὃν ἐπὶ τῆς ἁλιείας, ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ καταρτίζοντα τὰ δίκτυα θεασάμενος, τῆς αὐτῆς ἠξίωσε κλήσεώς τε καὶ ἐπαγγελίας, καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκλάμπει τοὔνομα, καὶ οἱ λόγοι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς καταυγάζουσι, διὰ τῆς αὐτοῦ παραδοθείσης τοῦ εὐαγγελίου γραφῆς, παντοίᾳ γλώττῃ ἑλληνικῇ τε καὶ βαρβάρῳ μεταβληθείσης 4), εἰς ἐξάκουστόν τε πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας κηρυττομένης.

VI.

Quum essent igitur Hierosolymis congregati gentis iudaicae principes, pontifices ac legis doctores, diversans in templo Christus scelus in se ab iis patrandum, et consecuturam scelus supremam poenam, arcano sic per parabolam vaticinatus est. « Homo erat

VI.

Συνηγμένων μὲν οὖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, A. f. 262. b. Syr. IV. 13.
ἀρχιερέων τὲ καὶ νομοδιδασκάλων, ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ ποιούμενος τὰς διατριβάς, τὰ μέλλοντα αὐτοῖς κατ' αὐτοῦ τολμᾶσθαι, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ τόλμῃ καταληψόμενον αὐτοὺς ὄλεθρον ἐπεσκιασμένως

» cum reliquis aliis regionibus finitimis, ab ipso Simone Cepha, qui ascenderat ab Antiochia, et fuit praeceptor ac re» ctor in ecclesia, quam ibi aedificavit, et in finitimis. » Iam vero quod hoc opusculum, in romano chartaceo codice cum Ebediesu saeculi XIII. auctore copulatum, nunc in codice saeculi sexti aut septimi a doctis quoque Anglis compertum fuerit, sane gaudeo; sic enim eius cum aetate augetur auctoritas. Quod autem in editionem latinam meam irrepserit *Bithynia* pro *Britannia*, quum tamen mea ipsa syriaca editio recte habeat p. 174. ܒܪܘܛܐܢܝܐ *Brutania*, ut syrus noster pronunciat, id non sine aliqua, ut puto, mentis evagatione vel typorum mendo fieri potuit. (Namque Aloysii Assemani latinum scriptum quid habeat, neque nunc memini, nec scire interest.) Quis enim inter Galliam et Hispaniam, *Bithyniam* potius quam *Britanniam* serio collocet?

1) Heic aliquantum abludit a graeco syrus. Porro semel adhuc aio, me syriacum librum (quo careo) nonnisi ex anglicana interpretatione cognoscere.

2) Adhuc deflectit a graeci textus sensu syrus. — 3) Cod. gr. τῶν αὐτοῦ λογικῶν δικτύων.

4) Animadverte Eusebii testimonium de antiquissimis ss. Bibliorum in omnium gentium linguas translationibus.

τοῦτον τὸν τρόπον διὰ τῆς παραβολῆς προηγό-
Matth. XXI. 33. seqq. ρευσεν· « * Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις
» ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ πε-
» ριέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκο-
» δόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς,
» καὶ ἀπεδήμησεν· ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν
» καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς
» τοὺς γεωργοὺς λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ· καὶ
» λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν
» μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθο-
» βόλησαν· πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους
» πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς
» ὡσαύτως· ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς
» τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· ἐντραπήσονται τὸν
» υἱόν μου· οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶ-
» πον ἐν ἑαυτοῖς· οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος,
» δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν
» τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ· καὶ λαβόντες αὐτὸν
» ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν·
» ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί
» ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; λέγουσιν αὐτῷ·
» κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς· καὶ τὸν ἀμ-
» πελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵ τινες
» ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς και-
» ροῖς αὐτῶν· λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· οὐδέποτε
* Ps. CXVII. 22. » ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς *· λίθον ὃν ἀπεδο-
» κίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς
» κεφαλὴν γωνίας; παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη,
» καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν; διὰ
» τοῦτο λέγω ὑμῖν ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ
» βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποι-
» οῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. » Ἔστι δὲ ἡ παραβο-
* Is. V. 1. λὴ συγγενὴς τῇ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ *, παρ' ᾧ τοῦτον
ἔχει τὸν τρόπον· « ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ
» ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι· καὶ φραγμὸν περιέθηκα
» καὶ ἐχαράκωσα, καὶ ἐφύτευσα, καὶ πύργον ᾠκο-
» δόμησα, καὶ προλήνιον ὤρυξα, καὶ ἔμεινα τοῦ
» ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. » Ἀλλ'
ἡ μὲν παρὰ τῷ προφήτῃ τὸν ἀμπελῶνα διαβέβλη-
* Ibid. v. 7. κεν· ὃν καὶ ἡρμήνευσε τίς ποτε ἦν, εἰπών *· ὁ γὰρ
ἀμπελὼν κυρίου σαβαὼθ, οἶκος τοῦ Ἰσραήλ· ἡ δὲ
τοῦ σωτῆρος παραβολὴ εἴρηται μὲν ὁμοίως ἐκείνῃ,
ὡς ἂν γνωρισθείη τοῖς παροῦσι καὶ ἀκροωμένοις·
οὐ μὴν περὶ τοῦ ἀμπελῶνος λέλεκται, ἐπειδὴ ὁ
προφήτης τὴν περὶ τούτου πρόῤῥησιν προλαβὼν εἰ-
ρήκει. ἅπερ δὲ τῷ προφήτῃ σεσιώπητο, ταῦτα αὐ-
τὸς ἐν τῇ παραβολῇ τίθησι, λέγω δὲ τὰ περὶ τῶν
γεωργῶν τοῦ ἀμπελῶνος· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ πρεσ-
βύτεροι τοῦ λαοῦ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, ἄρχοντες καὶ
διδάσκαλοι· οἱ δὴ καὶ τῷ πλήθει παραίτιοι γε-

» paterfamilias qui plantavit vineam, et sepem circumdedit ei, et fodit in ea torcular, et aedificavit turrim, et tradidit eam agricolis, et peregre profectus est. Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricolae adprehensis servis eius, alium pulsaverunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus, et fecerunt ipsis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens: reverebuntur filium meum. Agricolae autem videntes filium, dixerunt intra se: hic est heres, venite, occidamus eum, et occupemus hereditatem eius et adprehensum eum eiecerunt extra vineam, et occiderunt. Quum ergo venerit dominus vineae, quid faciet agricolis illis? Aiunt ei: malos male perdet, et vineam suam tradet aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: numquam legistis in scripturis: lapidem, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, quod auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius. » Est haec quidem parabola similis illi quae apud Isaiam his verbis scribitur. « Vinea » fuit dilecto in cornu, in pingui loco. Saepem ei circumdedi, eamque vallavi, et consevi, et turrim aedificavi, et torcular fodi. Expectavi autem ut uvam gigneret, verumtamen spinas reddidit. » Sed enim prophetae parabola ad vineae reprehensionem accommodata est. Et quidem propheta declaravit quid eo nomine significaretur: nam vinea Domini exercituum, domus Israhelis est. Ceteroqui Servatoris parabola idcirco ad illius propheticae exemplum dicta fuit, ut a praesenti corona audientium intelligeretur: non tamen de ipsa vinea sermo loquitur: namque ipse propheta vaticinium huiusmodi praeoccupaverat. Quae autem propheta reticuerat, ea Servator in parabola ponit; illa nempe de vinitoribus, qui intelligendi sunt seniores populi et pontifices, principes atque doctores. Horum enim causa contigit, ut malos fructus populus efficeret. Quamobrem ipsa

vinea vasta relicta est, nimirum hebraica eius temporis gens: vallumque illius dirutum fuit, principes nimirum qui gentem olim protegebant, incolasque simul cum urbe servabant. Et turris quidem, ipsum templum erat; torcular vero, altare. Haec omnia funditus deleta fuerunt propter patratam a vinitoribus caedem: qui servos semel et iterum ad se missos, variis nempe prophetas temporibus, occiderunt. Vetus quoque scriptura huic sermoni suffragium dat. Et quidem propheta Elias in sua ad Deum prece ait: « Domi» ne, prophetas interemerunt, altaria suf» foderunt, atque ego solus relictus sum, et » meam ipsius animam conantur eripere. » Sic enim in prece sua de iudaicae gentis principibus propheta expostulat. Sed enim hi haud contenti prophetarum caede, postremo ipsum filium, non sane inscii immo probe gnari hunc esse heredem, supplicio adfecerunt.

Haec Servator ante passionem suam de se innuebat, praeoccupata per praesensionem notitia futuri. Et quidem ita disserebat in templo versans coram coaetaneis suis vinitoribus, principibus nimirum populi: sapienter admodum hac parabola curans, ut ii sententiam contra se ipsos ferrent, prius quam intelligerent parabolam de ipsis loqui. Idcirco hoc sermonis involucro usus est, ut ipsi semet condemnarent: quemadmodum Davidi accidit, cum de Nathanis parabola iudicium tulit. Verumtamen illi re demum intellecta, infortunium a se deprecati sunt. Porro apud Matthaeum tribus de vinea parabolis rei huius mentio fit: quamquam prima quidem variae illorum vocationes exprimuntur, qui ad vineae culturam convenerunt; quibus omnibus par denarii merces attributa est. Alterâ parabolâ duorum vocatio filiorum ostenditur, quorum alter primo haud morigerus fuit, sed demum officium praestitit, atque in vinea operatus est: alter autem

γόνασι τῆς τῶν πονηρῶν καρπῶν ἐκφυῆς· δι' οὓς καὶ ὁ ἀμπελὼν καταλέλειπται ἔρημος, τουτέστι τὸ παρὸν αὐτῶν ἔθνος, καὶ ὁ τούτου καθῃρέθη φραγμὸς, οἱ πάλαι δηλαδὴ τοῦ ἔθνους προμαχοῦντες, καὶ τὸν λαὸν φυλάττοντες σὺν αὐτῷ τῷ τόπῳ· ὅ τε ἐν αὐτῷ πύργος, αὐτὸς ὁ νεώς· καὶ ὁ ληνὸς, τὸ θυσιαστήριον· ταῦτα πάντα ἄρδην ἐκ βάθρων ἤρθη, διὰ τὴν τῶν γεωργῶν μιαιφονίαν· οἱ δὴ πρώτους δούλους καὶ δευτέρους ἀποσταλέντας πρὸς αὐτοὺς, δηλαδὴ τοὺς κατὰ χρόνους προφήτας, ἀνεῖλον· μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ καὶ ἡ πάλαι γραφή· καὶ προφητῶν δὲ Ἡλίας ἐν εὐχῇ » πρὸς τὸν θεὸν λέγων * « κύριε τοὺς προφήτας » ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήρια κατέσκαψαν, » κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν » μου λαβεῖν αὐτήν· » ταῦτα γοῦν ὁ προφήτης τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διὰ τῆς εὐχῆς κατηγορεῖ· οἱ δὲ μὴ ἀρκεσθέντες τῇ κατὰ τῶν προφητῶν μιαιφονίᾳ, ὕστερον καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν, οὐκ ἀγνοοῦντες ἀλλ' εὖ μάλα καὶ ἀκριβῶς εἰδότες, αὐτὸν εἶναι τὸν κληρονόμον, ἀνεῖλον. * IV. reg. XIX. 10.

Ταῦτα δὲ ὁ σωτὴρ πρὸ τοῦ πάθους αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ᾐνίττετο, προλαμβάνων 1) τὸ μέλλον κατὰ πρόγνωσιν· καὶ λέγει ταῦτα ἐν αὐτῷ διατρίβων τῷ ἱερῷ τοῖς κατ' αὐτὸν γεωργοῖς τοῦ ἀμπελῶνος, τοῖς τοῦ λαοῦ προεστῶσι· σφόδρα σαφῶς διὰ τῆς παραβολῆς αὐτοὺς καθ' ἑαυτῶν τὴν ἀπόφασιν ἐξενέγκασθαι παρασκευάζων, οὔπω συνιέντας ὅτι περὶ αὐτῶν εἴρητο· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ διὰ παραβολῆς εἴρηκεν, ἵνα αὐτοὶ τὴν ψῆφον ἐξενέγκωσιν 2)· ὅ τε καὶ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ γέγονεν ὅτε ἔκρινε τὴν παραβολὴν τοῦ Νάθαν· ἐπειδὴ δὲ ᾔσθοντο τῶν εἰρημένων, τότε εἶπον μὴ γένοιτο· τοῦτο μέντοι ἤδη τρίτον παρὰ Ματθαίῳ διὰ τριῶν παραβολῶν τοῦ ἀμπελῶνος ἐμνημόνευσεν· ἀλλὰ διὰ μὲν τῆς πρώτης * διαφόρους κλήσεις ἐδήλου τῶν ἐπὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ ἀμπελῶνος παρελθόντων· οἷς πᾶσιν ἐξ ἴσου μισθὸν ἐνεδίδου τὸ δηνάριον· διὰ δὲ τῆς δευτέρας *, δύο υἱῶν κλῆσιν ᾐνίττετο· τοῦ μὲν ἀρνουμένου τὰ πρῶτα, ἐπὶ τέλει δὲ τὴν ὑπακοὴν ἐνδεικνυμένου, καὶ εἰς τὸν ἀμπελῶνα ἐργαζομένου· τοῦ δὲ τῇ ἐναντίᾳ κεχρη- * Matth. XX. 1. * Matth. XXI. 28. 28.

1) Syrus interpres videtur legisse διὰ παραβολῆς.

2) Multa quae in graeco posthinc sequuntur, continua prorsus scriptura, nexuque sensus aptissimo, de variis vineae parabolis, ea absunt a syriaca Theophania; ideoque ex commentariis potius Eusebii in evangelia huc esse translata aliquis existimabit. Sed certe in codice A. p. 262. b.-263. a., ut dixi, sine ulla intercapedine iacent, nomenque Eusebii gerunt. Mihi autem partes has tam arcte cohaerentes, tum sententia tum loco, separare aut discerpere prorsus non licebat. Hoc aio, quia credere vel sperare licet syriacam Theophaniam apud syrum interpretem integram esse, non autem aliquando fortasse breviatam (sive per rei compendium, sive per omissionem), sicut certe accidit Ignatii martyris epistolis, quas syrus interpres breviores graecis interdum recitat. Nonne vero quaestiones quoque Eusebii evangelicas, in codice vat. palatino studiose ab anonymo vetere breviatas, nos ipsi edidimus?

μένου προαιρέσει· διὰ δὲ τῆς παρούσης παραβολῆς, μετάθεσιν παντελῆ τοῦ ἀμπελῶνος ὁ λόγος διδάσκει ἀπὸ προτέρων γεωργῶν ἐπὶ δευτέρους· καὶ τὴν αἰτίαν σημαίνει τῆς μεταθέσεως· κἀμοὶ δοκεῖ μετατεθεῖσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ ἐπαγγειλαμένου μὲν ἐργάσασθαι υἱοῦ, μὴ μὴν ἔργον ἐπιθέντος τῷ λόγῳ· δεδόσθαι δὲ τῷ ἀρνησαμένῳ κατ' ἀρχὰς, ἔργῳ δὲ ἐπὶ τέλει τὸ εὐπειθὲς ἐνδειξαμένῳ.

Σαφέστερος δ' ἂν εἴη ὁ λόγος, εἰ τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα τὸ τῆς θεοῦ βασιλείας οἰκεῖον, τὸν ἀμπελῶνα εἶναι ἐκλάβοιμεν· προτέρους δὲ αὐτοῦ γεωργοὺς οὐκ ὀρθῶς κεχρημένους τῇ ἐργασίᾳ, τοὺς πρότερον παρὰ Ἰουδαίοις τῆς θείας γνώσεως κατηξιωμένους, τοὺς αὐτοὺς ὄντας ἑνὶ τῶν υἱῶν τῷ διαβεβλημένῳ· δευτέρους δὲ γεωργοὺς τοὺς τὸν ὀφειλόμενον καρπὸν κατὰ καιρὸν ἀποδιδόντας, τοὺς ἐξ ἐθνῶν διὰ Χριστοῦ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν ἀνειληφότας, τοὺς αὐτοὺς ὄντας τῷ υἱῷ τῷ τὸ εὐπειθὲς καὶ ὑπήκοον τῷ πατρὶ ἔργοις ἐπιδεδειγμένῳ· τὸ δὲ αἴτιον τοῦ ληφθῆναι παρ' ἐκείνων τὸν ἀμπελῶνα, ἐπεὶ μὴ εἴρηται διὰ τῆς τῶν υἱῶν παραβολῆς, ἀναγκαίως διὰ τῆς μετὰ χεῖρας παρίστησι· τοῦτο δ' ἦν τὸ μὴ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀποδοῦναι τοὺς καρποὺς τῷ οἰκοδεσπότῃ· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ το ἐπιβουλεῦσαι τοῖς ἀπεσταλμένοις ἐπὶ λήψει τῶν καρπῶν δούλοις· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ υἱῷ χεῖρας ἐπιβαλεῖν τολμῆσαι· ὃν ἐπιγνόντες, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ οἰκοδεσπότου ὁμολογήσαντες, ὅμως ἀνεῖλον ἀσεβεῖ χρησάμενοι λογισμῷ· τῶν δὲ τριῶν παραβολῶν τοῦ ἀμπελῶνος, τὴν μὲν πρώτην τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παρέθετο, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ σὺν αὐτοῖς ποιούμενος διατριβάς· διόπερ πάντας ἀνθρώπους ἐργάτας εἰσῆγε διαφόροις ὥραις κεκλημένους· ὑπακούοντάς τε τοὺς πάντας καὶ μισθὸν λαμβάνοντας τὸν αὐτόν· τὴν δὲ δευτέραν ἐν Ἱεροσολύμοις γενόμενος, ἔνδον τὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ διδάσκων, τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπῆγε, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις τοῦ λαοῦ, μετὰ πολλοῦ τοῦ παρασήματος ἐλεγκτικῶς φήσας πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἄρα οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγοιεν αὐτοὺς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ τρίτην δὲ τοῖς αὐτοῖς ἀναγκαίως προφέρει τὰς αἰτίας παριστὰς, δι' ἃς ἔμελλεν εἰς ἑτέρους μετατίθεσθαι ἀφαιρουμένη ἐξ αὐτῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τρεῖς δὲ τὰς πάσας αἰτίας καταλέγει, πρώτην μὲν τὴν περὶ τοὺς καρποὺς ἀγνωμοσύνην τῶν γεωργῶν· οὐ γὰρ ἔπραττον κατὰ τὰ παρηγγελμένα
Cod. A. f. 263. αὐτοῖς, παραβάται δὲ ἐτύγχανον τοῦ δοθέν-

filius contrarium ingenium prae se tulit. Sed praesente demum parabola translatam omnino Servator docet vineae locationem a prioribus agricolis ad posteriores; causamque translationis aperit. Et mihi videtur translata vineae locatio ab eo filio, qui se operaturum recepit, mox verba in rem non contulit; tradita autem illi qui initio quidem officium detrectavit, sed mox opere obedientiam praestitit.

Sed enim magis perspicuus sermo fiet, si religiosam vitam, quae divini regni propria est, vineam esse putabimus: atque ita priores eius cultores, qui non iustam operam in ea collocaverunt, Iudaeos esse credemus qui primi divina notitia dignanter collustrati fuerunt: hique pares sunt illi alteri filio, quem evangelicus sermo damnat. Posteriores autem cultores, qui debitum fructum suo tempore exhibuerunt, ethnicos existimabimus, qui per Christum Dei notitiam recoperunt, similesque illi filio evaserunt, qui patri obsequium et obedientiam re ipsa testatus est. Iam causam ablatae illis vineae, quia in filiorum parabola Servator non dixit, idcirco necesse fuit ut hac, quae in manibus est, parabola patefaceret. Causa vero fuit, quia non suo tempore fructus domino debitos obtulerunt: praetereaque servis ad colligendos fructus submissis exitium moliti sunt: necdum his maleficiis contenti, filio ipsi adferre manus non dubitarunt: quem sane agnitum, atque domini filium non diffitentes, nihilominus impio consilio interemerunt Atque harum de vinea parabolarum trium primam discipulis suis recitavit Servator, dum in Galilaea cum iis versaretur. Quare et omnes homines dixit diversis horis ad operam vocatos; qui cuncti obtemperant, paremque mercedem capiunt. Secundam parabolam Hierosolymis, dum intra templum doceret, coram pontificibus populique senioribus dixit; et quidem confidentissimam addidit increpationem fore ut ipsos publicani ac meretrices in caelorum regnum praecederent. Tertiam denique apud eosdem necessario parabolam protulit, causas edisserens, ob quas caelorum regnum bis ereptum, ad alios erat transferendum: tresque omnino causas recensuit; primam de fructibus quos improbi agricolae abnegaverunt: neque enim imperata fecerunt,

sed leges eis latas violaverunt. Causam alteram, facinora adversus prophetas dixit: hi quippe praemissi fuerant servi Dei. Tertiam denique causam adtulit patris familias filium caesum. Quamobrem fusi omnis sanguinis poenae ab iis reposcentur, a sanguine iusti Abelis usque ad sanguinem Zachariae.

Haec pontificibus atque senioribus in faciem obiecta, non mediocre his probrum creabant. Quare admirari licet Servatorem, qui praeter cetera potestatem quoque sermonis magna cum auctoritate exserebat, atque instar iudicis poenam iisdem sapientissime coram decernebat. Huic autem Servatoris nostri parabolae consonat, uti dictum est, illa Isaiae. Sed tamen propheta vineam obiurgat, nulla cultorum facta mentione: at vero Servator vinitores coram obiurgat atque praesentes. Hi porro erant principes ducesque populi: apud quos etiam scelus adversus se ab his patrandum commemoravit: foreque ait ut vinea iis auferatur, atque aliis tradatur cultoribus. Exin enucleabat, quaenam vitis esset; nempe Dei regnum vineae nomine intelligi declarabat: quod quidem Dei regnum per piam religionem olim principibus prioris populi concreditum fuerat. Sed enim quum hi neque debitos fructus redderent, et praeter legis violationem, caedibus quoque semet impiavissent, merito Servator hanc in illos sententiam tulit dicens: propterea dico vobis auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti quae fructus eius exhibebit. — Quoniam vero dixit « occiderunt (domini filium) » non iam videretur parabolae series pati, ipsum fore praesentem poenae, qua mali agricolae, domini sui interfectores, merito plectendi erant. Atqui revera esse eumdem constat, quia ipse iudex est.

Lapis dicitur Dominus propter terrenum corpus: lapis absque manuum ministerio excisus, prout fertur in Danihelis visione, propter suam de virgine nativitatem: neque enim illi opus fuit humano semine, caelesti virtute genituram eius administrante; matremque ha-

1) Fragmentum hoc diserte citatur ex Eusebii Theophania in codice vat. L. f. 54; et quidem dicitur ex operis *secundo libro*, si numeralis notae compendium recte in codice scribitur. Ceterum quum in secundo libro propter argumentum collocari nequeat, huc fere a me transferendum fuit, ubi in syriaca seu anglica Theophania lib. V. 45. memoratur non duodecim Apostolorum tantummodo electio, verum etiam septuaginta Discipulorum: *made his disciples, not only the twelve Apostles, or the seventy Disciples.* Videtur ergo demonstrari a vaticano fragmento sermonem in Theophania fuisse, paulo amplioribus verbis etiam de electione LXX. Discipulorum; quod mihi certe persuasum apprime est.

XII.

Nos vero Danihelis etiam vaticinium heic commemoremus, ut ostendamus, romanum quoque imperium oraculo fuisse praenunciatum atque a Spiritu praedictum, fore nimirum ut sub eo nasceretur Christus, qui humana cuncta regna destrueret, et suum tantummodo ubique stabiliret, cuius nullus foret finis. Ergo viri desideriorum oracula hoc ferme argumentum habuerunt.

Quemadmodum olim Aegypti principi interpres somniorum extitit Ioseph, ita Danihel Chaldaeorum dominatori Nabuchodonosoro visum declaravit. Nempe quod statua in somnis ipsi ostensa, cuius caput aureum, pectus argenteum, venter aeneus, pedes ferrei, quatuor imperia significaret. Ipse quidem caput aureum, propter opes maximas atque delicias regum assyriacorum. Magnum autem fuit Assyriorum imperium, quia tenuit Aegyptum, Libyam, et universam Asiam, et usque ad Iudorum regionem fines protulit: mansitque longis annorum periodis; nam capto a Nembrodo initio, usque ad Nabuchodonosorum devenit: neque antea desiit, quam ille Dei templo hierosolymitano manus iniecit. Hoc enim patrato facinore, statim Medi Assyriorum imperium dissolverunt; primusque Cyrus ad Persas transtulit potentatum. Secundi igitur post Assyrios Persae orbi imperitarunt splendide et insigni cum gloria: quam rem significabant partes secundae in statua, argento constantes. Tertius vero superveniens Alexander macedo pugnavit cum persa Dario, eoque victo, imperium ad Macedones devol-

XII 1).

Ἡμεῖς δὲ καὶ τῆς τοῦ Δανιὴλ μνησθῶμεν ἐνταῦθα προφητείας, ἵνα δείξωμεν ὅτι καὶ ἡ ῥωμαϊκὴ ἀρχὴ προτεθέσπιστο καὶ προελαλήθη τῷ πνεύματι, ὡς κατ᾽ αὐτὴν μέλλοντος γεννηθῆναι Χριστοῦ, ὃς ἔμελλε πάσας τὰς ἐν ἀνθρώποις βασιλείας καθαιρεῖν, καὶ τὴν ἰδίαν ἀποδεικνύειν μόνην πάντων κρατοῦσαν, καὶ τέλος οὐκ ἐπιδεχομένην· τά γε μὴν τοῦ ἀνδρὸς τῶν ἐπιθυμιῶν θεσπίσματα, ὧδέ πη εἶχεν ὑποθέσεως. Cod. A. f. 14. Cod. E. f. 64.

Ὥσπέρ ποτε τῷ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντι ἑρμηνεὺς τῶν τεθεαμένων ἐν ὕπνοις κατέστη ὁ Ἰωσὴφ, οὕτως ὁ Δανιὴλ τῷ Χαλδαίων ἄρχοντι Ναβουχοδονόσορ τὴν ὄψιν διασαφεῖ ὡς ἄρα ἡ εἰκὼν κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ ὀφθεῖσα, ἧς ἡ κεφαλὴ χρυσῆ, τὸ δὲ στῆθος ἀργυροῦν, ἡ δὲ κοιλία χαλκῆ, καὶ οἱ πόδες σιδηροῖ, τέσσαρας δηλοῖ βασιλείας· αὐτὸς μὲν ἔστι ἡ χρυσῆ κεφαλὴ διὰ τὸ βαθύπλουτον καὶ τρυφηλὸν τῶν παρὰ Ἀσσυρίοις βεβασιλευκότων· μεγάλη δὲ καὶ αὕτη ἡ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία· κατέσχον γὰρ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης Ἀσίας τε πάσης, διῆλθόν τε καὶ μέχρι τῆς Ἰνδῶν οἰκουμένης· διήρκεσέ τε μακραῖς ἐτῶν περιόδοις, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ Νεβρὼδ, παρατείνασα δὲ ἐπὶ τὸν Ναβουχοδονόσορ· οὐ πρότερον δὲ ἀπεσβέσθη, ἢ χεῖρας ἐπὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν τοῦ θεοῦ βαλεῖν· τούτου γὰρ γενομένου, Μῆδοι παραχρῆμα τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν καταλύουσιν· ὧν πρῶτος Κῦρος εἰς Πέρσας μετεστήσατο τὴν ἡγεμονίαν· καὶ δὲ δεύτεροι μετὰ Ἀσσυρίους Πέρσαι τῆς οἰκουμένης ἐπῆρξαν λαμπρότατα καὶ διαφανῶς· ὃ δὴ καὶ ἐδήλου τὰ δεύτερα μέρη τῆς εἰκόνος ἐξ ἀργύρου πεποιημένα· τρίτος δὲ ἐπελθὼν Ἀλέξανδρος ὁ μακεδὼν συμβάλλει μὲν τῷ πέρσῃ Δαρείῳ, ἑλὼν

1) Fragmentum hoc, ab initio usque ad verba *ἐν μορφαῖς ἐδείκνυτο*, recitatur sub Eusebii nomine a Niceta Serrarum episcopo in catena ms. ad Lucam cod. A. f. 14; itemque cum brevi sub initiis augmento a Macario Chrysocephalo in sua item ad Lucam ms. catena cod. E. f. 64, inscriptum pariter Eusebio. Deinde in utroque codice, vix brevi spatio interiecto, sequitur pars altera fragmenti quae incipit: *ὥσπερ μέν τοι διὰ τοῦ χρυσοῦ*, desinitque *τὰ κατ᾽ αὐτὸν οἰκονομουμένης*. Iamvero haec altera pars in codice A. f. 14. b. perspicue inscribitur: *Εὐσεβίου β. θεοφανείας*: (at in E. tantum *Εὐσεβίου*) litterae autem *β* superponitur compendium vocabuli quod tam *τρίτῳ* legi potest quam *τετάρτῳ*: et quamquam olim existimavi *β* positum pro secundo ordinali numero, nunc malim legere *βιβλίῳ*, ita ut citetur vel tertius vel quartus liber. Atque ita existimandum est in reliquis quoque fragmentis, ubi idem compendium vocabuli occurrit. Age vero quum haec altera fragmenti pars ex Theophania diserte citetur, eaque sine dubio cum priore connectatur; superest ut illa quoque prior ad Theophaniam pertineat, quamquam Eusebii tantum nomine titulata; quam rem evidenter et saepe cognovimus in praecedentibus Theophaniae fragmentis, quae quum in codicibus vatt. nonnisi nudum interdum Eusebii nomen gererent nunc comparata cum syra Theophania, membra eiusdem esse compertum est. — Et praecedentia quidem XI. fragmenta cum syriaca Theophania conspirare adamussim prope omnia vidimus: exin sequentia iure nostro addimus, quia in codicibus vatt. gerunt titulum *Eusebii Theophaniae;* immo et ad syriacum exemplar aliquando accedunt. Nonne enim etiam in catena epist. ad Hebr. ed. Crameri p. 597. locus Eusebii occurrit, qui non parum congruit cum syriaca Theophania lib. III. 40? *Εὐσεβίου. Ἀμέλει οὐ κατὰ Μωσέα πλαξὶ λιθίναις τοὺς αὐτοῦ νόμους κατεβάλλετο, στήλαις δ᾽ ὥσπερ ἱεραῖς ταῖς αὐτοῦ γνωρίμων ψυχαῖς τοὺς αὐτοῦ κατέγραφε νόμους, καὶ παρεδίδου γε τὴν καινὴν διαθήκην λογισμοῖς καὶ διανοίαις κεκαθαρμέναις.*

δὲ τοῦτον, τὴν ἀρχὴν εἰς Μακεδόνας μετεστήσατο· καὶ κρατοῦσιν οὗτοι τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, τρίτοι μετὰ τοὺς πρώτους· ἐσήμαινε δὲ ἄρα καὶ τούτους τὰ τρίτα μερη τῆς εἰκόνος διὰ τοῦ χαλκοῦ· εὔφωνος γὰρ αὕτη ἡ ὕλη καὶ μακρὰν ἠχεῖν δυναμένη· τοιαύτη δέ τις ἡ τῶν Μακεδόνων ἡγεμονία, ἑλλήνων ὄντων καὶ τὴν γλῶτταν λογιωτέρων· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν σιδήρεον ᾐνίξατο βασιλείαν, κραταιὰν καὶ διαφερόντως παρὰ πάσας τὰς πρὸ αὐτῆς ἰσχυροτάτην· ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ σιδήρου δύναμις ἐλαύνειν καὶ δαμάζειν τὰς λοιπὰς ὕλας φύσιν ἔχει· τίς δὲ αὕτη, ἢ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ, τῆς τῶν Μακεδόνων καταστᾶσα διάδοχος; ἐν ταύτῃ τῇ σιδηρᾷ βασιλείᾳ Χριςὸς γεννᾶται, ὁ τμηθεὶς λίθος ἐξ ὄρους, οὐ σιδήρῳ ἀλλ' ἄνευ χειρῶν· τῷ δὲ προφήτῃ θηρίων ἀλόγων τὲ καὶ ἀγρίων ἐν μορφαῖς ἐδείκνυτο.

vit: hique gentibus cunctis potiti sunt, tertii post primos. Significabant autem hos quoque, tertiae statuae partes ex aere: est enim haec materia valde vocalis, et longe lateque resonans. Huiusmodi fuit Macedonum imperium, qui graeci erant et idiomatis exquisitioris. Post haec ferreum denotabatur imperium, validum, et super omnia priora fortissimum: nam et ferri natura reliquas materias propellere et superare solet. Quodnam vero hoc est, nisi Romanorum imperium, quod macedonico successit? Sub hoc ferreo imperio Christus nascitur, lapis de monte nec ferro nec manibus excisus. Haec vero imperia sub imaginibus irrationalium saevarumque ferarum ostensa prophetae fuerunt.

Cod. A. f. 11. b.
Cod. E. f. 65.

Ὥσπερ μέντοι διὰ τοῦ χρυσοῦ τὸ βαθύπλουτον τῶν Ἀσσυρίων παρίστατο, οὕτω διὰ τῆς λεαίνης τὸ τεθηλυμένον αὐτῶν καὶ χαῦνον ἐδηλοῦτο· τὸ δὲ βραδὺ τῶν Περσῶν καὶ δυσκίνητον, διὰ τῆς ἄρκου· παρδάλει δὲ πτερωτῇ τὸν Ἀλέξανδρον ἀφωμοίου, διὰ τὸ τῆς φύσεως ὀξὺ καὶ εὐκίνητον· οὐδ' ὅλοις γοῦν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα τὴν ἀρχὴν ἐπικρατήσας, τὴν οἰκουμένην ἐπῆλθεν ἅπασαν, παντὸς ὀρνέου θᾶττον διαπτὰς, Εὐρώπην ὁμοῦ καὶ Ἀσίαν, ὡς μέχρις αὐτοῦ ψαῦσαι ὠκεανοῦ· Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδονας μὲν τῆς ἀρχῆς ἀφαιροῦνται, ὕστατον αὐτῶν βασιλέα καθελόντες Περσέα· Σύρους δὲ ὑποτάττουσι διὰ Πομπηΐου καὶ Γαβινίου ςρατηγῶν, τήν τε Ἀσίαν ἑλόντες διὰ τῶν αὐτῶν, ὑποχείριον ἐποιήσαντο· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑςάτην ἁπάντων Κλεοπάτραν εἷλεν Αὔγουςος, κρατήσας Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας 1)· ἐξ ἐκείνου τὲ ἤδη καθόλου κρατεῖν ἤρξατο ἡ τετάρτη βασιλεία, ἣν ἡ μὲν τῆς εἰκόνος ὄψις σιδηρὰν ὠνόμασεν, ὡς πάντα δαμάζουσαν καὶ λεπτύνουσαν· ἡ δὲ τοῦ προφήτου ὅρασις ζῷον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον καὶ ἰσχυρὸν περισσῶς· μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὰ τῆς προῤῥήσεως τέλη· μόνα γοῦν ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ὁμοῦ δημοκρατίας καὶ τοπαρχίας τὲ καὶ ἐθναρχίας καθεῖλε τῶν ἐξ αἰῶνος μακροῦ καθ' ἕκαστον ἔθνος ὑπὸ οἰκείοις ἄρχουσι τυραννουμένων· καὶ μόνη κατὰ πάντων μίαν μόναρχον ἡγεμονίαν συνεστήσατο, ἐφ' ἧς καὶ Χριςὸς γεννᾶται 2).

Sicut auro Assyriorum opes repraesentavit, sic leaenâ effeminatam illorum mollemque vitam denotavit. Persarum vero tarditatem et pondus per ursam. Pantherae pernicitati Alexandrum comparavit, propter indolis eius acumen et mobilitatem: hic enim quum tredecim et quidem haud integris annis regnaverit, mundum universum decurrit, qualibet ave volucrior, Europam nempe et Asiam, donec ipsum oceanum attigit. Romani autem Macedones imperio spoliaverunt, postremum illorum deponentes regem Perseum. Syros quoque per Pompeium atque Gabinium duces subiugarunt, Asiamque per eosdem stipendiariam fecerunt. Postremam omnium Cleopatram cepit Augustus, Aegypto et Alexandria devictis. Ex eo tempore toto orbe coepit dominari quartum imperium; quod statuae quidem repraesentatio ferreum denominavit, ceu quod omnia domuerit atque contriverit; prophetae autem visio, animal terribile mirum ac validissimum. Porro verba confirmavit praedictionis exitus. Solum igitur romanum imperium respublicas, praefecturas, et populorum regna destruxit, eorum scilicet qui a multis saeculis in unaquaque natione a propriis principibus regebantur; unamque super omnes monarchiam constituit, sub qua natus est Christus.

1) Ita etiam in chronico Eusebius distinguit ab Aegypto Alexandriam; nempe urbe denotans Aegyptum inferiorem, ipso autem regionis nomine partem regni superiorem. Revera in hieroglyphicis passim inscriptionibus duplex Aegypti pars memoratur, superior et inferior.

2) De Romanorum universali imperio, sub quo natus est Christus, pulcre Eusebius, etsi aliis verbis in syriaca Theo-

XIII.

Postremus ac maximus prophetarum Iohannes, praeco simul et praecursor Christi, primus omnium palam cunctis praedicabat regnum Dei nuntians. Qui quum primus hanc vocem emisisset, et ad paenitentiam hortaretur: atque ad lavacrum accedere, et animas prioribus peccatis mundare, et hilares purosque esse iuberet, atque ad regni initia praeparari; neque iam consuetos Hierosolymis mosaicos ritus commendaret, sed circa Iordanem fluvium, nova inauditaque purgationis per aquam promissione universum populum invitaret; quum haec, inquam, fierent, ii qui veterum prophetarum de his rebus praedictiones memoria retinebant pontifices atque doctores, iudaicae gentis duces novo praeconio aures perculsi, ipsum suspicabantur esse illum quem venturum iamdiu expectabant, communem humani generis Servatorem; Isaiae prophetae oracula comparantes, qui deserti nominatim et praedicationis atque Iordanis his verbis meminerat: vox clamantis in deserto, parate viam Domini, et reliqua. Et rursus: laetare desertum sitiens, exultet desertum, et efflorescat sicut lilium. Et, florebunt et exultabunt deserta loca Iordanis. Quibus addidit dicens: roboramini, manus remissae et genua dissoluta: consolamini, pusilli mente; confortamini, nolite timere: ecce Deus noster iudicium retribuit: ipse veniet ad salvandum nos: tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum audient: tunc claudus saliet sicut cervus, et expedita erit lingua balborum: quia eruperunt in deserto scatebrae, et vallis in terra sitiente.

Haec in sacris libris, tamquam in columnis, impressa olim apud se habentes hebraeae

XIII 1).

Cod. A. f. 53. Cod. E. f. 154. * Matth. cap. III.

Ὁ ὕστατός τε καὶ μέγιστος προφητῶν Ἰωάννης κῆρυξ ὁμοῦ καὶ πρόδρομος Χριστοῦ γεγονὼς πρῶτος ἁπάντων ἀνεφώνει κηρύττων εἰς πάντας καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν· οὗ δὴ πρώτου ταύτην ἀφέντος τὴν φωνὴν, μετανοεῖν τε παρακελευομένου, λουτρῷ τε προσιέναι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀποκαθαίρεσθαι τῶν προτέρων ἀμπλακημάτων, φαιδρύνεσθαί τε παραινοῦντος, καὶ παρασκευάζεσθαι ἐπὶ τὴν εἴσοδον τῆς βασιλείας, οὐκέτι μὲν ἀμφὶ τὰ Ἱεροσόλυμα οὐδ᾽ ἐπὶ τὰ ταύτῃ συντελούμενα Μωϋσέως νόμιμα συγκροτοῦντος, ἀμφὶ δὲ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν διὰ νέας καὶ ξενιζούσης ἐπαγγελίας τῆς δι᾽ ὕδατος καθάρσεως τὸν πάντα λεὼν προκαλουμένου, οἱ τῶν ἀνέκαθεν προφητῶν τὰς περὶ τούτων προῤῥήσεις διὰ μνήμης φέροντες ἀρχιερεῖς καὶ διδάσκαλοι, οἱ τοῦ ἔθνους Ἰουδαίων καθηγούμενοι, τὰς ἀκοὰς ἐπὶ τῷ νέῳ κηρύγματι πληγέντες, αὐτὸν ὑπετόπησαν εἶναι τὸν καὶ πάλαι αὐτοῖς ἥξειν προσδοκώμενον, κοινὸν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους σωτῆρα, Ἡσαΐου προφήτου συμβάλλοντες φωνὰς, ὃς δὴ ὀνομαστὶ τῆς ἐρήμου καὶ τοῦ κηρύγματος καὶ δὴ καὶ τοῦ Ἰορδάνου ὧδέ πη ἐμνημόνευσε λέγων *· φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ αὖθις *· εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ, ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου· οἷς ἐπισυνῆπτε λέγων *· ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσιν· αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς· τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· ὅτι ἐῤῥάγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ἡ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ 2).

* Is. XL. 3. XXXV. 1. v. 3. sq.

Ταῦτα βίβλοις ἱεραῖς, ὥσπερ ἐν στήλαις τετυπωμένα πάλαι παρ᾽ ἑαυτοῖς ἔχοντες οἱ καθη-

phania lib. III. 1. 2. Ibidem aliquid etiam dicitur de vaticiniis Christum portendentibus; nimis tamen breviter, id est paucis verbis. Aegre igitur mihi persuadeo tam pauca dixisse de hoc argumento Eusebium; quo fit ut codicum vaticanorum fragmentum hoc de prophetia Danihelis, quod nominatim ex Theophania citatur, mihi omnino videatur ad Theophaniam reapse pertinere. Porro insigne aliud de vaticinio danihelico fragmentum Eusebii alibi a nobis recitabitur, in codice vaticano repertum, ex eius deperdito libro XV. evangelicae demonstrationis.

1) In codice A. f. 53. inscribitur Εὐσεβίου β. θεοφανείας (mendose absurdeque θεοφόνου; ut et alibi interdum observavimus) In cod. E. f. 154. (itemque in altero huius apographo) Εὐσεβίου θεοφαν. Citari igitur heic Theophaniam dubitari nequit. Ceterum in syriaco textu nihil fere huiusmodi reperiebam. Quamquam de Praecursore locutum fuisse Eusebium sub initium vitae publicae Christi domini, quae incipit Theoph. syr. lib. III. 40, valde est credibile ac prope necessarium.

2) Totum hoc fragmentum, unica ferme graeca periodo constat, quam longam circuitionem valde consuetam esse Eusebio observat Montfauconius praef. p. 6. ad eiusdem commentarium in psalmos.

γεμόνες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐπειδὴ Ἰωάννης αὐτοῖς κηρύττειν ἐπὶ τῆς ἐρήμου καὶ ἀμφὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἠγγέλλετο, τοῖς πράγμασι τὰς προῤῥήσεις συμβάλλοντες, αὐτὸν εἶναι καὶ οὐκ ἄλλον τὸν διὰ τοῦ προφήτου σημαινόμενον ὑπετόπησαν· ἠρώτων τε ἀποστείλαντες, εἰ αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός; ὁ δὲ μὴ εἶναι μὲν ὡμολόγει, ἐπεὶ μηδ᾽ αὐτὸς τὸ κοινὸν ἁπάντων σωτήριον· παρόντος δὲ ἤδη τοῦ προσδοκωμένου, ἑαυτὸν εἶναι πρόδρομον, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἐρήμου φωνὴν τὴν καταγγελτικὴν τοῦ σωτηρίου, αὐτὸς ἑαυτὸν εἶναι ἐδίδασκε· καὶ τοῦτο ἡ θεία τοῦ εὐαγγελίου παρίστησι γραφή· ὡμολόγησε γάρ, φησιν, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ᾽ ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου· ἐγὼ βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι, μέσος δὲ ὑμῶν εἱστήκει, ὃν ὑμεῖς
* Luc. III. 15. οὐκ οἴδατε. Καὶ Λουκᾶς δὲ τὰ ὅμοια ἱστορεῖ *, ὅτι πάντων διαλογιζομένων περὶ Ἰωάννου, μή ποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης· ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· τί δὲ τὸ πῦρ; ἡ τοῦ κούφου δαπάνη, καὶ ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος· τῆς αὐτῆς
* Ioh. I. 7. ἔχεται διανοίας καὶ ὁ Ἰωάννης λέγων *· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι᾽ αὐτοῦ· οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ᾽ ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός· ἀλλ᾽ οὗτος μὲν ὧδέ πη προκατήρχετο τοῦ κηρύγματος, ὁδοποιῶν οἷα φωνὴ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς ὑποδοχὴν τοῦ τελείου λόγου· ἔνθεν εἰκότως ἀπαρχὴν τοῦ εὐαγγελίου αὐτὸν εἶναι
* Marc. I. 1. ὁ Μάρκος ἐδίδασκεν *· ἐπειδὴ δὲ ἐσιώπα μὲν ἡ φωνὴ τὰ οἰκεῖα πληρώσασα μέρη, σμικρῷ τε οἷα φωσφόρῳ φωτὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων καταυγάσασα διανοίας, αὐτὸς δὴ λοιπὸν ὁ μονογενὴς καὶ πρὸ ὢν τοῦ θεοῦ λόγος, διὰ σαρκὸς τὰς οἰκείας ἐξέπεμπε μαρμαρυγάς.

gentis duces, postquam ipsis renuntiatum est Iohannem in deserto et iuxta Iordanem fluvium praedicare; factis praedictiones conferentes, ipsum esse et non alium, a propheta significatum, coniiciebant; missisque legatis rogabant num ipse esset Christus? Is autem negabat; et se non esse communem Servatorem fatebatur: sed enim praesente iam eo qui expectabatur, eiusdem se praecursorem dicebat: verumtamen se nihil aliud quam vocem Servatoris nunciam, esse docebat. Idque evangelii divina exponit scriptura: fassus est, inquit, se non esse Christum, sed vocem in deserto clamantem, dirigite viam Domini. Ego aqua baptizo, medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis. Lucas item similiter narrat, confabulantibus cunctis circa Iordanem de Iohanne, num is Christus esset, respondisse Iohannem: ego quidem vos aqua baptizo, venit autem qui me fortior est; ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igne. Quid est autem ignis? nempe rei inutilis consumptio, et ardor spiritus. Eodem sensu Iohannes quoque (apostolus) aiebat: hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lumen sed ut testimonium perhiberet de lumine. Sed hic quidem ita initium praedicationis faciebat, deducens vocis instar hominum animas ad perfecti verbi susceptionem. Quamobrem Iohannem inchoationem esse evangelii, Marcus demonstrat. Postquam vero vox siluit munere suo defuncta, et quasi exigua phosphori luce mentes hominum iam clarificaverat, tunc demum unigenitum quod antea existebat Dei Verbum, proprios caro factum emisit splendores.

XIV 1).

Cod. A. f. 205. b. * Matth. V. 13. Διὰ τοῦ τῶν ἁλῶν συμβόλου τὴν δύναμιν αἰνίττεται τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἐπεὶ γὰρ οἱ ἅλες τὴν μὲν οὐσίαν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος συνεστήκασι, σμικρόν τι τοῦ γεώδους μετέχοντες, τῆς δὲ τῶν φθαρτῶν σωμάτων ῥευστῆς φύσεως πυκνωτικοὶ τυγχάνουσιν, ὡς καὶ τὰ νεκρὰ διακρατεῖν σώματα κρείττονι δυνάμει, εἰκότως τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους τῇ τῶν ἁλῶν παραβάλλει φύσει,

XIV.

Salis symbolo discipulorum suorum virtutem innuit. Nam quia salis natura ex aqua et flatu constat, parum quid terreni participans, et corruptibilium corporum fluxam naturam constringere solet, ita ut etiam cadavera praevalente vi conservet; convenienter discipulos suos salis naturae comparat, quoniam et ipsi ex aqua et Spiritu geniti fuerant, atque omnino

1) In codice A. f. 205. b. perspicuus titulus Εὐσεβίου βιβλίῳ τετάρτῳ θεοφανείας. Solus enim ordinalis numerus in compendio est.

Spiritu animati, non autem secundum carnem viventes, salis instar quodammodo erant, corruptibilem terrenorum hominum vitam corrigentes atque obdurantes; et eos qui probitate morum ipsis propinquabant, perficientes dulcique veluti sapore donantes. Propterea et Moyses lege sanciebat ut quasi symbolum sal Deo offerretur, sic dicens: et omne munus sacrificii vestri sale condietur. Et ille quidem sensibilibus corporibus haec fieri mandabat. At novarum auctor legum sale nobis homines Deo caros perspicue denotat, hos mandatorum suorum observatores esse adfirmans. Quibus etiam aiebat: vos estis sal terrae.

XV.

Ait enim: quicumque confessus fuerit de me, confessio de eo fiet coram angelis. Sicut enim apud duces regesque fit, ille qui mei regni fidelis miles confidenter de me confessionem fecerit, hunc ego vicissim remunerans, regni mei tempore, testis ei adero religiosae confessionis; pugnas peractas, animi alacritatem, patientiam, perfectam erga Deum caritatem, et reliqua Deo devotae eius militiae certamina computans, eique patrocinans apud patrem meum qui in caelis est. Hanc retributionem iam nunc spondeo me daturum confessoribus testibusque meis, qui coram cunctis hominibus confidenter meum praedicaverint regnum. Quid porro beatius hac promissione fieri potest? Quid melius vel gloriosius, quam ante divinum tribunal unigenitum ipsum Dei Verbum faciendam suscipere de nobis confessionem? Atque adeo opere praemium nostri de eo testimonii exhibere, dum in ipsa testis sui anima versatur, ac veluti in sancto templo in eadem habitat? Atqui hoc promisit, haud casu dicens: confitebor et ego eum. Non enim alicubi, extra eum de quo confiteor sum, sed in ipso habito, atque eum deitate mea complens, per ipsam efficaciam, qua in illo operor, confessionem de eo peragam.

Postquam illos priore effato in egregiam spem erexerat, rursus adtentos facit eos, ter-

ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος εἰσὶ γεγεννημένοι ὅλοι τε πνεύματι ζῶντες, καὶ οὐ κατὰ σάρκα βιοῦντες, ἅλες τινὲς ὥσπερ ὑπῆρχον, τὸν φθαρτικὸν βίον τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἐπιστρέφοντες καὶ πυκνοῦντες, τῷ τε κατὰ ἀρετὴν βίῳ τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας ἀρτύοντες καὶ καθηδύνοντες· ταύτῃ τοι καὶ Μωϋσῆς ἐνομοθέτει διὰ συμβόλων τοὺς ἅλας προσφέρειν τῷ θεῷ, ὧδέ πη λέγων *· καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται· ἀλλ' ὁμῶς δι' αἰσθητῶν σωμάτων ταῦτ' ἐπιτελεῖν ἐνομοθέτει· ὁ δὲ τῶν καινῶν αὐθέντης νόμων τοὺς ἅλας ἡμῖν τοὺς θεοφιλεῖς διαῤῥήδην ἐδείκνυ, τούτους εἶναι παριστὰς τοὺς φύλακας τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων· οἷς καὶ εἰς πρόσωπον ἔλεγεν, ὑμεῖς ἐστὲ τὸ ἅλας τῆς γῆς. * Lev. II. 13.

XV 1).

Φησὶ γάρ *· πᾶς, ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, Cod. A. f. 166. b.
ὁμολογηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων· ὡς γὰρ ἐπὶ Cod. L. f. 94. * Matth. X. 32. 33.
ἡγεμόνων καὶ βασιλέων, ὁ τῆς ἐμῆς βασιλείας γνήσιος στρατιώτης πεπαῤῥησιασμένως τὴν εἰς ἐμὲ ποιήσεται ὁμολογίαν, οὕτω κἀγὼ τὸν τοιοῦτον ἀμειβόμενος κατὰ τὸν τῆς ἐμῆς βασιλείας καιρὸν, μάρτυς αὐτῷ παραστήσομαι τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας, τὰς ἐνστάσεις, καὶ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὸ τέλειον τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης, τούς τε λοιποὺς ἄθλους τῆς φιλοθέου στρατείας αὐτοῦ καταριθμούμενος, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ συνηγορίαν ποιησόμενος ἐπὶ τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ταύτην ἀμοιβὴν ἐντεῦθεν ἤδη παρέξειν ἐπαγγέλλομαι τοῖς ἐμοῖς ὁμολογηταῖς καὶ μάρτυσι τοῖς ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων πεπαῤῥησιασμένως τὴν ἐμὴν ἀνακηρύξασι βασιλείαν· καὶ τί δ' ἂν γένοιτο μακαριώτερον τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας; τί δ' ἂν κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον τοῦ πρὸ τοῦ θείου βήματος αὐτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον ἀναδέξασθαι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὁμολογίαν; ἔργῳ τὲ τῆς μαρτυρίας τὴν ἀμοιβὴν ἐνδείξασθαι, ἐν αὐτῇ ψυχῇ τοῦ μαρτυρουμένου γενόμενον, καὶ ὥσπερ ἐν ἁγίῳ ναῷ ἐν αὐτῷ κατοικήσοντα; τοῦτο δ' οὖν ἐπήγγελται, οὐ παρέργως εἰπὼν, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ· οὐ γὰρ ἔξω που τυγχάνων τοῦ μαρτυρουμένου, ἀλλ' ἐν αὐτῷ κατοικῶ, καὶ τῆς θεότητος αὐτὸν πληρῶν τῆς ἐμῆς, δι' αὐτῆς τῆς ἐνεργείας τὴν ἐν αὐτῷ ποιήσομαι ὁμολογίαν.

Πλὴν ἐπιῤῥώσας αὐτοὺς ἐλπίσιν ἀγαθαῖς διὰ Cod. A. f. 167.
τῆς τοσαύτης ἐπαγγελίας, ἐπιστρέφει πάλιν τοὺς

1) In utroque codice A. et L. praeponitur fragmento titulus Εὐσεβίου β. θεοφανείας, cum compendiis in secundo vocabulo, ut in praecedentibus dixi.

αὐτοὺς δι' ἀπειλῆς φοβερωτέρας ἐπιλέγων ὅτι τὸν ἀρνησάμενον ἀπαρνήσομαι· ἀναγκαίως δὲ καὶ ταύτην αὐτοῖς ἐπανετείνατο τὴν ἀπειλὴν, ὡς ἂν μὴ καταφρονήσαιεν τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας· ἔμπαλιν δὲ ὅπως φρίττοιεν τὴν ἄρνησιν τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας, διὰ τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτῇ τιμωρίαν, ἥτις ἦν τὸ πρὸς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἀρνηθῆναι· ὅμοιον δ' ἂν εἴη τὸ ἀρνηθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τῷ ἀρνηθῆναι ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας, καὶ τῷ ἐκπεσεῖν τῆς ζωῆς, καὶ τῷ στερηθῆναι τοῦ φωτὸς, καὶ τῷ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀποβληθῆναι· τὸ δὲ καὶ ταῦτα πάντα παθεῖν ἐνώπιον τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων μονονουχὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θείοις βήμασι κατακριθέντας καὶ ἀποβλήτους γενομένους τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ποίας οὐκ ἂν γένοιτο χεῖρον ἐσχάτης τιμωρίας;

ribilioribus minis admonens fore ut ipse negantem se neget. Necessario autem has quoque ipsis minas intendit, ne forte aliquando negligant ipsum confiteri. Vicissimque ut negare eum perhorrescant propter consecuturam eius rei poenam, nempe quia a filio Dei negabuntur. Perinde vero est negari a patre, atque a Dei sapientia negari, et vita excidere, luceque privari, et omni bono depelli. Porro haec omnia coram patre caelesti perpeti, et spectantibus angelis propemodum ante divinum ipsum tribunal condemnari, et illius regno expelli, quid ni quovis summo supplicio peius sit?

XVI 1).

Cod. A. f. 186. Th. Syr IV 12. * Matth. X. 34.

Λέγων μέντοι ὁ κύριος ὅτι πῦρ ἦλθεν, βαλεῖν καὶ οὐκ εἰρήνην δοῦναι, ἀλλὰ διαμερισμὸν *, ἐδίδασκε διὰ τούτων ὅτι μὴ τὰ φίλα μηδὲ τὰ συνήθη τοῖς πολλοῖς καὶ τὰ ἡδέα παραδώσων ἐλήλυθε τῷ βίῳ, ἀλλὰ ταῦτα ἃ δὴ πυρὸς αὐτοῖς ἔσεσθαι καυστικώτερα, πᾶσαν κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς ὥσπερ ἀλλοτρίαν ὕλην καταφλέξαντα, καὶ χρυσοῦ δίκην λαμπρύνοντα πᾶσαν ψυχὴν τῶν παραδεξομένων αὐτοῦ τὴν δύναμιν, δι' ἧς ἔσοιν οὔπω μέλλειν μαχαίρας δίκην ὀξυτάτης διαιρεῖν τοὺς κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντας, ὥστ' ἀφορίζειν υἱοὺς γονέων, καὶ θυγατέρας μητρῶν, καὶ νύμφας τῶν κηδεστριῶν, ὑπὸ τοῦ λογικοῦ βέλους καὶ τῆς θεϊκῆς μαχαίρας τοῦ τε θείου καὶ σωτηρίου πυρὸς, τῶν ἐν ἀνθρώποις κρειττόνων ἐπὶ τὸν οὐράνιον πόθον ἐξαπτομένων, καὶ μηκέτι οἵων τε φέρειν τὴν μετὰ τῶν φαύλων συνουσίαν· ὥστ' ἐνθένδε εἰκότως τὸν ἐμφύλιον αὐτοῖς ἀναῤῥιπίζεσθαι πόλεμον, πατέρων μὲν φαύλων υἱοῖς πιστοῖς ἐπανισταμένων, μητέρων δὲ ἀθέων θυγατράσι σώφροσι, κηδεστριῶν τε ὡσαύτως ταῖς ἑαυτῶν νύμφαις· αὐτοῦ ταῦτ' ἐνεργοῦντος ἐν τῷ στρατολογεῖν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, καὶ τὰς ἀξίας τοῦ θεοῦ βασιλείας ἐκλέγεσθαι, ἀοράτῳ τε καὶ θεϊκῇ δυνάμει ἐν μέσοις τούτοις ἅπασι διακρίνειν 2)· καὶ τοὺς μὲν ἀξίους τῆς αὐτοῦ χάριτός τε καὶ κλήσεως ἀριστίνδην ἀποβάλ-

XVI.

Dum ait Dominus, se venisse ut gladium immitteret, neque ut pacem daret, sed ut potius separationem inferret, his verbis docuit haud grata, neque multis consueta, neque iucunda daturum mundo advenisse, sed talia quae ipsis erunt igne urentiora, nequitiam quamlibet et animae improbitatem ceu alienam materiem prorsus combustura, et auri instar cuiusque animam illustratura qui eam vim receperit; per quam mox tamquam gladio acutissimo, genere inter se affines separare non demorabitur, ita ut filios a patribus dividat, filias a matribus, nurus a socrubus, rationali inquam telo divinoque gladio, et divino salutarique igne, ut melioris frugis homines ad caelestia desideria inflammentur, neque diutius cum improbis societatem habere patiantur: atque ita hinc ipsis civile bellum merito confletur, iniquis patribus fideles filios persequentibus, matribus irreligiosis filias frugi, socrubus pariter nurus suas: ipso scilicet haec operante, dum humanarum animarum delectum habet, et invisibili divinaque potentia inter has discernit; et dignas quidem gratia sua ac vocatione, pro virtutis merito conscribit,

1) In codice A. f. 186. fragmentum hoc gerit perspicue titulum Εὐσεβίου δευτέρῳ (vel δευτέρου) Θεοφανείας. Atqui illud δευτέρῳ mendum existimo amanuensis qui in antiquiore codice legerit litteram δ quarto (ut vidimus p. 28. adn. 1.) praveque explicaverit δευτέρῳ. Reapse in syriaca Theophania lib. IV. 12. et 28. sermo est de dissidiis bellisque domesticis ac civilibus religionis diversae causa; quamquam nostrum fragmentum nonnisi alicubi cum praedictis locis congruit.

2) Sine dubio pertinet ad hunc locum fragmentum Eusebii in catena ad Matthaeum cap. X. 34. edit. Crameri p. 81. Εὐσεβίου Καισαρείας. Τὴν τμητικὴν (μάχαιραν) εἰς τὸ διαιρεῖν τοὺς ἀξίους τοῦ θεοῦ ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων.

indignas autem electione sua secernit. Haec in antecessum divina provisione discipulis exponebat, futurum adfirmans civile bellum propter suam doctrinam, et se ignem accensurum, et gladium per domos immissurum, et vim suam per cognationes discursuram, ut a noxiis parentibus adfinibusque dividat, sed Deo coniungat. Futuram quippe plurimam inimicitiam et pugnam suorum militum adversum aliter viventes, in domibus singulis; dum alii irreligiosos, intemperantes, et asperos sectantur mores; alii modeste, composite, pieque vivunt. Hinc odium grave bellumque inconciliabile in singulis familiis conflatum iri.—Dei notitiam atque amicitiam, quam discipulis suis conciliabat, animaeque imperturbationem, et mentis serenitatem firmumque statum, pacis vocabulo denotans. Vere enim illa pax est, quae iustitia Dei et pietate gloriatur.

Verumtamen haec praecipiebat Servator, haud equidem contra Moysis legem dicentem: honora patrem tuum et matrem tuam; immo et illam firmans sigilloque muniens per melius perfectiusque praeceptum quo Deum tota anima diligere iubemur. Nam patrem quidem matremque honorare quilibet homo lege naturae debet. Sed quum et alius pater sit gignentibus melior, qui et hos creavit, nempe ipsum Dei Verbum, qui praedicta praecepit, non oportere ait maiore affectu prosequi corporis genitores, quam illud quod rationalem partem nobis indidit Verbum: sed et illis omnem honorem convenientemque affectum exhibere, et Deo eximium ac principale reddere obsequium, ipsumque prae omnibus amare ac diligere; ita ut minime cunctemur, causa eius a parentibus impiis dissidere, et ab irreligiosis fratribus separari, filiosque et filias aversari, Verbique acutissimo gladio omnium horum naturales praecidere affectiones, si forte nos a pio erga Deum amore impediant. Diserte itaque apud Matthaeum dixit:

λειν, τοὺς δ' ἀναξίους τῆς ἐκλογῆς ἀφορίζειν 1). Ταῦτα προλαβὼν ἐνθέῳ προγνώσει διεστέλλετο πρὸς τοὺς μαθητὰς, μαρτυρούμενος τὸν μέλλοντα συςήσεσθαι ἐμφύλιον πόλεμον, διὰ τοὺς αὐτοῦ λόγους· καὶ ὡς πῦρ ἐξάψει, καὶ μάχαιραν ἐμβαλεῖ κατ' οἴκους, καὶ κατὰ συγγενείας ἡ αὐτοῦ δύναμις, χωρίζουσα μὲν τῶν ἐπιβλαβῶν γονέων καὶ συγγενῶν, συνάπτουσα δὲ τῷ θεῷ, καὶ τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἐνοῦσα τοὺς ἀξίους αὐτῆς· ἔσεσθαι γὰρ πλείςην ὅσην διαφοράν τε καὶ μάχην τῶν αὐτοῦ ςρατιωτῶν πρὸς τοὺς ἐναντίως ζῶντας, καθ' ἕκαςον οἶκον, τῷ τοὺς μὲν τὸν ἀκόλαςον καὶ ἄθεον καὶ δυσμενῆ μετιέναι βίου τρόπον, τοὺς δὲ τὸν σώφρονα καὶ κόσμιον καὶ ἐπιεικῆ· διὸ δὴ ἔχθραν δεινὴν καὶ πόλεμον ἄσπονδον ἐκ τούτου συςήσεσθαι ἐφ' ἑκάςης συγγενείας 2).—Τὴν πρὸς θεὸν γνῶσιν τε καὶ φιλίαν, ἣν τοῖς αὐτοῦ προὐξένει μαθηταῖς τήν τε τῆς ψυχῆς ἀταραξίαν, καὶ λογισμοῦ τὸ γαληνὸν καὶ εὐςαθὲς τοῦτον ἀποκαλῶν τὸν τρόπον· 3) εἰρήνη γὰρ ὄντως ἐκείνη ἐςιν ἡ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ καὶ εὐσεβείᾳ σεμνυνομένη.

Πλὴν 4) ταῦτα διετάττετο ὁ κύριος, οὐκ ἀντινομοθετῶν τῷ φάσκοντι παρὰ Μωϋσεῖ, τίμα * τὸν
Cod. A. f. 204. a. b. Th. syr. IV. 12. * Exod. XX. 12.
πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, νόμῳ βεβαιῶν δὲ κἀκεῖνον καὶ ἐπισφραγιζόμενος διὰ τῆς κρείττονος καὶ ἐντελεστέρας ἐντολῆς τῆς τὸν θεὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγαπᾷν διακελευομενης *· πατέρα μὲν
* Matth. XXII. 37.
γὰρ καὶ μητέρα τιμᾷν παντί τῳ, νόμιμον κατὰ φύσιν· ὄντος δὲ ἑτέρου πατρὸς τοῦ καὶ τῶν γεγεννηκότων κρείττονος, αὐτούς τε ὑποστησαμένου, ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ τὰ προκείμενα διαταττόμενος, οὐ χρῆναι φησὶ ὑπερβάλλειν τῇ φιλίᾳ τοὺς τὸ σῶμα γεγεννηκότας τοῦ τὴν λογικὴν ὑποστησαμένου λόγου· ἀλλὰ κἀκείνοις μὲν προσφέρεσθαι τιμῇ τῇ πάσῃ, διαθέσει τὲ τῇ προσηκούσῃ, αὐτῷ δὲ ὑπερβαλλόντως τὸ πρῶτον ἀπονέμειν σέβας, ὑπεραγαπᾷν τε καὶ φιλεῖν αὐτὸν ὑπὲρ πάντας, ὡς μὴ κατοκνεῖν δι' αὐτὸν καὶ γονέων ἀσεβῶν διίστασθαι, καὶ ἀθέων ἀδελφῶν ἀφορίζεσθαι, υἱούς τε καὶ θυγατέρας ἀποστρέφεσθαι, καὶ τῇ τοῦ λόγου τμητικωτάτῃ μαχαίρᾳ τούτων ἁπάντων τὰ φυσικὰ διακόπτειν φίλτρα, εἰ ἐμποδὼν ποτε γένοιντο τῇ περὶ αὐτὸν εὐσεβεῖ διαθέσει. Διὸ ἀκριβῶς ἐν τῷ Ματθαίῳ

1) Haec in syriaca Theophania lib. IV. 12. ait Eusebius se sumere ex hebraico evangelio, quod alibi etiam ab Eusebio citatum postea videbimus.

2) Haec valde congruunt cum Theoph. syr. IV. 28.

3) Vides hunc praecipue locum adamussim pertinere ad syriacam Theophaniam lib. IV. 12, ita tamen ut graecus textus mihi lucidior meliorque videatur.

4) In codice A. f. 204. perspicue, cum compendio tantum in secundo vocabulo: Εὐσεβίου βιβλίῳ τετάρτῳ θεοφανείας: *Eusebii ex libro quarto Theophaniae.*

* Matth. X. 37 ἔφη *, ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· χώραν μὲν γὰρ διὰ τούτων καὶ τοῖς τῷ γένει προσήκουσι διαθέσεως κατελίμπανεν, ὑπὲρ αὐτὸν δὲ οὐκέτ᾽ αὐτοῖς συνεχώρει τιμᾶσθαι, οὐδὲ διὰ τὴν εἰς τὸν πατέρα αἰδῶ, ἢ τῆς τεκούσης ἕνεκα, ἢ χάριν τῆς πρὸς τὰ φίλτατα στοργῆς, ἐξόμνυσθαι τὴν αὐτοῦ φιλίαν, ἀλλὰ φιλεῖν μὲν κἀκείνους, ὡς καὶ τοῦ τῆς φύσεως νόμου καὶ τοῦ θείου λόγου τοῦτο διαγορευόντος, μέχρι δὲ τοσούτου φιλεῖν, μέχρις ὅτε μηδὲν καταβλάπτει ἡ περὶ αὐτοὺς διάθεσις τὴν πρὸς τὸν θεὸν εὐσέβειαν· εἰ δὲ μέλλοιεν ἐμποδὼν ποτε οὗτοι γίνεσθαι τοῖς τῆς θεοσεβείας νόμοις, προτιμητέος ὁ τῶν ψυχῶν πατήρ· οὗτος δὲ ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὁ ταῦτα διακελευόμενος καὶ νομοθετῶν, δεῖν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας ὑπὲρ πάντας τοὺς τῷ γένει προσήκοντας αὐτὸν ἀγαπᾷν, μηδὲ προτιμᾷν τῆς περὶ αὐτὸν διαθέσεως φίλτρα σαρκῶν, ἢ σωμάτων συγγενείας· τότε δὲ καὶ ἡ μάχαιρα τοῦ θεοῦ ἡ τμητικωτάτη, τοὺς ἀναξίους ἀπὸ τῶν ἀξίων διακόπτουσα, διέλοι ἂν δικαίως τῶν μὴ ἀσεβῶν γονέων τοὺς εὐσεβεῖς ἀφορίζουσα υἱούς· ὡσαύτως τιμητέον καὶ ἀγαπητέον υἱοὺς καὶ θυγατέρας νόμοις φύσεως, οὐ μὴν ὥσθ᾽ ἕνεκεν τούτων ἐξάρνους γίνεσθαι τῆς περὶ αὐτὸν ὁμολογίας· μεγίστης τε τιμωρίας ἀπειλητικὴν προήκατο φωνὴν εἰπὼν κατὰ μὲν
* Luc. XIV. 26. Λουκᾶν *, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· κατὰ
* Matth. X. 37. δὲ Ματθαῖον *, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· εἴπερ ὁ ταῦτα λέγων, αὐτὸς ἐκεῖνος ἦν ὁ ἐν ἀρχῇ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, αὐτὸς ὢν ἡ ζωὴ καὶ ἡ σοφία καὶ τὸ φῶς καὶ τὸ πάντων ἀγαθῶν πλήρωμα· τὸ γοῦν οὐκ ἔστι μου ἄξιος, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ, οὐκ ἂν γένοιτο ζωῆς ἄξιος, οὐδ᾽ ἄλλου τινὸς ἀγαθοῦ.

Ἐπιτείνων δὲ τοὺς τῆς ψυχῆς τόνους, καὶ τῆς ὡς ἂν εἴποι τις στρατιωτικῆς κατὰ θεὸν ἀνδρείας
* Matth. X. 38. τὴν ῥώμην ἀναζωπυρῶν, ἐπιλέγει *· καὶ ὃς οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· οὐ γὰρ πατέρων φησὶ οὐδὲ μητέρων οὐδὲ υἱῶν οὐδὲ θυγατέρων μόνον προτιμᾶσθαι προσήκει τὴν ἐμὴν φιλίαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ αὐτῆς ὅλης τῆς προσκαίρου ζωῆς· τὸ γοῦν σῶμα ὃ περίκειται νῦν ἡ ψυχὴ, ἀνασταυρῶσαι προσήκει, καὶ ὥσπερ νεκρὸν ἀπεργάσασθαι, καθηλώσαντας αὐτοῦ τὰ πάθη καὶ ἀπονεκρώσαντας, ὡς μηκέτι δοκεῖν ζῶσαν περιφέρειν σάρκα ἀλλὰ νενεκρωμένην, καὶ τοῖς θείοις παραγγέλμασι πεπερονημένην· ὥστε τὴν ψυχὴν ἑτέρας οὖσαν οὐσίας τῆς ἀσωμάτου καὶ νοερᾶς, τρόπαιον νικητήριον κατ᾽ ἐχθρῶν ἐγείρουσαν, τὸ σῶμα σταυρὸν δοκεῖν περιφέρειν, καὶ

qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Quippe his verbis, locum relinquit amori quoque erga genere proximos; sed tamen haud magis quam se honorari concedit: neque propter patris matrisve reverentiam, aut carissimorum affectum, eiurare Dei amicitiam; sed et illos diligere, quoniam id tum lex naturae tum Dei verbum iubent; et nihilominus amare eatenus, quatenus erga hos dilectio nihil religioni Deo debitae nocet. Quod si forte hi impedimento fiant religionis legibus, anteponendus est animarum pater. Erat autem hic, ipsum Dei Verbum haec praecipiens et has leges statuens, debere scilicet milites suos supra omnes genere coniunctos ipsum amare, nec dilectioni suae carnales affectus praeponere vel corporum consanguinitates. Tunc autem gladius Dei acutissimus indignos a dignis praecidendo iuste secernet, ab impiis nimirum parentibus pios filios separans. Similiter in pretio habendi sunt atque amandi filii filiaeque naturae lege; non ita tamen, ut horum causa Christum confiteri recusemus. Maximique supplicii vocem indicem pronunciavit, dum ait secundum Lucam: non potest meus esse discipulus. Secundum vero Matthaeum: non est me dignus. Siquidem qui haec aiebat, illud ipsum erat unigenitum ab initio Dei Verbum; quod est vita, sapientia, lux, et omnium bonorum cumulus. Ergo dictio, non est me dignus, idem valet quod, non erit vità neque alio quolibet bono dignus.

Iam vero corroborans animae nostrae nervos, et militaris ut ita dicam secundum Deum fortitudinis vires incendens; pergit dicere: et qui non baiulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus. Non enim patribus tantum ac matribus, filiis filiabusque anteponere debet, inquit, amorem mei, sed et corpori proprio, et universae huic temporali vitae. Corpus igitur, quo nunc anima includitur, crucifigere oportet, et veluti mortuum efficere, clavis configentes illius cupiditates et mortificantes, adeo ut non videatur viventem circumferre carnem sed extinctam, et divinis praeceptis transfixam. Atque ita anima, quae alia constat substantia incorporea et intellectuali, victoriale trophaeum adversus hostes erigens, corpus ceu crucem

circumferre videatur, et mortuum veluti instrumentum gestans subsequatur rationem (seu Verbum) praeclari instar militis qui victoriae de hostibus manubias gerat. Nisi enim hoc modo sequatur me, inquit, discipulus corpus suum et carnem mortificans, et quasi exanimem quamdam crucem sibi imponens, minime sit neque esse possit me dignus. Culmen itaque philosophici moris his verbis repraesentat, discipulos suos tamquam viros militares ad fastigium virtutis conscendere invitans.

Quoniam non solum plus quam patrem ac matrem et liberos, verum etiam plus quam proprium corpus, amicitiam ipsius aestimandam esse docuerat; uno adhuc reliquo, magis etiam quam corpus necessario, id est anima; sermonem intendens, de hac quoque ita locutus est: qui non oderit etiam animam suam, non potest meus esse discipulus. Secundum vero Matthaeum, qui invenerit animam suam, perdet eam: et qui eam perdiderit propter me, inveniet eam. Non enim mihi, inquit, de exterioribus sermo est, neque de parentibus et liberis, sed ne de ipso quidem corpore et carne hac facile corruptibili, quae parum curare iubeo, dum contra prae omnibus in pretio habere sermones meos adhortor. Sed quamvis anima pretiosior omnibus sit, ita ut nihil melius quispiam habeat, huic ipsi creator eius anteponendus est; ita ut si tempus forte exigat huic quoque non parcere, eamque exitio (ut hypothetice loquar) pro Dei cultu tradere, id quoque sine dubitatione agendum sit. Etenim soli Deo, perditam (dico per hypothesim) ipsius causa animam recuperare et invenire possibile est. Nam qui eam nusquam existentem primo formavit, et ex non extante subsistere fecit, haud impos erit eam ex hominum consortio pulsam, et de hac mortali vita abactam, rursus ad luminis auras revocare. Nam quod perditum fuit, haud sane in nihilum dissolvitur, sed subsistit, est, ac permanet; tantum se subtrahit latetque destructores suos, non tamen magnum oculum fugit. Quamobrem nihil reapse apud Deum perit. Quod si quis Deo non credens; neque posse ab eo animam quae periisse putetur, revocari ac vivificari iudicans; confessionem de Deo factam abnegaverit; ac propterea impendentem ab homi-

νεκρὸν ὥσπερ ὄργανον ἀχθηφοροῦσαν ἕπεσθαι τῷ λόγῳ, δίκην γενναίου στρατιώτου τὰ βραβεῖα τῆς νίκης κατ᾽ ἐχθρῶν ἐπικομιζομένου· εἰ γὰρ μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἀκολουθήσει μοί φησι ὁ ἐμοὶ μαθητευόμενος, τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καὶ τὴν σάρκα νεκρώσας, καὶ οἷόν τινα σταυρὸν ἄψυχον περιθέμενος, οὐκ ἂν γένοιτό μου ἄξιος, οὐδὲ δύναιτο εἶναι μαθητής· ἀκρότητα δὲ καὶ διὰ τούτων φιλοσόφου τρόπου παρίστη, τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς οἷα ϛρατιωτικοὺς ἄνδρας ἐπ᾽ ἄκρον ἀρετῆς σπεύδειν προκαλούμενος.

Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πατρός καὶ μητρὸς καὶ τέκνων (Cod. A. f. 204. b.) οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ προτιμᾷν τὴν αὐτοῦ φιλίαν ἐδίδαξεν, ἑνὸς δὲ λοιπὸν ἔτι λείποντος τοῦ καὶ τῶν σωμάτων ἀναγκαιοτέρου, τοῦτο δὴ ἦν ἡ ψυχὴ, ἐπιτείνων τὸν λόγον, καὶ περὶ ταύτης τοιαύτας προὔφερετο φωνὰς, ὅτι ὁ μὴ μισῶν καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δυναταί μου εἶναι μαθητής· κατὰ δὲ τὸν Ματθαῖον *, ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει (* Matth. X. 39.) αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας αὐτὴν ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν· οὐ γὰρ περὶ τῶν ἐκτός μοι φησὶν ὁ λόγος, οὐδὲ περὶ γονέων καὶ τέκνων, ἀλλ᾽ οὐδὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος καὶ τῆς εὐφθάρτου ταύτης σαρκὸς, ὧν δὴ ἔλαττον φροντίζειν παρακελεύομαι, καὶ πρὸ πάντων τιμᾷν τοὺς ἐμοὺς λόγους παραινῶ· ἀλλ᾽ ὅπερ ἐϛὶ πάντων τιμιώτερον ἡ ψυχὴ, ἧς οὐκ ἂν γένοιτό τι κρεῖττον ἑκάστῳ, καὶ ταύτης αὐτῆς δέοι ἂν τὸν ποιητὴν αὐτῆς προτιμᾷν· ὡς εἰ καιρός ποτε καλέσειεν, ἀφειδῆσαι καὶ ταύτης, ἀπωλείᾳ τὲ αὐτὴν, ὡς ἐν ὑποθέσει λόγου εἰπεῖν, ὑπὲρ εὐσεβείας θεοῦ παραδοῦναι, καὶ τοῦτο χρὴ προθύμως ὑπομένειν· ὅτι μόνῳ θεῷ καὶ τὴν, ὡς ἐν ὑποθέσει, ἀπολωλυῖαν δι᾽ αὐτὸν ψυχὴν ἀνακαλέσασθαι καὶ ἀνευρεῖν δυνατόν· ὁ γὰρ μηδαμοῦ μηδαμῶς οὖσαν αὐτὴν πρότερον ὑποστησάμενος, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, οὐκ ἂν εἴη ἀδύνατος ἀπολλυμένην αὐτὴν ἐξ ἀνθρώπων, καὶ ἐκ τοῦ θνητοῦ βίου ἀφανισθεῖσαν, αὖθις εἰς φῶς παραγαγεῖν· τὸ γὰρ ἀπολωλὸς οὐκ εἰς ἀνυπαρξίαν κεχώρηκεν, ἀλλ᾽ ὑπάρχει μὲν καὶ ἔϛι καὶ μένει· κέκρυπται δὲ καὶ λανθάνει τοὺς ἀπολωλεκότας, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸν μέγαν διαδιδράσκει ὀφθαλμόν· διὸ οὐδὲν ἂν ἀπόλοιτο παρ᾽ αὐτῷ· εἰ δέ τις ἀπιϛήσας θεῷ, καὶ μὴ δυνασθαι αὐτὸν τὴν ἀπολωλέναι νομισθεῖσαν ψυχὴν αὖθις ἐπαναγαγεῖν καὶ ζωοποιεῖν ἡγησάμενος, ἔξαρνος γένοιτο τῆς περὶ τὸν θεὸν ὁμολογίας, εἶτα διαφύγοι μὲν τὸν ἐξ ἀνθρώπων ἐπηωρημένον θάνατον, ἐν ἀσφαλείᾳ δὲ ἤδη καὶ ἐν ἀμερίμνῳ τῆς ἀνθρώ-

πων ζωῆς ἡγεῖτο ἑαυτὸν γεγονέναι, ὡς δοκεῖν εὑρηκέναι ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν, ἅτε δὴ ἐκφεύγων τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιβουλὰς, καὶ τὸν ἠπειλημένον ἕνεκεν τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου θάνατον, ἴστω ὁ τοιοῦτος τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἑαυτὸν στερήσας, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἣν εὑρηκέναι νενόμικεν, ἀληθεῖ λόγῳ παραδοὺς ἀπωλείᾳ· πάσης γὰρ ἐσχάτης ἀπωλείας γένοιτ᾽ ἂν χεῖρον τὸ ἐκπεσεῖν θεοῦ, καὶ ἀρνηθῆναι ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ· τί δὲ καὶ πλέον ἐπορίσατο, ἑαυτὸν ἀπατήσας, καὶ εὑρηκέναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπολαβὼν, ὅτε φεύγων τὸν θάνατον, τὸν θεὸν ἠρνεῖτο; σμικροῦ γὰρ ὄντος καὶ ἐπικαίρου βίου, μετ᾽ οὐ πολὺ τῆς θνητῆς καὶ ὀλιγοχρονίου ζωῆς στερηθεὶς, καὶ τῷ θανάτῳ ὃν φεύγων τὸν θεὸν ἠρνεῖτο ὑποβληθεὶς, τῇ μετὰ τὸν θάνατον αἰωνίᾳ κολάσει παραδοθήσεται, ἀπολέσας ἀληθῶς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἣν εὑρηκέναι ὑπειλήφει· ὡς ἀνάπαλιν ὁ διὰ τὴν εἰς θεὸν ἐλπίδα ἑαυτὸν ἀπογνοὺς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπαρνηθεὶς, ὅσον τὲ ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ προθέσει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπολωλεκὼς, πάντα τὲ ταῦτα εὐθαρσῶς ὑπομείνας διὰ τὴν εἰς τὸν θεὸν πίστιν, θαῤῥείτω ὡς μηδενὸς ἀπολωλότος αὐτῷ· οὐ γὰρ ἀπόλωλεν ὁ τοιοῦτος, ἀλλ᾽ εὗρε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· εἰ γοῦν ὡς ἐν ὑποθέσει λόγου θνητὴ οὖσα ἐτύγχανε, καὶ οἷά τε ἀληθῶς εἰς τὸ μὴ ὂν χωρεῖν, καὶ εἰ ἀπώλλυτο ὑπὸ ἀνθρώπων ἀναιρουμένη, ὅμως οὐκ εἰς ἀνέλπιστον χρὴ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνα διακαρτερεῖν· ἐπειδὴ τῷ θεῷ καὶ τὰ ἀπολωλότα καὶ τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντα, παράγειν ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ζωοποιεῖν δυνατόν· διὸ καὶ τὸν νομισθέντα μηκέτι εἶναι, ἀλλὰ δι᾽ αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀπολωλότα, οὐκ ἂν αὐτῷ γένοιτο ἀδύνατον αὖθις ὑποστήσασθαι, καὶ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀπολωλυίας ψυχῆς τῷ δι᾽ αὐτὸν αὐτὴν ἀπολωλεκότι παρασχεῖν.

nibus necem fugerit, seque securam inter homines vitam adeptum putaverit; atque ita animam suam se invenisse speret, quippe qui hominum insidias impendentemque religionis causa necem vitaverit; hic, inquam, sciat vera potius vita se ipsum privasse; suamque animam, quam sibi invenisse videbatur, perditioni tradidisse. Quovis enim summo exitio deterius est Dei gratiam amittere et a filio Dei negari. Quid vero quispiam proficit, dum se decipit, et animam suam invenire arbitratur, cum mortem vitans, Deum negat? Nam quum sit arctum et temporale hoc aevum, quantocius mortali brevique vita orbatus, aeterno post mortem supplicio tradetur, perdita enimvero propria anima, quam se invenisse putabat. Sicuti versa vice qui ob spem in Deum semet ipsum negligit, suamque vitam abnegat, et quantum adtinet ad suum propositum, animam propriam perdit, cuncta haec alacriter propter fidem erga Deum tolerans, hic inquam erecta fiducia sit, quasi nihil perdiderit. Non enim ipse amisit sed invenit animam suam. Si ergo per hypothesim mortalis esset anima, ac vere in nihilum posset dissolvi, et si periret ab hominibus extincta, nihilominus haud sine spe foret pro religione depugnandum; quia Deo et perdita et nusquam extantia, ad existendum atque ad vitam perducere non est arduum. Quapropter ea etiam quae existere non creduntur, sed eius causa ex hominibus excesserunt, non erit ei impossibile rursus instaurare, et perditae animae inventionem ei, qui ipsius causa amisisset, concedere.

XVII 1).

Cod. A. f. 218. Matth. XI. 12

Οὐδεὶς μέν τοι πώποτε προφητῶν τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας γυμνῶς εἰς πάντας εὐηγγέλιστο· ἀλλ᾽ ᾔδεσαν μὲν αὐτὸ προφῆται πάντες, οὐ μὴν καὶ τῷ Ἰουδαίων λαῷ παρεδίδοσαν, διὰ τὸ νηπιάζειν τὰς φρένας, καὶ ἐξασθενεῖν πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ κηρύγματος· πρώτου δὲ Ἰωάννου τηλαυγῶς κηρύξαντος ἠγγικέναι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καταγγείλαντος ἀνθρώποις, οἱ τῷ κηρύγματι ἑαυτοὺς ἐπιδόντες, περιάρπαστον αὐτὴν

XVII.

Nemo umquam ex prophetis praeconium regni caelorum aperte coram populo fecit: sed sciebant quidem id prophetae omnes, neque tamen Iudaeorum populo prodebant, propter mentis illorum infantiam, et sustinendae praeconii magnitudini infirmitatem. Quum autem primus Iohannes clare praedicavit appropinquare regnum caelorum, et peccatorum remissionem per regenerationis lavacrum hominibus nunciavit, ii qui praedicationi adsensum

1) Huic quoque fragmento in codice A. f. 218. superscribitur titulus Εὐσεβίου βιβλίῳ τετάρτῳ Θεοφανείας, cum siglis supra secundum vocabulum.

suum praebuerunt, regnum illud ceu ex rapto sibi habuerunt, ex eo tempore incipientes, quo Iohannes de ipso sermonem intulit. Nam Moysis legalia et iudaicum cultum proprium tempus habuisse ait; quod Iohannis praesentia finitur. Prophetas quoque usque ad Iohannem Iudaeis auctores fuisse ut Moysis legalia servarent. Sed primum Iohannem initium novi testamenti fecisse, utpote ipsius praecursorem. Ipso autem primo, aetate illa, regnum caelorum cunctis hominibus nunciante, dignos illo homines in ipsum vi irrumpere putabimus, si consideremus quam gravis sit conatus hominibus terrae incolis iter ad caelum tendere. Namque homines natos, et mortali carne circumdatos, naturalibus appetitibus fieri superiores, et voluptatem omnemque turpem cupiditatem cohibere, vitamque angelicam velle in posterum imitari; ita ut aeque ac Paulus dicere possint: nostra autem conversatio in caelis est; quid ni hoc violentum sit, ac propemodum praeter naturam supraque vires esse videatur? Quis vero religionis nostrae ascetas cernens carnem suam propemodum emortuam efficere, ut dicant: cum Christo crucifixus sum, vivo autem iam non ego; quis inquam non fatebitur, vere hos vim facere regno caelorum? Quod si quis praeterea observet mirabilem sanctorum martyrum constantiam, quis rursus non dicat vim inferri ab his regno caelorum, prout Servator iam praedixit?

XVIII.

Congrue admodum non multitudini tantum turbisque tunc adstantibus primam parabolam intulit Christus, verum etiam iis qui postea ad eius audiendos sermones conventuri erant; rei gerendae differentias divina provisione declarans, causasque praedicens ob quas nonnulli divina gratia excident. Initium parabolae seminator est, et huius exitus ad eos qui extra erant, tum seminis proiectio, et hoc haud pari

ἐσχήκασιν, ἐξ ἐκείνων τῶν ἡμερῶν ἀρξάμενοι, ἐξ ὧν ὁ Ἰωάννης τὸν περὶ αὐτῆς κατήγγειλε λόγον· τὰ μὲν γὰρ Μωϋσέως νόμιμα καὶ τὴν ἰουδαϊκὴν λατρείαν, καιρόν φησιν ἐσχηκέναι οἰκεῖον· τοῦτον δὲ περιγράφεσθαι μέχρι τῆς Ἰωάννου παρουσίας· καὶ τοὺς προφήτας δὲ μέχρις Ἰωάννου Ἰουδαίοις πεποιῆσθαι τὰς παραγγελίας πρὸς τὸ φυλάττειν τὰ Μωϋσέως νόμιμα· πρῶτον δὲ Ἰωάννην ἀρχηγὸν γεγονέναι τῆς καινῆς διαθήκης, ἅτε πρόδρομον αὐτοῦ γενόμενον· αὐτοῦ τε πρώτου καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἅπασιν ἀνθρώποις εὐηγγελισμένου, τοὺς ἀξίους αὐτῆς εἰς αὐτὴν βιάζεσθαι νοήσομεν, ἐπιστήσαντες ὡς μέγας ἀγὼν τυγχάνει τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις πρὸς τὴν ἐν οὐρανοῖς ἄνοδον· τὸ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας καὶ σάρκα θνητὴν περιβεβλημένους, τῶν φυσικῶν ὀρέξεων κρείττους γίνεσθαι, ἡδονῆς τε κρατεῖν καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ἀπομιμεῖσθαι τὸν ἀγγελικὸν ἐθέλειν βίον, ὥςε λέγειν ὁμοίως Παύλῳ * δύνασθαι, ἡμῶν * Phil. III. 20.
δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, πῶς οὐ βίαιον, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι παρὰ φύσιν καὶ ὑπὲρ δύναμιν εἶναι δοκεῖ; τίς δε τοὺς τῆς θεοσεβείας ἀσκητὰς ὁρῶν μονονουχὶ νεκροῦν τὴν ἑαυτῶν σάρκα, ὡς ἐπαληθεύοντας λέγειν, Χριςῷ συνεσταύρωμαι, ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῶς βιάζεσθαι αὐτοὺς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; εἰ δ' ἐπιστήσειέ τις τῇ θαυμαστῇ προθέσει τῶν ἁγίων μαρτύρων, πῶς οὐκ ἂν εἴποι βιάζεσθαι αὐτοὺς τὴν βασιλείαν κατὰ τὴν σωτήριον προαγόρευσιν 1);

XVIII 2).

Σφόδρα καταλλήλως τοῖς ὄχλοις καὶ πλήθεσι Cod. A. f. 122. Cod. L. f. 14. b. Th. syr. IV. 33. Matth. XIII. 3.
τὴν πρώτην ἐποιήσατο παραβολὴν ὁ Χριστὸς, οὐ τοῖς τότε παριστῶσιν αὐτῷ μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα συνελευσομένοις ἐπ' ἀκροάσει τῶν αὐτοῦ λόγων, τὰς διαφορὰς θεϊκῇ δηλώσας προγνώσει, προφήσας τὲ τὰς αἰτίας τῶν τῆς χάριτος τῆς θείας ἀποπεσουμένων· ἀρχὴ δὲ τῆς παραβολῆς ἐστὶν ὁ σπορεὺς καὶ ἡ τούτου ἔξοδος πρὸς τοὺς ἔξω, ἥ τε τοῦ σπόρου πτῶσις καὶ αἱ του-

1) Videsis partim his similia in syriaca Theophania lib. III 21. 22. 23, et lib. IV. 32, ubi priscorum Christianorum mira ac severa virtus egregie describitur.

2) Citatur hoc titulo in cod. A. f. 122, et cod L. f. 14. b. Εὐσεβίου βι. θεοφανείας. Vides heic manifeste dici βιβλίῳ non tantummodo β. Superponitur autem in cod. A. compendium significans τετάρτου vel potius τετάρτῳ (mendose tamen in cod L. πρώτου seu πρώτῳ). Reapse in Theophania syriaca lib. IV. 35. et 34. sermo est de parabola seminatoris; verumtamen multo brevius. Neque ego certe titulos codicum vaticanorum, qui hoc fragmentum ex Theophania esse affirmant, negare aut delere queo; praesertim quia, facta textuum comparatione, luce meridiana clarius apparet tractum hunc ex illo prorsus opere esse derivatum.

τον οὐχ ὁμοίως καταδεξάμεναι χῶραι· μυστήρια δὲ ταῦτα εἶναι τῆς βασιλείας αὐτὸς ἐμαρτύρει· ὅ τε γὰρ σπορεὺς ἄνωθεν ἐξῄει καὶ κατῄει· ὥσπερ οὖν αὐτὸς ἐδίδασκε λέγων *, (* Ioh. VIII. 42.) ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ταμείων τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐξῄει πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἔξω γεγονότας ἐξ ἐκείνου 1), ἐξ οὗπερ ἐξέβαλεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς· ὁ μὲν γὰρ απόβλητος διὰ τὴν παρακοὴν γεγονὼς, καὶ τοῦ παραδείσου βληθεὶς ἔξω, τὰ ἐκ τῆς ἔνδον γεωργίας σπέρματα ἀπολωλέκει, κατὰ τὸν ἀφηνιάσαντα τοῦ πατρὸς υἱὸν, καὶ τὴν οὐσίαν ἣν εἰλήφει ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς χώρας διασπαθήσαντα· ὁ δὲ φιλανθρωπίᾳ τοῦ παναγάθου πατρὸς ἐξῆλθεν, αὐτὸς ὢν ὁ σπείρων, καὶ ἐξῆλθε πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἔξω γενομένους, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ σπεῖραι, ἐπεὶ καὶ μόνος αὐτὸς ἦν ὁ τῶν ὅλων σπορεύς· πολλοὶ μὲν γὰρ ἐξῆλθον ἐκ τῶν οὐρανίων διατριβῶν, καὶ κατῆλθον εἰς ἀνθρώπους, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ σπεῖραι· οὐ γὰρ ἦσαν σπορεῖς, ἀλλὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποςελλόμενα· Μωϋσῆς δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν προφῆται οὐ τὰ μυςήρια τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀνθρώποις κατεβάλοντο, νηπίους ἅτε παιδαγωγοῦντες, καὶ ἄφρονας τῆς κατὰ τὴν κακίαν ἀπείργοντες πλάνης, θεραπεύειν αὐτῶν πειρώμενοι τὴν τῆς εἰδωλολατρείας νόσον, καὶ ὥσπερ νεοῦντες αὐτῶν καὶ ἀροῦντες τὰς ψυχάς· μόνος δὲ ὁ τῶν ὅλων σπορεὺς, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, φιλανθρωπίᾳ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε, καινὰ σπέρματα καὶ βασιλείας οὐρανῶν μυστήρια εὐαγγελιούμενος, τοῖς τε κατ' οὐρανὸν τοῦ θεοῦ λειτουργοῖς τὸ τῶν ἀνθρώπων συνάψων γένος· ἐπὶ τούτοις οὖν μόνος αὐτὸς τὴν ἀπὸ τῶν πατρικῶν βασιλείων ἐποιεῖτο ἔξοδον· οἱ δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ σπέρματα καταδεξάμενοι, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οἷα δὴ χώρας γεωργῷ παρεῖχον τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τῶν ἀκοῶν τὸν οὐράνιον ὑπεδέχοντο σπόρον.

(Cod. A. f. 122. b.) Εἰ μὲν οὖν 2) οἱ μαθητευόμενοι μιᾶς ὑπῆρχον προαιρέσεως, οὐδὲν ἐχρῆν διακρίνειν καὶ ἀφορίζειν τούτους ἀπ' ἀλλήλων· ἐπειδὴ δὲ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τοῦ αὐτεξουσίου ἐκράτει δύναμις, ἄλλοι τε ἄλλως ἑαυτοῖς καὶ τῷ καταβληθέντι ταῖς ψυχαῖς οὐρανίῳ σπόρῳ κατακέχρηνται, εἰκότως οἷα θεοῦ λόγος τὴν γνῶσιν προειληφὼς τῶν

modo recipientes regiones. Iam haec esse regni mysteria ipsemet testatus est. Nam et seminator de supernis exiverat, et illuc redibat; nempe ut ipse docebat, dicens: ego ex patre processi, et venio. Sed et de propriis sui regni conclavibus exiverat ad illos qui exteri ei facti erant, postquam expulit Deus Adamum, et collocavit eum iuxta paradisum deliciarum. Ille autem exul propter inobedientiam factus, et extra paradisum eiectus, interioris agriculturae semina pessum dedit, instar illius contumacis adversus patrem filii, qui acceptam substantiam in aliena regione dissipavit. Christus vero, benignitate optimi patris, exivit seminator factus, venitque ad nos exteros haud aliam ob causam, nisi ut in nobis seminaret caeleste semen. Solus autem ipse exivit ad seminandum; quandoquidem et is solus erat omnium seminator. Multi quippe de caelestibus venerunt stationibus, atque ad homines se contulerunt, sed non seminandi causa: non enim seminatores erant, sed administratorii spiritus in ministerium missi. Moyses autem et post eum prophetae haud mysteria regni caelorum hominibus disseruerunt, sed parvulos adhuc erudierunt, insipientes a malitiae errore averterunt, et idololatrico illorum morbo medicinam facere studuerunt, eorumdem animas, velut novalia quaedam, semine vegetantes. Solus autem universalis sator, Dei Verbum, benignitate patris exivit, nova semina et regni caelorum mysteria fauste nuntiaturus, et supernis Dei ministris humanum genus consociaturus. Hanc ergo ob causam solus ipse e paterno regno processit. Qui autem semina eius exceperunt, hi suas animas velut agros cultori Verbo exhibuerunt, et aure faventes caeleste semen admiserunt.

Si quidem itaque christiana doctrina eruditi, uno eodemque proposito essent, nihil opus esset discernere inter ipsos ac separare. Nunc quia in cunctis hominibus liberi arbitrii vis praevalet, aliique aliter indole sua iactoque intra suas animas divino semine utuntur; ideo recte, utpote Dei Verbum, futuri scien-

1) Animadverte quam haec congruant cum syriaca seu anglica Theophania lib. IV. 34. *He therefore went forth from within, and came out. Where then was he within, but above the world? where he existed; and in the end of the world he came forth, and came down to us, who were without the kingdom of heaven.* Mitto de aliis locis similibus dicere.

2) Sequentia haec cum praecedentibus apte connecti, quis non videt? quamquam in codice nonnisi nudum Eusebii nomen gerunt.

tiam praeoccupans, quid semini suo inter homines sparso eventurum sit, praedicit. Casum itaque mirifice appellat caelestium seminum in homines proiectionem. Duosque docet fore recipientium semen ordines; priorem illorum qui caelestem vocationem sortiti, per socordiam tamen atque ignaviam gratia excidunt: secundum ordinem illorum qui semen egregio fructu multiplicant. Tres porro in utroque ordine differentias statuit. Nam et qui semen pessum dant, haud pari modo extinguunt: vicissimque ii qui illud excolunt, ex eoque fructum gignunt, haud pari ubertate sunt. Insuper causas etiam lapsus eorum qui semen pessum dederunt, divina provisione sistit. Nam vel ignave incustoditas animas suas esse sinentes, iniecta in has semina amiserunt, rapientibus scilicet ex ipsorum mente ac memoria inimicis quibusdam atque insidiosis spiritibus malisque daemonibus, qui in hoc circa tellurem aëre volitant; vel etiam fraudulentis hominibus ac fallacibus, vel contrariis veritati doctrinis; quae omnia caelestium volucrum nomine indigitavit. Vel etiam secundo loco avaritia et voluptatis studium, et variae mundi curae, quas spinas dixit, semen in ipsis emori cogunt. Vel denique tertio loco, persecutionum ac pressurarum certamina non sustinentes, quas aestus nomine in parabola appellavit, coarguti sunt haud alte in illorum anima semen fuisse radicatum, sed in superficie tantummodo ac specie, brevi tempore effloruisse, et vana plebis opinione habitos esse homines frugi; quos diu latentes demum revelat, ignis instar explorans, et minime genuinos coarguens tempus, quod aestum apto vocabulo appellavit Servator.

XIX.

Item Christus causam docuit cur ad multitudinem non absque aenigmate loqueretur: discipulis quidem concedi dicens, ut mysteria regni Dei discerent, non tamen turbis. Ait enim: est autem haec parabola: semen est verbum Dei etc.—Diversos animarum habitus in iis, qui doctrinam eius subsequente

μελλόντων, ὁποῖα πείσεται εἰς ἀνθρώπους ὁ παρ᾽ αὐτοῦ σπόρος πεσὼν, θεσπίζει· πτῶσιν γοῦν θαυμαστῶς τὴν καταβολὴν τῶν οὐρανίων σπερμάτων τὴν εἰς ἀνθρώπους ὠνόμασε· καὶ δὴ δύο τάγματα τῶν τὸν σπόρον καταδεξαμένων ἔσεσθαι, διδάσκει· πρότερον τὸ τῶν καταξιουμένων μὲν τῆς κλήσεως τῆς οὐρανίου δι᾽ ἀπροσεξίαν δὲ καὶ ῥαθυμίαν τῆς χάριτος ἀπολισθαινόντων· δεύτερον δὲ τὸ τῶν πολυπλασιαζόντων τὸν σπόρον ἐν ἀγαθαῖς καρποφορίαις· τρεῖς δὲ ἐν ἑκατέρῳ τάγματι διαφορὰς τίθησιν· οἵ τε γὰρ τὸν σπόρον ἀπολλύντες, οὐχ ὅμοιον ἴσχουσι τῆς ἀπωλείας τὸν τρόπον· οἵ τ᾽ αὖ γεωργοῦντες αὐτὸν, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ περιζόμενοι καρπὸν, οὐκ ἴσην ἀποφέρονται τὴν εὐπορίαν· ἔτι πρὸς τούτοις καὶ τὰς αἰτίας τῆς ἀποπτώσεως τῶν τὸν σπόρον ἀπολλύντων προγνώσει θεϊκῇ παρίστησιν· ἢ γὰρ διὰ ῥαθυμίας ἀφυλάκτους τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀπολιπόντες, τὰ καταβληθέντα αὐτοῖς σωτήρια σπέρματα ἀπολωλέκασιν, ἁρπασάντων αὐτὰ ἐκ τῆς αὐτῶν διανοίας τὲ καὶ μνήμης, ἐχθρῶν τινῶν καὶ ἐπιβούλων ἤτοι πνευμάτων καὶ δαιμόνων πονηρῶν τὸν περίγειον διϊπταμένων ἀέρα, ἢ ἀνδρῶν γοήτων καὶ ἀπατηλῶν ἢ λόγων ἐναντίων τῇ ἀληθείᾳ, ἃ δὴ πετεινὰ οὐρανοῦ ὠνόμασεν· ἢ δεύτερον διὰ φιλαργυρίαν καὶ φιληδονίαν, διά τε τὰς τοῦ βίου φιλοπραγμοσύνας, ἃ δὴ ἀκάνθας ἀπεκάλεσε, τὸν ἐν αὐτοῖς σπόρον ἀποπνιγῆναι πεποιήκασιν· ἢ τρίτον διωγμῶν καὶ περιστάσεων τοὺς ἀγῶνας οὐχ ὑπομείναντες, ἃ δὴ καὶ καύσωνα διὰ τῆς παραβολῆς προσεῖπεν, ἀπηλέγχθησαν μὴ κατὰ βάθος τῆς αὐτῶν ψυχῆς τὸν σπόρον ἐῤῥιζωμένοι, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιπολῆς καὶ μέχρι τοῦ δοκεῖν ὥς πρός τινα καιρὸν ἀνθεῖν, καὶ τῇ τῶν πολλῶν φαντασίᾳ σπουδαίους εἶναι νομίζεσθαι· οὓς καὶ μακρῷ λαθόντας χρόνῳ ἐπιστὰς ἀπήλεγξεν ὁ πυρωτικὸς καὶ τῶν οὐ γνησίων διελεγκτικὸς καιρὸς, ὃν δὴ καύσωνα εὐθυβόλως ὁ σωτὴρ ὠνόμασε.

XIX [1]).

Ὁ δὲ αὐτὸς ἐδίδαξε τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν τοῖς Cod. L. f. 16. b. Luc. VIII. 10.
πλήθεσι δι᾽ αἰνιγμάτων τοὺς λόγους παρεδίδου· αὐτοῖς μὲν ἐφεῖσθαι εἰπὼν τὰ μυστήρια τῆς τοῦ βασιλείας μανθάνειν, μὴ δίδοσθαι δὲ ἐκείνοις, τοὺς ὄχλους δηλώσας· ἔφη γάρ· ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· ὁ σπόρος, ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, κ. τ. λ. Cod. A. f. 124.
—Τὰς ἐν ψυχαῖς διαφορὰς τῶν τὴν διδασκα- Cod. L. f. 16. b. Luc. VIII. 12.

1) Conferantur sequentia, ut iam dixi, cum syriaca Theophania IV. 33.

λίαν αὐτοῦ μελλόντων ὑποδέχεσθαι ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις, εὖ μάλα ἐκγυμνοῖ ὁ κύριος· καὶ τρία μὲν τάγματα τῶν οὐ γνησίως τὸν σπόρον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας παραδεχομένων ἔσεσθαι προαγορεύει· τρεῖς ὡσαύτως ἀγαθῶν χοροὺς τῶν δίκην εὐγείου χώρας πολυφορούντων καὶ πολυπλασιαζόντων τὸν λόγον· τῶν μὲν οὖν ἀπολλύντων τὰ καταβαλλόμενα τῇ αὐτῶν ψυχῇ σπέρματα αἰτίας εἶναι φησὶ τρεῖς· ἢ γὰρ ὑπὸ φροντίδων τοῦ βίου, καὶ τῆς παρὰ τὰ μὴ ἀναγκαῖα σπουδῆς, ὑπό τε πλούτου καὶ τρυφῆς, καταχωννύντες τὸν ἐν αὐτοῖς σπόρον ἐοίκασι τοῖς ὑπὸ ἀκανθῶν ἀποπνίγουσι· ἢ οὐκ ἀπὸ βάθους διανοίας αὐτὸν παραδεξάμενοι, θᾶττον ἀποσβέννυνται περιστάσεως καταλαβούσης· ἢ κατὰ τρίτην αἰτίαν αἴτιοι ἀπωλείας καθίστανται τοῦ ἐν αὐτοῖς σπόρου, τὰς αὐτῶν ἀκοὰς ἐκδιδόντες ἀνέτως τοῖς ἐξαπατᾷν ἐθέλουσι καὶ ὑφαρπάζειν τὰ ἐν τῇ αὐτῶν ψυχῇ καταβληθέντα σπέρματα· ταῦτα μὲν οὖν κατὰ πρόγνωσιν τῷ σωτῆρι προλέλεκτο· τοῖς δὲ ἔργοις οὕτως ἔχοντα ἡ ἐνάργεια παρίστησιν· οὐκ ἄλλως γὰρ ἐκπίπτουσί τινες τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου, ἢ καθ' ἕνα τῶν ὑπ' αὐτοῦ προῤῥηθέντων τρόπων. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ κρείττονος τάγματος τῶν τευξομένων τῆς οὐρανίου βασιλείας τρεῖς εἶναι τάξεις παρίστη κατὰ Ματθαῖον*, πάντων μὲν ὑφ' ἑνὸς σπορέως τὲ καὶ γεωργοῦ ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς, οἷα δὴ χώραις εὐγείοις καὶ ἀγαθαῖς, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὑποδεδεγμένων σπόρον, γεωργησάντων δὲ αὐτὸν κατὰ δύναμιν, πολυπλασιάντων τὲ οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ πλείστην ἑκάστων ἐνδειξαμένων ἐν ἀγαθοῖς διαφοράν· εἰ δὴ εἷς μὴν ἦν πᾶσιν αὐτοῖς ὁ σπόρος, εἷς δὲ καὶ ὁ αὐτὸς σπορεὺς, οὐ μὴν τὰ ἐξ ἐπιμελείας τῆς ἑκάστου προαιρέσεως, ἴσα τοῖς πᾶσιν ἐπορίζετο· διὸ οὐδὲ ὁ τῆς γεωργίας καρπὸς, ὅμοιος παρὰ τοῖς πᾶσιν ἦν· ἀλλ' οἱ μὲν τριακοντάχουν ἐκαρποφόρουν, οἱ δὲ παρὰ τούτους ἐδιπλασίαζον, οἱ δὲ ὑπερβάλλοντες τῇ φιλοπονίᾳ ἑκατοντάχουν τὸν καρπὸν ἀπεδίδοσαν· ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐκ ἄλλως τῆς κατὰ θεὸν στέρονται καρποφορίας, ἢ καθ' ἕνα τῶν λελεγμένων τρόπων· οἱ δὲ ἐναντίως ἐκείνοις διακείμενοι καθαρᾷ ψυχῇ καὶ προαιρέσει γνησίᾳ τὸν σωτήριον ὑποδεξάμενοι σπόρον, πάλιν κατὰ δύναμιν τῆς αὐτῶν ψυχῆς πολυπλασιάζουσι τοὺς ἑαυτῶν καρπούς.

*Matth. XIII. 23.

Cod. A. I. 124. b.
Cod. L. f. 18.
* Luc. VIII. 16.

Εἰ καὶ τὰ μάλιστά φησι τοῖς ἔξω διὰ παραβολῆς γίνονται τὰ λεγόμενα, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, ἀλλὰ τοῖς γε ἀξίοις σαφὴς ἔσται

tempore suscepturi erant, recte admodum revelat Dominus. Tres videlicet ordines hominum fore dicit, qui doctrinae suae semen haud bene sint recepturi. Tres vicissim egregiorum hominum choros, bonae terrae instar doctrinae fructum uberem ac multiplicatum endituros. Ergo illos qui iacta in animam suam semina pessum dant, causas habere dicit tres. Nam vel mundi curis, ac rerum minime necessariarum studio, et opibus deliciisque impliciti, semen suum obruentes, spinis quodammodo suffocare videntur. Vel minime in mentis suae penetralibus recepto semine, celeriter extinguunt, angustiis correpti. Vel tertio denique causa amittendi dati seminis sibi fiunt, dum patulas aures praebent hominibus decipiendi studiosis, et iacta in illorum animam semina diripiendi. Haec igitur secundum suam provisionem a Servatore praedicta fuerunt. Sic autem rem se habere exploratissimum est. Haud aliter enim nonnulli excidunt religionis doctrina, nisi aliquo e praedictis ab eo modis. Similiter melioris quoque ordinis, illorum scilicet qui caeleste regnum sunt adepturi, tres classes Matthaeus sistit. Cuncti enim ab uno satore et agricola in animabus suis, ceu fertilibus bonisque agris, unum idemque receptum semen, pro viribus excolunt; neque tamen pari numero multiplicant, verum plurimam singuli in bonis suis differentiam prae se ferunt. Etsi enim unum fuit in his omnibus semen, unus item idemque sator, non tamen singulorum sedulitas ac voluntas parem in omnibus fructum protulit: quamobrem ne agriculturae quidem reditus par ubique fuit: sed alii triginta retulerunt, alii trigesimum numerum duplicarunt, alii denique labore praecellentes centuplicem fructum dederunt. Prior ergo ille ordo haud aliter divina fructificatione privatur, nisi aliquo e praedictis modis. Qui autem in contrario ordine sunt, pura anima et genuino mentis proposito, salutari recepto semine, vicissim pro suae animae viribus fructificationem suam multiplicant.

Etiamsi saecularibus, inquit, nonnisi per parabolam facta verba sunt, ut videntes non videant, et audientes non intelligant propter suam incredulitatem, nihilominus cuique di-

gno totus sermo erit perspicuus. Nam nec lucerna ut ne luceat incenditur, neque ut sub modio vel lecto condatur: ita nihil adeo erit absconditum, ut nulli omnino innotescat. Sic etiam caelorum regni mysteria per parabolam dicta, etsi fidei extraneos latent, quorum etiam causa involute sunt prolata, non tamen impenetrabilem omnibus sensum habebunt. Ita ergo sunt dicta, ut a dignis tantummodo cognoscantur. Quamobrem vos, discipuli mei, et cernitis et auditis mentis oculis atque auribus purificatis ea quae multitudini intelligibilia non sunt. Vobis enim, qui in me creditis, arcanorum quoque adiicietur notitia. Ii autem qui puram fidem non habent, sed simulant, praeter quam quod nihil de parabolis intelligent, eo etiam spoliabuntur quod videntur habere, cum illorum ficta fides idoneo tempore coarguetur.

Nam tempus cuncta coarguit. Etiamsi igitur tantisper criminatio vel calumnia adversus vos forte praevaleat: at subsequens prolixum tempus, et splendida per vos cunctis hominibus impertita doctrina, ea quae nunc multos latent, illucescere faciet, et calumniatores redarguet. Animadvertite igitur quomodo audiatis. Nam qui habet bonum propositum, accipiet Spiritus gratiam et sapientiae ac scientiae, dignamque laborum mercedem: ei vero qui non habet, etiam id quod videtur habere, auferetur. Etenim quae naturaliter nobis insunt, vel gratis data sunt, nisi continenti attentione, studioque industrio custodiamus, amittemus, non modo nihil insuper accipientes, verum etiam eorum quae habere putabamus detrimentum patientes. Sane qui ad doctrinam audiendam alacer est, huic reapse doctrina traditur, et illius naturali intelligentiae accedit divinae lectionis sapientia. Qui autem iam inde a primaeva creatione datam indolem non habet incolumem, hic par mente carenti est, a malo daemone vecors effectus. Sicut et ille qui oculos habens nihil tamen videt, par caeco est, meritoque dicetur oculis orbatus. Sic nimirum multi propria culpa hebetes ad doctrinam sunt, quia iam inde ab initio audire illam renuerunt, sed socordia sua abiecerunt.

πᾶς λόγος· οὔτε γὰρ λύχνος ἐπὶ τῷ μὴ φαίνειν ἐξάπτεται, οὐδ᾽ ἐπὶ τῷ καλύπτεσθαι ὑπὸ μόδιον ἢ κλίνην· οὐκέτι κρυπτὸν ἔσται πάντη λανθάνον, ὡς μή τισὶ γοῦν γνωρίζεσθαι· οὕτως καὶ τὰ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν μυστήρια διὰ παραβολῆς λεγόμενα, εἰ καὶ τοὺς ἔξω τῆς πίστεως λανθάνει, δι᾽ οὓς καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἴρηται, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς πᾶσιν ἀπόῤῥητον περιέξει τὸν νοῦν· λέλεκται γοῦν ὡς ἂν μόνοις τοῖς ἀξίοις γνωρίζοιτο. διόπερ ὑμεῖς οἱ ἐμοὶ μαθηταὶ καὶ βλέπετε καὶ ἀκούετε διανοίας ὀφθαλμοῖς καὶ ὠσὶ κεκαθαρμένοις τὰ μὴ τοῖς πᾶσι καταληπτά· ὑμῖν γὰρ τοῖς ἔχουσι τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν καὶ ἡ τῶν ἀποῤῥήτων προστεθήσεται γνῶσις· τοῖς δὲ μὴ πίστιν ἔχουσιν εἰλικρινῆ, προσποιουμένοις δὲ ἔχειν, πρὸς τὸ μηδὲν πλέον ἐκ τῶν παραβολῶν γινώσκεσθαι, καὶ στέρησις ἔσται τοῦ δοκοῦντος αὐτοῖς ὑπάρχειν, ἐλεγχθείσης αὐτῶν ἐν καιρῷ τῆς προσποιήτου πίστεως.

Ὁ γὰρ χρόνος πάντων ἔλεγχος· κἂν οὖν πρὸς ὀλίγον ἡ καθ᾽ ὑμῶν ἰσχύσῃ διαβολὴ καὶ συκοφαντία, ἀλλ᾽ ἐπιὼν ὁ μακρὸς χρόνος, καὶ διαλάμπουσα δι᾽ ἡμῶν πᾶσιν ἀνθρώποις καταβαλλομένη διδασκαλία 1), τὰ νῦν τέως λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς, ἐκλάμψαι ποιήσει, καὶ τοὺς συκοφάντας ἐλέγξει· βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε· ὁ ἔχων γὰρ σπουδαίαν προαίρεσιν, λήψεται πνεύματος χάριν καὶ σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ ἀξίαν τῶν πόνων τὴν ἀμοιβήν· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ· τὰ γὰρ ἐκ φύσεως ἡμῖν ἐνόντα, ἢ διὰ χάριτος δοθέντα, ἐὰν μὴ διὰ συνεχοῦς προσοχῆς καὶ σπουδῆς φιλοπόνου φυλάξωμεν, ταῦτα ζημιωθησόμεθα, οὐ μόνον μηδὲν προσλαμβάνοντες, ἀλλὰ προσαπολλύντες καὶ ἃ ἔχειν ἐδόξαμεν· καὶ αὖ ὃς ἔχει τὸ φύσει εὔηκοον πρὸς τὸν λόγον, τούτῳ καὶ ὁ λόγος ἀληθινῶς δίδοται, καὶ προσγίνεται τῇ φυσικῇ συνέσει, τὸ ἐκ θείας ἀκροάσεως σοφόν· ὃς δὲ οὐκ ἔχει τὸ διὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς δημιουργίας ὑπάρχον αὐτῷ σῶον φυλαττόμενον, ἴσως τὸ μηδὲ νοῦν ἔχοντι καθίσταται, φρενοβλαβὴς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ γενόμενος· καθάπερ καὶ ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων, εἰ μὴ βλέποι, ἴσος τῷ τυφλῷ γεγένηται· καὶ φαίη τις ἂν αὐτὸν ἀφῃρῆσθαι τῶν ὀφθαλμῶν· οὕτως οἱ πολλοὶ δι᾽ ἑαυτοὺς πρὸς τὸν λόγον ἀσύνετοι· ὅτι οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσέχοντες ἀκούουσιν, ἀλλ᾽ ἀπέῤῥιψαν ἀμελείᾳ τὸν λόγον.

Cod. A. f. 125. Cod. L. f. 18. Luc. VIII. 16.

1) Congruunt haec belle cum Theophania syriaca lib. IV. 31.

XX 1).

Cod. A. f. 194. Matth. XIII. 31. Luc. XIII. 19.

Ὑπογράφει γε μὴν ἐνταῦθα σπορέα ἑαυτὸν ὁ κύριος, κῆπον δὲ ὀνομάζει τὸν κόσμον 2)· αἰνιττόμενος δὲ τὴν ἐν τῷ σπόρῳ δύναμιν ὁποία τίς εἴη, κόκκῳ συνάπεως αὐτὸν παραβάλλει, ὃς τῶν παρ' ἀνθρώποις λόγων, ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβαρικῶν, τῶν δὴ σοφίαν τινὰ τοῦ αἰῶνος τούτου προϊσχομένων, σμικρότατος εἶναι δοκεῖ καὶ εὐτελέστατος, δύναμίν γε μὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐν ἑαυτῷ φέρει· καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς, σῖτος μὲν, καθ' ὃ ψυχῶν τρόφιμός ἐστι, καὶ τροφῆς τῆς παρὰ τῷ θεῷ παρεκτικός· κόκκος δὲ συνάπεως, καθ' ὃ βραχύτατος μὲν ἁπάντων τῶν σπερμάτων· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλο τῶν ἐπὶ γῆς καταβαλλομένων σπερμάτων τούτου τῇ σμικρότητι συγκρίνεσθαι δυνάμενον, διὰ τὸ κέντρῳ ἐοικέναι, καὶ σχεδὸν ἀτόμῳ καὶ ἀμερεῖ σώματι, ὅμως δὲ εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἐπιδίδωσιν, ὡς πᾶν τὸ τῶν λαχάνων καλύψαι γένος· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ ἔκβασιν ἔργοις αὐτοῖς σύμφωνον ἔδειξε ταῖς προῤῥήσεσιν· αὐτίκα γοῦν ὀφθαλμοῖς πάρεστι παραλαμβάνειν ὡς ὁ σπόρος ὁ εὐαγγελικὸς, σπειρόμενος μὲν, ἐν ἀρχαῖς ἀφανὴς ἦν, καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς εὐτελέστατος καὶ σμικρότατος λόγων· προϊὼν δὲ τοσοῦτον ἐπιδέδωκεν αὔξης τὲ καὶ μεγέθους, ὡς τὴν σύμπασαν οἰκουμένην πληρῶσαι· γέγονεν οὖν ἀληθῶς μείζων τῆς παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις σοφίας, ἣν λαχάνοις κατὰ Ματθαῖον παραβέβληκε, τὸ ἀσθενὲς καὶ φθοριμαῖον τῶν παρ' ἀνθρώποις μαθημάτων ὧδε αἰνιξάμενος· ἐπεὶ καὶ ἐν προφήταις ἐλέγετο περὶ

* Ps. XXXVI. 2.

αὐτῶν *· ὡς χόρτος ταχὺ ἀποξερανθήσονται, καὶ ὡς λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται· τοιαῦτα δὲ τὰ σοφιστῶν καὶ φιλοσόφων μαθήματα καὶ παιδεύματα, πρὸς καιρὸν μὲν χλοάζοντα, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀνθοῦντα, οὐκ εἰς μακρὸν δὲ ἐκπίπτοντα, καὶ ἐξ ἑαυτῶν φθειρόμενα· ὡς ἐν

* Ps. CXXVIII. 6.

ἑτέροις *, χόρτῳ δωμάτων ἀφομοιοῦν αὐτὰ, ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη.

Ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῖς παρὰ τοῦ αἰῶνος τούτου τοιαῦτα, ἀσθενῆ καὶ λαχανώδη, καὶ χόρτῳ εὐθαλεῖ παρεικασμένα μαθήματα· ὁ δὲ βραχύτατος καὶ πάντων τῶν σπερμάτων μικρότατος, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καταγγελτικὸς λόγος, δριμὺς μὲν καὶ δεκτικὸς καθάπερ τὸ σίνηπι, ὅμως δὲ ὑπερανέβη καὶ ὑπερηύξησε, κρείτ-

XX.

Dicit se hoc loco Dominus satorem, agrum autem terrarum orbem. Ut autem quanto semini vis sit insita innuat, grano sinapis illud comparat: quod quidem, inter hominum doctrinas, sive graecas sive barbaricas, quotquot sapientiam aliquam huius saeculi prae se ferunt, minimum esse videtur atque vilissimum, neque tamen vulgarem virtutem continet. Est autem illa doctrina, frumentum quidem quatenus animarum nutrix est, et alimoniae a Deo datae ministra; granum vero sinapis, quatenus seminum omnium est tenuissimum. Neque enim est aliud ex his quae in terram proiiciuntur seminibus, huius parvitati comparandum, ita ut puncto simile sit, et velut atomo et sine partibus corpori; et tamen in tantam excrescit magnitudinem, ut omne olerum genus superet. Quod profecto habere exitum revera consonum praedictionibus ostendit. dit. Ecce enim oculis spectare licet, quomodo evangelicum semen, sub ipsis sationis primordiis invisibile fuerit, et prae doctrina qualibet vere minimum et contemptissimum. Deinde vero tantum cepit incrementum, ut universum orbem repleverit. Fuit ergo revera per cunctas gentes semen hoc maius quam graecorum et barbarorum sapientia, quam Matthaeus oleribus comparavit, infirmitatem ita et corruptibilitatem humanarum doctrinarum significans. Namque et apud prophetas dictum de ipsis est: tamquam foenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident. Huiuscemodi sunt sophistarum ac philosophorum doctrinae disciplinaeque, quae aliquamdiu herbescunt, brevique tempore florent, sed non diu post excidunt per se ipsae corruptae: ita ut alibi foeno tectorum comparet eas David, quod priusquam evellatur iam exaruit.

Sunt istae igitur sapientium huius saeculi doctrinae, infirmae nimirum et oleraceae, foeno florescenti similes. Secus vero omnium minimum et tenuissimum inter semina, regni nimirum caelorum evangelicum verbum, acre mordensque veluti sinapi, quod tamen longe excrevit, et humanae sapientiae superius eva-

1) Grande hoc fragmentum, usque ad verba ὑποδεξαμένων αὐτὸν, perspicuum gerit titulum in codice A. f. 164: βιβλίῳ τετάρτῳ θεοφανείας, cum solitis tantum numeri siglis supra β.

2) Sic in Theophania syriaca IV. 34.

sit: atque in altum sublatum omnia loca occupavit, ita ut magna arbor ex eo sit orta, caeli volucrum capax qui in eius ramis consistunt. Olim id quidem simplicibus verbis Servatoris voce prolatis, divina prognosticaque virtute praedicebatur. Iam vero in quale quantumque opus praedictio processerit, quantumque creverit doctrinae vox, dici pro dignitate non potest. Tantum itaque progressu temporis salutare semen virtutem exseruit, ut germinata ex illo arbor, id est fundata a Servatore per universam terram ecclesia, cuncta loca oppleverit; in eius ramis caeli volucres habitent, angeli divi scilicet et caelestes potentiae, quae terram invisibiliter discurrunt; itemque animae sanctae alte gradientes, id est vita sensuque sublimi ac caelesti praeditae. Namque has et non aliud quidlibet denotari a caeli avibus, Servatoris haec parabola significat. Sicut e contrario in parabola seminatoris vocabulo avium, insidiantes hominibus potentias denotabat, pari vocabulo dicens aves caeli diripuisse semen iactum iis qui iuxta viam illud susceperant.

των τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀποδειχθεὶς σοφίας· καὶ ὡς ὑψωθεὶς πάντα τόπον ἐκάλυψεν, ὡς καὶ δένδρον ἀποτελεσθῆναι μέγα ἐξ αὐτοῦ, χωρητικὸν πετεινῶν οὐρανοῦ κατασκηνούντων ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ· πάλαι μὲν ὑπὸ τῆς σωτηρίου γῆς ψιλοῖς ῥήμασιν, ἐνθέῳ γε μὴν καὶ προγνωστικῷ δυνάμει προανεφωνεῖτο· ὡς δ' εἰς ἔργα προκεχώρηκεν ἡ πρόγνωσις, εἰς αὔξην τε προῆλθεν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, οὐκ ἔστι κατ' ἀξίαν εἰπεῖν· τοσαύτην γοῦν ὁ σωτήριος σπόρος ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιδέδεικται ἀρετὴν, ὡς τὸ ἐξ αὐτοῦ φυὲν δένδρον, τοῦτο δ' ἂν εἴη ἡ πανταχοῦ γῆς ἱδρυμένη αὐτοῦ ἐκκλησία, τὰ πάντα πληρῶσαι, ὥστε ἐν τοῖς κλάδοις αὐτῆς κατασκηνῶσαι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἀγγέλους δηλαδὴ θείους καὶ οὐρανίας δυνάμεις, τὰς περὶ γῆν ἀφανῶς διϊπταμένας, ψυχάς τε ἁγίας καὶ μετεωροπόρους, βίῳ καὶ φρονήματι μεταρσίους καὶ οὐρανίους· ταύτας γὰρ εἶναι καὶ οὐδὲ ἄλλας τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἡ σωτήριος ἐν τούτοις ᾐνίξατο παραβολή· ὡς ἔμπαλιν διὰ τῆς τοῦ σπόρου τὰς ἐπιβούλους τῶν ἀνθρώπων ἐδήλου δυνάμεις, ὁμωνύμως πετεινὰ οὐρανοῦ φήσας διηρπακέναι τὸν σπόρον τῶν παρὰ τὴν ὁδὸν ὑποδεξαμένων αὐτόν.

XXI.

Atque haec necessario Servator discipulis suis mandabat, morbum gravissimum ipsorum animae, tumorem atque iactantiam sanans, vetansque ostentationem, ne ullatenus extollerentur, neve quid magnum aut superbum de se existimarent. Docet contra, nostri esse arbitrii in regnum introire, aut secus. Nam si, ut dicitur apud Matthaeum conversi fiamus sicut parvuli, malitia scilicet parvuli, ut ait apostolus; et si hoc regnum admittemus more simplicis et nulli adhuc vitio dediti infantis, et si puritatem atque innocentiam puerilis aetatis adamabimus, in regnum introibimus: immo etiam si nosmet propter regnum caelorum spadonabimus 2); sic enim homo praecidens ex anima sua turpem quamlibet et intemperantem passionem, etsi corporis aetate iam vir evaserit, conversus fiet tamquam

XXI 1).

Καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως ὁ σωτὴρ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παρεδίδου, νόσον ἀργαλεωτάτην τῆς αὐτῶν ψυχῆς, χαυνότητά τε καὶ ἀλαζονείαν ἰώμενος, καὶ κωλύων τὸ μεγάλαυχον, ὡς ἂν μήποτε ἐπαρθεῖεν, μηδέ τι μέγα μηδὲ ὑπερήφανον περὶ ἑαυτῶν φρονήσαιεν· διδάσκει δὲ ἄντικρυς ἐφ' ἡμῖν κεῖσθαι τὸ εἰσελθεῖν, ἢ μὴ, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ κατὰ τὸν Ματθαῖον στραφέντες γενοίμεθα ὡς τὰ νήπια τῇ κακίᾳ νηπιάζοντες κατὰ τὸν ἀπόστολον *, καὶ εἰ δεχοίμεθα τὴν βασιλείαν ὡς ἁπλοῦν καὶ ἀπειρόκακον παιδίον, καὶ εἰ τὸ καθαρὸν καὶ ἀμίαντον τῆς παιδικῆς ἡλικίας ζηλώσομεν, εἰσελευσόμεθα εἰς αὐτήν· ἀλλὰ καὶ ἐὰν εὐνουχίσωμεν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· οὕτω γάρ τις ἐκτεμὼν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς πᾶν τὸ αἰσχρὸν καὶ ἀκόλαστον πάθος, εἰ καὶ τὴν τοῦ σώματος ἡλικίαν προβεβηκὼς εἴη ἀνὴρ, στραφεὶς γένοιτ' ἂν ὡς

Cod. A. f. 243. b.
* Matth. XVIII. 3.
* I. Cor. XIV. 20.

1) In codice A. f. 243. b. titulus mendose scriptus Εὐσεβίου δευτέρας θεοφάνους, sine dubio corrigendus Εὐσεβίου δ' θεοφανείας, *Eusebii in quarto Theophaniae.*

2) Utor hoc verbo, quod est in fragmentis antiquissimis veteris italae Matth. XIX. 12, a me editis cum sancti Augustini genuino Speculo; idque vocabulum in meo quoque glossario Spicil. T. IX. iure scripsi: *sunt spadones* etc. *qui se ipsos spadonaverunt propter regnum.* Quo pio sensu, et quidem huc respiciens, etiam Tertullianus de cult. fem. IX. dixit: *se spadonatui assignant propter regnum Dei.*

παιδίον· εἰ δὲ μηδὲν τούτων πράξαιμεν, ἀποφάσει τοῦ σωτῆρος ὑποβληθησόμεθα, μετὰ τοῦ ἀμὴν ἀποφηναμένου, ὅτι εἰ μὴ πράξαιμεν ταῦτα, οὐκ ἔσται ἡμῖν εἰσιτητὸν εἰς τὴν βασιλείαν.

puer. Sin vero nihil horum fecerimus, Servatoris sententiae subiiciemur, cum dictione amen interminantis, quod nisi ita nos gesserimus, non patebit nobis ad regnum introitus.

XXII 1).

Cod. A. f. 254. b. *Matth. XXV, 14.

Ὁμοία δὲ παρὰ τῷ Ματθαίῳ * κεῖται παραβολή· ὥσπερ γάρ φησιν, ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν· ἐπεὶ πολλὰ τυγχάνει τὰ χαρίσματα διάφοροί τε τοῦ ἁγίου πνεύματος αἱ διαιρέσεις, ἑκάστῳ δὲ δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον· γένοιτο ἂν ποτε ὁ μέν τις ἑνὸς μέτοχος χαρίσματος, ὁ δὲ δυοῖν, ὁ δὲ πλειόνων· οὕτως οὖν εἴρηται, τῷ μὲν δεδόσθαι πέντε τάλαντα, τοσούτων χαρισμάτων διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτῷ δεδωρημένων· ἑτέρῳ δὲ οὐ τοσαῦτα, ἀλλ' ἓν μόνον δέδοται, ὃς πλείονος τύχοι ἂν κατακρίσεως, ὅτι μηδὲ πολλὰ εἰληφὼς ὡς ἀποκνῆσαι τῇ τῶν πλειόνων ἐργασίᾳ, οὐδὲ τοῦ ἑνὸς τὸν καρπὸν ἐπορίσατο, ἀργὸν δὲ αὐτὸ φυλάξας, καὶ μὴ μεταδοὺς ἑτέροις, στερήσεται καὶ τούτου κατὰ τὴν σωτήριον ἀπόφασιν, ἐλέγχοντος αὐτὸν τοῦ κριτοῦ ἐπὶ ἀργίᾳ καὶ ὀκνηρίᾳ, καὶ φοβερὰν ἀπειλὴν καὶ κρίσιν ἀπότομον κατ' αὐτοῦ ἐκφέροντος· οἱ δὲ καὶ πλειόνων τοῦ ἁγίου πνεύματος ἠξιωμένοι χαρισμάτων, εἶτα τούτων τὸν καρπὸν διὰ τῆς πρακτικῆς ἐργασίας πολυπλασιάσαντες, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν λόγων συνάρσεως, δεξιᾶς καὶ ἀγαθῆς μαρτυρίας τεύξονται· ἐν ὀλίγοις γὰρ δοκιμασθέντας τοῖς κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον, μειζόνων τῶν κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα καὶ οὐρανίων ἐπάθλων καταξιώσει. Τὸν δὲ πονηρὸν καὶ ὀκνηρὸν δοῦλον ἐλέγξας ἐπὶ τῇ πονηρίᾳ καὶ τῷ ὄκνῳ, τῇ προσηκούσῃ παραδώσει δίκῃ· ὀκνηρὸν μὲν αὐτὸν εἰπὼν διὰ τὸ μηδὲν ἐθελῆσαι τῶν δεόντων ἐργάσασθαι, πονηρὸν δὲ διὰ τὸ τολμῆσαι φάναι τῷ ἑαυτοῦ κυρίῳ, αὐστηρὸς εἶ ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀπελέγξας γοῦν αὐτὸν πρότερον ὡς ἐναντιολογοῦντα, καὶ ἐκ τοῦ στόματος κατακρίνας αὐτὸν, ὅτι καίπερ αὐτὸν αὐστηρὸν καὶ ἀπαραίτητον κριτὴν εἶναι φήσας, ὅμως κατεφρόνησεν ὡς μηδὲν ἀγαθὸν θελῆσαι πρᾶξαι, δικαιοτάτην ἐξοίσει τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, σκότῳ παραδοὺς αὐτὸν ἐξωτάτῳ, ὡς οὐ μόνον ἀργὸν καὶ πονηρὸν, ἀλλὰ καὶ ἀχρεῖον καὶ ἀπόβλητον δοῦλον· δόξει μὲν οὖν ἀπεριέργως ὅσον ἐπὶ τῇ ἀκολουθίᾳ περὶ

XXII.

Par apud Matthaeum quoque extat parabola. Etenim homo, ut ait, peregre proficiscens, vocavit servos suos; et uni quidem dedit quinque talenta, alteri duo, tertio denique unum; quia multa sunt dona, et diversae sancti Spiritus diribitiones; unicuique autem datur prout expedit. Contingit quippe aliquando ut aliquis uno dono potiatur, duobus alter, alius denique pluribus. Sic ergo dictum est, alii quidem data fuisse quinque talenta, quia totidem sancti Spiritus dona illi adtributa sunt: alii autem haud totidem, sed unum datum fuisse; qui graviorem damnationem perferet, quia cum multa non accepisset, ne forte ad operosius negotium torperet; nihilo minus ne ex uno quidem fructum retulerit; quod quum iners custodiverit, neque aliis fuerit impertitus, hoc ipso spoliabitur, secundum Servatoris effatum, damnante eum iudice de socordia atque ignavia, terribilesque minas et diram sententiam adversus eum ferente. Qui vero plura sancti Spiritus munera collata habuerunt, et deinde harum fructum operoso labore multiplicarunt, hi quo tempore rationum dati et accepti collatio fiet, faustum bonumque testimonium referent. Namque in paucis probatos, in praesente nimirum vita, maioribus in futuro saeculo et caelestibus praemiis dignabitur Dominus. At vero nequam servum et pigrum, incusata eius improbitate et ignavia, congrua poena adficiet. Socordem eum appellans, quia officium non praestiterit; nequam autem, quia domino suo dicere ausus fuerit, austerus es homo, et reliqua. Igitur eo coarguto quod repugnantia loqueretur, et ex ore eiusdem damnans, quia quum eum austerum et inexorabilem iudicem esse dixisset, nihilominus tam fuerit negligens ut nihil agere boni voluerit, iustissimam feret in eum sententiam, tenebris exterioribus eum tradens, non modo ut socordem et nequam, verum etiam ut inutilem domoque pellendum famulum. Vi-

1) Hoc quoque ingens fragmentum usque ad verba extrema παραδώσει δίκῃ, gerit titulum in codice A. 254. b. Εὐσεβίου β. (cum siglis supra β.) Θεοφανείας: *Eusebii, libro quarto Theophaniae.*

debitur ergo apparenter, haud satis accurate quod adtinet ad sensuum sequelam, hoc de illo fuisse dictum qui nihil operans talentum abscondit. Certe quod hebraicis litteris conscriptum evangelium ad nos devenit, minas illas haud contra talenti occultatorem, sed contra luxuriose viventem intendit. Tres enim ibi repraesentantur servi; alius domini substantiam devorans cum meretricibus et saltricibus; alter opere multiplicans; tertius talentum occultans. Deinde ait unum quidem benivole exceptum, alterum reprehensum tantummodo, tertium in vincula coniectum. Ambigo, an forte apud Matthaeum post absolutum contra ignavum servum sermonem, quae sequitur sententia, haud in hunc, sed per epanalepsin dicta fuerit adversus comedentem et bibentem cum ebriosis.

Haec igitur ita apud Matthaeum dicta fuerunt in monte olearum, ubi Servator cum discipulis consistens de mundi consummatione disserebat. Praedictam autem parabolam solus Lucas commemorat tamquam dictam a Servatore quo tempore apud Hierichuntem degebat. Quare nec eandem hanc cum illa esse putandum est, quoniam quae in ambabus leguntur haud similia sunt. Heic enim decem dicuntur servi, illic haud pari numero. Heic singuli singulas minas accipiunt, illic alius quinque talenta, alter duo, tertius unum accipit. Hic qui decuplavit minam, audit: euge serve bone et fidelis, quia in minimo fuisti fidelis, esto potestatem habens super decem urbes. Qui autem ex una fecit quinque, similiter audit: tu quoque supra decem urbes esto. In talentorum vero parabola dicebatur: euge serve bone; in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui.

Age vero parabolae explanationem ad compendium conferentes, ita dicimus. Arbitrabantur nonnulli, primo Servatoris nostri adventu regnum eius fore, idque tunc incepturum existimabant statim ac Hierosolyma ascendisset. Adeo illos admiratione perculerant patrata ab ipso miracula. Adversus hanc opinionem Servator docet, haud ante a patre se regnum accepturum, quam peregre ab hominibus ad

τοῦ μηδὲν ἐργασαμένου, ἀλλὰ ἀποκρύψαντος τὸ τάλαντον, τοῦτ' εἰρῆσθαι· ἐπεὶ δὲ τὸ εἰς ἡμᾶς ἧκον ἑβραϊκοῖς χαρακτῆρσιν εὐαγγέλιον 1) τὴν ἀπειλὴν οὐ κατὰ τοῦ ἀποκρύψαντος ἐπῆγεν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἀσώτως ἐζηκότος· τρεῖς γὰρ δούλους περιεῖχε, τὸν μὲν καταφάγοντα τὴν ὕπαρξιν τοῦ δεσπότου μετὰ πορνῶν καὶ αὐλητρίδων, τὸν δὲ πολλαπλάσιαντα τὴν ἐργασίαν, τὸν δὲ κατακρύψαντα τὸ τάλαντον· εἶτα τὸν μὲν ἀποδεχθῆναι, τὸν δὲ μεμφθῆναι μόνον, τὸν δὲ συγκλεισθῆναι δεσμωτηρίῳ· ἐφίστημι, μήποτε κατὰ τὸν Ματθαῖον, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ λόγου τὴν κατὰ τοῦ μηδὲν ἐργασαμένου, ἡ ἑξῆς ἐπιλεγομένη ἀπειλὴ, οὐ περὶ αὐτοῦ ἀλλὰ περὶ τοῦ προτέρου κατ' ἐπανάληψιν λέλεκται τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μετὰ τῶν μεθυόντων.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως εἴρηται παρὰ τοῦ Ματθαίου ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν τοῦ σωτῆρος τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς συνόντος καὶ τὰ περὶ τῆς συντελείας προδιαστελλομένου· τὴν δὲ προκειμένην παραβολὴν μόνος Λουκᾶς * ἀπεμνημόνευσεν, ὡς τοῦ σωτῆρος εἰρηκότος αὐτὴν καθ' ὃν χρόνον ἐν Ἱεριχοῖ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· διόπερ οὐδὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ ταύτην εἶναι ὑποληπτέον, ἐπεὶ μηδὲ τὰ ἐν αὐτοῖς φερόμενα ὅμοια τυγχάνει· ἐνταῦθα μὲν γὰρ δέκα λέγονται δοῦλοι, ἐκεῖ δὲ οὐ τοσοῦτοι· καὶ ἐνταῦθα ὁ καθεῖς ἀνὰ μίαν μνᾶν λαμβάνει, ἐκεῖ δὲ ὁ μέν τις πέντε τάλαντα, ὁ δὲ δυο, ὁ δὲ ἕν· καὶ ἐνταῦθα ὁ μέν τις δεκαπλασιάσας τὴν μνᾶν ἀκούει, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων· ὁ δὲ τὴν μίαν πέντε ποιήσας ἀκούει, καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων· ἐν δὲ τῇ τῶν ταλάντων παραβολῇ ἐλέγετο, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου· [* Luc. XIX. 12.]

Τήν γε μὴν εἰς τὴν παραβολὴν ἑρμηνείαν ἐπιτεμνόμενοι φαμέν· ὑπέλαβόν τινες κατὰ τὴν πρώτην τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ γενήσεσθαι, καὶ τοῦτο ἐνόμιζον ἔσεσθαι παραχρῆμα τότε ἐπειδὰν ἐπιβῇ τοῖς Ἱεροσολύμοις· οὕτως ἐξέπληττον αὐτοὺς αἱ θεοσημεῖαι ὑπ' αὐτοῦ συντελούμεναι· πρὸς δὴ οὖν ταύτην τὴν ὑπόνοιαν ὁ σωτὴρ διδάσκει, μὴ πρότερον αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν ἀπολήψεσθαι, ἢ τὴν

1) Etiam in syriaca Theophania lib. IV. 12, laudat Eusebius evangelii exemplar hebraicis (id est syriacis) litteris scriptum. Iamvero quum in vat. bibliotheca codex extet syriacus sub numero XIX, priscus adeo ut Eusebii aetatem exaequare posse videatur; isque lingua palaestina contineat ss. evangelia, cupide consului num ibi haec parabola ita legeretur, ut modo ait Eusebius; sed contrarium comperi; ita ut de alio exemplari loquatur Eusebius necesse sit.

ἀποδημίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πρὸς τὸν πατέρα στείλασθαι· τοῦτο δὲ διὰ τῆς παραβολῆς παρίστη λέγων· ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι· εὐγενῆ μὲν ἑαυτὸν καλῶν διὰ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἔκ τε Δαβὶδ καὶ τῶν τούτου διαδόχων γεγενημένην· διὸ καὶ ἄνθρωπον ἑαυτὸν ὠνόμαζε· λέγων δὲ ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἑαυτοῦ ἐσήμανεν· ἐπιφέρων δὲ τὸ λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι, τὴν δευτέραν αὐτοῦ θεοφάνειαν, τὴν ἔνδοξον καὶ βασιλικὴν, παρίστη· ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ἀποδημίαν τοὺς μὲν αὐτοῦ δούλους μνᾶς φησὶν εἰληφέναι καὶ εἰργάσθαι διαφόρως· ἐχθροὺς δέ τινας πολίτας αὐτοῦ μισεῖν αὐτὸν, καὶ διὰ πρεσβείας παραιτεῖσθαι αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· τοὺς μὲν οὖν αὐτοῦ δούλους, πάντας ἐδήλου τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας· τὴν δὲ μνᾶν τὴν πᾶσιν ἐξ ἴσου δεδομένην, τὴν γνῶσιν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας· τὴν δὲ ἐργασίαν, τὴν ἑκάστῳ πρὸς τῇ γνώσει κατορθουμένην ἐν ἀγαθαῖς πράξεσι καρποφορίαν· πολίτας δὲ ἑαυτοῦ μισοῦντας αὐτὸν, τοὺς ἐκ περιτομῆς, ὧν τὴν πολιτείαν ὑπομείνας, καὶ ὑπὸ τὸν αὐτὸν γεγονὼς νόμον, εἰκότως πολίτην ἑαυτὸν αὐτῶν ἀνηγόρευσεν· οἱ δὲ μισοῦντες αὐτὸν καὶ τοῦ μίσους ἔργα ἐνδειξάμενοι διὰ τῆς κατ᾽ αὐτοῦ ἐπιβολῆς, οὐκ ἠρκέσθησαν αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀποδημίαν αὐτοῦ, ταῖς κατ᾽ αὐτοῦ ἀραῖς καὶ ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς ἀθετοῦντες αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν παραιτούμενοι, καὶ ἀπευχόμενοι τοῦτο γενέσθαι· ὁ δὲ καὶ μὴ βουλομένων αὐτῶν παραλήψεται τὴν βασιλείαν· ἐπανελθών γε μὴν κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ θεοφάνειαν, τῶν μὲν ἀξίων καὶ αὐτοῦ δούλων βασιλεύσει· καὶ τούτων αὐτῶν πρότερον τὴν διάκρισιν ποιήσει, τοὺς μὲν ἀποδεξάμενος καὶ βασιλικαῖς τιμήσων δωρεαῖς, ἐφ᾽ οἷς διεπράξαντο κατορθώμασιν· ἡγουμένους γὰρ πόλεων καὶ ἄρχοντας αὐτοὺς ἑτέρων καταστήσει· τοὺς δὲ ἐπ᾽ ἀργίᾳ μεμψάμενος, καὶ ἧς ἐδόκουν πρότερον μετεσχηκέναι μοίρας στερήσει· τοὺς δὲ ὠνομασμένους αὐτοῦ πολίτας τοὺς πάλαι ὄντας ἐχθροὺς, καὶ τὰ ἐχθρῶν ἔργα εἰς αὐτὸν ἐνδειξαμένους, καὶ μετὰ ταῦτα ὀπίσω αὐτοῦ πρεσβείαν ἀπεσταλκότας καὶ παραιτησαμένους αὐτὸν, δι᾽ ὧν εἰώθεισαν κατ᾽ αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἀρῶν 1), εἰς μέσον ἀχθῆναι κελεύσει πρὸ τοῦ βασιλικοῦ τῆς δόξης αὐτοῦ θρόνου, κἄπειτα δικαιοσύνῃ * κριτηρίῳ χρώμενος, τῇ προσηκούσῃ αὐτοὺς παραδώσει δίκῃ.

* Ita cod.

patrem abierit. Id vero hac parabola adfirmavit dicens: homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum et rediret; nobilem quidem semet appellans propter carnalem nativitatem quam ex Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Davide, atque horum posteris sortitus erat. Quare et hominem se nominavit. Dum vero ait profectum in regionem longinquam, suum in caelum de terra reditum significavit. Addens denique, se accepto regno reversurum, secundam suam theophaniam, gloriosam atque regalem, denotavit. Porro praedictae tempore peregrinationis servos illius dicit acceptas minas diverso successu fuisse negotiatos: cives vero eiusdem ipsi infensos, missa post eum legatione, dominatum eius detrectasse. Servorum quidem nomine, cunctos denotat ipsi credentes: minâ omnibus aeque datâ, notitiam regni caelorum: negotiatione, fructum a singulis, post illam notitiam, per sua bona opera collatum. Cives eius osores, circumcisum populum, cuius quum conversationem pertulerit, et legibus obtemperaverit, recte sese civem illius appellavit. Osores vero eius, et odii opera exhibentes, insidias ei struendo, haud his contenti fuerunt; verum etiam post eius ex hominibus excessum maledictis eum incessunt, et suis etiam ad Deum precibus detestantur, regnumque detrectant, et ne hoc ullo tempore eveniat deprecantur. Verumtamen his etiam invitis regnum ipse accipiet. Revertens per suam alteram theophaniam, dignis quidem, servisque se dignis dominabitur. Hos tamen in certas classes distribuet, alios nempe regalibus honorans muneribus propter ipsorum facta praeclara; nam praesides urbium, et populorum principes constituet. Alios autem ob ignaviam reprehensos, iis etiam bonorum partibus, quibus antea utebantur, spoliabit. Illos denique cives eius appellatos, inimicos veteres, et huic appellationi congrua facta exsequutos, et legatione quoque missa ipsum detestatos, per eas nempe quas recitare solent contra eundem diras, in medium adduci iubebit ante regalem gloriae suae thronum; moxque iusto iudicio exercito, conveniente supplicio adficiet.

1) Videtur Eusebius innuere diras quas Iudaei in synagogis suis adversus Christum dicere solent.

DE GRAECIS THEOPHANIAE FRAGMENTIS

GENERALIS ADNOTATIO.

Hactenus eusebianae Theophaniae fragmenta, vel potius partes, ex tribus codicibus vatt. A. E. L. edidimus. Et quidem eadem Theophania in aliis quoque duobus recitatur vatt. codicibus B. et F., qui tamen nonnisi exemplares sunt, et quidem imperfecti, ex codicibus A. et E. derivati. Itaque neutrius illorum nobis fuit necessarius usus. Iam vero quaecumque a nobis in superioribus foliis edita fuerunt, ea vel Theophaniae titulo nominatim in codicibus denotabantur, vel cum syriaca seu anglica operis interpretatione congruebant, vel in praedictis codicibus adeo connexa erant cum partibus titulum Theophaniae prae se ferentibus, ut ab iis avelli nequirent, etiamsi aliquando nonnisi nudum Eusebii nomen gererent. De quibus omnibus lectores nostros singulis in locis admonuimus: nihil enim nobis maiori curae fuit, quam ut fideles accuratique videremur. Utique et aliae partes erant, quibus Eusebii (non tamen Theophaniae) nomen erat inscriptum, quaeque alicubi cum dicto opere partim consentiebant: quia tamen nimis liberum audaxque visum foret, eas cum certioribus Theophaniae partibus copulare, id consilium merito omisimus. Itaque hae partes in commentario Eusebii ad Lucam posthinc subiiciendo apparebunt; quibus identidem et pro re nata quidquid erit observandum subscribemus.

*Nunc magna quaestio exoritur, quam nos vix attingere audemus, ne rem quodammodo nostram (quod est praeiudicium in re litteraria noxium et odiosum) defendere videamur; quid videlicet de syriaca Theophania cum graecis partibus comparata iudicandum sit; utrum videlicet ea plena sit, an compendio aliquo vel omissionibus imminuta fuerit; quandoquidem graeca eius, id est originalia, fragmenta in codicibus vaticanis satis interdum differunt, quodque pluris interest haud raro sunt prolixiora, interdum denique in tota Theophania syriaca non apparent. Equidem testor publice, nihil me praeter veritatem optare aut velle, nulloque studio teneri huic potius patrocinandi opinioni, quam alteram refellendi, patentemque aream libenter relinquere, in qua se quilibet pro suo libito exerceat aut decertet. Illa tamen me non mediocriter movet similitudo, quod syriaca trium epistolarum Ignatii translatio, in iisdem nitriensibus exemplaribus nunc detecta, et a doctissimo Curetono edita, adeo brevior comperta est, ut capitula undecim omissa sparsim fuerint (prout ex gallicis ephemeridibus disco *, etenim anglicana editione careo) quae in graeco iam diu edito textu leguntur. Praeter quam quod tam in epistolis ignatianis quam in fragmentis eusebianis aliae quoque fiunt minoris momenti varietates, modo aliquid interiaciendo, modo immutando, modo denique transferendo. Equidem ad Eusebium quod adtinet, non ignoro paulo liberiorem graecarum catenarum methodum, qua excerpti textus aliquando tantisper variari solent: quisquis tamen graeca nostra cum syriacis conferet, aegre ut puto sibi persuadebit, fieri posse ut tot tamque grandia additamenta aliunde quam ab originali opere, desumpta sint. Cur enim catenarum vaticanarum auctores Nicetas, atque Macarius, cur alius anonymus, primo quidem titulum Theophaniae toties, et quidem sine ulla causa, finxissent, deinde tam longa segmenta huic potius quam alii titulo supposuissent? Profecto fuit facillimum, Eusebii tantum nomen (quod aliquoties fit) Theophaniae quoque fragmentis inscribere, sive alicuius amanuensis socordia sive voluntate; verum enimvero eusebiano alicui diversi argumenti scripto titulum Theophaniae tam saepe a Niceta Macarioque fuisse appictum, valde est incredibile. Quae si ita se habent, sequitur ut syrus Eusebii interpres, brevitati studens, partes aliquot operis subtraxisse videatur.*

Atque ut ad exemplum epistolarum Ignatii revertar; dicet aliquis, apprimeque in suis perdoctis vindiciis cl. Curetonus, graecum potius ignatianarum epistolarum contextum interpolatum

* Auxiliaire catholique T. II. p. 234. T. III. p. 81. 220. 272. T. IV. p. 244. 302.

auctumque fuisse; quod idem fortasse de graecis quoque eusebianis dicendum alicui videbitur. Ignatianam ego quaestionem adgredi prorsus nolo, quae nec propositi mei est, et a summis criticis jamdiu fuit ventilata. Ceteroqui ostendendae epistolarum illarum varietati ego quidem symbolam contuli, fragmento edito epistolae ad Tarsenses, quod Anastasius presbyter a me vulgatus servavit (Script. vet. T. VII. p. 22.) quodque hoc loco non piget repetere, quandoquidem in Ignatii edita hactenus ad Tarsenses epistala non occurrit. Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἐν Ταρσῷ. Εἰ γὰρ ᾔδεις ὅτι θεοῦ υἱὸς ἦν, ἐγίνωσκες ὅτι τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀνενδεῆς ποιήσας τὸ φθαρτὸν σῶμα, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἠδύνατο τοῦτο ποιῆσαι· διὰ τί οὖν πεινᾷ; ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθῶς ἀνέλαβε σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἀνθρώποις· διὰ μὲν γὰρ τοῦ πρώτου ἔδειξεν ὅτι θεός, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου ὅτι καὶ ἄνθρωπος. *« Ignatii theo- » phori ac martyris, ex epistola ad Tarsenses. Si enim ipsum Dei filium fuisse scires, utique » etiam cagnosceres, eum qui carruptibile corpus suum, quadraginta dierum spatio, cibo non » indigum effecerat, potuisse etiam in perpetuum tale praestare. Cur ergo esurit? nempe ut » ostendat se vere corpus adsumpsisse, ueque ac ceteros homines passibile. Priore ergo modo Deum, » altero etiam hominem se esse demonstravit. » Ceteroquin illa magis sententia mihi arridet, quae Ignatium imminutum potius a syris aliarumque gentium hominibus statuit, quam a graecis latinisque hominibus auctum: aegerrime enim ferrem tot nobis eripi sacrae et dogmaticae doctrinae capita, quot in nitriensi Syrorum exemplari desunt: praesertim quia partes ab his omissae, apud perantiquos auctores laudantur.*

Iam ut Theophaniam fortasse decurtatam a syro interprete vehementer suspicer, ante omnia me cogunt partes graecae complures, quae, prout in singulis locis dixi, partim titulum Theophaniae gerunt, partim cum illis continuantur. Deinde cum reputo vix fieri potuisse ut Eusebius nullam hoc in opere prophetiam paulo disertius exponeret, ideo partem illam danihelici vaticinii ablegare non potui, praesertim Theophaniae titulo Eusebiique nomine in codice ornatam. De ceteris additamentis accurate in singulis prope paginis ac fideliter dixi. Age vero vaticana Theophaniae fragmenta ex tertio quartoque libro praecipue sumuntur; pauca ex quinto; ex primo denique unum, quod graece catena patrum in epist. ad Hebr. IV. 12. mihi suppeditavit. Iam causa cur ex tertio potissimum quartoque libro fragmenta graeca supersint, illa est quod duobus his libris Eusebius publicam Christi domini vitam, praedicationem scilicet, miracula, ac mortem, concluserat; catenarum autem auctoribus haec apprime idonea materia erat, qui ad evangelicam historiam commentarios subnectebant. Porro qui tertium quartumque librum in syriaca vel anglica translatione leget, is facile agnoscet totam Eusebii narrationem nullo fere ordine fieri, sumptis modo ex hoc modo ex illo evangelista argumentis, nullo inter se vinculo nexis: quartum vero praecipue librum tam libero marte scribi, ut quidvis addi aut demi aut interponi possit, quin orationis cursus abrumpi aut intercipi videatur. Ipse Eusebius in tertii libri calce ait, multo esse plura quae de Iesu tractari poterant, a se tamen pauca eligi, quae volumine quarto complexurus sit, quod ceteris prolixius fore promittit: quo ex dicto intelligimus, libri eius dilatandi aut contrahendi liberam valde fuisse facultatem: quam rem haud nos equidem considerandam lectoribus proponeremus, nisi graeca nunc deprehensa fragmenta suspicionem nostram coniecturamve firmarent.

Porro fragmentorum nostrorum duplex quodammodo classis est; prior, undecim fragmenta continens, cum syro ad litteram plerumque congruit, iis locis exceptis qui longius excurrunt. Altera classis, parem numerum fragmentorum habens, Theophaniae aeque titulum in codicibus nostris ostentat; et tamen partim rarius cum syriaco textu conspirat, partim nova ac inaudita omnino est. Atque haec causa fuit, cur haec nos posteriora propemodum secreverimus; nam si temporis operisque ordinem sequi libuisset, cum superioribus miscenda erant; quod in hac saltem prima editione noluimus, ut totius rei status evidentius constaret. Dicetne aliquis cum vulgari proverbio, facile esse inventis seu factis addere? Equidem in re, de qua agimus, adagium nego. Namque

et in ignatianis epistolis, et in Eusebii Theophania longe facilius fuit omittere, quam adiicere: siquidem qui omittit id unum fere caret, ne orationis seriem incautius abrumpat: qui autem addit, et excogitare nova debet et apte digerere cum stili aliqua imitatione rerumque similitudine. Profecto pauca, si minus nulla, cernimus priscorum opera quae deinceps ab aliis aucta fuerint; breviata vero quam plurima. Namque ut omittam quae iamdiu editis in libris prostant; ecce in hoc volumine habemus evangelicas Eusebii quaestiones ad Stephanum et ad Marinum ab anonymo nescio quo breviatas. Valerii Maximi duo ego compendia in lucem extuli Paridis ac Nepotiani. In vaticanis item codicibus compendia vidi historiarum Iosephi et Orosii. Chrysostomum aeque contractum in mss. cognovi: compendia insuper commentariorum Hieronymi ad Isaiam a Damiano quodam, ad Danihelem a Remigio, ad Paulum a Claudio taurinensi. In vaticanis iuris civilis reliquiis leges aliquot edidi integras, quae postea in theodosiano codice sunt imminutae, in iustinianeo denique ad minimam brevitatem redactae. Denique etiam Augustini librorum de musica epitomem edidi in pervetusto codice conservatam. Sed haec hactenus, ne legentium otio videar abuti. Quae omnia non ideo dixi, quia syriacae Theophaniae, quod est opus pretiosissimum, laudem minuere ullo modo velim, vel dubitationem hanc certo dissolvere, aut fragmentis graecis plus aequo favere; sed ansam potius κριτικωτάτοις viris, ac praesertim doctissimo ac laudatissimo Leo praebere studeo, ut controversiam, si ei videbitur, pro sua sapientia ventilet, iudicium exerceat, lancem prout veritas postulabit inclinet. Nihil enim ego magis opto quam ad rectam eius sententiam accedere.

DE EUSEBII COMMENTARIO AD LUCAE EVANGELIUM.

Quem in subsequentibus paginis edituri sumus Eusebii commentarium, vel potius eius partes, ad Lucae evangelium, ex quatuor sumpsimus bibliothecae vaticanae codicibus. Primus est, quem designamus littera A, magnus ille catenae Patrum graecorum in Lucam codex, auctore Niceta Serrarum episcopo, cuius nos catenae partem mediocrem iam edidimus tomo IX. Script. vet., excepto Eusebio quem separatim dare constitueramus; excepto item Cyrillo, et aliis aliquot, de quibus alibi verba fecimus. Secundus est codex priscus palatinus vat. a nobis denotatus littera B, qui pariter catenam habet ad Lucam, ab illa Nicetae diversam. Tertius est Macarii Chrysocephali codex E vat. item ineditus, varios eius in Lucam tractatus continens, ex Patribus, quos inter est etiam Eusebius, ad litteram nominatimque consarcinatos. Quartus denique codex ottobonianus vat. aeque catenam ad Lucam continens, quem codicem postremum cum inspiceremus, praeter alia cum praedictis codicibus congruentia, nova adhuc Eusebii fragmenta nacti sumus. Hunc distinguimus nota L. Iam vero catenae Patrum in Lucam, praeter nostram graecam quam diximus, duae latino tantum sermone editae extabant, divi nimirum Thomae aquinatis, et Balthassaris Corderii; quarum prior rarius, altera copiosius Eusebium inter ceteros Patres recitant. Verumtamen graecus adhuc textus totus latebat; et multa insuper ne latine quidem cognita erant. Porro in graeca catena, quam nuperrime vir. cl. I. A. Cramerus Oxonii edidit, quamque ego his diebus ex Anglia accepi, nullum prorsus Eusebii verbum recitatur.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ
ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

EUSEBII CAESARIENSIS
COMMENTARII IN LUCAE EVANGELIUM
QUANTUM SUPEREST
IN CODICIBUS VATICANIS.

Cap. I. 5. Ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας.

Cod. A. f. 3. E. f. 62. b. Ἡ γὰρ τοῦ Ἰούδα φυλὴ ἄνωθεν ἦν ἀρχικὴ,
καὶ ἡγεῖτο πάντων ἕως ἦσαν αὐτόνομοι, κατὰ
* Gen. XLIX. 10. τὴν προφητείαν *· ἦσαν δὲ μέχρι τῶν Αὐγούστου
χρόνων ἐλεύθεροι καὶ αὐτόνομοι, καθ' ὃν Χριστοῦ
φανέντος, τὸ ἔθνος ἅπαν δεδούλωται· ὅτε καὶ
πρῶτος ἀλλόφυλος αὐτῶν Ἡρώδης ἡγήσατο, καὶ
βασιλεὺς Αὔγουστος, ὁ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίσας
αὐτῷ μετὰ τῆς συγκλήτου, τῆς οἰκουμένης εἶχε
τὰ σκῆπτρα· ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης ἐξ Ἀντιπάτρου γε-
γονὼς, τὸ γένος ἀσκαλωνίτου, ἱεροδούλου Ἀπόλ-
* Cod. E. Κυπρίδος. λωνος, καὶ Κυπρίνης * ἐξ Ἀῤῥάβων μητρός· οὗτος
γὰρ τὸν ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀρχιερέων ὕστατον ἡγη-
σάμενον Ὑρκανὸν ἀνελὼν, Ἰουδαίων ἀναγορεύεται
βασιλεύς· τούτου καὶ νῦν ὁ Λουκᾶς μέμνηται,
ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθῶς ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ἐκλι-
πόντων τῶν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἀρχόντων κατὰ
τὴν προφητείαν.

In diebus Herodis Iudaeae regis.

Scilicet Iudae tribus olim principabatur, totique genti imperabat, donec Iudaei sui iuris fuerunt, secundum prophetiam. Fuerant quidem hi liberi propriisque legibus utentes, usque ad Augusti aetatem: quo tempore, apparente Christo, universa gens in servitium redacta iam erat, et primus alienigena dominabatur Herodes; imperator vero Augustus, qui et illi ex senatus consulto principatum detulerat, universi orbis sceptrum tenebat. Erat autem Herodes Antipatri ascalonensis filius, Apollinis ministerio addicti, matre Cyprina arabe. Hic enim, sacerdotalis successionis postremo principe Hyrcano occiso, Iudaeorum renuntiatus rex fuit. Huius nunc meminit Lucas, ut demonstret vere venisse Christum, cessantibus Iudaeorum propriis principibus, prout praedictum fuerat.

v. 18. Καὶ εἶπε Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;

B. f. 9. Ποῖον σημεῖον δεικνύεις μοι, φησὶ, ἵνα πεισθῶ
τοῖς ὑπὸ σοῦ προφητευθεῖσιν, ὡς μέλλουσι γίνε-
σθαι; σχεδὸν γὰρ παρὰ φύσιν ἐστὶν τὸ λεχ-
θέν· οἱ γὰρ προβεβηκότες οὐ γονοποιοῦσιν· ἔδει
δὲ μὴ πρὸς τὸ γῆρας ἀφορᾷν τὸ ἑαυτοῦ καὶ
γυναικὸς, ἀλλὰ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἐπαγγελ-
λομένου θεοῦ· ἀλλὰ τὰ μεγάλα, δυσέφικτα τοῖς
ἀνθρώποις, καὶ συγγινώσκει θεός· καὶ γὰρ οὐδ'
αὐτὸς Ἀβραὰμ ὡς ἐχρῆν ἐπίστευσεν, ἀλλὰ τὰ
πρῶτα καὶ ἐγέλασεν καὶ εἶπεν, εἰ τῷ ἑκατον-
* Gen. XVII. 17. ταέτει γενήσεται υἱός *; καὶ ἡ Σάῤῥα δὲ γελάσασα
* Gen. XVIII. 10. ἐμέμφθη τότε *· ποτὲ μὲν γὰρ λόγῳ μόνῳ ὁ θεὸς
μέμφεται, ποτὲ δὲ καὶ ἔργῳ ἐπιτιμᾷ· τούτου οὖν

Et dixit angelo Zacharias, unde hoc sciam?

Quodnam mihi signum ostendis, quo fretus credam vaticinio tuo, tamquam fide non cariturο? Nam quod ais, praeter naturam propemodum est: senes enim haudquaquam procreant. Atqui oportebat Zachariam haud de suo et uxoris senio, sed de promittentis Dei potentia cogitare. Quamquam res magnas aegre sibi homines persuadent: ideoque Deus indulgentia utitur. Nam ne Abrahamus quidem prout opus erat credidit, sed initio risit dicens: num centenario viro filius nascetur? Tum vero et Sara propter risum reprehensa fuit. Modo autem verbis obiurgat Deus, modo ipsis ope-

ribus arguit. Idcirco Zachariam quoque facto ipso increpuit, dum surdum mutumque reddidit: quia nimirum oportuisset, eum prioribus exemplis iam semet erudivisse, et quas passi fuerant maiores sui obiurgationes, eas ad disciplinam propriam convertisse.

Ego sum Gabrihel.

Quid ergo angelus ei respondet? Angelo, inquit, diffidis, qui Deo adstat? ipsique mittenti non credis, sed rei summam difficultatem spectas? Ob hoc igitur incredulum verbum voce spoliaberis, quoad res ipsa evenerit: nempe ut tuam noscas incredulitatem Deique simul potentiam.

Dabit illi dominus Deus sedem Davidis patris eius.

Thronum dicit Davidi nunciatum, neque tamen datum. « Semel enim, ait, iuravi in » sancto meo si Davidi mentiar: semen eius » manet in aeternum; et thronus eius sicut » sol in conspectu meo. » Et rursus: « iu- » ravi Davidi servo meo, usque in aeter- » num praeparabo semen tuum, et aedifica- » bo in generationem et generationem thro- » num tuum. » Atque haec haud de carnea stirpe dicit, neque de visibili throno, sed de illo quem angelus memorat cum Maria loquens, qui nihil temporale habet, qui lucis instar in orbe universo splendet, quique animas spiritaliter illustrat divino magisterio. Porro Iacobi domum ne intelligas iudaicum tantummodo populum sed eos omnes qui Servatoris vocatione ex universis gentibus divinae adoptionis praerogativa donantur. Iam Dei populus modo Iacob dicitur modo Israhel: idem quippe vir fuit Israhel et Iacob. Et natura quidem, Iacob erat priscus ille populus, quia nimirum ex Iacobi sanguine originem ducebat; adoptione autem, Iacob est novus populus propter virtutis cognationem: successit enim veteri novus. Itaque in posterum super hoc populo dominabitur ille rex in saecula, id est perpetuo. Qui quidem populus ex operibus sermonibusque Christum agnoscet, et huic sponte morem geret. Profecto Christus rex fuit quatenus Deus; ait enim « regnum » meum non est de hoc mundo. » Immo rex quoque fuit quatenus homo: prae se enim tulit regalia opera, nempe legislationem erga homi-

χάριν καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ δι' ἔργου ἐπετίμησε, καὶ εἰς κωφότητα καὶ ἀφωνίαν αὐτὸν περιέστησεν· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν διὰ τῶν προτέρων παιδεύεσθαι, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας μέμψιν παίδευσιν ἰδίαν ποιήσασθαι.

Ἐγώ εἰμι Γαβριήλ. v. 19

Τί οὖν φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος; ἀγγέλῳ φησὶν ἀπιστεῖς, ὃς παρέστηκε θεῷ; καὶ οὐ πιστεύεις τῷ ἀποστείλαντι, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἀδυναμίαν βλέπεις; οὐκοῦν διὰ τὴν ἄπιστον ταύτην φωνὴν ἀφαιρεθήσῃ τῆς φωνῆς ἕως τοῦ πράγματος πληρωθέντος, γνοὺς καὶ τὸ σὸν ἄπιστον καὶ τὸ τοῦ θεοῦ δυνατόν. B. f. 9.

Δώσει αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. v. 32.

Θρόνον λέγει τὸν ἐπαγγελθέντα τῷ Δαβὶδ, B. f. 6. b. οὐ μὴν καὶ δοθέντα· « ἅπαξ γὰρ, φησι*, ὤμοσα ἐν » τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι· τὸ σπέρ- » μα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ ὁ θρόνος » αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου »· καὶ πάλιν· » ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος » ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς » γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου· » ταῦτα δὲ οὐ περὶ σαρκικοῦ σπέρματος φησὶ, οὐδὲ περὶ αἰσθητοῦ θρόνου, ἀλλὰ περὶ οὗ φησὶ καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον, τὸν μηδὲν ἐπίκαιρον ἔχοντα, τὸν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης φωτὸς δίκην ἐκλάμποντα, καὶ ψυχὰς νοερῶς καταυγάζοντα διὰ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας· οἶκον δὲ Ἰακὼβ μὴ τὸν Ἰουδαίων λαὸν νόμιζε μόνον, ἀλλὰ πάντας τοὺς διὰ τῆς κλήσεως τοῦ σωτῆρος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν τῶν ἁγίων υἱοθεσίαν εἰσποιουμένους· ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ ποτὲ μὲν Ἰακὼβ καλεῖται, ποτὲ δὲ Ἰσραήλ· ὁ αὐτὸς γὰρ ἦν καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἰακώβ· καὶ φύσει μὲν, Ἰακὼβ ἦν ὁ παλαιὸς λαὸς, ὡς ἐξ Ἰακὼβ κατὰ τὴν ἐξ αἵματος συγγένειαν· θέσει δὲ, ὁ νέος λαὸς κατὰ τὴν ἐξ ἀρετῆς συγγένειαν· ἀντεισήχθη γὰρ ὁ νέος τοῦ παλαιοῦ· λοιπὸν οὖν ἐπὶ τοῦτον τὸν λαὸν βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, ἤγουν ἀεὶ, ἔκ τε τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων ἐπιγνόντα αὐτὸν, καὶ ἑκουσίως ὑποτεταγμένον αὐτῷ· ὁ γὰρ Χριστὸς ἦν μὲν βασιλεὺς καὶ ὡς θεός· ἡ βασιλεία γὰρ, φησιν, ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου *· ἦν δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος· εἶχε γὰρ ἔργα βασιλέως τὸ νομοθετεῖν τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ, τὸ ῥυθμίζειν, τὸ περιέπειν, τὸ ὑπεραποθνήσκειν

* Ps. LXXXVI. 36 seq.

* Ioh XVIII. 36.

αὐτῶν· ἃ μάλιστα χαρακτηρίζουσι τὸν ἀληθῆ βασιλέα.

nes sibi subditos, gubernationem eorundem et curam, necisque pro iis obitae meritum; qui reapse regis characteres praecipui sunt.

V. 35. *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε*

A. f. 21. Θεός, φησιν, ὁ ἐνεργῶν, μὴ ἀμφίβαλλε, ὁ καὶ τὴν φύσιν γεγηρακυῖαν καὶ ἀσθενοῦσαν ἐπιρωννύς, καὶ φύσιν καινοτομῶν ὅτε βούλεται.

Spiritus sanctus superveniet in te.

Deus est, inquit, qui operatur, ne ambigas; ille scilicet, qui etiam senilem emortuamque naturam corroborat, immo si velit innovat.

V. 38. *Εἶπε Μαριάμ· ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου κ. τ. λ.*

E. f. 52. b. Δούλη εἰμὶ κυρίου· πίναξ εἰμὶ γραφόμενος· ὃ βούλεται ὁ γραφεύς, γραφέτω· ποιείτω ὃ ἐθέλει ὁ τοῦ παντὸς κύριος.

Dixit Maria: ecce ancilla Domini etc.

Ancilla Domini sum; tabula pictoria sum; quicquid vult pictor in ea depingat: quod vult omnium rerum dominus, faciat.

Cap. II. 32. *Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν.*

E. f. 62. b. Ὅρα πῶς ἤδη λέγει καὶ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν· τὴν γὰρ τούτου παρουσίαν, φησί, τὰ ἔθνη προσδοκᾷ.

Lumen ad revelationem gentium.

Cerne quomodo iam dicit futuram gentium salutem. Namque huius (pueri) adventum gentes expectant.

Cap. IV. 18. *Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με.*

B. f. 50. Ὁ μὲν σωτὴρ τῶν μακαρισμῶν ἀπαρχόμενος, τοῖς πτωχοῖς τὸν οὐράνιον εὐηγγελίζετο πλοῦτον καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· Ἡσαΐας δὲ ὁ προφήτης τούτων προλαβὼν ἐμνημόνευσεν, ἐξ αὐτοῦ προσώπου τοῦ σωτῆρος τὸ μέλλον ὧδε προ-
* Is. LXI. 1. θεσπίζων *· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· ἄντικρυς γοῦν ἐσήμανε πτωχοῖς εὐαγγελισμὸν ἀγαθῶν· διὸ ἅμα τε ἐπέφανεν ἀνθρώποις ὁ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον κεχρισμένος, καὶ ἐντεῦθεν ἀπήρχετο τῆς διδασκαλίας, βασιλείαν οὐράνιον δι' αὐτὸν πτωχεύουσιν εὐαγγελιζόμενος.

Spiritus Domini super me; propter quod unxit me.

Servator beatitudines edisserere incipiens, pauperibus supernas nunciat divitias caelorumque regnum. Et quidem Isaias propheta haec in antecessum commemoraverat, dum in Servatoris persona quae eventura erant hisce verbis praedixit: Spiritus Domini super me; propterea unxit me, ad evangelizandum pauperibus misit me. Perspicue igitur significaverat pauperibus felicitatis adventum. Atque ideirco inter homines simul is apparuit, cuius a sancto Spiritu uncta fuerat humanitas. Atque hinc fecit magisterii initium, caelorum scilicet regnum per se ipse pauperibus nuncians.

Cap. VI. 18. *Οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν.*

A. f. 95. Ὅρα γοῦν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνωθεν ἀρξαμένους τὰς τοῦ σωτῆρος διελθεῖν φωνάς, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς διδασκαλίας ὥσπέρ τινας νόμους, δι' ὧν ἄν τις τύχοι τῆς οὐρανίου βασιλείας, παραδέξασθαι· καὶ μὴ μέχρι τοῦ μαθεῖν στῆναι, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων χωρῆσαι, ὡς ἂν μὴ ἐκπέσοιεν τῶν ἐπαγγελμάτων· ὅτι οὐκ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἀλλ' ἐν δυνάμει.

Qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a languoribus suis.

Specta nunc igitur, primitus incipientes Servatoris verba auscultare, atque ab eo doctrinas, legum instar, quibus caeleste regnum adsequantur, homines excipere. Neque eos discendo esse contentos, sed ad opera etiam procedere, ne promissis praemiis excidant: quia non in sermone regnum Dei est, sed in virtute.

Cap. VI. 20. *Μακάριοι οἱ πτωχοί, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.*

A. f. 93. Πλὴν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐν πολλοῖς ἀγαθῶν τάγμασιν ἐπινοουμένης, κατὰ τό, πολλαὶ
* Ioh. XIV. 2. μοναὶ παρὰ τῷ πατρὶ *, τὸ πρῶτον ὡς ἂν εἴποι τις ἀξίωμα καὶ ὁ πρῶτος ἀνιόντων βαθμός, ὁ τῶν διὰ θεὸν πτωχευόντων τυγχάνει· εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ πάντων τῶν τοῦ παρόντος βίου τιμίων κατολιγωρήσαντες, οἱ πτωχεύοντες τῇ μητριοφροσύνῃ, οἱ καὶ εἰς ἄκρον ἐλάσαντες ἀκτημοσύνης διὰ τὴν κατὰ θεὸν φιλοσοφίαν, τοῦ σωτηρίου

Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.

Quum caelorum regnum in multis bonorum ordinibus considerari possit, iuxta illud, multae mansiones sunt apud patrem, prima ut ita dicam dignitas, et primus ascendentium gradus, ille est hominum paupertatem propter Deum sectantium. Sunt autem hi qui omnia vitae huius commoda negligunt, qui modestia sua pauperes sunt, qui summam rerum omnium egestatem philosophia sua secundum Deum pro-

fitentes, beatitudinem a Servatore propositam consequentur. Tales primos suos voluit esse discipulos. Quare et eorum personam, secundum alterum evangelistam, coram veluti allocutus est, dicens: beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Nam vocabulum « vestrum » demonstrative ad praesentes dirigitur. Ad illos autem ante verba, oculos quoque suos intendens, hilari respectu ipsos ad audiendum permovens, qui libenter se auditores praebuerunt. Primus itaque beatitudinum a Servatore propositarum gradus hic erat, qui conregnatores ei faciebat illos qui propter ipsum egenam prorsus et philosophicam religiosamque vitae rationem amplexi fuissent, id est humili mente praeditos.

Secunda mox et tertia recensetur a Christo beatitudo, et quarta, aliaeque deinceps. Licere enim docebat secundum aliquod ex praedictis vitae generibus promissa bona consequi; ita ut possent in Dei regno, si minus cum Christo regnare aeque ac pauperes spiritu, at certe recreari, eo quod mortifera sua peccata defleverint, ac paenitentiae et confessioni castaeque vitae semet addixerint. Vel promissa terra potiri, et habitatores civesque supernae Dei civitatis fieri, quia mites se patientesque praebuerint. Vel quia esurierint in praesenti vita iustitiam atque sitiverint, eaque satiari in futuro saeculo optaverint; ita defaecatam ac substantialem virtutem obtineant, et hypostaticam ipsam Dei iustitiam aspiciant, ipsamque Dei sapientiam, aeternam vitam, et animarum lumen. Quae omnia secundum inhaerentem virtutem in unigenito Dei Verbo esse intelliguntur. Quod si alioqui nonnulli benigni fuerint et eleemosynarii, misericordiamque ac liberalitatem erga proximos demonstraverint, beneficiorum suorum vicem experientur, misericordia clementiaque Dei fruendo. Alius est beatorum secundum promissionem ordo, qui corde id est mente puri sunt; itemque alius pacificorum. Quorum priores quidem puritatis suae mercedem percipient, Dei visionem, quia purgatis cum animae oculis sunt visuri; al-

μακαρισμοῦ τεύξονται· τοιούτους δὲ αὐτοὺς τοὺς πρώτους αὐτῷ μαθητεύοντας ἀπειργάσατο· διὸ καὶ εἰς αὐτῶν πρόσωπον κατὰ θάτερον 1) τῶν εὐαγγελιστῶν ἐκηρύττετο λέγων, μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· τὸ γὰρ ὑμετέρα δεικτικῶς πρὸς παρόντας ἐλέγετο· εἰς αὐτοὺς δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπῆρε, καὶ πρὸ τοῦ λόγου τῷ ἱλαρῷ βλέμματι πρὸς τὴν ἀκρόασιν αὐτοὺς ἐφελκόμενος· οἱ δὲ προθύμως σφᾶς αὐτοὺς ὑπηκόους τοῖς λεγομένοις παρεῖχον· πρῶτος μὲν οὖν βαθμὸς τῶν σωτηρίων μακαρισμῶν οὗτος ἦν, ὁ συμβασιλεύειν αὐτῷ παριστὰς τοὺς τὴν δι' αὐτὸν πτωχείαν, καὶ τὸν ἄκρως ἀκτήμονα φιλόσοφόν τε καὶ θεοφιλῆ βίον ἀναδεδεγμένους, ἤγουν τοὺς ταπεινόφρονας.

Δεύτεροι οὖν καὶ τρίτοι ἐφεξῆς καταλέγον- A. f. 96.
ται παρ' αὐτῷ μακαρισμοὶ, καὶ τέταρτοι καὶ ἐφεξῆς 2)· ἐξεῖναι γὰρ ἐδίδασκε καθ' ἕνα τινὰ τρόπον τῶν κατωνομασμένων βίων καταξιωθῆναι τῶν ἐπηγγελμένων φιλοτιμεῖσθαι, ὥστ' εἶναι δυνατὸν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ βασιλείᾳ γενομένους, εἰ καὶ μὴ συμβασιλεῦσαι Χριστῷ κατὰ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἀλλὰ γοῦν παρακληθῆναι ἐφ' οἷς τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτήσαντες ἐπένθησαν, μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει 3) καὶ βίῳ σώφρονι ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες· ἢ τῆς ἐπηγγελμένης γῆς τυχεῖν, οἰκήτοράς τε καὶ πολίτας τῆς ἄνω τοῦ θεοῦ πόλεως γενέσθαι, πρᾴους καὶ ἀνεξικάκους ἀποδειχθέντας· ἢ πεινήσαντας ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ διψήσαντας τῆς δικαιοσύνης τυχεῖν αὐτῆς, καὶ κορεσθῆναι κατὰ τὸν ἐπηγγελμένον αἰῶνα, ἐπὰν αὐτῆς καθαρᾶς τῆς οὐσιώδους ἀρετῆς ἀπολαύωσιν, αὐτὴν ὑποστατικὴν ὁρῶντες τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ αὐτὴν τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τὸ ψυχῶν φωτιστικόν· ἃ δὴ πάντα ἐπινοεῖται κατὰ τὰς ἐνυπαρχούσας δυνάμεις τῷ μονογενεῖ τοῦ θεοῦ λόγῳ· εἰ δὲ ἄλλως τινὲς φιλάνθρωποι καὶ ἐλεήμονες γεγόνασι, τὸ συμπαθὲς καὶ κοινωνικὸν πρὸς τοὺς πέλας ἐπιδεικνύμενοι, ταυτὸν πείσονται οἷς ἔδρασαν, κατ' ἔλεον θεοῦ καὶ φιλανθρωπίαν ἐλεηθέντες· ἄλλο δὲ τάγμα γένοιτ' ἂν τῶν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν μακαρίων, τὸ τῶν τὴν καρδίαν τουτέστι τὴν διάνοιαν κεκαθαρμένων· καὶ ἄλλο πάλιν τῶν εἰρηνοποιῶν· ὧν οἱ μὲν πρότεροι γέρας λήψονται τῆς καθαρότητος,

1) Alter hic evangelista, Lucas ipse est, apud quem dicitur ὑμετέρα, *vestrum regnum* in secunda persona; cum apud Matthaeum V. 3. dicatur in tertia αὐτῶν, *ipsorum regnum*. Quamobrem Eusebius videtur heic commentari potius ad Matthaeum; quamquam Nicetas catenae in Lucam auctor Eusebium ad argumentum suum transtulit.

2) Hoc quoque apud Matthaeum, qui octo ponit beatitudines, cum Lucas quatuor tantum scribat. In Matthaeo itaque versari videtur Eusebius.

3) Animadverte paenitentiam non sine confessione.

τὴν τοῦ θεοῦ θέαν, ἅτε δὴ ὀφθαλμοῖς ψυχῆς κεκαθαρμένοις αὐτὸν ὀψόμενοι· οἱ δὲ δεύτεροι υἱοὶ θεοῦ γενήσονται, ὡς ἂν ἔργον ὅμοιον κατορθωκότες· οἷον καὶ ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς εἰρηνοποιήσας τὰ πάντα δι' ἑαυτοῦ τά τε ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐπὶ διαφόροις κατορθώμασι διαφόρων τεύξονται τιμῶν ἐν τῇ κατηγγελμένῃ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ· οἵ γε μὴν αὐτῷ συμβασιλεύσοντες τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ πρῶτοι μὲν ἦσαν οἱ δηλωθέντες πτωχοὶ τῷ πνεύματι· δεύτεροι δὲ μετ' ἐκείνους οἱ γενναῖοι τοῦ θεοῦ μάρτυρες· περὶ ὧν ἑξῆς ἐδίδασκε λέγων, μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· διὰ τούτων γὰρ τοὺς μέλλοντας ὑπεραγωνίζεσθαι τῆς βασιλείας, ὡς εὐγενεῖς θεοῦ στρατιώτας ἐμακάριζεν· ἀναγκαίως καὶ αὐτοῖς ὡς ἀδελφοῖς τῶν προμεμακαρισμένων πτωχῶν βραβεῖα τῶν ἐπάθλων τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὑπισχνούμενος· τάξει δὲ πολλῇ καὶ ἀκολουθίᾳ τούτοις μετεδίδου τῆς αὐτοῦ βασιλείας, μετὰ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι· βιῶναι γὰρ δεῖ πρότερον θεοφιλῶς τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς ἐν ἀκτήμονι καὶ φιλοσόφῳ τρόπῳ διατελέσαντας, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸ θεοφιλὲς τέλος ἐλθεῖν· οἱ μὲν οὖν πρῶτοι τὴν ἄκραν ἀκτήμονα μετήρχοντο ἀγωγὴν τοῦ βίου, διὰ πάσης αὐτῶν τῆς ζωῆς τοῖς τῆς ἀρετῆς ἄθλοις ἐναγωνιζόμενοι· οἱ δὲ δεύτεροι τῆς εἰς αὐτὸν μαρτυρίας ἕνεκεν ἠλαύνοντο πολεμούμενοι καὶ μισούμενοι συκοφαντούμενοί τε ψευδέσι διαβολαῖς, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν πεινῶντας καὶ κλαίοντας καὶ διὰ Χριστὸν ὀνειδιζομένους καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ ὀψόμεθα· τοὺς δὲ πρᾳεῖς καὶ τοὺς ἐλεήμονας καὶ τοὺς καθαροὺς τῇ καρδίᾳ καὶ τοὺς εἰρηνοποιοὺς ὁ Ματθαῖος ἡμῖν εἰς ἐξέτασιν παρατίθεται.

A. f. 99. b. Καὶ ταῦτ' ἔλεγεν ὁπλίζων καὶ περιφράττων τοὺς μαθητὰς εἰς τὸν κατὰ τῶν ἐναντίων πόλεμον, ὃν ἔμελλον ἐπανατλεῖσθαι κηρύττοντες παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ μαρτυρόμενοι τὴν ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ βασιλείαν· μέλλοντας γὰρ αὐτοὺς διὰ τὸ νέον κήρυγμα πρὸς ἁπάντων ἐλαύνεσθαι καὶ πολεμεῖσθαι, προησφαλίζετο καὶ προέφραττε μακαρισμῶν τε ἠξίου· ὅτι δὴ ἄληπτον βίον προβαλλόμενοι, ὡς μηδὲ τοῖς ἐχθροῖς προφάσεις κατ' αὐτῶν θηρωμένοις ἀφορμὰς διαβολῆς παρέχειν· ὅμως διὰ μόνην τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν, καὶ τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων ἕνεκεν, διώκεσθαι

teri vero filii Dei fient, propterea quod par opus fecerint, atque Dei filius, qui omnia per se ipsum pacificavit sive quae in caelis sunt sive quae in terra. Verumtamen hi omnes pro suorum operum diversitate diversis in promisso caelorum regno potientur honoribus. Nam regnabunt cum Dei filio primi qui nominati sunt pauperes spiritu. Post illos autem secundi, fortes Dei martyres, de quibus postea dicit: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. His enim verbis eos qui pro regno decertaturi erant, tamquam nobiles Dei milites dicebat beatos; necessario his quoque, ut beatificatorum antea pauperum fratribus, mercedis loco caelorum regnum promittens. Multo autem cum ordine et consentanee his communicat regnum suum post pauperes spiritu. Oportet enim primum vivere Deo gratos toto vitae tempore, pauperem ac philosophicum morem tenentes: deinde sic ad gratum Deo finem pertingere. Itaque priores illi summam vitae paupertatem sectantes, toto aetatis suae tempore pro virtutis praemiis decertarunt. Secundi vero, propter testimonium de Christo, exagitati fuerunt, oppugnati, odio habiti, falsis accusationibus calumniose appetiti, nullam aliam ob causam quam ob Christi confessionem. Sed enim esurientes quidem et flentes, et Christi causa contumeliis adfectos apud Lucam quoque videbimus 1); mites autem, et misericordes, et corde puros, et pacificos Matthaeus nobis ad considerandum suppeditat.

Iam vero haec aiebat armans atque communiens ad bellum cum hostibus discipulos, quod erant toleraturi dum toti mundo unum universalis Dei regnum praedicarent. Nempe eos, qui ob novam praedicationem ab omnibus exagitandi erant et oppugnandi, ante muniebat atque armabat, et beatitudine dignos definiebat. Quia nimirum inreprehensibilem adeo vitam prae se ferentes, ut ne inimicis quidem ansam quaerentibus, calumniae materiam praeberent; nihilominus, propter solam Christi confessionem, eiusque manda-

1) Vides rursus Eusebium in Matthaeum potius commentari quam in Lucam, ad quem tamen Nicetas Eusebii has meditationes traxit. Nisi fortasse Eusebius generatim ad tetraëvangelium, quasi per harmoniam, commentatus fuit. Aut nisi denique sumuntur haec et alia ex Theophania fortasse pleniore; in cuius certe quarto libro modo ex hoc modo ex alio evangelista facit excerpta Eusebius.

torum causa, persecutionum bellum perpessuri erant, maledicti, atque omni genere conviciorum, iniuriarum, contumeliarumque obruti, haud ob suum crimen aliquod, sed propter suam exactae virtutis ac iustitiae vitam. Quod sane secundum divinam praescientiam dictum, verum exitum nactum est sequente tempore. Sed tamen sermonis tristitiam temperat, dum pares illos antiquis Dei prophetis adfirmat. Ideo et gaudere et exultare in omni re futura hortatur, ceu qui paria prophetis sint experturi, id est aeque ac illi a Deo honoribus augendi. Unde merito Paulus his dictis fretus aiebat: si quidem compatimur, ut et conglorificemur. Et, non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Neque vero haec verbo aiebat, opere autem a dictis distabat, sed ipsis actibus labores pro religione expromebat, quos etiam enumerabat dicens: ideo mihi placeo in infirmitatibus, in contumeliis, et reliqua. Et haec quidem erant laborum initia. Sed universi agonis consummatio in romana urbe illi contigit, ubi ei martyri caput est amputatum. Petrus autem regnum rapuit per crucis necem cum spe salutari. Iacobus pariter gladio Hierosolymis capite minutus fuit; et Iohannes ad insulae Patmi incolatum damnatus: aliique aliter dum puram atque sinceram doctrinae Christi obedientiam exhibent, variis modis violentum vitae exitum nacti sunt. Atque haec haud inviti sunt passi, sed qualibet voluptate dulciorem dominicarum promissionum spem habuerunt. Cum eos igitur iudaicae gentis principes verberum castigationi addixerunt, ut historia de illis narrat, laeti utique de concilio excesserunt, quod digni habiti essent pro nomine Christi contumeliam pati. Idque egerunt praecepto eius obsequentes, qui laetari docuerat si quando propter eum paterentur. Pari autem cum prophetis honore frui adfirmaverat dicens apud

καὶ πολεμεῖσθαι μέλλοιεν, δυσφημούμενοι καὶ
πάσας ὑπομένοντες λοιδορίας καὶ ὕβρεις καὶ
ὀνειδισμοὺς, οὐ δι' οἰκείας πλημμελείας, διὰ δὲ
τὸν ἐνάρετον καὶ ἄκρον ἐν δικαιοσύνῃ βίον αὐτῶν·
ὃ δὴ καὶ αὐτὸ κατὰ τὴν θείαν προμήθειαν εἰ-
ρημένον, τέλους ἐτύγχανεν ἀληθοῦς ἐν τῷ μετὰ
ταῦτα χρόνῳ· πλὴν ἀλλὰ θεραπεύει τὸ λυπηρὸν
τοῦ λόγου, ἰσοτίμους αὐτοὺς ἀποφαίνων τοῖς πά-
λαι τοῦ θεοῦ προφήταις· διὸ καὶ χαίρειν καὶ
ἀγαλλιᾷν ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιοῦσι παρῄνει, ὡς ἂν
τὰ ὅμοια τοῖς προφήταις πεισομένους, καὶ δη-
λαδὴ ὁμοίως αὐτοῖς τῆς παρὰ τῷ θεῷ τιμῆς
ἀξιωθησομένους· ἔνθεν εἰκότως Παῦλος τούτοις
ἐπιθαρρῶν ἔλεγεν *, εἴπερ συμπάσχομεν ἵνα καὶ * Rom. VIII. 17.
συνδοξασθῶμεν· καὶ οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ
νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἐκκαλυφθῆ-
ναι εἰς ἡμᾶς· καὶ οὐ λόγοις μὲν ταῦτα ἔλεγεν,
ἔργοις δὲ ἀφυστέρει τῶν λελεγμένων, ἀλλὰ καὶ
αὐταῖς πράξεσι τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλους ἐνε-
δείκνυτο, οὓς καὶ κατηριθμεῖτο λέγων *, διὸ εὐ- * II. Cor. XII. 10.
δοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσι, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ
ταῦτα μὲν ἔτι τὰ τῶν ἄθλων προοίμια· τὸ δὲ συμ-
πέρασμα τοῦ παντὸς ἀγῶνος αὐτῷ ἐπὶ τῆς Ῥω-
μαίων ἐτελειοῦτο πόλεως, ἔνθα μαρτυρίῳ τὴν
κεφαλὴν ἀπετμήθη 1)· ὁ Πέτρος δὲ ἁρπαγμὸν τὸν
διὰ σταυροῦ θάνατον ἐποιεῖτο διὰ τὰς σωτηρίους
ἐλπίδας· Ἰάκωβός τε ὁμοίως ξίφει τὴν κεφαλὴν
ἐν Ἱεροσολύμοις ἀποτέμνεται· καὶ Ἰωάννης νῆσον
οἰκεῖν Πάτμον κατεκρίνετο· καὶ ἄλλος ἄλλως τὸ
καθαρὸν καὶ ἄπλαστον τῆς τῶν αὐτοῦ λόγων
ὑπακοῆς ἐνδειξάμενοι, διάφορον ὑπέμειναν τοῦ βίου
τελευτήν· καὶ ταῦτ' οὐ παρὰ γνώμην ἔπασχον,
πάσης δὲ ἡδονῆς ἡδίω τιθέμενοι τὴν τῶν σωτη-
ρίων ἐπαγγελιῶν ἐλπίδα· ἐπεὶ γοῦν ποτε συλλα-
βόντες αὐτοὺς οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες
μαστίγων αἰκίαις ὑπέβαλον, ὡς ἡ περὶ αὐτῶν
ἱστορία μαρτυρεῖ *, ὡς ἄρα προῄεσαν ἐκ τοῦ συν- * Act. V. 41.
εδρίου χαίροντες ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόμα-
τος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι 2)· καὶ τοῦτ' ἔπραττ-
τον, αὐτοῦ παράγγελμα πληροῦντες, ἐπειδὴ χαί-
ρειν ἐδίδασκεν ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχοντας· ἰσοτίμους
δ' αὐτοὺς τοῖς προφήταις ἀπέφαινε, λέγων κατὰ

1) Apostolorum Petri ac Pauli mortibus et sepulcris Romae extantibus insigne mirumque dat testimonium Eusebius in Theophaniae libro IV. cap. 7. his verbis. *Promissionem suam re confirmavit Servator, nempe hunc ipsum Simonem, cognomine Cepham, oppidulo Galilaeae Capharnaumo oriundum, multas hominum animas illuminaturum Dei notitia; ipsumque pariter in universo orbe cognitum iri usque ad occidentis regiones. Eius certe memoria usque ad hodiernum tempus apud Romanos celebrior est, quam illa heroum veterum: adeo ut dignus quoque existimatus fuerit sepulcro insigni ante ipsam illorum urbem (nempe trans Tiberim in regione vaticana) ad quod populorum ex omni romana ditione, tamquam ad asylum templumque Dei, accurrit multitudo. - Pari modo Pauli mors martyrica, diutumque ei sepulcrum, magnopere usque ad hunc diem in romana urbe honorantur.*

2) Haec et praecedentia partim conspirant cum Theophania lib. IV. 16. et 17.

* Matth. V. 12. Ματθαῖον 1), οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς πρὸ ὑμῶν *· ὡς καὶ τούτων μὲν ὄντων προφητῶν, λειπομένων δὲ χρόνῳ, ἐξισουμένων γε μὴν ἐκείνοις διὰ τὴν ὁμοιοπάθειαν· ἐπεὶ κἀκείνων ὁ μέν τις ἀνῃρεῖτο ξίφει, ὁ δὲ λίθοις, ὁ δὲ λέουσι παρεβάλλετο, ὁ δὲ ἐν λάκκῳ βορβόρου ἐβάλλετο· καὶ ἄλλος πρίονι τὸ σῶμα κατετέμνετο· οἱ δ' ἐν πυρὸς καμίνῳ συνεκλείοντο· διὸ δὴ θαῤῥεῖν ὁ σωτὴρ ἐν τῇ τῶν δεινῶν ὑπομονῇ τοῖς κατ' αὐτοῦ παρεκελεύετο γνωρίμοις, κατὰ καιρὸν ὑπομνήσας ὧν οἱ τοῦ θεοῦ προφῆται πεπόνθασι· ὅπως διὰ τῆς ἐκείνων παραθέσεως, καὶ αὐτοὶ τὰς αὐτὰς ὑπογράφοιεν αὑτοῖς ἐλπίδας· ὅταν γάρ φησι συκοφαντήσωσιν ὑμᾶς, χάρητε· ἐπειδὴ καὶ οἱ προφῆται τὸ αὐτὸ ὑπέστησαν.

Matthaeum: sic enim persecuti sunt eos qui vos praecesserunt: tamquam videlicet et ipsi essent prophetae, minores quidem tempore sed similitudine passionis exaequati. Nam et illorum alius quidem gladio fuit interfectus, alius lapidibus, alius leonibus obiectus, alius in putrem lacum demissus, alius serra medio corpore sectus, alii ignea fornace conclusi. Ideo forti animo esse Servator in cruciatuum perpessione iubebat familiares suos, identidem admonefaciens quanta Dei prophetae pertulissent, ut illorum comparatione parem eisdem ipsi quoque spem conciperent. Cum enim, inquit, vobis calumniam facient, gaudete; nam et prophetae idem pertulerunt.

Cap. VII. 29. 30. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας, καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν θεὸν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου· οἱ δὲ φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

Et omnis populus audiens et publicani, iustificaverunt Deum, baptizati baptismo Iohannis. Pharisaei autem et legis periti consilium Dei spreverunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

A. f. 118.
L. f. 8.
* Matth. XXI. 28. Ἑκατέρους δὲ τούτους αἰνίττεται καὶ ὅταν ἐν παραβολῇ λέγῃ *· τί ὑμῖν δοκεῖ; ἄνθρωπός τις εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ εἶπε, τέκνον ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε· καὶ προσελθὼν τῷ ἑτέρῳ ὁμοίως εἶπεν· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, ἐγὼ κύριε· καὶ οὐκ ἀπῆλθε· τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; λέγουσιν αὐτῷ, ὁ πρῶτος· ἐνταῦθα γὰρ δύο τάγματα τῷ λόγῳ παραστησάμενος, ἓν μὲν τὸ ἰσραηλιτικὸν, ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν διὰ τῶν τελωνῶν δηλούμενον, ἄμφω δύο τέκνα ἑνὸς πατρὸς ὠνόμαζεν, ἐπεὶ ἐξ ἑνὸς θεοῦ πάντες, ἰουδαῖοι τὲ καὶ ἕλληνες· καὶ πρώτους μὲν ἐκάλεσε τοὺς ἐξ ἐθνῶν, δευτέρους δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς, ἐπειδὴ πρὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὑπῆρχε τὰ ἔθνη· καὶ τοῖς ἔθνεσι πρώτοις, μήπω μηδὲ ὀνόματος ὄντος ἐν ἀνθρώποις ἰσραηλιτικοῦ, οἱ χρησμοὶ παρείχοντο τοῦ θεοῦ καὶ αἱ θεοφάνειαι· ὅ τε γὰρ Ἐνὼχ ἐθνικὸς ἦν ἀπερίτμητος ὢν, ὃς ἔπαθλον εἴληφε τῆς εὐαρεστήσεως τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάθεσιν· καὶ Νῶε δίκαιος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ γεγονὼς, χρησμῶν θεοῦ κατηξιώθη, ἀπερίτμητος ὢν καὶ αὐτός· καὶ Μελχισεδὲκ παλαιότερος γεγονὼς τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου κεχρημάτικε· καὶ Ἀβραὰμ δὲ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ πρὸ τοῦ Ἰσραὴλ χρησμῶν θεοῦ κατηξιώθησαν·

Hos ambos innuebat etiam cum diceret in parabola, quid vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, et accedens ad primum dixit: fili, vade, operare hodie in vinea mea. Ille autem respondens, ait: nolo. Postea vero paenitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: en ego 2), domine; nec tamen ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: primus. » Hoc loco duos hominum ordines sermone suo repraesentavit, quorum unus israheliticus populus, alter gentis alienigenae, publicanorum nomine indigitatus: utrumque autem unius patris filium appellavit, quia ex uno Deo omnes, Iudaei simul et ethnici. Et priores quidem vocavit ethnicos, secundo loco circumcisos; namque ante Israhelem gentes erant; gentibusque primum, nomine israhelitico nondum existente, oracula Dei et manifestationes evenerunt. Nam et Enochus, quamquam esset gentilis et incircumcisus, praemium suae apud Deum gratiae retulit translationem ex hominibus. Et Noë quia iustus in sua generatione erat, divinis alloquiis dignus fuit, quamquam ipse quoque incircumcisus. Melchisedech populo circumciso antiquior, sacerdos Dei altissimi extitit. Abrahamus vero et Isaacus atque Iacobus, ante po-

1) Ita graece; et sic *ego*, pro *eo*, habet etiam latinus codex cantabrigiensis apud Sabaterium. At vulgatus, pluresque codices *eo*; sive quia *g* exciderit, sive quia sensum loci potius quam verba exprimere placuit.

2) Provocat heic ad Matthaeum Eusebius, quasi revera commentans in Lucam.

pulum israheliticum, Dei oraculis sunt honorati. Utique etiam Iobus idumaeus de filiis Esau, pietate erga Deum maxima inclaruit. Sed enim reliquus ethnicorum ordo, quum naturalibus legibus iussus esset in vinea operari, id est piam erga Deum vitam degere, renuit restititque mandato patrio, omni tempore idola colens. Verumtamen ad extremum obedientiam praestitit. Secus vero iudaicus populus, qui in altero filio repraesentatur, post priorem recusationem vocatus ad eandem operam per Moysem atque prophetas, verbo quidem se paratum ostendit; dixerunt enim omnia se facturos et auscultaturos; sed opera prorsus contraria fuit. Idcirco interrogat pontifices Servator, quis ex duobus voluntatem patris fecerit? Illis confitentibus, quod prior; quisnam porro hic prior esset, manifestat dicens: fore ut publicani ac meretrices, et universus incredularum gentium ordo praecedant vos in dilectione Dei. Vos vero quosnam? nempe pontifices et seniores, et totam gentem ipsorum, quae verbis quidem religiose se agere dicebat, sed actibus professionem negabat. Ideo gentiles quidem, priore nequitia omissa, fructusque regno dignos facientes, hoc potientur. Vos autem qui Dei filios vosmet appellatis, regno expellemini; quia vos nimirum Christo non credidistis, publicani vero ac meretrices crediderunt. Quamobrem etiam Deum iustificaverunt: quippe quia is iustus apparuit in cunctis quae fecit, vos quidem ut incredulos et ingratos repudians, illos autem ceu morigeros benivolosque eligens. Quamobrem de eo diutius haud potestis conqueri, id quod etiam propheta aiebat: ut iustificeris in sermonibus tuis.

Ut in abyssum irent

Qui dicitur tartarus, cum appellant abyssum divinae scripturae.

Et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim etc.

Ego vero aequum non iudico praetermittere narrationem, quae posterorum quoque me-

ἄντικρυς δὲ καὶ ὁ Ἰὼβ ἰδουμαῖος ὢν τῶν υἱῶν Ἠσαῦ, θεοσεβείας ἀνδραγαθήμασι διέλαμψε. Τὸ μὲν λοιπὸν τάγμα τῶν ἐθνῶν κελευόμενον φυσικοῖς νόμοις ἐργάζεσθαι εἰς τὸν ἀμπελῶνα, τοῦτο δ' ἦν τὸ τῆς θεοσεβείας τὸ πολίτευμα, ἀνένευσε καὶ ἀντεῖπε τῷ προστάγματι τῷ πατρικῷ, πάντα τὸν χρόνον εἰδωλολατροῦν· πλὴν ἐπὶ τέλει τὴν ὑπακοὴν ἐνεδείξατο· τὸ δὲ Ἰουδαίων ἔθνος, ὅπερ ἦν τὸ δεύτερον τέκνον, μετὰ τὴν ἀνάνευσιν τοῦ προτέρου κληθὲν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐργασίαν διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, λόγῳ μὲν τὴν προθυμίαν ἐνεδείξατο, εἶπον γὰρ ὅτι πάντα ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα *, ἔργῳ δὲ πᾶν τοὐναντίον· διὸ πυνθάνεται τῶν ἀρχιερέων ὁ σωτὴρ, τίς ἄρα τῶν δύο τούτων ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; ἐκείνων δὲ ὁμολογησάντων ὅτι ὁ πρῶτος, τίς ἦν οὗτος ὁ πρῶτος διασαφεῖ λέγων, οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν τάγμα, προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν ἀγάπην 1) τοῦ θεοῦ *· ὑμᾶς δὲ τίνας, ἢ τοὺς ἀρχιερέας καὶ πρεσβυτέρους καὶ πᾶν αὐτῶν τὸ ἔθνος, τὸ δὴ λόγῳ μὲν ἐπαγγελλόμενον θεοσεβεῖν, ἔργοις δὲ ἀντιπράττον τῇ ἐπαγγελίᾳ; διὸ οἱ μὲν ἐξ ἐθνῶν μεταβαλόντες τῆς προτέρας μοχθηρίας, καὶ καρποὺς ἐνδειξάμενοι τῆς βασιλείας ἀξίους, τεύξονται αὐτῆς· ὑμεῖς δὲ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς θεοῦ εἶναι τέκνα, τῆς βασιλείας ἐκκλεισθήσεσθε· ὅτι ὑμεῖς μὲν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ, οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν· διὸ καὶ ἐδικαίωσαν τὸν θεόν· δίκαιος γὰρ ἐφάνη ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν, ὑμᾶς μὲν ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀγνώμονας ἀπωσάμενος, ἐκείνους δὲ ὡς εὐπειθεῖς καὶ εὐγνώμονας ἐκλεξάμενος· καὶ οὐκ ἔχετε λοιπὸν αὐτῷ ἐγκαλεῖν, ὃ καὶ ὁ προφήτης φησὶν *, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου.

* Exod. XIX. 8.
* Matth. XXI. 31.
* Ps. L. 6.

Εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. Cap. VIII. 31.

Ὅτι τὸν λεγόμενον τάρταρον, ἄβυσσον θεῖοι λόγοι καλοῦσι. B. f. 83.

Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥεῖ αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα κ. τ. λ. 2). Cap. VIII. 43.

Ἐγὼ δὲ οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι παρελθεῖν διήγησιν, A f. 131. L. f. 28.
καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς μνημονεύεσθαι ἀξίαν· τὴν γὰρ

1) Ita uterque vat. cod. pro εἰς τὴν βασιλείαν *in regnum*. Corderius quoque ita ut nos se legisse apud Eusebium demonstrat.

2) Scribitur sequens historia in utroque codice A. et L. sub nomine Eusebii. Reapse eadem legitur apud eundem Eusebium in hist. eccl. VII. 18. Quamquam etiam in hoc suo commentario ad evang., ubi mentio est haemorrhousae, fieri vix potest, ut eandem narrationem auctor non retulerit. Variat tamen alter ab altero textu, initio ac fine. Illud vero mirabilius, quod quum in historia Eusebius destructam statuam non scribat, in hoc commentario deiectam a Maximino adfirmet, in quo ne cum Philostorgio quidem lib. VII. 3, neque cum eius adsecla Nicephoro Callisto lib. X. 30. congruit, qui statuam a Iuliano depositam dicunt, et ab ethnicis Paneadis civibus ignominiose tractatam et comminu-

αἱμοῤῥοοῦσαν ἐκ Πανεάδος ἔλεγον ὁρμᾶσθαι, τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν· ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου, πρὸς μὲν ταῖς πύλαις τοῦ αὐτῆς οἴκου, γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον, ἐπὶ γόνυ κεκλιμένον, καὶ τεταμέναις ἐπὶ τὸ πρόσθεν ταῖς χερσὶν, ἱκετευούσῃ ἐοικός· τούτου δὲ ἀντικρὺ ἄλλο τῆς αὐτῆς ὕλης ἀνδρὸς ὄρθιον σχῆμα, διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, καὶ τὴν χεῖρα τῇ γυναικὶ προτεῖνον· οὗ παρὰ τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῇ ςήλῃ ξένον τι βοτάνης εἶδος φυὲν, ὃ μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνει· τοῦτον τὸν ἀνδριάντα, τοῦ Ἰησοῦ εἰκόνα φέρειν ἔλεγον, ὃν Μαξιμῖνος τῆς ἑαυτοῦ δυσσεβείας πάρεργον ἐποιήσατο· καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ· ἐπὶ δὲ τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν.

moriae commendari meretur. Namque hanc haemorrhousam domo Paneade fuisse aiunt, eiusque adhuc aedes in urbe demonstrari, ibique beneficii in eam a Servatore collati mirum monumentum permanere. Stare videlicet in excelsa lapidea basi, prope eiusdem aedium fores, mulieris aeneam effigiem, genu flexo, manibus protensis, supplicantis specie. Huius e regione aliam eiusdem materiae statuam viri erectam, diploide decente induti, ac mulieri manum porrigentis; ad cuius pedes in basi peregrinum quoddam herbae genus adnatum erat, quae usque ad aeneae diploidis fimbriam adsurgens, cuiusvis morbi remedium est. Hac statua Iesum repraesentari dicebant, quam Maximinus impietatis suae additamentum (destruendo) fecit. Atque haec hactenus. Nunc reliquum sermonem persequamur.

Cap. IX. 1. *Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν κ. τ. λ.*

Convocatis autem duodecim discipulis suis, dedit illis virtutem et potestatem etc.

A. f. 132. b. L. f. 31. b. Διὰ ταῦτα ἐνθέοις δυνάμεσι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ κύριος ὥπλιζεν, ὡς ἂν ἐν πρώτοις τὰ δαιμονικὰ στίφη καὶ τὰς ἔχθρας τῶν ανθρώπων καὶ πολεμικὰς παρατάξεις καθαιροῖεν· ἔπειτα νόσων καὶ παντοίων παθῶν θεραπεύοιεν τοὺς καταπονουμένους· γνωρίσματα δὲ τῆς κηρυττομένης βασιλείας παρέχων ὁμᾶν ἅπασιν ἀνθρώποις· ἐχρῆν γὰρ παράδοξον κήρυγμα καταγγέλλοντας, ξένων καὶ νέων ἀγαθῶν ἐναργῆ σημεῖα παρέχειν τοῖς μαθητευομένοις· ἦσαν δ' οὖν ἀληθῶς θεοῦ βασιλείας δείγματα αἱ τεράστιαι δυνάμεις, τά τε θαύματα καὶ σωτήριοι ψυχῶν καὶ σωμάτων θεραπεῖαι· ὅτι ἅπας λόγος ἔργων ἔρημος, οὔποτ' ἂν ἰσχύσῃ πεῖσμα βέβαιον ἐμποιῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις· διὸ ταῖς δι' ἔργων ἐπιτελουμέναις πράξεσι πίστιν ἐναργῆ παρεῖχον τῷ κηρύγματι· εἰ γοῦν ψιλοῖς ῥηματίοις καὶ φωναῖς εἰκῇ προφερομέναις θεοῦ βασιλείαν εἰς πάντας ἐβόων, κατάλυσίν τε τῶν πατρίων θεῶν, τίς ἂν αὐτοῖς παρέσχε τὸν νοῦν; τίνα δ' ἂν ἔπεισαν θεὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν καταγγέλλοντες, μηδεμίαν δὲ πίστιν τῇ μαρτυρίᾳ προσάγοντες; διὸ πάντα λόγον θεϊκαῖς προλαμβάνων πράξεσιν ὁ σωτὴρ, πρῶτα μὲν ἀνεπιτηδεύτους τὸν τρόπον, λόγων τε καὶ σοφίας θνητῆς ἀπείρους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπὶ κατορθώσει τῆς ὅλης οἰκουμένης προεχειρίζετο· κἄπειτα ἁλιευτὰς ψυχῶν ἀνθρωπίνων

Per haec supernis viribus discipulos suos Dominus armabat, ut diabolica in primis agmina, et hominum inimicitias, et adversarias acies superarent; deinde a morbis et omnimodis passionibus laborantes sanarent; indicia videlicet praedicati regni cunctis hominibus praebens. Oportebat enim eos qui inexpectatam doctrinam nunciabant, peregrinorum novorumque bonorum signa alumnis suis exhibere. Verae igitur erant regni Dei demonstrationes, prodigiosae virtutes, et miracula, atque animarum et corporum curationes a Servatore peractae. Nam quilibet sermo operibus cassus, numquam poterit firmam persuasionem audientibus insinuare. Propterea patratis operibus fidem evidentem praedicationi conciliabant. Si ergo verbis tantummodo ac vocibus temere emissis Dei regnum cunctis intimassent, et patriorum deorum abolitionem, quis eis mentem advertisset? cuinam Deum esse persuasissent nuntiatum a se Iesum, si nullam suo testimonio fidem fecissent? Ideo sermonem omnem divinis praeoccupans Servator actibus, primo quidem ex inepto vitae genere, eloquentiaeque et mortalis sapientiae expertes discipulos suos ad totius mundi correctionem delegit. Deinde piscatores animarum huma-

tam. Celeroqui Asterius in cod. B. f. 85. *Maximianum* scribit pro *Maximino*. Sic enim Asterius: *αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐν Πανεάδι τῷ Χριστῷ στήσασα τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς ἀμοιβὴν τῆς εὐεργεσίας· ὃν καὶ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καθαιρεθῆναι τοῦ δυσσεβοῦς, πρὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου βασιλεύσαντος.*

narum se eos effecturum praemonens, auctor ipse rei propositae extitit; unde eos mirabilium prodigiorum operatores reddidit, hos illis hamos animabus salutares suppeditans, ut iis captarent atque ex profundo nequitiae abysso mortale genus extraherent, malis fugatis spiritibus, morbum quemlibet languoremque sanantes nutu eius; nondum enim Spiritus datus fuerat.

Nihil tuleritis in via, neque baculos, neque peram.

Secundum Matthaeum quidem, auri et argenti aerisque possessu iis interdixit, futuri praescius. Animadvertebat enim fore ut qui morbis ab eis liberarentur, et insanabilibus malis immunes fierent, cuncta sua patrimonia iis cedere vellent. Quare id praeoccupans praecipiebat ne gratiam cauponarentur, neque dona Dei venalia haberent. Verum secundum reliquos evangelistas ipsumque Matthaeum non sinens eos virgam neque peram neque calceamenta neque duas tunicas, sed neque panem pecuniamque portare, cum peregre essent profecturi, hinc capiebat experimentum illorum fidei et alacritatis, si quidem iussi pauperrimam vitam degere, neque ipsius quotidiani alimenti curam gerere, neque secundam tunicam habere, neque calceis uti, quum tamen universum orbem peragrare deberent, nihilominus iussa haud detrectarent. Sed et omni pecuniae amore, mundanisque curis carere eos voluit. Porro autem contestabatur, haec illis a Deo datum iri dona, si vicissim ipsi dignam divinis charismatibus vitam essent ingressi. Oportere enim mutuam quandam esse retributionem, nempe a Deo accipere salutarem atque beneficam hominibus potestatem, vicissimque ipsos obedientiam mandatis eius exhibere, promptitudinem et propositum omni mundi affectu liberum. Sed et caelestibus opibus animo imbutos, et regni Dei arrhis instructos, oportere terrena despicere indicabat: neque aurum neque divitias neque aliud quidvis apud homines pretiosum pensi habendum prae collato ipsis caelorum thesauro. Sed et milites eosdem regni Dei conscribens, expeditos esse curabat ad committendum cum hostibus proelium. Propterea sine patrimonio esse volebat milites suos: etenim nemo militans im-

ποιήσειν προφήσας αὐτοὺς, ποιητὴς αὐτὸς ἐγίνετο τῆς ἐπαγγελίας· ὅθεν παραδόξων θαυμάτων ἐργάτας αὐτοὺς ἀπειργάζετο, ἄγκιστρα ταῦτα ψυχῶν σωτήρια παραδιδοὺς αὐτοῖς, ὡς ἂν δι' αὐτῶν σαγηνεύοιεν καὶ ἀνέλκοιεν ἐκ τοῦ τῆς κακίας βυθοῦ τὸ θνητὸν γένος, πνεύματα πονηρὰ φυγαδεύοντες, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν ἰώμενοι ἐπὶ τῆς ἐπιταγῆς τῆς αὐτοῦ· οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα δεδομένον *. * Ioh. VII. 39.

Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδους μήτε πήραν. Cap. IX. 3.

Κατὰ μὲν οὖν τὸν Ματθαῖον * χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ τὴν κτῆσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευε, προγνώσει τοῦ μέλλοντος· συνεώρα γὰρ ὡς ἄρα οἱ τὰς νόσους ὑπ' αὐτῶν θεραπευθησόμενοι καὶ τῶν ἀνιάτων ἀπαλλαγησόμενοι παθῶν, ἐθελήσουσι καὶ πάντων αὐτοῖς τῶν ὑπαρχόντων ἐκχωρεῖν· διὸ ταῦτα προλαβὼν διεστέλλετο, μὴ καπηλεύειν τὴν χάριν μηδὲ πιπράσκειν τὰ ἐκ Θεοῦ παραινῶν δῶρα· κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς καὶ τὸν αὐτὸν Ματθαῖον μὴ ἐπιτρέπων αὐτοῖς μήτε ῥάβδον, μήτε πήραν, μήτε ὑποδήματα, μήτε δύο χιτῶνας, ἀλλὰ μήτ' ἄρτον μήτε ἀργύριον ἐπάγεσθαι, μέλλοντας ἐπ' ἀλλοδαπῆς στέλλεσθαι, δοκιμὴν τῆς αὐτῶν πιστεώς τε καὶ προθυμίας ἐλάμβανεν, εἰ παραγγελθέντες τὸν ἄκρως ἀκτήμονα βίον μετιέναι, ὡς μηδὲ τῆς ἐφημέρου τροφῆς πρόνοιαν ποιεῖσθαι, μηδὲ δεύτερον ἐπάγεσθαι χιτῶνα, μηδὲ ὑποδήμασι χρῆσθαι, μέλλοντες τὴν σύμπασαν ἐκπερινοστεῖν οἰκουμένην, μὴ φεύγοιεν τὰ παραγγέλματα· ἀλλὰ καὶ ἀφιλοχρημάτους ἀφροντίδας τε τοῦ βίου δεῖν αὐτοὺς εἶναι βουλόμενος· ταῦτα διεμαρτύρατο, ὡς ἂν τῶν ἐκ Θεοῦ δομάτων ταύτῃ πῃ αὐτοῖς δοθησομένων, εἰ καὶ αὐτοὶ παρ' ἑαυτῶν τὸν κατάλληλον βίον ἐπάξιον τῆς τῶν θείων χαρισμάτων κτήσεως παρασκευάζοιεν· προσήκειν γὰρ ἀμοιβήν τινα ποιήσασθαι καὶ ἀντικαταλλάξασθαι, ὑποδεχομένους μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς σωτηρίους καὶ εὐεργετικὰς ἀνθρώπων δυνάμεις, ἀντιδιδόντες δὲ αὐτῷ ὑπακοὴν τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων, προθυμίαν τε καὶ προαίρεσιν ἐλευθέραν τῆς πρὸς τὰ βιωτικὰ συμπαθείας· ἀλλὰ καὶ πλοῦτον οὐράνιον ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ὑποδεχομένους, τῆς τε τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀρραβῶσιν ἐφοδιαζομένους, τῶν ἐπὶ γῆς καταφρονεῖν χρῆναι δεῖν ᾤετο, καὶ μήτε χρυσὸν μήτε χρήματα μήτε τι τῶν παρ' ἀνθρώποις τιμίων ἐπάξιον ἡγεῖσθαι τοῦ παρασχεθέντος αὐτοῖς οὐρανίου πλούτου· ἀλλὰ καὶ στρατιώτας αὐτοὺς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀποτελῶν, εὐζώνους παρεσκεύαζεν ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς ἀντικειμένους πόλεμον· διὰ ταῦτα ἀκ-

A f. 132. b.
L. f. 32. b.
* Matth. X. 9.

τήμονας εἶναι παρῄνει τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας· ἐπεὶ μηδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου
* II. Tim. II. 10. πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ *.

Cap. IX. 1. Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε.

L. f. 33. b. Ὁ μέν τοι κύριος ἐπειδὴ χρημάτων καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χιτῶνος δευτέρου, πάσης τε ὑπάρξεως τὴν κτῆσιν τοῖς μαθηταῖς ἀπη-
* Matth. X. 10 γόρευσεν, ἑξῆς ἀκολούθως κατὰ τὸν Ματθαῖον * ὅπως τὰ πρὸς τροφὴν αὐτοῖς πορισθήσεται, ἀναγκαίως διεσάφει· διὸ ἐπῆγεν λέγων· ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ· καὶ τοῦτ' ἔλεγε τροφῆς μόνης ἐπιτρέπων κοινωνεῖν τοῖς ἐθέλουσιν αὐτοῖς μεταδιδόναι· τοσοῦτον δ' ἀποφέρεσθαι συνεχώρει, ὅσον αὔταρκες ἦν ἀνδρὶ, πρὸς ἐφήμερον ἐργασίαν ἑαυτὸν μεμισθωκότι, τροφῆς μεταλαβεῖν· οὕτω γοῦν καὶ τοῖσδε ἐξεῖναι, οὐ μισθοὺς τῶν εὐεργεσιῶν εἰσπράττεσθαι, δωρεὰν γάρ φησιν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· ἀντὶ δὲ τῆς περὶ τὸ κήρυγμα σχολῆς τε καὶ ἐργασίας, ἀντί τε τῶν πόνων τοῦ σώματος, οὓς τοσαύτην στελλομένους πορείαν εἰκὸς ἦν ὑπομένειν αὐτοὺς, μόνης τροφῆς τῆς ἀναγκαίας χρῆναι μεταλαμβάνειν, καὶ ταύτης μὴ τοῖς τυχοῦσι κοινωνεῖν, μηδὲ παρὰ τῶν παρέχειν ἐθελόντων ἀβασανίστως λαμβάνειν, μόνους δε
L. f. 56. b. τοὺς ἀξίους τῇ λήψει τιμᾷν· οἷς καὶ μεγίστην ἀμοιβὴν τῆς τροφῆς προλαμβάνοντας ἀντιδιδόναι, εἰρήνην αὐτοῖς καὶ τὰς τοῦ θεοῦ διαλλαγὰς εὐαγγελιζομένους· ταῦτα δ' ἀκολούθως τοῖς τῆς αὐτοῦ βασιλείας στρατιώταις παρῄνει, προμαρτυρούμενος μὴ χρημάτων ἐφίεσθαι, μὴ δέ τινος τὸ παράπαν κτήματος μικροῦ ἢ μεγάλου, εἰς ἄκρον δ' ἐλαύνειν ἀκτημοσύνης· τῆς τε ἐφημέρου τροφῆς μὴ τοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀξίοις μόνοις κοινωνεῖν, καὶ μὴ δὲ παρὰ τούτων προῖκα ποιεῖσθαι τὴν μετάληψιν, προδανείσαντας δὲ καὶ προευεργετήσαντας ταῖς παρ' εαυτῶν εὐλογίαις.
A. f. 133. b. —Περιφράξας τοὺς μαθητὰς ὁ κύριος ἐνθέοις δυνάμεσι καὶ ταῖς φιλοσόφοις παραινέσεσιν, εὐζώνους αὐτοὺς οἷα θεοῦ βασιλείας στρατιώτας ἀπεργασάμενος ἐξέπεμψε, διδασκάλους καὶ ἰατροὺς τοῖς Ἰουδαίοις, μυρίων αὐτοῖς ἐσομένους ἀγαθῶν προξένους καὶ κήρυκας· οἱ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίουν, καὶ πανταχοῦ περιῄεσαν, ὡς μὲν διδάσκαλοι εὐαγγελιζόμενοι, ὡς δὲ ἰατροὶ θεραπεύοντες, καὶ τοὺς λόγους διὰ τῶν ἔργων καὶ τῶν σημείων πιστούμενοι.

Cap. IX. 7. Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα.

A. f. 133. b. L. f. 34. Ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος, λέλυτο μὲν Ἰουδαίοις ἤδη λοιπὸν τὰ τῆς ἐκ προγόνων βασι-

plicat se mundi negotiis *, ut ei, a quo conscriptus fuit, placeat.

Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete.

Dominus quidem postquam divitiarum, et auri atque argenti, duplicisque tunicae, et cuiuslibet substantiae possessionem discipulis vetuerat; deinde, ut sequitur apud Matthaeum, quomodo alimenta habituri sint, necessario demonstravit. Ideo dicere perrexit: dignus est operarius alimento suo. Idque aiebat, volens alimoniam tantummodo participare ab iis qui daturi erant: tantumque sumere permittebat, quantum nutrimenti homini ob diurni operis mercedem satis est accipere. Sic ergo his quoque licere haud sane beneficii remunerationem exigere, gratis enim accepistis, inquit, gratis date; sed pro impensa praedicationis opera, proque corporalibus laboribus, quos ab iis exantlari in tantam expeditionem missis opus erat, aliud nihil oportere quam necessariam alimoniam accipere: atque hanc ipsam non ab omnibus indifferenter sumere qui dare vellent, sed eos tantummodo hac muneris acceptione honorare qui digni essent, et qui maximam iam pridem dati cibi remunerationem accepissent ab iis qui pacem et cum Deo reconciliationem evangelizant. Haec, consentanea regni sui militibus, monebat; testatus antea, non oportere opibus inhiare, nec cuiuslibet omnino sive magnae sive tenuis rei possessioni; sed paupertatem summam sectari. Quin adeo, ut diximus, ne quotidianum quidem victum ab omnibus indifferenter, sed a dignis tantum participare; neque hunc ipsum gratuito, sed opera in antecessum praestita, et impertitis suis erga illos benedictionibus.—Sic itaque superna potentia et sapientibus adhortationibus communitos discipulos, expeditosque iam Dei regni milites constitutos, misit eos magistros ac medicos ad Iudaeos, ut his innumerabilium bonorum nuncii essent atque datores. Hi vero ita egerunt, et quaqueversus discurrentes ceu magistri evangelizabant, ceu medici sanabant, et sermones suos operibus miraculisque confirmabant.

Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo.

Sub Servatoris adventum iam dissolutum fuerat Iudaeis avitum regnum, dissolutum

etiam proprio iure vivendi privilegium, et libertas, ac regulare sacerdotium. Et legitimi quidem principes nulli erant, sed Herodes eiusque liberi Agrippas atque Archelaus, genere extranei, a Romanis imperium in Iudaeos accèperant; quorum regio in tetrarchiam fuerat divisa, totaque gens Romanis erat stipendiaria, quaestoribus censum per singula capita statuto tempore exigentibus militari manu. Propterea cum Dei regnum Iudaeis primo praedicare iussit discipulos suos, pereuntes oves domus Israhelis Iudaeos appellavit

Nam qui me erubuerit, et meos sermones,
hunc filius hominis erubescet.

His peroratis, quod nempe discipulos oporteret imitatores ipsius fieri, neque mortem defugere, neque animae propriae vitaeque parcere propter spem in Christo collocatam, commode continuat, secundae suae divinae mysteria tradens manifestationis. Valde autem idonee ac necessario haec aiebat illis, qui cruciatus eius causa subituri erant, et usque ad mortem decertaturi, praemia scilicet tanti agonis futura proponens. Opus enim erat, ut qui eum sequerentur, eiusque vestigia premerent, et propriam quisque crucem sumerent, prout eius exemplum docebat; accurate quoque noscerent quisnam demum is esset cuius causa tot tantaque essent passuri. Tempestive autem filium hominis hoc loco appellat eum qui venerat, ut Danihelis vaticinium in mentem revocaret, quod est huiusmodi: « et ecce filius hominis adveniebat in nubibus, et usque ad antiquum dierum pervenit. Et ipsi datum est imperium, et honor, et regnum. » Sed cum Petrus ipsum esse Christum confessus est, et Dei vivi filium, ex eo tempore coepit illis significare, multa se pati oportere et occidi. Cum autem idem mortis contemptum imperaret, et se multa pati debere, tunc sane opportune de secundo et glorioso adventu suo verba fecit; ut cognoscere possent, quis demum is esset tot tantaque a Iudaeis passurus, quisve illis certaminis pro eo sustinendi fructus foret.—His ad discipulos dictis, magnoque et arcano mysterio secundae tuae manifestationis ipsis patefacto, ne oratione tan-

λείας· λέλυτο δὲ τὰ τῆς αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας, τά τε τῆς ἐνθέσμου ἱερωσύνης· καὶ οἱ μὲν κατὰ νόμους ἄρχοντες οὐκέτι ἦσαν αὐτοῖς· Ἡρώδης δὲ καὶ οἱ τούτου παῖδες Ἀγρίππας καὶ Ἀρχέλαος, τὸ γένος ἀλλόφυλοι, παρὰ Ῥωμαίων τὴν κατ' αὐτῶν ἦσαν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένοι· διῄρητό τε εἰς τετραρχίαν ἡ χώρα αὐτῶν· τό τε πᾶν ἔθνος ὑπόφορον καθειστήκει Ῥωμαίοις· τὸν κῆνσον κατὰ κεφαλὴν ἐπιτρόπων κατὰ καιροὺς εἰσπραττομένων σὺν χειρὶ στρατιωτικῇ· διὸ τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας τὸ κήρυγμα πρώτοις αὐτοῖς ἐπαγγέλλειν ὁ σωτὴρ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παρακελευσάμενος, ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ αὐτοὺς ὠνόμασε *. * Matth. X. 6.

Ὃς γὰρ ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, Cap. IX. 26.
τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται.

Διαλαλήσας τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ δεῖν καὶ αὐτοὺς μιμητὰς αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ μὴ φεύγειν τὸν θάνατον, ἀφειδεῖν δὲ καὶ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τε καὶ ζωῆς ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος, ἐπισυνάπτει εὐκαίρως τὰ περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ θεοφανείας 1) παραδιδοὺς αὐτοῖς μυστήρια· σφόδρα δὲ ἀκολούθως καὶ ἀναγκαίως ταῦτα ἔλεγε τοῖς μέλλουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ διὰ βασάνων χωρεῖν, καὶ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι, τίς ἔσται ὁ καρπὸς τοῦ τοσούτου ἀγῶνος παριστὰς αὐτοῖς· ἔδει γὰρ τοὺς μέλλοντας ἕπεσθαι αὐτῷ καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἀπιέναι, τόν τε ἴδιον σταυρὸν ἀναλαμβάνειν κατὰ τὴν αὐτοῦ μίμησιν, γνῶναι ἀκριβῶς τί ποτέ ἐστιν οὗτος ὑπὲρ οὗ τὰ τοσαῦτα μέλλουσι πάσχειν· εὐκαίρως δὲ υἱὸν ἀνθρώπου ἐν τούτοις τὸν ἐρχόμενον ὠνόμασεν, εἰς ὑπόμνησιν τῆς παρὰ τοῦ Δανιὴλ προφητείας, ἥτις ἔλεγε *· καὶ ἰδοὺ * Dan. VII. 13.
υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν ἐπὶ τῶν νεφελῶν· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία· ἀλλ' ὅτε μὲν ὁ Πέτρος Χριστὸν αὐτὸν εἶναι ὡμολόγησε, καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἀπὸ τότε ἤρξατο δεικνύναι αὐτοῖς, ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποκτανθῆναι· ὅτε δὲ αὐτὸς καταφρονητικῶς ἔχειν τοῦ θανάτου παρεκελεύετο, ἐδίδαξε δὲ ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, τότε κατὰ καιρὸν τοὺς περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου παρουσίας λόγους παρεδίδου· ὡς ἂν εἰδέναι ἔχοιεν, τίς ποτε ἦν ὁ μέλλων τοσαῦτα πάσχειν ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ τίς ἔσται αὐτοῖς ὁ καρπὸς τοῦ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγῶνος.—Καὶ δὴ ταῦτα v. 27. L. I. 40.
τοῖς μαθηταῖς διαλεχθεὶς, καὶ τὸ μέγα καὶ λανθάνον μυστήριον τῆς δευτέρας αὐτοῦ θεο-

1) Secunda Theophania in mundi fine. Ideo illam priorem, qua se Verbum in carne manifestavit, dicitur interdum in codicibus nostris, distinctionis gratia, evangelica Theophania.

φανείας ἐξειπὼν αὐτοῖς, ἵνα μὴ λόγοις μόνον καὶ ψιλαῖς φράσεσι δοκῇ ἐμπιστεύειν, ἀναγκαίως ἐπὶ τὰ ἔργα ἐχώρει, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν εἰκόνα τῆς θεϊκῆς αὐτοῦ βασιλείας· διόπερ εἰπὼν ὅτι ἐπαισχυνθήσεται τὸν ἐπαισχυνθέντα αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς, ἑξῆς ἐπισυνάπτει φάσκων· λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων κ. τ. λ.

Cap. IX. 28. Παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον.

E. f. 359. L. f. 43. b. Καὶ ἐν μὲν τῇ μεταμορφώσει τρεῖς μόνοι τὴν δυνάμει ὀφθεῖσαν αὐτοῖς βασιλείαν τῶν οὐρανῶν θεάσασθαι ἠξιώθησαν· ἐν δὲ τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἐπειδὰν μετὰ τῆς δόξης τῆς πατρικῆς ὁ κύριος ἀφίκηται, οὐκέτι Μωϋσῆς μόνον καὶ Ἠλίας δορυφορήσουσιν αὐτὸν, οὐδὲ τρεῖς μόνοι τῶν μαθητῶν αὐτῷ συνέσονται, ἀλλὰ πάντες προφῆται καὶ πατριάρχαι καὶ δίκαιοι· καὶ οὐκ εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀλλ' εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάξει τοὺς ἀξίους τῆς αὐτοῦ θεότητος· τότε δὲ λάμψει ἡ θεότης αὐτοῦ, οὐχ ὡς ὁ ἥλιος ἀλλ' ὑπὲρ πᾶν ἐπινοούμενον ἔν τε αἰσθητοῖς καὶ ἐν νοητοῖς γενητὸν φῶς· ἐπείπέρ ἐστιν αὐτὸς τὸ φῶς τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ὅτε καὶ δείξει αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· οὐ γὰρ ὡς πάλαι
* Exod. XXXIII. 23. τῷ Μωϋσεῖ ποτὲ ἔλεγεν*, ὅτι τὰ ὀπίσω μου ὄψει, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι, οὕτω καὶ τότε ποιήσει, ἀλλ' οὕτως ἑαυτὸν παρέξει τοῖς ἁγίοις, ὡς δύνασθαι πάντας λέγειν· ἡμεῖς δὲ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφού-
* II Cor III. 18. μεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν*· καὶ τότε οὐ νεφέλη βοήσει, οὐδὲ διὰ νεφέλης ὁ πατὴρ μαρτυρήσει τῷ υἱῷ, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ δίχα παντὸς ἐπισκιάσματος, καὶ δίχα παντὸς ἑρμηνέως, αὐτῷ τῷ ἔργῳ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἐπὶ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ δοξάσει, σύνθρονον αὐτὸν ἑαυτῷ καὶ συμβασιλέα ἀποδείξας, καὶ ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καταστήσας αὐτόν· οὔτε οὐκέτι ὥσπερ τότε οἱ τρεῖς μαθηταὶ μόνοι ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀκούσαντες τῆς φωνῆς ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσον, καὶ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ καὶ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.

Cap. IX. 34. Φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα κ. τ. λ.

L. f. 44. Φωνὴ πατρικὴ διὰ νεφέλης, οὕτως γὰρ φαίνεται ὁ θεὸς, ἐμαρτύρει Χριστῷ τὴν υἱότητα· ἔδει γὰρ μὴ παρὰ Πέτρου μόνου γνωσθῆναι, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· μηδ' αὐτὸν μόνον τῷ Πέτρῳ μεμαρτυρηκέναι ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν εἰληφὼς εἴη, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν

tummodo solisque verbis videretur persuadere, necessario ad opera venit, ipsis eorum oculis divini regni sui obiiciens imaginem. Quapropter quum dixisset fore ut ipse illum erubesceret, qui se erubuisset, quo tempore cum patris sui gloria adveniet, deinde pergit dicere: vere autem dico vobis, sunt quidam de hic adstantibus etc.

Assumptis Petro et Iohanne atque Iacobo etc.

Et in transfiguratione quidem tres tantummodo prodigiose ipsis ostensum digni fuerunt cernere regnum caelorum. In saeculi vero consummatione cum non sine paterna maiestate Dominus adveniet, haud iam Moyses tantummodo atque Elias ipsum comitabuntur, neque tres tantum discipuli aderunt, sed prophetae omnes, patriarchae, iustique homines; neque in excelsum montem, sed in caelum usque dignos sua deitate perducet. Tunc deitas eius splendescet non ut sol, sed supra quam quaelibet excogitari potest vel sensibilis vel intellectualis creata lux: quandoquidem ipse lux est quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tunc etiam faciem suam revelabit. Non enim, ut olim Moysi dictum fuit, posteriora mea videbis, vultus tamen a te non spectabitur; non sic, inquam, tunc quoque se geret; sed ita semet sanctis exhibebit, ut omnes dicere queant: nos revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur de gloria in gloriam. Tunc vero haud nubes clamabit, neque de nube pater testificabitur filio, sed ipse per se absque ullo operimento vel interprete, reapse unigenitum filium suum supra omnes sanctos glorificabit, consessorem suum regnique participem esse demonstrans, et supra omnem principatum constituens. Tunc haud iam, ut tres olim soli discipuli audita in monte voce in faciem prociderunt ac pertimuerunt, sed omne genu flectetur caelestium terrestrium et infernorum.

Vox de nube facta est, dicens etc.

Vox paterna ex nube, nam sic Deus apparet, dignitatem filii Christo attestabatur. Oportebat enim haud a solo Petro cognosci, eum esse Christum Dei vivi filium. Neque ipsum Christum tantummodo testari Petro acceptam a patre caelesti de se notitiam; sed ipsam, inquam, paternam vocem veritatem dicti quasi

sigillo confirmare, testando ipsum esse Christum Dei filium; eique esse auscultandum, praecipere.

Si quidem ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra.

Viden quomodo ante perpendere, neque omnibus incaute se committere hortatur, sed et ipsos priores initium beneficii facere, et priores de proprio aliis tribuere? De pace autem heic agitur, quae Dei militum vox propria est, qui victoriam de hostibus retulerunt. Ergo inimicorum persecutionem, hostium exitium, benivolam cum Deo reconciliationem, sub pacis nomine dignis adsignabat. Itaque data prius hac pace illorum animabus, qui se hospitio recceperint, tunc demum alimenta ab iis accipere suadebat. Quamobrem necessario praemonebat, ne in omni indifferenter domo hospitarentur, neve quemcumque hominem dignum indicarent cuius hospitio uterentur; sed exquirerent num quis in civitate esset vel in agro, bonis actibus sanctaque vita conspicuus, qui regios milites posset virtutis xeniis excipere. Si quando autem huiusmodi aliquis inveniretur, tunc huius tectum subeuntes, militiae suae arma in primis exponerent; sunt autem haec pacis symbola: ideoque et hospitem et universam domum eius pacifica salutatione impertirentur: deinde illic manerent, neque abscederent, vel de domo in domum irent. Sic enim exquisiti examinis indicium dedissent: nam temerarium et subitaneum, non est stabile neque constantis moris. Ideo monebat, ne vellent antea commorari, et deinde notitiam exquirere, quo facto ad alium transirent cum hospitis iniuria. Itemque si et hic posterior indignus nostro hospitio comperiretur rursus illinc etiam discederent, voluntariam inimicitiam contrahentes, postquam pacem suam ad indignos proiecissent. Sed enim oportet prius diligenter inquirere, utrum aliquis dignus sit; deinde ad eum accedentes, pacis bonum communicare; eamque abunde non ei tantummodo qui optimum testimonium habet, sed toti quoque propter eum domui. Quod si digno aliquo excipiente regni militem, forte evenerit, quod saepe in religiosi hominis domo fieri solet, parentes aut fratres aut alios genere propinquos adversari ac bellum ciere non modo contra repulsum advenam, verum etiam contra

πατρικὴν φωνὴν ἐπισφραγίσασθαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ λόγου, μαρτυροῦσαν αὐτὸν εἶναι υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δεῖν τε ἀκούειν αὐτοῦ παρακελευομένην.

Ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν. Cap. X 6.

Ὁρᾷς ὅπως προεξετάζειν καὶ μὴ πᾶσιν ἀνέδην L. f. 35.
ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι παραινεῖ, ἀλλὰ καὶ πρώτους τῆς ἐξ αὐτῶν εὐεργεσίας ἀπάρχεσθαι, καὶ πρώτους διδόναι τῶν αὐτοῖς ὑπαρχόντων; εἰρήνη δὲ ἦν αὕτη, πρέπουσα Θεοῦ στρατιώταις φωνὴ, νικητήρια κατ' ἐχθρῶν ἀραμένοις· δίωξιν γοῦν ἐχθρῶν, καὶ καθαίρεσιν πολεμίων, Θεοῦ τε φιλικὰς διαλλαγὰς, τὸ τῆς εἰρήνης ὄνομα τοῖς ἀξίοις προὐξένει· ταύτην τοιγαροῦν προδανείσαντας τὴν εἰρήνην ταῖς τῶν ὑποδεξαμένων αὐτοὺς ψυχαῖς, τῆς παρ' αὐτῶν τροφῆς μεταλαμβάνειν· διὸ ἀναγκαίως προδιεστέλλετο μὴ εἰς πάντα παραβάλλειν οἶκον, μηδὲ πάντα ἄνδρα τῆς ὑποδοχῆς αὐτῶν ἄξιον εἶναι κρίνειν, προερωτᾷν δὲ εἴ τις εἴη τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἢ τὴν χώραν ἀγαθαῖς πράξεσι καὶ βίῳ σεμνῷ μεμαρτυρημένος, ὡς τοὺς βασιλικοὺς στρατιώτας δύνασθαι ξενίοις ἀρετῆς ὑποδέξασθαι· ἐπειδὰν δέ τις εὑρεθείη τοιοῦτος, εἰσιόντας ὑπὸ τὴν τούτου στέγην, προαποτίθεσθαι τὰ οἰκεῖα τῆς στρατείας ὅπλα· ταῦτα δ' ἦν τὰ τῆς εἰρήνης σύμβολα· διὸ καὶ αὐτὸν τὸν ὑποδοχέα, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ εἰρηνικῶν ἀσπασμῶν καταξιοῦν· εἶτ' αὐτοῦ μένειν, καὶ μὴ μεθίστασθαι, μηδ' οἴκους ἐξ οἴκων ἀμείβειν· τοῦτο γὰρ εἶναι σημεῖον ἀπηκριβωμένης ἐξετάσεως· τὸ γὰρ εὐχερὲς καὶ ἄκριτον, οὐ στεῤῥὸν οὐδὲ βεβαίου τρόπου· διὸ παραινεῖ μὴ πρῶτον καταμένειν, ἔπειτα ἐρωτᾷν καὶ πυνθάνεσθαι, εἶτ' ἐνυβρίσαντας τῷ ξένῳ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον· κἂν οὗτος ἀνάξιος τῆς ὑποδοχῆς εὑρεθῇ, πάλιν ἐνθένδε μετανίστασθαι, ἔχθραν ἑκούσιον ἐπισπωμένους, μετὰ καὶ τοῦ τὴν αὐτῶν εἰρήνην εἰς ἀναξίους ῥίπτειν· ἀλλ' ἀκριβῶς πρότερον τὸν ἄξιον πολυπραγμονεῖν, ἔπειθ' οὕτω παρελθόντας, τῶν τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν μεταδιδόναι, καὶ παρέχειν ἀφθόνως τῷ μεμαρτυρημένῳ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ δι' αὐτόν· εἰ δ' εὑρεθέντος ἀξίου τινὸς καὶ ὑποδεξαμένου τὸν τῆς βασιλείας στρατιώτην, συμβαίη ποτὲ, οἷα πολλάκις ἐν ἀνδρὸς οἴκῳ θεοσεβοῦς εἴωθε γίνεσθαι, γονέας ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἑτέρους τῷ γένει προσήκοντας ἐναντιοῦσθαι καὶ πολεμεῖν, οὐ μόνον τὸν ἐπεξωσμένον * * C. l. ἐπεξω- μένον.
ἀλλὰ καὶ τὸν τῇ ὑποδοχῇ τετιμηκότα, ἀναγκαίως καὶ τούτων ὁ σωτὴρ οὐ παρῆλθε τὴν μνήμην, ἀλλ' ἐπιλέγει τοῖς προτεταγμένοις· κἂν μὲν ᾖ ἡ

οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστρεψάτω· ὑμεῖς μὲν γάρ φησι τοῦ μεμαρτυρημένου χάριν, τοῦ καὶ τῆς ἐπιβάσεως τῆς ὑμετέρας ἀξίου, μὴ μόνον αὐτὸν ταῖς τῆς εἰρήνης εὐλογίαις, ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν οἶκον, δηλαδὴ τοὺς αὐτοῦ οἰκείους καὶ συγγενεῖς, εἰρήνης ἀσπασμοῖς εὐαγγελίζεσθε, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀφθόνως καὶ πλουσίως ἀπολαυέσθω εἰς γονέας καὶ ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς πάντα τε τὸν οἶκον τοῦ ὑποδεδεγμένου· εἰ μὲν οὖν εὑρεθεῖεν καὶ οὗτοι τῆς ὑμετέρας εὐλογίας ἄξιοι, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπὶ πάντας ὡς ἐπὶ υἱοὺς εἰρήνης· εἰ δ' ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι τῆς ὑμετέρας ὀφθεῖεν εἰρήνης, καὶ οὐδαμῶς αὐτῆς ἄξιοι, ἄραντες φησὶ τὰ ὑμέτερα ἀγαθὰ, τῶν ἀναξίων ὑποχωρεῖτε, καὶ ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστρεψάτω, τῆς ἐξ ὑμῶν εὐλογίας ἐφ' ὑμᾶς πάλιν μεταβαινούσης, ὅτι δὴ τὰ παρ' ὑμῶν πεπληρώκατε.

Cap. X. 8. Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε
καὶ δέχωνται ὑμᾶς κ. τ. λ.

L. f. 57. Ἐν τούτοις γε πάλιν κηρύττειν τοῦ θεοῦ τὴν βασιλείαν, καὶ ἠγγικέναι λέγειν αὐτὴν παρεκελεύετο· οὐκ ἀργὸν οὐδ' ἀναπόδεικτον ποιουμένους τὸν λόγον, τὰ γνωρίσματα δὲ παρέχοντας τοῦ κηρύγματος, διὰ τοῦ θεραπεύειν τοὺς παρ' αὐτοῖς ἀσθενεῖς, καὶ οὐδὲν πλέον τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἀποφέρεσθαι· ὃ δὴ παρίστη λέγων· ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν, καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀσθενεῖς· ἐπειδὴ δὲ ἀντέπιπτεν, εἰ οὖν μὴ εὑρεθείη τις ἄξιος τῆς δηλωθείσης ὑποδοχῆς, τί χρὴ πράττειν αὐτούς; ἀκολούθως καὶ περὶ τούτων ἐπάκουσον οἷα διδάσκει λέγων ἑξῆς· εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς κ. τ. λ.

Cap. XI. 21. Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ
τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν κ. τ. λ.

B. f. 115. Ἰσχυρὸν μὲν τὸν κατισχύσαντα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων διάβολον λέγει· αὐλὴν δὲ αὐτοῦ τὸν περίγειον τῶν θνητῶν τόπον 1)· ὑπάρχοντα δὲ πάντα
* Matth. IV. 9. ἐκεῖνα ἃ δὴ ἐπιδείξας τῷ σωτῆρι ποτὲ ἔλεγεν *, ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, ὅτε ἐν τῷ ὑψηλῷ ὄρει ἔδειξεν αὐτῷ τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· ἀλλὰ πάλαι μὲν ταῦτα αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα ἐν εἰρήνῃ ἦν, μηδενὸς αὐτοῦ ἀφαιρουμένου· ὅτε γε μὴν ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν καταπαλαίσας τε

hospitio honorantem, necessario horum quoque mentionem Servator non neglexit, sed praedictis addit: quod si digna domus fuerit, veniat pax vestra super illam; si minus digna fuerit, pax vestra ad vos revertatur. Vos quidem non eum solum qui bonum testimonium habuerit, quique vestro accessu dignus fuerit, pacis benedictionibus impertimini, sed et toti domui eius, id est familiaribus atque cognatis, pacificam salutem dicite, vestrumque officium abundanter atque copiose ad parentes, fratres, cognatosque, et totam hospitis domum effundite. Si ergo et hi vestra benedictione digni comperti fuerint, veniat pax vestra super omnes, ceu filios pacis. Sin contra hostes osoresque vestrae pacis visi fuerint, ac nullatenus ea digni, tollentes inquit bona vestra ab indignis recedite, paxque vestra ad vos revertatur; vestra scilicet benedictione ad vos redeunte quia partes vestras implevistis.

Et in quamcumque civitatem intraveritis,
et susceperint vos etc.

His verbis rursus ipsos iubet praedicare Dei regnum, idque iam propinquum nunciare: neque vanam neque sine demonstratione orationem habentes, sed praedicationis argumenta exhibentes, curandis qui apud illos forent infirmis, neque propterea quicquam ultra quotidiana alimenta accipientes. Quam rem ita edixit: manducate quae apponuntur vobis, et curate infirmos, qui apud eos sunt. Quia vero illud obstabat, nempe si ergo nemo dignus vos hospitio recipiendi fuerit, quid factu opus erit? consequenter audi quid hac super re in sequentibus dicat: si quam vero in urbem intraveritis, minimeque vos exceperint etc.

Cum fortis armatus custodit
atrium suum etc.

Fortem quidem dicit diabolum, qui ad adversus hominum genus praevaluerat. Atrium eiusdem appellat terrenum a mortalibus habitatum spatium: possessiones vero eius illa omnia quae olim Servatori ostendens aiebat: haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me, nempe cum in excelso monte cuncta illi mundi regna gloriamque eiusdem ostendebat. Sed olim quidem hae possessiones eius in pace erant, auferente nemine. Sed cum fortior eo

1) De forti armato, id est diaboto, qui a Christo fuit debellatus, breviter dicitur etiam in Theophania lib. III. 57.

superveniens, cumque oppugnans vinculis alligavit, tunc et eiusdem armaturam abstulit cui confidebat, et spolia direpta distribuit. Porro armaturae nomine, diabolici polytheismi errorem innuit. Arma enim diaboli sunt daemones ubique terrarum constituti, auxiliares eius adversus homines tyrannidis. Spolia quidem erant eiusdem, hominum animae diabolicis armis in captivitatem abductae; sed enim illum quoque horribilem tyrannum Christus vinculis irretiens, universam eius armaturam dissipavit, daemones videlicet et impuros spiritus, et adversarias potestates. Spolia vero eius, gentes inquam tyrannide ipsius quondam oppressas, vetere servitute omnes ereptas, ducibus suis tradidit, videlicet nutu eius pro caelorum regno militantibus, id est apostolis et horum successoribus. De quibus spoliis mire proclamatum fuerat in prophetia dicente: rex virtutum dilecti, speciei domus dividere spolia. Signa vero haec sunt manifesta divini regni prosternentis ac destruentis quemlibet principatum, potestatem, ac vim, et diabolicam omnem polytheismi tyrannidem; quod regnum iam in orbe inter homines praevalere incipiebat. Idcirco ait Servator: quod si ego in Spiritu Dei eiicio daemonia, utique pervenit in vos regnum Dei.

Cum autem inducent vos in synagogas etc.

Sic ergo illos bono animo esse iubebat et alacritate replebat, dum divini participes Spiritus esse adfirmabat. Quidni enim fiducia eos, confidentia, et alacritate plenos esse oportebat? Quid ni audacter ad iudicum regumque tribunalia ire, quum praemoniti fuissent non debere eos meditato studio apud magistratus semet defendere, sed aliam quamdam adfore haerentem ipsis divinam virtutem, cuius instinctu iudicibus ipsisque intrepide regibus responsuri essent. Haec dicenti magistro consentaneum erat discipulos facile credere, ac nullatenus dubitare; quippe qui sermonum horum pondus in superioribus dictis exploraverant, quibus fidem opera fecerant. Qui ergo infirmos divini verbi virtute roboraverant, morbumque apud homines insanabilem lepram et alias corporum passiones purgare potuerant, et noxios hominibus daemones pellere haud ullis curiosis praestigiis, sed sola a Christo adtributa divina gratia;

αὐτὸν δεσμοῖς περιέβαλε, τότε καὶ τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ ἀφείλετο, ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ ἁρπάσας διέδωκε· πανοπλίαν δὲ αὐτοῦ τὴν τῶν δαιμόνων πολύθεον πλάνην ᾐνίξατο· ὅπλα γὰρ διαβόλου οἱ πανταχοῦ γῆς ἱδρυμένοι δαίμονες συνεργοῦντες αὐτοῦ τῇ κατὰ τῶν ἀνθρώπων τυραννίδι· σκῦλα δὲ ἦσαν αὐτοῦ αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ ὑπὸ τῆς διαβολικῆς πανοπλίας αἰχμάλωτοι ἀπηγμέναι· ἀλλὰ τὸν μὲν δεινὸν ἐκεῖνον τύραννον ὁ Χριστὸς δεσμοῖς περιβαλὼν, πᾶσαν αὐτοῦ διεσκέδασε τὴν πανοπλίαν, τοὺς δαίμονας δηλαδὴ καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, τὰς δυνάμεις τε τὰς ἀντικειμένας· τὰ δὲ σκῦλα αὐτοῦ, τὰ πάλαι δεδουλωμένα τῇ τυραννίδι αὐτοῦ ἔθνη φημὶ, πάντα μεταστησάμενα τῆς παλαιᾶς δουλείας, διαδέδωκεν οἰκείοις ἡγεμόσι καὶ ἄρχουσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἀποστόλοις δηλαδὴ καὶ τοῖς τούτων διαδόχοις· περὶ ὧν σκύλων θαυμαστῶς προανεφωνεῖτο ἐν προφητείᾳ φασκούσῃ*, ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ, τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου διελέσθαι σκῦλα· τεκμήρια δὲ ταῦτα ἐναργῆ τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας καθαιρούσης καὶ ταπεινούσης πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, καὶ πᾶσαν τὴν πολύθεον καὶ δαιμονικὴν τυραννίδα, τῶν δὲ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἐπικρατεῖν ἀρχομένης· διό φησιν σωτήρ*· εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

* Ps. LXVII. 13.

* Matth. XII. 28

Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς κ. τ. λ. Cap. XII. 11.

Οὕτω δῆτα φρονήματος αὐτοὺς ἐπλήρου καὶ θάρσους διὰ τοῦ μεθέξειν αὐτοὺς θείου πνεύματος ἐπαγγέλλεσθαι· δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ δυναμοῦσθαι εἰκὸς ἦν αὐτούς· καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον παραστήματος καὶ θάρσους καὶ προθυμίας ἐμπίμπλασθαι ἀγαθῆς; πῶς δὲ μὴ θαρσαλέως χωρεῖν ἐπὶ ἡγεμονικὰ καὶ βασιλικὰ δικαστήρια, οἱ προμεμαθηκότες ὅτι μὴ αὐτοὶ εἶεν οἱ μέλλοντες πεφροντισμένως τοῖς ἄρχουσιν ἀπολογεῖσθαι, ἄλλη δέ τις ἐν αὐτοῖς ἔνθεος δύναμις, δι' ἧς καὶ ἡγεμόσιν ἔμελλον ἀκαταπλήκτως ὁμιλεῖν καὶ αὐτοῖς βασιλεῦσι; Καὶ ταῦτα δὲ λέγοντι τῷ διδασκάλῳ, ἀκόλουθον ἦν τοὺς μαθητὰς ἀδιστάκτως πιστεύειν, κατὰ μηδένα τε τρόπον ἀμφιβόλως ἔχειν, προειληφότας τῶν λόγων τὴν πεῖραν διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐπηγγελμένων, ὧν τὴν πίστιν αὐτοῖς ἔργοις παρειλήφεισαν· οἱ γοῦν ἀσθενοῦντας λόγου δυνάμει θείου ῥωννύντες, νόσον τε τὴν ἀνίατον ἐν ἀνθρώποις λέπραν καὶ τὰ λοιπὰ πάθη τῶν σωμάτων ἀποκαθαίρειν οἷοί τε, δαίμονάς τε λυμαντικοὺς ἀνθρώπων ἐλαύνειν οὐ διά τινος περιέργου μαγγανείας, διὰ δὲ μόνης τῆς ὑπ' αὐτοῦ χορηγηθείσης αὐτοῖς

A. f. 170. b.
L. f. 101. b.

ἐνθέου χάριτος, πῶς οὐκ ἔμελλον καὶ τοῖς δευτέραις τοῖς περὶ τοῦ μηδὲν μεριμνᾷν μέλλοντας δικαστηρίοις παρεστάναι, ἡγεμόσι τε καὶ βασιλεῦσιν ὁμιλεῖν πιστεύειν; πῶς δὲ οὐκ ἔμελλον ἐπιθαρσεῖν τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ δοθησομένου αὐτοῖς πνεύματος;

Cap. XII. 22. Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε κ. τ. λ.

A. f. 177. b. Καὶ ταῦτα τοῦ κυρίου ἡμᾶς ἐπιθαρσύνοντος, μὴ χρῆναι περὶ τροφῆς μηδ' ἕνεκεν τῶν τοῦ σώματος χρειῶν μεριμνᾷν, καὶ οὐκ ἀλογίστως προτρέποντος, σὺν παραστάσει δὲ λογικῇ παραμυθουμένου τὴν διδασκαλίαν· παρῄνει γὰρ λέγων, μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε· οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλείων ἐστὶ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; καὶ πρῶτος μὲν οὗτος συλλογισμὸς συνάγων ὅτι μὴ δέοι τινὰ περὶ ἑαυτοῦ μεριμνᾷν· εἰ γὰρ τροφῆς τῆς ἀπὸ γῆς φυομένης μείζων, καὶ κρείττων, καὶ τιμιωτέρα τυγχάνει ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ, λογικὴ οὖσα καὶ νοερὰ οὐσία, ταύτην δὲ μὴ οὖσαν εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν ὁ θεὸς, καὶ ταύτης ἡμῖν μηδὲν μεριμνήσασι μετέδωκε, ἐμψύχους ἡμᾶς καὶ λογικοὺς ἀπεργασάμενος 1), τί χρὴ φροντίζειν περὶ τοῦ χείρονος, ὅπερ ἐστὶν ἡ τροφή; ὁ γὰρ τὸ κρεῖττον δεδωκὼς, οὐκ ἀδυνατήσει καὶ τὸ χρειῶδες αὐτοῦ παρασχεῖν· καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος περιβολῆς ὁ αὐτὸς λόγος· εἰ γὰρ ἀνωμολόγηται τὸ τοῦ ζώου σῶμα, ἀπαραθέτῳ συγκρίσει κρεῖττον εἶναι τοῦ ἔξωθεν αὐτῷ περικειμένου ἐνδύματος, τὸ δ' ὅλον σῶμα ζωῆς μετέχον καὶ ψυχῆς ὁ δημιουργὸς αὐτὸς συνεστήσατο, τί χρὴ ἀγωνιᾷν μὴ ἄρα ἀδυνατήσῃ τὸ χεῖρον παρασχεῖν, τοῦτο δ' ἦν τὸ ἔνδυμα, ὁ τὸ κρεῖττον ὑποστησάμενος; οὗτος μὲν οὖν πρῶτος ἀποδεικτικὸς συλλογισμός.

A. f. 177. b. * Matth. VI. 26. Καὶ δευτέρῳ κέχρηται παραδείγματι λέγων *, ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσι, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά; οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; εἰ γὰρ τούτοις, ὧν μὴ πατὴρ τυγχάνει, ταῦτα δ' ἦν τὰ πετεινὰ, τῆς αὐτάρκους τροφῆς προὐνόησεν ὁ τῶν ἁπάντων κηδεμὼν καὶ προνοητὴς θεὸς, ὑμῶν τῶν κατ' εἰκόνα τὴν αὐτοῦ πεποιημένων, διὰ τὴν ἐν ὑμῖν νοερὰν καὶ λογικὴν οὐσίαν πατὴρ τυγχάνων, πῶς οὐ πᾶσαν ποιήσεται τῆς ζωῆς φροντίδα; καὶ θρέψει γε ὑμᾶς ἀμερίμνως, οἷα πατὴρ υἱοῖς ἐξ ἑτοίμου παρέχων τὰ πρὸς τὴν χρείαν μᾶλλον ἢ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, οἷς ἀκοπιάτως ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα τὰ πρὸς τροφὴν

cur vererentur inferioribus his tribunalibus intrepidi adstare, et cum magistratibus ac regibus disceptare? Cur denique fiducia non augerentur, propter dandi ipsis Spiritus promissionem?

Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis etc.

Haec ait Dominus cohortans nos, ne escae corporisque commoditatum necessariam curam esse putemus; neque id temere faciens sed rationali argumento magisterium suum roborans. Hortabatur enim dicens: ne solliciti sitis quid manducetis vel quid bibatis vel quo induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum? Et hoc quidem primum argumentum est, demonstrans non debere quemquam de se esse sollicitum. Nam si alimento, quod de terra gignitur, maior meliorque est atque pretiosior hominis anima, quae rationalis est et intellectualis substantia, quamque minime existentem, ad existendum Deus perduxit, nobisque minime de ea cogitantibus adtribuit, quos animatos rationalesque fecit, cur de re deteriore, id est esca, solliciti simus? Nam qui rem potiorem dedit, is quae usui huic sunt dare non impedietur. Et de corporis indumento idem sermo valet. Nam si in confesso est animantis corpus incomparabiliter melius esse, quam quodvis exterius huic impositum vestimentum; et si totum corpus vitae animaeque particeps creator constituit; cur sit ambigendum utrum ipse possit quod deterius est suppeditare, id est vestimentum, a quo nobilius circumtegitur? Atque hoc primum demonstrativum argumentum est.

Deinde et altero exemplo utitur dicens: respicite volatilia caeli, quoniam non serunt, et pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Nam si his, quorum pater non est, nempe volucribus, sufficientem escam praeparavit omnium curator et provisor Deus, quum vos ad eius imaginem sitis conditi, vestrique propter intellectualem rationalemque substantiam pater sit, cur vitae vestrae curam non geret? vosque adeo securos non alet, ceu pater filiis prompte suppeditans quae usui sunt, magis quam caeli volucribus, quibus sine labore sine labore sine satione atque aratione escam praebet; pa-

1) Animadverte Eusebii sententiam de singulis a Deo creatis hominum animabus.

tre nimirum vestro vitam illis simul escamque largiente. Sollertissime autem in hac ad discipulos suos adhortatione, haud generali aliquo irrationalium animantium exemplo usus est, neque item serpentium aut ferarum, neque iumentorum aut piscium meminit, neque avium simpliciter, quandoquidem et horum aliquae carnivorae sunt, aliae in terra pascuntur, aliae invicem vorant. Ideo a cadaverum carniumque voracibus, seminibus pasci solitas secernens volucres, atque has his verbis designans quod nempe neque serunt neque metunt neque in horrea congregant, et tamen pater vester caelestis pascit illa; easdemque alte volitare significans, dum sicut caeli volatilia discipulos suos ad simile alimenti genus capessendum hortabatur; simul ipsos ad contemplandam universalis curatoris providentiam mittens, subiecto exemplo quod multo magis ipsorum quam volatilium alendorum curam geret caelestis pater. Dum autem caelestem patrem appellat, maximum nos dogma docet. Nam quum sit nostrum cuiusque pater is qui carnem nostram sevit; quum sit item caelestis pater, qui rationalem intellectualemque vim nobis indidit, cur iam solliciti simus? Nonne firmiter credendum est naturalem nostrum melioremque (animae) patrem nobis magis consulturum, quam caeli volatilibus, quae ob Dei providentiam ad illa usque protensam, tanta et tam facili esca abundant, ita ut sint pinguia et fortia et optim apraedita valetudine? Iam secundum Lucam dicens Dominus «considerate corvos» plus aliquid significat. Nam quae seminibus pascuntur volucres, magis obviam escam habent; carnivorae autem, cuiusmodi corvi sunt, difficiliorem. Sed tamen ne hi quidem alimento carent, propter ad omnia pertinentem providentiam. Tertio quoque argumento ad idem usus est dicens: « quis autem vestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum unum? Si » ergo neque quod minimum est potestis, cur » de ceteris solliciti estis? » Si nemo proprio studio additamentum corpori suo facere

περίζεται, τοῦ ὑμετέρου πατρὸς ὁμοῦ καὶ ζωὴν αὐτοῖς καὶ τροφὴν δωρουμένου. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ἐπὶ προτροπῇ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, οὐχ ἁπλῷ παραδείγματι τῷ τῶν ἀλόγων ἐχρήσατο ζώων, οὐκ οὖν ἑρπετῶν οὐδὲ κτηνῶν οὐδὲ μὴν ἰχθύων ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' οὐδὲ ὀρνέων ἁπλῶς εἶπεν, ἐπειδὴ καὶ τούτων τὰ μὲν σαρκοφαγεῖ, τὰ δὲ γῆν σιτεῖται, τὰ δὲ ἀλληλοφαγεῖ· διὸ τῶν νεκροβόρων καὶ σαρκοβόρων ἀφορίσας τὰ σπερμοφάγα τῶν πετεινῶν, καὶ ταῦτα δηλώσας διὰ τοῦ φάναι οὐ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά· τούτων τε αὐτῶν ἐμφήνας τὰ ὑψηλοπετῆ διὰ τοῦ προσειπεῖν αὐτὰ οὐρανοῦ πετεινὰ, τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπὶ τὴν ὁμοίωσιν τῆς τούτων τροφῆς παρόρμα· ὁμοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς πάντων ἐφόρου προνοίας παραπέμπων αὐτοὺς, ὡς ἂν τεκμαίρεσθαι δυναμένους ἐκ τοῦ παραδείγματος ὅτι πολὺ μᾶλλον αὐτῶν ἢ τῶν πετεινῶν τοῦ ουρανοῦ τῆς τροφῆς φροντιεῖ ὁ οὐράνιος αὐ-ῶν πατήρ· πατέρα δὲ καλῶν οὐράνιον, δόγμα μέγιστον ἐξεπαίδευεν· ὄντος γὰρ πατρὸς σωμάτων τοῦ τὴν σάρκα σπείραντος ἑκάστῳ, ὄντος δὲ καὶ πατρὸς οὐρανίου τοῦ τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν δύναμιν ἐν ἡμῖν ὑποστησαμένου, τί χρὴ μεριμνᾷν; οὐχὶ ἀκριβῶς πεπεῖσθαι, ὅτι πολὺ πρότερον ἡμῶν ὁ κατὰ φύσιν καὶ κρείττων πατὴρ προνοήσεται, ἢ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἃ διὰ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν μέχρι καὶ αὐτῶν ἐκτεινομένην, τοσαύτης ἐξ ἑτοίμου τροφῆς εὐπορεῖ, ὡς εὐτραφῆ καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἐῤῥωμένα τυγχάνειν; κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν λέγων ὁ κύριος κατανοήσατε τοὺς κόρακας 1), πλεῖον τι ἐμφαίνει· τοῖς μὲν γὰρ σπερμολόγοις τῶν πτηνῶν ἑτοιμοτέρα ἐστὶν τροφή· τοῖς δὲ σαρκοβόροις, ὥσπερ οἱ κόρακες, δυσχερεστέρα· A. f. 178.
ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τὰ τοιαῦτα τροφῆς ἀπορεῖ διὰ τὴν πανταχοῦ ἐκτεταμένην πρόνοιαν. Καὶ τρίτῳ συλλογισμῷ εἰς τὸ αὐτὸ ἐχρῆτο λέγων « τίς » δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ » τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; εἰ οὖν οὔτε » ἐλάχιστον δύνασθε, περὶ τῶν λοιπῶν τί με» ριμνᾶτε; » ἀλλ' εἰ μηδεὶς οἰκείᾳ φροντίδι πώποτε προσθήκην ἑαυτῷ τοῦ σώματος ἐπενόησεν,

1) Nempe Luc. XII. 24. Hinc rursus videmur cognoscere Eusebium commentari vel generatim ad evangelia, vel certe in superioribus commentatum fuisse ad Matth. VI 25. seq., ut etiam verba evangelica citata *τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ* etc. suadent. Nicetas igitur traxisse haec ad catenam in Lucam videtur, de qua re iam in praecedentibus diximus. Attamen qualescumque hae nostrae dubitationes sunt; duo sunt alioqui certissima: primum, materiam totam esse Eusebii, cuius nomen constanter in citatis omnibus codicum locis legitur: secundum, debuisse nos, ut fecimus, commentarium hunc in Lucam inscribere, quia cuncta haec deprehensa a nobis fuerunt in quatuor diversis ad Lucam catenis, non vero in aliorum evangelistarum explanationibus. Hoc ergo 4. codicum testimonium pro Eusebii commentario in Lucam peremptorium apparet.

ἀλλ᾽ οὐδὲ τῇ προθεσμίᾳ τοῦ τῆς ζωῆς χρόνου, μεμεριμνήσας τίς οἷος τ᾽ ἂν εἴη πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βίου γενόμενος, ἡμέρας μιᾶς διάστημα ἢ καιρὸν βραχύτατον ὥρας ἑαυτῷ περινοῆσαι, τί χρὴ περιττῶς μεριμνᾷν, δέον ἐπιτρέψαντας τῷ θεῷ τὴν αὐτοῦ βουλὴν περιμένειν; βουληθέντος γὰρ αὐτοῦ αὔξειν ἡμᾶς, αὔξομεν, μηδὲν μεριμνήσαντες· καὶ βουληθέντος ἡμᾶς ζῆν καὶ μακροβίους εἶναι, ζησόμεθα καὶ πολυετεῖς γενησόμεθα, μηδὲν μεριμνήσαντες· μὴ βουλομένου δὲ αὐτοῦ παραμένειν τινὰ τῶν βίων, μάταια πᾶσα φροντὶς ἀνθρώπου.

potest; si neque, statuto vivendi spatio, quantumvis cogitet, potest quisquam vitae fini proximus, vel unius diei intervallum aut brevissimum horae momentum sibi comparare, cur frustra sollicitudinibus angimur, quum opus sit Dei voluntatem expectantes perstare? Nam si is voluerit nos augere, utique augebimur nihil cogitantes: et si voluerit nos diu vivere, sane permultis annis sine ulla cura fruemur. Nolente autem eo in vita aliquem perseverare, vana quaelibet hominis cura est.

A. f. 178. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τροφῆς διετάττετο· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ ἐνδύματος παρῄνει λέγων· « κατανοήσατε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει κ. τ. λ. » Πάλιν κἀνταῦθα μετὰ συλλογισμοῦ συνάγει, πείθων προσδοκᾶν πάντως ἔνδυμα παρὰ τοῦ Θεοῦ αὐτοῖς δοθήσεσθαι· εἰ γάρ τις ἐστὶ φιλότιμος παρ᾽ ἀνθρώποις, ἐσθῆτι πολυτελεῖ καὶ φιλοκαλίᾳ, θεάσασθε φησὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὡς ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς θεὸς μέχρι καὶ τῶν γῆς φυομένων ἀνθέων τὴν πολυποίκιλον αὐτοῦ σοφίαν ἐκτείνας παντοίοις χρώμασί τε καὶ κοσμήμασι κατεκόσμησε ταῦτα, μετασχηματίσας μὲν τὴν γῆν, καὶ τὴν κόνιν αὐτὴν τὴν ἄψυχον, τό τε ταύτης μεταβαλὼν εἶδος, ἁλουργίδος τε καὶ χρυσοῦ πολὺ κρείττοσι βάμμασιν, ἐν ὑμέσι λεπτοῖς καὶ εὐανθέσι τὸν ἐξ αὐτοῦ κόσμον ἐν αὐτῇ καταθέμενος· ὡς μηδενὸς τρυφηλοῦ βασιλέως, μηδ᾽ αὐτοῦ Σολομῶνος τοῦ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπὶ σοφίᾳ καὶ πλούτῳ καὶ τρυφῇ βοηθέντος τοσαύτην εὑρεθῆναι φιλόκαλον τέχνην, ὡς ἑνὶ τῶν ἀπὸ γῆς ὡραίων ἀνθέων ὁμοιότατον περίβλημα κτήσασθαι· τί οὖν χρὴ θαυμάζειν, εἰ ὁ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ τὸν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, οὗ τέλος ἡ διὰ πυρὸς φθορὰ, τοῦτον ἀμφιέσας τὸν τρόπον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐνδυμάτων αἰσθητῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου προνοήσει ;—

Atque haec de alimentis disserebat; pariterque de indumentis monebat dicens: «considera» te lilia, quomodo crescunt, et reliqua.» Rursus heic quoque argumentando concludit, suadens ut indumentum quoque a Deo ipsis datum iri expectent. Nam si quis est apud homines pretiosae vestis atque ornamenti studiosus; spectate, inquit, quomodo universi auctor Deus usque ad enatos tellure flores multiplicem suam sapientiam extendens, omni colorum atque ornatuum genere illos vestit, terram transformans, pulveremque eius inanimem, eiusdemque speciem immutans, melioribus multo tincturis quam videntur purpura et aurum, et tenuibus philyris floridisque, suam quodammodo formositatem in eis collocans: ut nullius delicati regis, neque ipsius Salomonis, qui apud veteres sapientia opibus deliciisque celebratus est, tantum pulcritudinis artificium compertum fuerit, ut uni ex his pulcris floribus par indumentum habere potuerit. Quid ergo mirum, si qui agri foenum nulli rei utile, quod igne consumptum perit, ita convestit, vobis quoque sensibilia indumenta in praesente vita providentia sua comparabit?—

A. f. 180. Οὕτως οὖν ἁπάντων ὀλιγωρεῖν, μόνης δὲ τῆς βασιλείας μεταποιεῖσθαι προσέταττε· μὴ γὰρ ζητοῦσι τὴν βασιλείαν μηδὲ ἀρετῆς πρόνοιαν ποιουμένοις, οὐδὲν τῶν ἐπηγγελμένων ἔσαι· μόνοις δὲ ταῦτ᾽ ἐξ ἑτοίμου παρέσεσθαι τοῖς μεριμνῶσι τὰ τοῦ θεοῦ, ὅπως ἂν αρέσαιεν αὐτῷ καὶ τοῖς περὶ τὴν ζήτησιν τῶν κρειττόνων ἠσχολημένοις· μεριμνῶσι γὰρ τὰ τῷ θεῷ φίλα, ἀντιμεριμνήσειν τὸν θεόν.

Sic ergo omnia negligere; solum vero regnum (Dei) exquirere praecipiebat. Nam regnum nequaquam quaerentibus, nec virtutis curam gerentibus, nihil praedictorum suppeditabitur. Solis autem haec facile aderunt, qui quae sunt Dei curant, atque ut ei placeant satagunt, et meliorum rerum studio dant operam. Nam Deo grata curantibus, vicissim curam impendet Deus.

Cap. XII. 34. Ὅπου γάρ ὁ θησαυρός ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.

Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

A. f. 181. Φυσικῶς γὰρ πᾶς ἄνθρωπος περὶ ὃ σπουδάζει διάκειται, κἀκεῖ πάντα τὸν νοῦν ἔχει ἔνθα κεκτῆσθαι τὴν ὠφέλειαν νενόμικε· διὰ τοῦτο καὶ τὸν λογισμὸν ἐπάγει τοῦ μὴ δεῖν ἐπὶ γῆς θη-

Natura quippe comparatum est, ut omnis homo rem, cui studet, animo complectatur, atque ibi mentem defigat, unde utilitatem se capere arbitratur. Quare Iesus sententiam ad-

dit, ne struendis in terra opibus inhaereamus. Qui enim, ait, in hac mortali vita facultates bonorumque cumulum adeptus est, suamque spem in praesentis vitae negotiis collocavit, necesse est eum tam gravibus vinculis praepeditum, cunctas suas cogitationes mentemque omnem, quam Iesus cor appellavit, humi depressam habere, atque ibidem concretam volutantemque, ubi thesaurum suum possidere se putat. Qui vero caelestibus doctrinis nutritus magnopere satagit, ut vota sua sursum erigat, spemque in caelestibus promissis ponat; quique omissa cumulandarum in terra opum sollicitudine, summam sectatur paupertatem, totoque animo ad meliora converso, suam rem omnem in caelo sistere studet, atque illuc fortunam universam praemittere; merito is equidem spem egregiam inde lucratur, quia mentem suam atque consilia caelestibus rebus implicat. Ubi enim thesaurum habet, ibi mens eius consistet: ita ut corpore tantum versari in terris cum hominibus videatur, animi autem vi caelestes sedes iam occupare. Ergo unum quemque hominem oportet spectare superna, eoque spem dirigere; ubi thesaurum suum iam acervavit.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis.

Iam alibi docuit quum de nuptiis diceret: simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Tamquam igitur peractis nuptiis, convivioque absoluto, redit dominus ad servos vigiles, qui sponso ad sumendam sibi sponsam adventanti, et nunc iam animae fores pulsanti, promptissime morigerabuntur atque aperient, propterea quod perpetuo vigiles, adventum eius praestolati fuerant. Ait igitur: beati servi illi, quos veniens invenerit vigilantes. Quidni vero hi beati, qui tantam mercedem relaturi erant? Igitur cum sacramento confirmat: amen dico vobis, praecincturum se, discumbentibus illis, et transeuntem eisdem ministraturum. Nocti autem comparans humanam vitam, ceu reapse tenebris et inscitia circumfusam, diversis vigiliis, id est horis temporibusque nocturnis, humanae vitae spatium assimilat: in quo siqui sine requie vigilant, propter obitus incertum casum, beatos eos appellat. Iam hac adhortatione quaenam sublimior esse potest, qua nimirum

σαυρίζειν· εἰ μὲν γάρ τις, φησὶν, ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τὰς κτήσεις καὶ πᾶσαν ὕπαρξιν συνείληχεν, ἀναρτήσας αὐτοῦ τὴν πᾶσαν ἐλπίδα ἐπὶ τὰ παρόντα τοῦ βίου πράγματα, ἐξ ἀνάγκης οἷα δὴ δεσμοῖς τοσούτοις πεπεδημένος, πάντα τὸν αὐτοῦ λογισμὸν καὶ πᾶσαν τὴν διάνοιαν, ἣν δὴ καρδίαν ὠνόμασε, κάτω που πρὸς τῇ γῇ κέκτηται, κἀκεῖ φύρεται καὶ καλινδεῖται, ἔνθα κεκτῆσθαι τὸν αὐτοῦ θησαυρὸν νενόμικεν· εἰ δὲ τοῖς οὐρανίοις μαθήμασιν ἐντραφεὶς πάντα πράττοι, τὸν αὐτοῦ σκοπὸν ἄνω προσαναρτήσας, καὶ τὴν ἐλπίδα ῥίψας ἐπὶ τὰς οὐρανίους ἐπαγγελίας, τοῦ μὲν συνάγειν ἐπὶ γῆς οὐδεμίαν ποιούμενος φροντίδα, τὴν ἄκραν δὲ μετιὼν ἀκτημοσύνην, καὶ ὅλος γινόμενος πρὸς τοῖς κρείττοσιν, ἐν οὐρανῷ τε πάντα συνάγειν, κἀκεῖ τὸν αὐτοῦ πλοῦτον ταμιεύεσθαι, καὶ πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν ἐκεῖ προπέμπειν σπουδάζων, εἰκότως ὁ τοιοῦτος ὄνοιτ' ἂν ἐντεῦθεν τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος, τῷ τὴν διάνοιαν καὶ τὸν λογισμὸν οἰκειοῦν ἑαυτοῦ τοῖς οὐρανίοις· ἔνθα γὰρ ἔχει τὸν θησαυρὸν, ἐκεῖ καὶ τὴν διάνοιαν ἕξει· ὡς δοκεῖν μὲν ἐπὶ γῆς παρεπιδημεῖν, καὶ τῷ σώματι μόνῳ συνεῖναι ἀνθρώποις, τῇ δὲ δυνάμει τὰς οὐρανίους ἤδη διατριβὰς μετιέναι· ὥςε ἄνω βλέπειν δεῖ, καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ὅπου καὶ τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ συναγήοχεν.

Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, ποτε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων. Cap. XII. 36.

Ἐν ἑτέραις *ἤδη ἐδίδαξε περὶ τῶν γάμων εἰπών· ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ· ὡς οὖν ἤδη τῶν γάμων γεγενημένων, καὶ τοῦ συμποσίου τελεσθέντος, ἐπάνεισιν ὁ κύριος ἐπὶ τοὺς ἐγρηγορότας δούλους, οἳ ἐπειδὰν ἀφίκηται αὐτὸς ὁ νυμφίος τὴν παράληψιν τῆς νύμφης ποιησόμενος, κρούσαντι αὐτῷ τὴν τῆς ψυχῆς θύραν, ἑτοιμότατα ὑπακούσουσι καὶ ἀνοίξουσι, διὰ παντὸς ἐγρηγορότες, καὶ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἐκδεχόμενοι· ἐπιλέγει γοῦν· μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν εὑρήσει γρηγοροῦντας· καὶ πῶς γὰρ οὐ μακάριοι οἱ τοσαύτης μέλλοντες ἀξιωθήσεσθαι τιμῆς; ἐπόμνυται γοῦν αὐτοῖς φάσκων ἀμὴν· λέγω ὑμῖν, ὅτι περιζώσεται καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς· νυκτὶ δὲ παραβάλλων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ὡς ἀληθῶς σκότους καὶ ἀγνοίας οἰκεῖον, διαφόροις φυλακαῖς, τουτέςιν ὥραις καὶ καιροῖς τῆς νυκτὸς, τὸν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς παρεικάζει χρόνον· ἐν ᾧ τοὺς διὰ παντὸς ἐγρηγορότας διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἑκάστου τελευτῆς, μακαρίους ἀποφαίνει· ταύτης δὲ τῆς προτροπῆς τίς ἂν γέ-

B f. 125. b.
* Matth. XXII. 2.

νοῖτο ἀνωτέρα; ἢ τὸν δεσπότην ἐπήγγελται αὐτὸν τοῖς δούλοις διακονήσειν, τοὺς δὲ δούλους ἀνακλιθήσεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, τουτέστι διαναπαύσεσθαι; προϊὼν δὲ αὖθις τὴν αὐτὴν ἐπισφραγίζεται ἐπαγγελίαν τοῖς μαθηταῖς λέγων· ἐγὼ δὲ
* Luc. XXII. 27. sq. ἐν μέσῳ ὑμῶν εἰμι ὡς ὁ διακονῶν *· ὑμεῖς δὲ ἐστὲ οἱ διαμεμενηκότες μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου· κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθ᾽ ἃ διέθετό μοι ὁ πατήρ μου, βασιλείαν· ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· τοιαύτης τεύξονται μακαριότητος οἱ δοῦλοι, οὓς ἐλθὼν ὁ κύριος εὑρήσει γρηγοροῦντας· κατὰ γὰρ τὸν θνητὸν τοῦτον βίον, ἅτε παῖδες ἔτι ὄντες καὶ νήπιοι, καὶ μήπω τοῦ νυμφῶνος ἠξιωμένοι, ἐπ᾽ ἀλλοδαπῆς δὲ οἰκοῦντες, ἅτε ξένοι τῶν ἐνταῦθα, καὶ παρεπίδημοι, καὶ ὑπὸ παιδαγωγοῖς καὶ ἐπιτρόποις ἀνατρεφόμενοι, οὐκ εἶχον πάντοτε τὸν νυμφίον μεθ᾽ ἑαυτῶν·
* Matth. IX. 15. διὸ καὶ ἐνήστευον, καθὼς εἶπεν * ὅτι ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτῶν, ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν· ἀλλ᾽ ἐπὶ τέλει αὐξήσαντας αὐτοὺς καὶ τελειωθέντας παραλήψεσθαι ἐπαγγέλλεται, καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ συνεισάξειν νυμφῶνα· ὅτε καὶ ἀνακλίνας αὐτοὺς, διακονήσει αὐτοῖς· οἱ δὲ συνόντες αὐτῷ ἀεὶ, οὐκέτι νηστεύσουσιν, ἀλλὰ διαπαυσάμενοι τῶν καμάτων, τῆς οὐρανίου τρυφῆς ἀπολαύσουσιν.

Cap. XII. 39. Εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται.

B. f. 126. b. Διὰ πλειόνων νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι ἡμῖν παρακελεύεται, οὐ μόνον διὰ τὴν ἀθρόαν καὶ ἀπροσδόκητον ἄφιξιν τῆς ἡμέρας κυρίου, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν κλέπτην τὸν τοῖς κατὰ θεὸν πλουσίοις καὶ οἰκοδεσπόταις ἐφεδρεύοντα· οὗτος δέ ἐστιν ὁ καιρὸς τῆς ἑκάστου τελευτῆς, ἢ καὶ ὁ μέλλων τὴν ἑκάστου ψυχὴν παραλαμβάνειν ἄγγελος κατὰ καιρὸν τοῦ θανάτου 1)· εἰ μὲν οὖν ᾔδειμεν τὸν καιρὸν τῆς τοῦ κλέπτου παρουσίας, τὴν ὥραν ἐχρῆν ἐκείνην μόνην ἐπιτηρεῖν, πρὸς τὸ μὴ ἀφιέναι διορυγῆναι ἡμῶν τὸν οἶκον· ἐπεὶ δὲ ἄδηλος ἐστὶν οὗτος, δεήσει ἀεὶ ἐγρηγορέναι· οὐ γὰρ ἴσμεν ὁποίᾳ φυλακῇ ἐπιθήσεται· διὸ γρηγορητέον διὰ παντὸς, καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρετέον τὴν καρ-
* Prov. IV. 23. δίαν κατὰ τὸν παροιμιαστὴν *), καὶ ἀγρυπνητέον διὰ πάσης τῆς τοῦ θνητοῦ βίου νυκτὸς, ὅπως ἄσυλοι διαμένωμεν, μὴ ἐῶντες διορυγῆναι ἡμῶν τοὺς τῆς ψυχῆς θησαυρούς· οὕτω γὰρ ἔσται ἡμῖν εὖ κατ᾽ ἀμφότερα, ὅτι τε σώαν ἐφυλάξαμεν τὴν ἑαυτῶν ὕπαρξιν, καὶ ὅτι τὸν κύριον ἡμῶν ἐπιστάντα καὶ κρούσαντα τῆς ψυχῆς ἡμῶν τὴν θύραν, ἑτοίμως ὑπεδεξάμεθα, πολλῷ τῷ

dominus dicitur servis suis ministraturus, hi autem in illius reguo recubituri, id est requie potituri? Deinde rursus promissum idem firmavit, quum discipulis dixit: ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat. Vos quippe estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum; ut manducetis atque bibatis de mea mensa in regno meo. Hac potientur beatitate servi, quos dominus vigilantes invenerit. Namque in hac mortali vita, ceu pueri adhuc et infantes et nondum nuptiali conclavi digni, sed alienam veluti regionem incolentes, quasi peregrini quidam et advenae, et sub tutoribus adhuc et curatoribus enutriti, nequaquam sponsi pleno consortio utebantur. Quare ieiunabant, propterea quod ipsis dictum esset, fore ut sponsus ab iis auferretur, et tum ieiunarent. Veruntamen ubi in perfectam aetatem creverint, recepturum se eos spondet, atque in suum conclave ducturum: ac tum iis discumbentibus ministraturum: qui perpetua consuetudine eius iam potiti, diutius non ieiunabunt; sed laboribus relaxati, caelestibus deliciis perfruentur.

Si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset.

Multis de causis frugi nobis agitare vitam vigilareque mandat, non solum ob subitum inopinumque diei Domini adventum, sed etiam propter furem divinorum bonorum divitibus ac veluti patribusfamilias insidiantem. Is autem est uniuscuiusque obitus, vel etiam angelus qui cuiusque morientis animam excepturus est. Si ergo sciremus quonam tempore fur ille venturus esset, unicam illam opus foret horam observare, ne nostras pateremur aedes perfodi: nunc quia haec latet, perpetuo experrectos esse oportebit: neque enim novimus qua ille vigilia incursionem faciet. Quare prorsus vigilandum est, omnique custodia, ut ait proverbiorum auctor, servandum cor; universaque haec mortalis vitae nox insomnis transigenda, ne forte direptionibus pateamus, neve animae nostrae thesauros effodi permittamus. Sic enim utrimque recte habebimus; tum quia proprias opes tuiti fuerimus, tum quia dominum nostrum, cum venerit et pulsaverit animae no-

1) Notabilis doctrina Eusebii, antiquissimi auctoris, de angelorum erga homines cura. Profecto ubique cernimus, ecclesiae hodiernae catholicae doctrinam priscis patribus innixam.

strae fores, prompte excipiemus, copiosa lampade instructi, lumbosque succincti.

Ait Dominus: quisnam est fidelis vilicus et prudens?

Petro roganti sic respondet, ut doceat se indefinite universos allocutum fuisse. Verumtamen superiora illa dicta fuerunt, ut constanter vigilaremus propter furem cavendum et propter domini adventum. Nunc, quae fieri inter vigilandum oporteat, necessario addit; nempe hortatur ut ne nostram tantummodo, verum etiam alienam curemus salutem. Nam lumbos praecingere et lampadem inflammare, propriam cuiusque utilitatem significat. Scientiae enim luminibus oportet semper illustrari; tum etiam pudicitia omnique virtute lumbos mentis praecingere; itemque perpetuo vigilare furemque cavere, ne clam effodiat mentis aerarium, et acervatas ibi opes diripiat: praeterea dominum omni vitae tempore praestolari. Sed illatenus non est subsistendum: nam ceu pignus quoddam, conservorum curam a Domino nostro accipientes, praestare fidem oportet, et sic fideles ac prudentes evadere; ne umquam intempestive, sed idoneo tempore, conservis nostris alimoniam praebeamus: neque hanc negligenter aut sero, cum res postulat; neque rursus immodice ubi non est opus, sed et suo tempore et non sine modulo. Id vero dupliciter faciendum est, nempe et rationali iuvamine, dum eorum animas doctrinae pabulo meliores facimus; et materiali etiam ope, erga eos qui eiusmodi subsidio egent. Atque haec, inquam, omnia continenter curanda sunt, ut si forte dominus noster subito adventans demigrare secum nos iubeat, in praedictis versantes nos deprehendat; sortemque recte agenti tribuat priore multo maiorem. Namque ob vigilias suique adventus expectationem spondet, illis discumbentibus, succinctum se ministraturum: ob fidelem vero ac prudentem vilicationem tempestivamque demensi distributionem, quia vult beatissimos declarare, non alicui parti sed facultatibus universis se praefecturum felicem illum sacramento confirmat. Hinc etiam eruditus divus apostolus, perfectos secundum Deum, heredes Dei, Christique coheredes, vocabat, aiebatque: sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura; omnia nostra esse. Opes au-

φωτὶ παρεσκευασμένοι, καὶ τὰς ὀσφύας ἐζωσμένοι.

Εἶπε δὲ ὁ κύριος· τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος; Cap. XII. 12.

Πρὸς τὴν ἐρώτησιν Πέτρου ἀποκρίνεται διδάσκων ἀορίστως πρὸς πάντα εἰρῆσθαι τὰ λελεγμένα· ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν εἴρηται περὶ τοῦ διὰ παντὸς ἐγρηγορέναι ἕνεκεν τῆς τοῦ κλέπτου φυλακῆς καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας· τί δὲ χρὴ πράττειν γρηγοροῦντας, νῦν ἀναγκαίως προςτίθησι, παραινῶν μὴ τὸ ἑαυτῶν μόνον σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑτέρων σωτηρίας φροντίζειν· τὸ μὲν γὰρ ἀνεζῶσθαι τὰς ὀσφύας, καὶ τὸν λύχνον ἀνῆφθαι, τὴν αὐτοῦ τινὸς εἰς ἑαυτὸν ὠφέλειαν ἐδήλου· γνώσεως τε γὰρ φωτὶ διὰ παντὸς καταυγάζεσθαι ἀναγκαῖον, σωφροσύνῃ τε καὶ πάσῃ ἀρετῇ τοῦ λογισμοῦ τὴν ὀσφὺν περιεζῶσθαι, ἐγρηγορέναι τε διὰ παντὸς καὶ τὸν κλέπτην διαφυλάττειν, μὴ λαθὼν διορύξειε τὸ τῆς ψυχῆς ταμεῖον, ἀποσυλήσειέ τε τὰ ἐν αὐτῷ συνηγμένα· ἔτι γε μὲν καὶ τὸν ἑαυτοῦ κύριον πάντα τὸν τῆς ζωῆς χρόνον ἐκδέχεσθαι· ἀλλὰ μὴ μέχρι τούτων ἑςάναι· παραθήκην δ᾽ ὥσπερ ὑποδεξαμένους παρὰ τοῦ ἑαυτῶν δεσπότου τὴν τῶν συνδούλων ἡμῶν κηδεμονίαν, φυλάττειν τὴν πίςιν προσήκει, οὕτω τε πιςοὺς γενέσθαι καὶ φρονίμους ὡς μήποτε ἀκαίρως, ἀεὶ δὲ τῷ προσήκοντι καιρῷ, τοῖς ἡμετέροις συνδούλοις τὸ σιτηρέσιον διανέμειν, μήτε παρορῶντας καὶ ὑπερτιθεμένους, ὅτε δεῖ, μήτε οὐ δεομένοις παρέχοντας ἀκαίρως, ἀλλὰ καὶ καιρῷ τῷ προσήκοντι, καὶ μὴ ἀμέτρως τοῦτο ποιεῖν· τοῦτο δὲ πράττειν κατὰ δύο τρόπους, διά τε τῆς λογικωτέρας ὠφελείας τὰς ψυχὰς αὐτῶν βελτιοῦντας ταῖς διὰ τῶν μαθημάτων τροφαῖς, διά τε τῆς τῶν αἰσθητῶν ὑπαρχόντων πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς ἐπικουρίας· ταῦτα δὲ διὰ παντὸς ἐνεργεῖν, ἵνα εἴ ποτε ἀθρόως ἐπιστὰς ὁ κύριος ἡμῶν τὴν παράληψιν ἡμῶν ποιοῖτο, εὑρεῖν ταῦτα πράττοντας ἡμᾶς, ἐπαγγελίαν τε τῷ καὶ ταῦτα κατορθοῦντι τοῦ προτέρου πολλαπλασίονα δίδωσιν· ἐπὶ μὲν γάρ τῷ ἐγρηγορέναι, καὶ τὴν αὐτοῦ διὰ παντὸς περιμένειν παρουσίαν, ἀνακλίνειν ἐπήγγελται καὶ διακονῆται αὐτὸς περιζωσάμενος· ἐπὶ δὲ τῇ πιςῇ καὶ ἔμφρονι οἰκονομίᾳ καὶ τῇ κατὰ καιρὸν διανεμήσει τῆς τροφῆς, τρισμακαρίους ἀληθῶς ἀποφαίνων, οὐκ ἐπί τι μέρος ἀλλ᾽ ἐπὶ πάντων τῶν ὑπαρχόντων καταςήσειν τὸν μακαριζόμενον, μετὰ προσθήκης τοῦ ἀμὴν ἐπιςώσατο· ἔνθεν καὶ ὁ ἱερὸς ἀπόςολος ὠφελημένος, τοὺς κατὰ Θεὸν τελείους, κληρονόμους Θεοῦ καὶ συγκληρονόμους Χριςοῦ ἐκάλει *, καὶ ἔλεγεν *· εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεςῶτα, εἴτε μέλλοντα,

B. f. 127.

* Rom. VIII. 17.
* I. Cor. III. 22.

πάντα ἡμῶν εἶναι· ὑπάρχοντα δὲ αὐτοῦ, τὰ ἐν τῇ βασιλείᾳ νοητέον ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν.

tem illius, intelligenda sunt regni bona, quae oculus non vidit.

Cap. XII. 45. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος κ. τ. λ.

B. f. 127. b. Ὁ μὲν πιστὸς καὶ φρόνιμος τοιούτων τεύξεται· ὁ δ' ἐναντίος τούτῳ ὀργῆς δεσπότου πειραθήσεται, διχοτομηθεὶς καὶ ἀποτεμνόμενος τοῦ σώματος τῶν ἀγαθῶν δούλων, κλῆρον τε καὶ μερίδα λαμβάνων μετὰ τῶν ὑποκριτῶν ἢ τῶν ἀπίστων· ὧν τὸ τέλος κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· ὅσα γὰρ τοῖς ὀδοῦσι κατήσθιε, καὶ ὅσα μεθυσκόμενος ἐπλημμέλει, ταῦτα ἀποκλαύσεται· δίκην τὴν προσήκουσαν διδοὺς τῆς τε κατὰ τῶν συνδούλων παρανομίας, καὶ τῆς ἀκολάστου τρυφῆς, καταφρονήσεως τε τῆς εἰς τὸν δεσπότην, ὃν ὡμολόγει μὲν μὴ ἀγνοεῖν· καὶ ᾔδει ὡς ἄρα κύριον ἔχει, ἀναβάλλεσθαι δὲ αὐτὸν τὴν κρίσιν εἰς μακροὺς χρόνους ὑπολαμβάνων, ἑαυτὸν ἠπάτα.

Quod si dixerit servus ille etc.

Fidelis quidem et prudens haec bona consequetur: huic dissimilis iram domini experietur; dividetur scilicet, ac separabitur a bonorum servorum corpore, sortemque suam et partem cum hypocritis sive infidelibus recipiet, quorum finis luctus et stridor dentium. Nam quantum dentibus devoravit et ebrietate peccavit, tantumdem plorabit; iustas dans poenas iniquitatis suae adversus conservos, intemperantisque luxuriae, et spreti domini, quem sibi non incognitum fatebatur. Et sane probe noverat se domino non carere; sed dum iudicium ab eo diutissime dilatum iri arbitratur, semet ipse fefellit.

Cap. XIII. 20. Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ κ. τ. λ.

A. f. 194. b. Ζύμην τὴν ἀπὸ τοῦ σπόρου τελεσιουργηθεῖσαν δύναμιν ὁ σωτὴρ ὀνομάζει, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦτον αἰνιξάμενος τὸν τρόπον· ὁ γοῦν τῆς οὐρανίου βασιλείας λόγος μετὰ τὴν πρώτην ἐν οὐρανοῖς σπορὰν αὐξηθεὶς κατὰ καρπὸν ἀποδοὺς ἐντελῆ, τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐπιχορηγίαν τοῖς διὰ τῶν πρώτων ὠφελημένοις παρέχει, ζύμης δίκην φύραμα ζυμούσης· γυνὴ δὲ ταύτην, ἡ σοφία τοῦ θεοῦ, εἰς ἀλεύρου σάτα τρία ἐγκρύπτει· τοῖς γοῦν πορισαμένοις ἐκ πολλῆς ἐπιμελείας καὶ τῆς τοῦ σπόρου γεωργίας, ἀλεύρου σάτα τρία, δόγματα θεῖα καὶ γνῶσιν τὴν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ἡ τοῦ θεοῦ σοφία τὸ ἅγιον πνεῦμα χορηγεῖ· ἡ δ' αὐτὴ καθ' ἑτέραν διάνοιαν πάντα τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος συνεστῶτα, τῇ ἐπιχορηγίᾳ τῆς θείας ἐμπνεύσεως ζυμοῖ, ἐγκρύπτουσα τὴν ἐξ αὐτῆς ὠφέλειαν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία τὰ νενοημένα, ἕως οὗ ζυμωθῇ ὅλον· οὕτω γοῦν τῇ μετοχῇ τῆς οὐρανίου ζύμης ποιηθεὶς καὶ ζυμωθεὶς, οὐράνιος καὶ πνευματικὸς χρηματίσει ἄνθρωπος, καὶ νέον φύραμα, ὡς ἂν μικρᾶς κράσεως γενομένης, τῶν τριῶν ἀλεύρων ἀποδεδομένων, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἐμπνεύσεως· καὶ δὴ νέος ἄρτος καὶ πνευματικὸς γενόμενοι, κατὰ τὸν ἀπόστολον ὅς φησιν *, εἷς ἄρτος καὶ ἓν σῶμα ἐσμὲν οἱ πολλοὶ, εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀναληψόμεθα τοῦ ζωοποιοῦ τῶν ὅλων ἄρτου, ὃς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν, ἑαυτῷ παραπλησίους καὶ ἡμᾶς ἀπεργασάμενος· εὖ δὲ γυναικὶ ἀφωμοίωσε τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ ἐν τούτοις· Χριστὸς δέ ἐστιν ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία καταλλήλως τῷ τῆς ζύμης ὑποδείγματι·

* I. Cor. X. 17.

Cui simile aestimabo regnum Dei? Simile est fermento etc.

Fermenti nomine appellat Servator efficacem seminis vim, sanctum Spiritum ita significans. Igitur caelestis regni Verbum post primam in caelis sationem auctum, fructumque perfectum reddens, sancti Spiritus ministrationem iis qui a primis institutoribus imbuti fuerunt praebet, fermenti instar massam fermentantis. Mulier autem, Dei nempe sapientia, in farinae satis tribus abscondit. Illis itaque qui multa cura et seminis cultura sata farinae tria obtulerint, divina nempe dogmata Patris Filii sanctique Spiritus notitiam, sapientia Dei Spiritum sanctum suppeditat: eademque, secundum alium sensum, quemlibet Dei hominem, corpore anima spirituque constantem, divina inspiratione fermentat, abscondens utilitatem suam in intellectualibus farinae satis tribus donec totum fermentetur. Sic ergo caelestis fermenti participatione, caelestis fiet spiritalisque homo, novaque massa, parva veluti facta crasi ex farinis tribus, et insita illis inspiratione. Novus nimirum nos facti spiritalis panis, iuxta apostolum dicentem, unus panis unumque corpus sumus multi, imaginem similitudinemque contrahemus vivificantis omnia panis, qui de caelo descendit, nosque sibi similes effecit. Recte vero mulieri comparavit hoc loco sapientiam Dei; est enim Christus tum Dei virtus, tum Dei sapientia, fermenti exemplo repraesentatus. Nam sicut in seminis parabola, agricolae personam satoris-

que induxit, neque enim illic commode mulieris mentio facta fuisset, ita hoc loco ubi de fermento sermo est in farinae sata tria coniecto, aptissime parabola in muliere panifica, cum qui illic dictus est seminator repraesentavit.

Age vero apud Matthaeum, postquam caelorum regnum in fermento repraesentaverat, quo sancti Spiritus donum denotavit, et evangelicae doctrinae utilitatem, in subiuncta illic parabola idem regnum thesauro simile dixit. Est autem magnus hic thesaurus secundum caelestia effata dignis repositus, quem oculus non vidit, quique multos latet. Qui vero hunc novit, utpote qui Dei imaginem in se conservavit, gaudio elatus, ceu qui summum bonum invenerit, reliqua omnia posthabenda iudicat, ut hunc possideat. Porro thesauro simul agroque memorato, hominem inventorem apposuit, ut Dei studiosam hominis mentem significet. Igitur suprascripta parabola sub absconsi thesauri nomine caelestes atque eximias denotat promissiones; multae enim mansiones apud patrem sunt; divitiasque Dei, quae sunt omnis boni thesaurus, demonstrat.

Quae vero sequitur margaritae parabola, ea mihi significare videtur pretiosiorem praedictarum opum partem. Est autem haec divinitas Unigeniti, quae cunctis in praedicto thesauro contentis exquisitior est; quam qui adquisiverit, superna beatitate dignus fit. Margarita autem merito nominatur incarnatum Dei Verbum; quia haec margarita, in carne licet et ostracio atque humore genita, pretiosum quid est, et prae omnibus ex humore natis corporibus honorabilis. Certe margarita videtur humidum corpus, splendidum, caelestibus simile, luce ac spiritu plenum. Sic etiam incarnatum Verbum, lumen intellectuale est, de mortali humidoque corpore emicans. Iam quum aliae multae extiterint margaritae sanctae Deoque gratae, prophetae videlicet iustique homines, qui et ipsi carne constipati erant propter carneam hominum vitam, nemo alius, praeter hunc solum, vere Unigenitus splendidissimus ac pretiosissimus inventus est. Adeo ut Isaias quoque de eo va-

ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου, γεωργοῦ πρόσωπον καὶ σπορέως εἰσῆγεν, οὐκ ἂν εὐλόγως ἐν ἐκείνοις μνημονευθείσης γυναικὸς, οὕτω κἀνταῦθα ἐπὶ ζύμης φυρομένης εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, οἰκειότατα ἡ παραβολὴ γυναικὶ ἀρτοποιουμένῃ τὸν ἐν ἐκείνοις ὠνομασμένον σπορέα ἀπείκασεν.

Κατὰ μέν τοι τὸν Ματθαῖον 1) κεκρυμμένην A. f. 194. b.
ζύμην * τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν προειπὼν, δι' * Matth. XIII. 33.
ἧς ἐδήλου τὴν ἐπιχορηγίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος,
καὶ τὴν ὠφέλειαν τὴν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου, διὰ τῆς ἑξῆς παραβολῆς τὴν αὐτὴν βασι-
λείαν ἐοικέναι φησὶ θησαυρῷ*· εἴη δ' ἂν θησαυρὸς * Matth. XIII. 44.
μέγας ὁ κατὰ τὰς οὐρανίους ἐπαγγελίας τοῖς ἀξίοις τεταμιευμένος, ὃν ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, ὃς τοὺς πολλοὺς λανθάνει· ὁ δὲ τοῦτον νοήσας, ὡς τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ θεοῦ σώζων ἐν ἑαυτῷ, χαρᾶς ἔμπλεως γεγονὼς, ὡς ἂν τὸ τέλειον τῶν ἀγαθῶν εὑρηκὼς, τὰ λοιπὰ πάντα δεύτερα τίθεται, καὶ τοῦτον ἀντιλαμβάνει· καταλλήλως δὲ θησαυρὸν καὶ ἀγρὸν εἰπὼν, ἄνθρωπον αὐτῷ συνῆψε τὸν εὑρηκότα· οὕτω δηλώσας τὸν ἐν ἀνθρώπῳ θεοφιλῆ νοῦν.
Ἡ μὲν οὖν ῥηθεῖσα αὕτη παραβολὴ διὰ τοῦ θησαυ- A. f. 195.
ροῦ τοῦ κεκρυμμένου τὰς οὐρανίας ἐπαγγελίας ἐδήλου τὰς ὑπερβεβηκυίας, πολλαὶ γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ τὸν ἐν θεῷ πλοῦτον, θησαυρὸν ὄντα παντὸς ἀγαθοῦ.

Ἡ δὲ μετὰ ταύτην διὰ τοῦ μαργαρίτου *, A. f. 195. * Matth. XIII 45.
αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ τὸ τιμιώτερον τοῦ δηλωθέντος πλούτου· εἴη δ' ἂν ἡ θεότης αὐτὴ τοῦ μονογενοῦς, ἡ πάντων τῶν ἐν τῷ ἀποδοθέντι θησαυρῷ τεταμιευμένων τιμιωτέρα, ἣν ὁ κτησάμενος, τῆς ἀνωτάτω μακαριότητος ἠξίωται· μαργαρίτης δὲ ὠνόμασαι εἰκότως ὁ σαρκωθεὶς θεὸς λόγος, ἐπεὶ καὶ ὁ μαργαρίτης τοιοῦτος ἐν σαρκὶ μὲν καὶ ἐν ὀστρέῳ καὶ ἐν ὑγροῖς γεννώμενος, τίμιον δέ τι χρῆμα, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑγροῖς σωμάτων τιμαλφέστερον· ἔοικε γοῦν εἶναι τῇ φύσει σῶμα ὑγρὸν, διαυγὲς θεοειδὲς, φωτὸς καὶ πνεύματος γέμον· εἴη δ' ἂν καὶ σαρκωθεὶς λόγος τοιοῦτος, φῶς νοερὸν διὰ θνητοῦ καὶ ὑγροῦ σώματος ἐκλάμψαν· πολλῶν γε μὴν καὶ ἄλλων μαργαριτῶν ὄντων ἁγίων καὶ θεοφιλῶν, προφητῶν τε καὶ δικαίων ἀνδρῶν, καὶ αὐτῶν ἐν σαρκὶ πεπιλημένων διὰ τὸν ἔνσαρκον τῶν ἀνθρώπων βίον, οὐδεὶς ἕτερος ἢ μόνος εἷς οὗτος ἀληθῶς μονογενὴς καὶ πολυφεγγὴς καὶ πολύτιμος εὕρηται· ὡς καὶ Ἡσαΐαν θεσπίσαι περὶ αὐτοῦ
καὶ εἰπεῖν * ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον πολυ- * Is. XXVIII. 16.

1) Heic quoque a Luca provocat ad Matthaeum Eusebius; quod cum per se non dedecet, tum rectissime fieri potuit ab eo qui in tetraevangelium fortasse commentabatur.

τελῆ ἐκλεκτὸν ἀκρογωνιαῖον ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ καταισχυνθήσεται. Ὁ δὴ οὖν μέλλων τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν καταξιοῦσθαι, προσφυῶς παραβέβληται ἐμπόρῳ ἀνδρὶ φιλοκάλῳ τινὶ καὶ φιλομαθεῖ καὶ ποικίλων δοκιμαστῇ λόγων, ὃς περιϊὼν πολλοὺς μὲν ἀνεῦρε μαργαρίτας, παντοίους ἐν ἀνθρώποις ἁγίους· τέλος δὲ τὸν πολύτιμον εὑρὼν, ὃν ὁ λόγος παρεστήσατο, πάντων τῶν πρότερον αὐτῷ πεπορισμένων τοῦτον ἀντικατηλλάξατο, ταυτὸν τῷ προτέρῳ πράξας, (ὁ πάντα ὅσα εἶχε πωλήσας, καὶ ἀγοράσας τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον·) καὶ τοῦτο ἂν εἴη τέλος τῆς ἄκρας μακαριότητος τὸ κατακοσμηθῆναι τῷ πολυτιμήτῳ μαργαρίτῃ, δηλαδὴ τῷ φωτὶ τῆς θεότητος τοῦ μονογενοῦς λόγου· ἀρχὴ μὲν γὰρ ἦν ὁ σπόρος· εἶτ᾽ ἐπίδοσις τῆς τοῦ σίτου καρποφορίας· καὶ τρίτον ἡ ἀπὸ τῶν ζιζανίων διάκρισις· τέταρτον ἡ ἐπὶ μέγα δένδρον τοῦ σπόρου φυή· πέμπτον ἡ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ζύμωσις· ἕκτον ὁ θησαυρὸς τῶν οὐρανίων ἐπαγγελιῶν· ἕβδομον ἡ αὐτοῦ κτῆσις τοῦ θεοῦ λόγου, ἐν ᾧ πᾶς κατακοσμεῖται ὁ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἄξιος·

A. f. 198. Ταῦτα δὲ πρὸ τῶν ἔργων ἀνεφωνεῖτο· προλέγοντος τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τοῦ σωτῆρος, ἃ δὴ καὶ τέλους οὐκ εἰς μακρὸν ἐτύγχανε, ὥστε μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον ὀφθαλμοῖς ὁρᾶσθαι τῶν ἔργων τὰ ἀποτελέσματα· καθ᾽ ὅλης οὖν ἐξ ἐκείνου τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, ἐκ μὲν ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τὰ τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας σύμβολα [1] διὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτοῦ ἐθεωρεῖτο, μυρίων ἐν αὐταῖς κατὰ τὸ σωτήριον εὐαγγέλιον βιούντων, τοῖς τε παλαιοῖς προφήταις καὶ αὐτῷ γε τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὁμοίως θεοσεβεῖν φιλοτιμουμένων· ἐπεὶ κἀκεῖνοι προλαβόντες τοῖς χρόνοις τοὺς Μωϋσέως νόμους, τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον βίῳ τὲ καὶ τρόπῳ διέλαμψαν, τῆς μὲν ἐκ πατέρων ἡκούσης εἰς αὐτοὺς πολυθέου πλάνης κατεγνωκότες, τοῦ δ᾽ ἐπὶ πάντων θεοῦ τὴν γνῶσιν ἀνειληφότες· διὸ δὴ τῶν ἐθνῶν οἱ πολλοὶ ἀπ᾽ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξειν εἴρηνται, καὶ ἰσότιμοι γενήσεσθαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ μακαρίοις ἀνδράσι διὰ τὴν ἴσην ἐκείνοις ζωήν· οἱ δ᾽ αὐτῶν ἐκείνων ἀπόγονοί τε καὶ διάδοχοι, υἱοὶ τῆς βασιλείας διὰ τοὺς προπάτορας ὠνομασμένοι· δυνάμει γὰρ καὶ αὐτοῖς μετουσία ἦν ὁμοίως τοῖς προπάτορσι τῆς οὐρανίου βασιλείας· ὅπως ἀπόβλητοι τῶν ἐπαγγελιῶν γεγόνασι, δεῖγμα ἐναργὲς τῆς πόλεως ἡ ἐρημία, τοῦ ἱεροῦ ἡ πολιορκία, καὶ

ticinatus fuerit dicens: ecce pono in Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem; et qui crediderit in eum, non confundetur. Qui ergo regno caelorum dignus futurus est, praeclare comparatur mercatori viro, rei bonae studioso et perito, et multarum doctrinarum exploratori, qui circumiens multas reperit margaritas, omnimodas nempe sanctorum hominum classes. Sed pretiosa illa gemma inventa, quam Verbum obtulit, hanc cum omnibus sibi antea compertis commutavit, idem faciens quod prior ille (qui agrum ubi latebat thesaurus venditis cunctis comparavit). Atque haec erit summae beatitatis coronis, nempe si pretiosa margarita ornabimur, id est lumine divinitatis Verbi unigeniti. Initium quippe fuit semen; deinde fructificantis frumenti germinatio; tertium discretio a zizaniis; quartum seminis in magnam arborem incrementum; quintum per sanctum Spiritum fermentatio; sextum divinorum promissorum thesaurus; septimum ipsa Dei Verbi adquisitio, quo unusquisque exornatur, qui regno caelorum dignus est.

Haec ante opera loquebatur Servator, nimirum res futuras nuncians, quae reapse exitum paulo post nactae sunt, ita ut haud longa mora interposita spectare oculis res gestas licuerit. Per totum igitur ex eo tempore mundum, regni Dei symbola apud omnes populos in Christi ecclesiis cernebantur, plurimis iam hominibus ad salutaris evangelii normam viventibus, et prophetas veteres, ipsosque Abrahamum Isaacum atque Iacobum religiosa pietate aemulantibus: siquidem et hi, tempore praevertentes Moysis leges, vita evangelica ac moribus inclaruerunt; quia traditum sibi a maioribus polytheismi errorem damnantes, universalis Dei cognitionem adoptarunt. Quapropter multi ethnici ex oriente atque occasu venturi dicuntur: parique honore futuri atque Abrahamus, vir beatus, propter simile vitae genus. Horum vero posteri ac successores, filii regni ob suos progenitores nominati sunt. Namque intima vi ipsis quoque inerat, aeque ac progenitoribus, caelestis regni participatio. Sed enim quod a re promissa exciderint, evidens indicium est urbis vastitas, templi obsessio, et ipsorum per omnes gen-

1) Symbola intelliguntur praesertim cruces, ut passim loqui solet Nicephorus in opere pro ss. imaginibus.

tes dispersio, servitus apud hostes, insuperque legitimi illorum cultus cessatio, Christi ignoratio, et ab evangelica doctrina alienatio. Haec omnia, inquam, signa perspicua sunt earum in quibus versantur tenebrarum, propterea quod salutari lumini adversati sunt.

Per hoc videtur mihi regni ipsius notionem tradere, quia regis impressam imaginem, denarii cusus typus exhibet. Quia igitur cunctos in vineam profectos et religiosam pietatem amplexos, unaque et eadem opera perfunctos, eodem regno potiri aequum erat, ideo cunctis regni symbolum, denarius videlicet, iure datur; quorum alii quidem ab adolescentia fuerunt vocati, alii circa medium humanae vitae tempus, alii in aetatem iam virilem et perfectam provecti, alii denique iam senes et in vitae occasum decidui. Fortasse aliquis aliter explanans dicet, congruere parabolae significatum priscis ab exordiente mundo usque ad eius consummationem divina vocatione dignatis hominibus; ita ut mane vocati dicantur ad religionis opus illi qui initio mundi iuste vixerunt: secundo loco Enochus ac Noë: tertia hora Abrahamus: sexta hora Moyses et Iosue ac iudices: nona hora homines aetate prophetarum: denique undecima hora illi qui post divini Servatoris manifestationem extiterunt. Atque hos omnes dignos esse habitos dicet una eademque mercede, denario significata, qui in Dei regnum deferebatur.

Non me videbitis, donec veniat cum dicetis,
benedictus qui venit in nomine Domini.

Nempe iidem homines, quibuscum praesentibus praesens ipse loquebatur, statim ac eum divina cum gloria atque angelorum comitatu venientem de caelo viderint, cogentur eum confiteri benedictum qui venit in nomine Domini patris sui.

Homo quidam fecit caenam magnam,
et vocavit multos.

Diversa est hac parabola ab ea quam Matthaeus scribit. Ibi enim rex, nuptiaeque filii

αὐτῶν ἡ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασπορά, καὶ ἡ ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς δουλεία, καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ στέρησις τῆς κατὰ τὰ νόμιμα αὐτῶν θρησκείας, τοῦ τε Χριστοῦ ἡ ἀγνωσία, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν μαθημάτων ἡ ἀπαλλοτρίωσις· ταῦτα γὰρ ἅπαντα σεμεῖα ἐμφανῆ εἴη ἂν τοῦ διαλαβόντος αὐτοὺς σκότους, ᾧ περιπεπτώκασι διὰ τὴν τοῦ σωτηρίου φωτὸς ἐναντίωσιν.

Δι' οὗ δοκεῖ μοι 1) τὸ γνώρισμα τῆς Βασλείας αὐτῆς ὑποφαίνειν, ὅτι δὴ βασιλέως ἐντετυπωμένην εἰκόνα, τοῦ δηναρίου τὸ χάραγμα σημαίνει· ἐπειδὴ τοίνυν πάντας τοὺς ἐπὶ τὸν ἀμπελῶνα καὶ τὸ τῆς θεοσεβείας πολίτευμα παρελθόντας, μιᾶς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἐργασίας ἁψαμένους, τῆς αὐτῆς βασιλείας μετασχεῖν ἦν δίκαιον, τούτου χάριν εἰκότως τοῖς πᾶσι τῆς βασιλείας τὸ σύμβολον τὸ δηνάριον ἀποδίδωσιν, ὧν οἱ μὲν ἐν νεότητι ἐκλήθησαν, οἱ δὲ περὶ τὸν μέσον τῆς ἀνθρώπου ζωῆς χρόνον, οἱ δὲ τὸν ἄνδρα τέλειον ἤδη καὶ ὑπερβεβηκότα ἀνειληφότες, οἱ δὲ κατὰ τὸν πρεσβύτην αὐτὸν γεραλέοι λοιπὸν καὶ περὶ δυσμὰς ἔχοντες τοῦ βίου· εἴποι δ' ἄν τις καὶ ἑτέρως ἐξηγούμενος ἐφαρμόττειν τὰ διὰ τῆς παραβολῆς δηλούμενα τοῖς ἀνέκαθεν ἐκ πρώτης τοῦ βίου στάσεως μέχρι συντελείας καταξιουμένοις τῆς ἐνθέου κλήσεως· ὥσπερ ἅμα πρωῒ κεκλῆσθαι λέγειν ἐπὶ τὴν θεοσεβείας ἐργασίαν τοὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ βίου πρώτους δικαιωθέντας· δευτέρους δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἐνὼχ καὶ Νῶε· τοὺς περὶ τὴν τρίτην, τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβραάμ· τοὺς δὲ περὶ τὴν ἕκτην, τοὺς ἀμφὶ τὸν Μωϋσέα καὶ Ἰησοῦν καὶ κριτάς· τοὺς δὲ περὶ τὴν ἐννάτην, τοὺς ἐν τοῖς χρόνοις τῶν προφητῶν· τοὺς δὲ περὶ τὴν ἑνδεκάτην, τοὺς μετὰ τὴν σωτήριον θεοφάνειαν· οὓς δὴ πάντας καταξιωθήσεσθαι ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ μισθοῦ τοῦ κατὰ τὸ δηνάριον δεδηλωμένου, ὅπερ εἰς τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν ἀνεφέρετο. A. f. 198.

Οὐ μή με ἴδητε ἕως ἂν ἥξῃ. ὅτε εἴπητε εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. Cap. XIII. 35.

Αὐτοὶ γὰρ ἐκεῖνοι οἷς τότε παρὼν παροῦσι διελέγετο, θεώμενοι αὐτὸν μετὰ τῆς ἐνθέου δόξης, καὶ σὺν ἀγγέλων δορυφορίᾳ ἐρχόμενον ἐξ οὐρανῶν, ὁμολογεῖν ἀναγκασθήσονται αὐτὸν εἶναι τὸν εὐλογημένον τὸν ἐρχόμενον ἐν ὀνόματι κυρίου τοῦ ἑαυτοῦ πατρός. A. f. 199. b.

Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς 2). Cap. XIV. 16.

Ἀλλοτρία αὕτη ἡ παραβολὴ πρὸς τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ *· ἐκεῖ μὲν γὰρ βασιλεύς, καὶ γάμοι B. f. 140. b. * Matth. XXII. 2.

1) Sequens fragmentum usque ad ἀνεφέρετο in codice A dicitur Eusebii simul et Origenis.
2) Convivii haec parabola scribitur etiam in Eusebii Theophania lib. IV. 16, sed tamen ibi syriacus contextus ab hoc graeco nostro nimis differt.

υἱοῦ βασιλέως, καὶ κλήτορες πολλοὶ, καὶ οἱ κληθέντες οὐκ ἀπῆλθον, ἀλλὰ καὶ τοὺς δούλους ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν, καὶ στράτευμα κινούμενον κατὰ τῶν ἀνῃρηκότων τοὺς δούλους, καὶ ὁ διὰ τὴν ῥυπαρὰν ἐσθῆτα ἐκβαλλόμενος τοῦ γάμου· ὧδε δὲ ἄνθρωπος εἰσάγεται ψιλὸς, καὶ δεῖπνον ἁπλῶς, καὶ εἷς ἐπὶ τὴν κλῆσιν ἐκπέμπεται, καὶ οἱ κληθέντες παραιτοῦνται μόνον τὴν κλῆσιν, ἀσχολίαν σκηπτόμενοι· τὸ δὲ κεφαλαιωδέστερον, ὅτι ἐκείνη μὲν ἐν τῷ ἱερῷ λέλεκτο πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, αὕτη δὲ ἐπὶ τῆς Γαλιλαίας ἐν οἰκίᾳ τινὸς ἄρχοντος φαρισαίου· τῶν γὰρ συνανακειμένων τίς ἀκούσας τὸ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναι σοι, ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων· τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς νοουμένης· πρὸς οὖν τὸν εἰρηκότα μακάριος ὅστις φάγηται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, τις ἂν γένοιτο οὗτος ὁ μακάριος διὰ τῆς παραβολῆς ὁ σωτὴρ παρίστησι λέγων, ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα· πάλιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν τούτοις ἄνθρωπον ὀνομάζων.

B. I. 140. b. Μέγα δὲ αὐτοῦ δεῖπνον νοήσεις, τέως μὲν ἀπιδὼν εἰς τὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης λογικὸν συμπόσιον τῶν ἱερῶν καὶ θείων τροφῶν τῶν πανταχοῦ γῆς διὰ τῶν θεοπνεύστων ἀναγνωσμάτων πᾶσι τοῖς ἔθνεσι παραδεδομένων· ἐντεῦθεν δὲ μετάβα τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὴν προσδοκωμένην τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθὲ τοῦ τότε μεγάλου ὡς ἀληθῶς δείπνου, ἐν ᾧ συναναπαύσονται ἀγγέλοις καὶ ταῖς κατ' οὐρανὸν θείαις δυνάμεσιν αἱ τῶν μακαρίων ψυχαὶ, ἐν ᾧ τραφήσονται τῷ τῶν ἀγγέλων ἄρτῳ· πληρουμένου κυρίως τότε καὶ θεοπρεπῶς τοῦ
*Ps. LXXVII. 25. φάσκοντος λόγου *, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος· οὐ γὰρ πολυειδὴς ἔσται ἡ τότε τροφὴ, οὔτε ἡδύσματος οὔτε ὄψων δεομένη, ἄρτῳ δὲ μόνῳ ἀθανατοποιῷ καὶ ζωῆς αἰωνίου παρεκτικῷ τραφήσονται οἱ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον θρέψαντες, οὓς ὠνόμασεν ὁ σωτήρ· ὁ δὲ ἄρτος πάλιν εἴη ὁ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν λογικῶν τρόφιμος λόγος· τοῦτο γοῦν αὐτὸς
* Ioh. VI. 35. ἐδίδαξεν εἰπών *· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· τοῦ γὰρ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεὸν θεοῦ λόγου μεταλήψει πᾶσα ἡ τῶν ἁγίων λογικὴ φύσις ζωοποιεῖται· ἃ δὴ δοκεῖ μοι ἐκ προτέρων μαθημάτων πεπαιδευμένος ὁ συνανακείμενος τῷ Ἰησοῦ εἰρηκέναι· μακάριος ὅστις φάγηται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· οὐδὲ γὰρ τῶν τυχόντων τίς ἦν ὁ ταύτην ἀφεὶς τὴν φωνὴν, ἀλλ' ὡς οἶμαι

regii, et vocatores multi sunt, et vocati non iverunt, quin immo servos contumeliis adfectos occiderunt, et exercitus commovetur in servorum interfectores, et quidam ob vestem sordidam nuptiali convivio expellitur. Heic autem unus homo introducitur, et caena privata, et unus vocator mittitur, et vocati deprecantur tantummodo vocationem, occupationes suas praetendentes. Quodque adeo praecipuum est, illa in templo dicta fuit apud pontifices senioresque populi, haec in Galilaea domi cuiusdam principis pharisaei. Et quidem unus discumbentium audit, beatus eris quia non habent quod tibi retribuant; retribuetur enim tibi in iustorum resurrectione. Porro resurrectio, idem esse intelligitur atque regnum Dei. Iamvero ei qui dixerat, beatus qui panem comedet in regno Dei, quisnam esset hic beatus declaravit Servator per parabolam dicens, homo quidam caenam magnam fecit: rursus se ipsum his verbis hominem nominans.

Ut autem magna caena quaenam sit intelligas, interim quidem specta hoc in orbe universo spiritale convivium sacrorum divinorumque ciborum, quod ubique terrarum per divinitus inspiratas scripturas cunctis populis exhibetur. Hinc autem mentem transfer ad expectatum caelorum regnum, atque reputa caenam illam vere magnam, in qua cum angelis divinisque caelorum virtutibus beatae animae requiescent, angelorumque pane nutrientur: quo sane tempore dictum illud firmiter splendideque complebitur, panem angelorum manducavit homo. Neque enim multiplex erit ille cibus, neque condituris aut obsoniis egebit; sed uno pane immortalitatis satore vitaeque aeternae datore nutrientur ii, de quibus Servator loquitur, quique in praesenti vita aliis alimenta praebuerint. Panis vero rursum intelligitur, qui et animas et angelos et rationales quae in caelo sunt mentes alit. Id quod ipse docuit dicens, ego sum panis vitae. Nam per Dei Verbi in principio apud Deum existentis participationem, universa sanctorum rationalis natura vivificatur. Atque haec sane videtur mihi a praecedentibus doctrinis edoctus homo ille, qui cum Iesu discumbebat, dixisse: beatus qui panem comedet in regno Dei! Neque enim gregarius quivis hanc

emisit vocem, sed ut arbitror principalis aliquis inter eos qui a Servatore honorati fuerant. Quare et cum illo recumbebat, et eius sermonibus prudenter admodum mentem intendebat, ut iam nec regnum Dei ignoraret, immo et illum nosset vitae panem, qui regno dignos nutrit: tantaque fiducia erat, ut apud ipsum Servatorem dogmaticam quaestionem commoverit: quare et eius gratia totam Servator instituit parabolam, docens, quisnam esset hic vere beatus, qui panem comedet in regno Dei.

Multos ergo in parabola ait ad magnam caenam vocatos, atque ad panem in hac appositum; ceteroqui haud omnes gratia potitos; hac enim caruisse vocatos illos, qui aliis negotiis distenti fuerunt, multifariis scilicet; nam vel pecunia agrisque occupati, vocationi opes praetulerunt, immo adeo vocationem prae his deprecati sunt; vel vitae negotiis pressi, vel nuptiarum prolisque vinculis impediti, vel aliis denique id genus curis irretiti. Atque in hos lata sententia hisce verbis est: dico vobis, neminem illorum virorum, qui quum vocati fuissent, vitae occupationes excusaverunt, caenam meam gustaturum. Porro alios ea fruituros ait rebus huiusmodi minime obnoxios, nempe tenuiores quosdam et membris mutilos. Erant autem hi dediti olim idolis ethnici, quorum animas scelesti daemones male mulcaverant: quos convivii auctor pro sua denuntiatione exceptos, omni animi morbo ac languore expedivit. Deinde vero mensae quoque adhibebit: ita ut illi dicturi sint: parasti coram me mensam adversus eos qui tribulant me. Tum panem illis atque alimoniam spiritalem praebebit: atque hinc solido iam cibo impertiet eos, et intellectuali exhilarabit vino. Quare dicent: et calix meus inebrians quam praeclarus est! Atque haec omnia Deus suppeditat, dum ipsis caelestium bonorum arrhas in huius vitae muneribus elargitur. Licet quoque secundum aliam interpretationem dicere, primos vocatione dignanter donatos fuisse qui de circumcisione erant; verum hi dum melioribus occupatos se dictitant, vocationem contumelia adfecerunt: habentesque veluti agros apud se scripturas, aratores boves prophetas, sapientiaeque convictu, uxoris instar, utentes, evangelicam gratiam flocci fecerunt.

τῶν σφόδρα μεγάλων καὶ παρὰ τῷ σωτῆρι τιμῆς ἠξιωμένων· διὸ καὶ συνανακλίνεται αὐτῷ, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις συνετῶς προσεῖχεν, ὡς καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν μὴ ἀγνοεῖν, γνωρίζειν δὲ καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς τὸν θρεπτικὸν τῶν τῆς βασιλείας ἀξίων· τοσαύτην τε ἄγειν παῤῥησίαν, ὡς ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἀνακινεῖν δόγματα, καὶ δι' αὐτὸν τὴν πᾶσαν εἰρηκέναι παραβολὴν τὸν σωτῆρα διδάσκοντα, τίς ἂν γένοιτο οὗτος ὁ ἀληθῶς μακάριος, ὃς φάγηται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

Πολλοὺς μὲν οὖν κεκλῆσθαι λέγει διὰ τῆς παρα- B. f. 111.
βολῆς ἐπὶ τὸ μέγα δεῖπνον, καὶ τὸν ἐν τούτῳ δεδωρημένον ἄρτον, μὴ μὴν τοὺς πάντας τῆς χάριτος ἐπιτυγχάνειν· ἀποστερεῖσθαι γὰρ αὐτῆς τῶν κεκλημένων τοὺς περὶ ἕτερον ἠσχολημένους· περισπᾶν γὰρ καὶ ἀφέλκειν τῆς κλήσεως τὰς τοῦ βίου φροντίδας διδάσκει· ταύτας δὲ εἶναι διαφόρους· ἢ γὰρ περὶ χρήματα καὶ ἀγροὺς ἀσχολούμενοι ταῦτα τῆς κλήσεως προτετιμήκασιν, ὡς παραιτήσασθαι διὰ ταῦτα τὴν κλῆσιν, ἢ περὶ τὰς τοῦ βίου πραγματείας κατατριβόμενοι, ἢ δεσμῷ γάμου καὶ παίδων ἐμπεπλεγμένοι, ἢ τισὶν ἄλλοις τοιούτοις φροντίσμασιν ἐνησχολημένοι· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀπόφασις ἐξενήνεκται λέγουσα, λέγω ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων, καὶ διὰ τὰς βιωτικὰς ἀσχολίας παραιτησαμένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου· ἑτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀπολαύσεσθαι τοῦ μακαρίου δείπνου φησὶ, τοὺς μὴ τοιούτοις τισὶ προσδεδεμένους, πτωχοὺς τινὰς καὶ ἀναπήρους· τοιοῦτοι δὲ ἦσαν πάλαι εἰδωλολατροῦντες οἱ ἐξ ἐθνῶν ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν τὰς ψυχὰς λελωβημένοι· οὓς ἀκολούθως τῇ ἐπαγγελίᾳ προσδεξάμενος ὁ ἑστιάτωρ, πᾶσαν τὴν νόσον τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ μαλακίαν πᾶσαν ἰασάμενος, ἔπειτα τῆς οἰκείας αὐτοῖς μεταδώσει τραπέζης· ὥς' εἰπεῖν αὐτοὺς, ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με*· * Ps. XXII· 5.
καὶ ἄρτον αὐτοῖς παρέξει καὶ λογικὴν τροφήν· ἐντεῦθεν ἤδη στερεᾶς βρώσεως μεταδιδοὺς αὐτοῖς, καὶ οἴνῳ δὲ αὐτοὺς εὐφρανεῖ λογικῷ· ὥς' ἂν εἰπεῖν, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με ὡσεὶ κράτιστον· ταῦτα δὲ πάντα παρέχει, τοὺς ἀῤῥαβῶνας τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν διὰ τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον χαρισμάτων αὐτοῖς δωρούμενος· δυνατὸν δὲ καὶ καθ' ἑτέραν ἐκδοχὴν εἰπεῖν, ὅτι οἱ πρῶτοι τῆς κλήσεως ἠξιωμένοι, οὗτοι δ' ἦσαν οἱ ἐκ τῆς περιτομῆς, προφάσει τῆς περὶ τὸ κρεῖττον ἀσχολίας τὴν κλῆσιν ὕβρισαν· ὡς γὰρ ἔχοντες ἀγροὺς τὰ παρ' αὐτοῖς ἀναγνώσματα, καὶ ὡς βόας ἀροτῆρας κεκτημένοι τοὺς προφήτας, καὶ ὡς ἂν σοφίᾳ τινὶ οἷα γυναικὶ συμβιοῦντες,

τὴν εὐαγγελικὴν ἐξηυτέλισαν χάριν· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν κληθέντες, οἱ πρὶν τὰς διανοίας κωφοὶ καὶ τυφλοὶ, προθύμως ὑπήκουσαν· διὸ καὶ τοῦ μακαρισμοῦ τεύξονται.

A. f. 201. E. f. 203. Δόξειεν 1) ἄν τις τὴν αὐτὴν εἶναι παραβολὴν τῇ παρὰ τῷ Ματθαίῳ, ἐν ᾗ βασιλεύς ἐστι γάμους ποιῶν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ δούλους ἀποστέλλων καλέσαι τοὺς κεκλημένους· ὁ δὲ μὴ παρέργως προσέχων τῇ ἀναγνώσει, εὕροιεν ἂν ἐπιστήσας τὸν νοῦν παντάπασιν ἠλλοτριωμένην ταύτην ἐκείνης· ἡ μὲν γὰρ παρὰ τῷ Ματθαίῳ πρῶτον ἁπάντων τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν παρέβαλε τὰ λεγόμενα· τοῦτο δὲ ἐνταῦθα οὐ λέλεκται· κἀκεῖ μὲν ἀφωμοίου τὸν κλήτορα βασιλεῖ, ἐνταῦθα δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον εἰσάγει· κἀκεῖ μὲν γάμους τῷ υἱῷ ὁ βασιλεὺς ἐτέλει, ἐνταῦθα δὲ ἁπλῶς δεῖπνον· κἀκεῖ μὲν πολλοὶ ἀποςέλλονται, ἐνταῦθα δὲ εἷς μόνος ἐπὶ τὴν κλῆσιν ἐκπέμπεται· κἀκεῖ οἱ μὲν ἀμελέσαντες, οὐκ ἀπήντων, οἱ δὲ λοιποὶ καὶ τοὺς δούλους ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν· ἐνταῦθα δὲ μόνον σκήπτονται ἀσχολίαν, παραιτούμενοι τὴν κλῆσιν· ἐκεῖ πάλιν ὁ βασιλεὺς ςράτευμα κινεῖ κατὰ τῶν ἀνῃρηκότων τοὺς αὐτοῦ δούλους· ἐνταῦθα δὲ ὁ ἄνθρωπος ὀργισθεὶς ἐπὶ τῇ παραιτήσει τῶν κεκλημένων, οὐδὲν μὲν τοιοῦτον ποιεῖ, τῷ δὲ ἑαυτοῦ δούλῳ προστάττει πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ τυφλοὺς εἰσαγαγεῖν· ὁ δὲ ἐπὶ τοὺς γάμους τοῦ υἱοῦ συγκαλῶν βασιλεὺς, δούλοις πλείοσιν ὑπερέταις χρώμενος, οὐ πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους, ἀλλ' οὐδὲ τυφλοὺς καὶ χωλοὺς εἰσαγει· ἐπειδὴ μηδ' ἔπρεπεν ἐπικλήσει γάμου βασιλικοῦ τοιούτους παρεῖναι· κληθέντων δὲ πολλῶν, τὸν ἀνάξια γάμου ἐνδεδυμένον, ὁ βασιλεὺς τιμωρεῖται· τὸ δὲ πάντων κεφαλαιωδέστατον, ὅτι ἡ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ παραβολὴ, ἔνδον ἐν τῷ ἱερῷ λέλεκτο πρὸς τοὺς ἀρχιερέας καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, διαλεγομένου τοῦ σωτῆρος· ἡ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἐπὶ τῆς Γαλιλαίας ἐν οἰκίᾳ τινὸς ἄρχοντος φαρισαίου ψιλὸν δεῖπνον κατασκευάζει, ἑστιωμένου παρ' αὐτῷ τοῦ σωτῆρος· προλέγει γοῦν τῆς προκειμένης παραβολῆς ὁ Λουκᾶς ταῦτα· ὅτι εἰσῆλθεν εἰς οἶκον τινὸς φαρισαίου ἑστιαθῆναι ἐν σαββάτῳ, οἱ δὲ παρετηροῦντο αὐτόν· εἶτα διελθὼν ὡς ὑδρωπικὸν ἐθεράπευσε, καὶ ὡς ἐδίδαξε μὴ τὰς πρωτοκλισίας ἐν

Qui vero post illos ex alienigenis populis vocati fuerunt, mente antea surdi caecique, alacriter obaudierunt. Quare et beatitudinem consequentur.

Existimabit fortasse aliquis eamdem esse parabolam quae apud Matthaeum, in qua rex filii sui nuptias facit, servosque dimittit invitatum convivas. Verumtamen is qui non perfunctorio studio legerit, deprehendet mentis adtentione, parabolam hanc ab illa prorsus differre. Namque illa Matthaei caelorum ante omnia regno ea quae dicuntur comparat; heic nihil eiusmodi fit. Illic convivii auctor regiam personam gerit; heic privatus homo introducitur. Ibi nuptias filii rex celebrat, heic simplex caena est. Ibi multi legatione funguntur, heic unus vocator mittitur. Ibi partim socordes venire neglexerunt, partim etiam servos contumeliis affectos interemerunt; heic unice obtendunt occupationem, ut se vocati excusent. Rursus ibi rex exercitum commovet adversus servorum suorum interfectores; heic homo quamvis iratus recusantibus invitatis, nihil eiusmodi facit: servo tamen suo mandat, ut pauperes et membris mutilos et caecos convocet. At ille qui ad filii nuptias invitat rex, famulis pluribus utitur: neque pauperes, membris mutilos, caecos, claudos ad se cogit: haud enim regiis nuptiis tales interesse invitatos decuit. Tum e numero convivarum quemdam indigna nuptiis veste indutum rex punit. Denique quod est omnium potissimum, Matthaei parabola intra templum dicta fuit, coram pontificibus ac populi senioribus concionante Domino; Lucae parabola in Galilaea domi cuiusdam principis pharisaei privatam caenam exhibet, convivante apud eum Servatore. Ergo Lucas sic praefatur parabolae: nempe Iesum in aedes cuiusdam e pharisaeis venisse ut sabbato cibum sumeret; hos autem mentem illi intendisse. Tum narrat hydropici hominis curationem, atque uti Iesus docuerit quominus primos accubitus in conviviis ambirent, neque invitarent eos a qui-

1) Triplex est loci huius eusebiani, mutatis saepe verbis, excerptum. Primum in praecedentibus dedimus ex catena anonymi auctoris in codice B. Alterum est hoc excerptum, ex catena Nicetae in codice A. Tertium est in codice E, ex catena item Macarii Chrysocephali, qui cum Niceta congruit, praeterquam initio, quod ita se habet. Πολλοῖς τισιν ἔδοξε τὴν αὐτὴν παραβολὴν εἶναι ταύτην τε τὴν παρὰ τῷ Λουκᾷ, καὶ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ περὶ τοῦ γάμου διαλαμβάνουσαν, διὰ τὸ καὶ ἐκεῖ παραίτησιν τῶν κεκλημένων εὑρίσκεσθαι· ὁ δὲ μὴ παρέργως etc. *Compluribus visum est, eamdem esse parabolam tum quae apud Lucam tum quae apud Matthaeum recitatur de nuptiis, quia et in hac altera excusationem vocatorum comperimus. Verumtamen qui haud perfunctorio studio etc.*

bus vicissim invitandi forent, sed eos potius qui remunerari nequirent. Addit, quemdam e discumbentibus haec audientem dixisse, beatus qui panem comedet in regno Dei! Iesum autem sic orsum loqui: homo quidam fecit caenam magnam. Atque ita Lucas praesentem parabolam tradit narratam a Servatore ei qui dixerat, beatus qui panem comedet in regno Dei. Quare omnino fatetur diversam hanc esse a superiore parabolam. Sed tamen quia ne ipsa quidem a caelorum regno abhorret, de quo omnis nobis institutus sermo est, videamus porro quid significent etiam ea quae in hac proponuntur. Unus recumbentium et convivantium cum Servatore in pharisaei domo, sermonibus eius commotus, beatum exclamat illum fore qui ad panem manducandum in regno Dei dignanter fuerit admissus. Puto autem hoc dictum fuisse, quia Servator invitanti se dixerat: cum prandium feceris, noli divites vocare sed pauperes, ut beatus sis. Huic ergo respondens ait: homo quidam fecit caenam magnam, et reliqua.

Coeperunt simul omnes excusare.

Ad rationale convivium non venerunt, quia voluptatum potius atque materiae quam Dei amatores erant. Nam voluptatis argumentum uxor; ager autem ac boves, avaritiae. Multos itaque vocatos dicit ad magnam caenam, et rationale per universum orbem convivium sacrarum ac divinarum scripturarum, non tamen omnes gratia potiri, qua vocati privantur quia rebus aliis curam impendunt. Etenim distrahere atque avertere a vocatione sollicitudines mundi docet, quae variae sunt: nam vel possessionibus agrisque intenti, eas res vocationi anteferunt; ita ut excusare se vocati idcirco audeant. Vel vitae negotiis atteruntur, vel nuptiarum ac liberorum vinculis implicantur, vel aliis huiusmodi curis dediti sunt. Haec enim et alia huiusmodi abducere ac distrahere solent eos qui gratiam repudiare, vocantemque, nec non novi foederis convivium, et intellectualem escam, audent. Quibus omnibus semet orbaverunt, secundum hanc quidem interpretationem, ii qui caelesti vocationi iucunditates huius mundi praetulerunt, divitias nimirum, negotia, et nuptias; quorum causa gratiam recusarunt. Se-

τοῖς δείπνοις μεταδιώκειν, μηδὲ καλεῖν τοὺς ἀντικαλέσοντας, ἀλλὰ τοὺς ἀντιδοῦναι μὴ δυναμένους, ἐπιφέρει, ὅτι ἀκούσας τὶς τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπε· μακάριος ὅστις φάγηται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα. Οὕτω δὴ ὁ Λουκᾶς τὴν προτεθεῖσαν παραβολὴν ἀνέγραψεν εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν εἰρηκότα, μακάριος ὅστις φάγηται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· ὥστε ἐξάπαντος ὁμολογεῖν ἑτέραν εἶναι ταύτην παρὰ τὴν πρώτην· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀλλοτρία τυγχάνει οὐδ᾽ αὕτη τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ πᾶς ἐνέστηκε λόγος, εἴδωμεν τί βούλεται καὶ τὰ διὰ ταύτης δηλούμενα. Τῶν συνανακειμένων τὶς τῷ σωτῆρι ἐν τῇ τοῦ φαρισαίου οἰκίᾳ καὶ συνεστιωμένων, ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων κινηθεὶς, μακαρίζει τὸν καταξιωθησόμενον φαγεῖν ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ· οἶμαι δ᾽ αὐτὸν τοῦτο εἰρηκέναι διὰ τὸ φάναι τὸν σωτῆρα τῷ κεκληκότι αὐτὸν, ὅταν ποιῇς ἄριστον, μὴ πλουσίους κάλει, ἀλλὰ πτωχοὺς, καὶ μακάριος ἔσῃ· πρὸς τοῦτον οὖν φησίν· ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. v. 18.

Ἐπὶ τὸ λογικὸν συμπόσιον οὐκ ἀπήντησαν, A. f. 202. E. f. 205.
φιλήδονοι μᾶλλον ὄντες ἢ φιλόθεοι, καὶ τῆς ὕλης ἢ τοῦ θεοῦ· φιληδονίας μὲν γὰρ δεῖγμα, γυνή· ἀγρὸς δὲ καὶ ζεύγη, τῆς φιλοχρημοσύνης· πολλοὺς μὲν οὖν κεκλῆσθαι φησὶ ἐπὶ τὸ μέγα δεῖπνον καὶ τὸ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης λογικὸν συμπόσιον τῶν ἱερῶν καὶ θείων γραφῶν, μὴ μὴν τοὺς πάντας τῆς χάριτος ἐπιτυγχάνειν· ἀποστερεῖσθαι γὰρ αὐτῆς τῶν κεκλημένων τοὺς περὶ ἕτερα ἠσχολημένους· περισπᾶν γὰρ καὶ ἀφέλκειν τῆς κλήσεως τὰς τοῦ βίου φροντίδας διδάσκει· ταύτας δ᾽ εἶναι διαφόρους· ἢ γὰρ περὶ τὰ κτήματα καὶ ἀγροὺς ἀσχολούμενοι, ταῦτα τῆς κλήσεως προτετιμήκασιν, ὡς παραιτήσασθαι τολμῆσαι διὰ ταῦτα τὴν κλῆσιν· ἢ περὶ τὰς τοῦ βίου πραγματείας κατατριβόμενοι· ἢ δεσμῷ γάμων καὶ παίδων ἐμπεπλεγμένοι· ἢ τισὶν ἄλλοις τοιούταις φροντίσμασι ἠσχολημένοι· ταῦτα γὰρ καὶ τοιαῦτα ἐπάγειν καὶ περιέλκειν εἴωθε τοὺς διὰ ταῦτα τὴν χάριν παραιτεῖσθαι τολμῶντας, καὶ τὸν κλήτορα, καὶ τὸ τῆς καινῆς διαθήκης συμπόσιον, καὶ τὴν λογικὴν τροφήν· ὧν ἁπάντων ἐστέρησαν ἑαυτοὺς, κατὰ μὲν τὴν ἀποδοθεῖσαν ἑρμηνείαν, οἱ προτιμήσαντες τῆς οὐρανίου κλήσεως τὰ ἡδέα τοῦ παρόντος βίου, πλοῦτον δηλαδὴ καὶ πραγματείας καὶ γάμον, καὶ διὰ ταῦτα

τὴν χάριν παραιτησάμενοι· κατὰ δὲ ἑτέραν ἐκδοχὴν οἱ πρῶτοι τῆς κλήσεως ἠξιωμένοι, οὗτοι δ᾽ ἦσαν οἱ ἐκ περιτομῆς, οἳ δὴ προφάσει τῆς περὶ τὸ κρεῖττον ἀσχολίας τὴν κλῆσιν ὕβρισαν· ὡς γὰρ ἔχοντες ἀγροὺς τὰ παρ᾽ αὐτοῖς ἀμφιλαφῆ ἀναγνώσματα, καὶ ὡς βόας ἀροτῆρας κεκτημένοι τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς προφήτας, καὶ ὡς ἂν σοφίᾳ τινὶ οἷα δὴ γυναικὶ συμβιοῦντες, τὴν εὐαγγελικὴν ἐξουθένισαν χάριν.—Ἐπειδὴ δὲ ἦσαν οὕτω παχεῖς τὴν καρδίαν, ἐξυφαίνει παραβολὴν ἀποχρόντως ἔχουσαν εἰς παράδειξιν τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐσομένης οἰκονομίας· πρὸς γὰρ τὸ μακάριος ἔσῃ ἀποβλέπων, καὶ πρὸς τὸ «ἀνταποδοθήσεταί σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων» ὁ συνανακείμενος μακαρίζει τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ ἄρτου· οὗτος δὲ ἦν ὁ κατὰ ἀνταπόδοσιν τῆς εἰς τοὺς πτωχοὺς φιλανθρωπίας, ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων ἀποδοθησόμενος τῷ μακαριζομένῳ, τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς νοουμένης· πρὸς οὖν τὸν εἰρηκότα μακάριος ὅστις φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, τίς ἂν γένοιτο οὗτος ὁ μακάριος, διὰ τῆς παραβολῆς ὁ σωτὴρ παρίστησιν.

A. f. 203. L. f. 209. b. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐκλήθησαν πολλοὶ εἰς τὸ πάντα ἕτοιμα φέρον δεῖπνον (τῆς γὰρ βασιλείας ἀξίως ὁ οἰκοδεσπότης τὸ τοιοῦτον ποιεῖ δεῖπνον) παρῃτήσαντο δὲ τὴν χάριν, περὶ μὲν τούτων ἀπόφασις ἐξενήνεκται ἡ φήσασα, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων, καὶ διὰ τὰς βιωτικὰς ἀσχολίας παραιτησαμένων, γεύσεταί μου τοῦ δείπνου· ἑτέρους δὲ ἀντὶ τούτων τοὺς μὴ περιπεπλεγμένους ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, καταξιωθήσεσθαι φησὶ τοῦ μακαρίου δείπνου, πτωχούς τινας καὶ τυφλοὺς καὶ ἀναπήρους, τοὺς μηδαμῶς παραιτησαμένους τὴν κλῆσιν, διὰ τὸ μήτε ἀγοράζειν, μήτε πιπράσκειν, μήτε γάμῳ σχολάζειν, μηθ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρων τινῶν τοιούτων περιέλκεσθαι, προθύμως δὲ καὶ ἑτοίμως καταδέχεσθαι τὴν χάριν· οὓς ὁ καλέσας, πρῶτον μὲν ὑγιεῖς καταστήσει, οἷος τε ὢν ῥᾳδίως πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν θεραπεύειν· ἔπειτα etc. (ut p. 187.) ὧν ἁπάντων ἐστέρησαν ἑαυτοὺς οἱ παραιτησάμενοι, τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οἱ ἄρχοντες, μεθ᾽ οὓς ἡ πληθὺς ὑπήκουσεν, ὡς πλατείαις πόλεως τῇ κατὰ νόμον πολιτείᾳ ζῶσα.—Τάχα δὲ διὰ τούτων τοὺς ἐξ ἐθνῶν ᾐνίττετο, τῷ αὐτοῦ λόγῳ προσιέναι μέλλοντας· τοιοῦτοι δ᾽ ὑπῆρχον οἱ πρὶν εἰδωλολάτραι ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν τὰς ψυχὰς λελωβημένοι, οὓς ἀκολούθως τῇ ἐπαγγελίᾳ ὑποδεξάμενος ὁ ἑστιάτωρ, πρῶτα μὲν σώους καὶ ὑγιεῖς ἀποκαταστήσει, ἀνοίξας τυφλῶν ὀφθαλμούς, πᾶσαν τὲ νόσον καὶ πᾶσαν

cundum aliam vero interpretationem, priores illi dignanter vocati, id est populus circumcisus, qui melioris instituti praetextu vocationem spreverunt. Nam quasi agros haberent copiosas suas scripturas, et boum arantium instar prophetas suos, et cum sapientia sua veluti uxore conviventes, evangelicam gratiam despuerunt.—Quia vero tantopere rudi corde erant, nectit parabolam idoneam demonstrando, futuram apud ipsos gerendarum rerum rationem. Namque ad illa verba « beatus eris » atque ad illa « retribuetur tibi in resurrectione iustorum » respiciens conviva, beatum appellat eum qui in regno dignus erit vesci pane. Porro hic intelligitur qui dandus erit remunerandi causa benignitatem pauperibus exhibitam; quique in resurrectione iustorum retribuendus est beato illi: nam resurrectio idem esse intelligitur ac regnum Dei. Dicenti ergo, beatus qui manducat panem in regno Dei, parabolam exponit Servator docens quisnam sit ille beatus.

Quoniam itaque vocati sunt multi ad paratam caenam (nam pro dignitate regni sui paterfamilias caenam huiusmodi facit) sed gratiam repudiarunt, de his lata sententia fuit dicendo: neminem virorum illorum qui vocati fuere, et ob suas mundanas occupationes recusavere, caenam meam gustaturum: alios autem, horum loco, vitae negotiis minime implicitos, dignos habitum iri ait beatâ caenâ, nempe pauperes quosdam et caecos et mutilos, qui vocationi non restiterunt; quia neque emebant, neque vendebant, neque nuptiis operam dabant, neque alio quolibet negotio distrahebantur, sed prompte expediteque gratiam admiserunt. Quos invitator, primo quidem incolumes faciet, quia facile omnem morbum atque languorem sanat. Deinde etc. Quae omnia sibi interdixerunt recusantes illi iudaicae synagogae principes; quorum loco plebs morigera fuit, quae in plateis urbis, nempe in legali politia, vivebat.—Fortasse autem his hominibus, ethnicos denotare volebat, qui ad eius magisterium erant accessuri. Hi antea idololatrae erant, quorum animas mali daemones vitiaverant; quos consentanee invitationi suae suscipiens convivator, primum quidem sanos incolumesque efficiet, caelorum oculos reserans,

omni morbo omnique languori animarum ipsorum medens; deinde iisdem spiritalem caenam exhibebit. Primi itaque vocati sunt circumcisi, qui adversus gratiam contumeliosi fuerunt. Secundi alienigenae ethnici, qui antea caeca mente erant, et mutili, et claudi, ac muti, qui etiam alacriter obtemperarunt. Iam in plateis versantes, ii credendi sunt qui lata perditionis via incedunt, et sine doctrina dogmatibusve vivunt. Tum latentes in angulis, ii qui malitiam quolibet praetextu velant. Reliqui demum tertio loco de viis saepibusque vocati, animae in inferis detentae. Multa enim sunt illarum itinera quae hinc abeunt quibus post corporis depositionem praedicavit Servator. Clementer vero iis etiam necessitatem imponit, qui nondum sua voluntate moventur. Talis est caena, quae heic invitatis parata est. Tales etiam vocati, quorum alii contumaces, ideoque ieiuni; alii morigeri, ideoque admissi. Tu vero mihi hinc mentem transfer etc. Beati ergo qui nunc esuriunt et sitiunt iustitiam, quia tunc saturabuntur, caena regia epulantes, et vitae panem participantes, novique calicis laetitiam. Quarum rerum symbola ante passionem peragens Servator, non bibam inquit amodo ex hoc genimine vitis usque in diem illum, quo illud vobiscum novum bibam in regno patris mei. Plena est bonarum rerum mensa, qua vescentur ii quibuscum foedus disposuit, propterea quod secum in tentationibus permanserint, ut manducent ac bibant in mensa eius, pane caelesti animarum sanctarum nutritore pasti, vinumque novi geniminis verae vitae participantes, quam ipse omnium Deus ac pater excolens, novum ex ipsa fructum dignis propinabit.

Quod si in te peccaverit frater tuus.

Heic vult eos, qui iniuriis lacessiti fuerunt, erga offensores suos indulgentiam expromere: sanatque dirum morbum saepenumero illorum animis innascentem, atque odium quo sibi maleficos prosequuntur resecat. Quippe adeo exacerbari solemus, ut neque peccantium obtestationes, neque supplices intercessorum preces admittamus, neque reputemus quanta et nos humanae conditionis peccata ignosci nobis a magno iudice egeamus. Apte igitur apud Matthaeum parabola Servator utitur, in qua

μαλακίαν τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἰασάμενος· ἔπειτα τὸ πνευματικὸν αὐτοῖς παραθήσει δεῖπνον· πρῶτοι μὲν οὖν ἐκλήθησαν οἱ ἐκ περιτομῆς, οἱ καὶ τὴν χάριν καθύβρισαν· δεύτεροι δὲ μετ' ἐκείνους οἱ ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν, οἱ πρὶν τὰς διανοίας τυφλοὶ καὶ ἀνάπηροι καὶ χωλοὶ καὶ κωφοὶ, οἱ καὶ προθύμως ὑπήκουσαν· εἶεν δ' ὂν ἐν πλατείαις μὲν οἱ τὴν εὐρύχωρον τῆς ἀπωλείας ὁδὸν βαδίζοντες, καὶ βιοῦντες ἄνευ διδαχῆς καὶ δογμάτων· ἐν δὲ ῥύμαις, οἱ συστέλλοντες τὴν κακίαν οἵᾳ δήποτε προφάσει· οἱ δὲ λοιποὶ, οἱ ἐξ ἐσχάτων ἀπὸ τῶν ὁδῶν καὶ φραγμῶν καλούμενοι τρίτοι, αἱ ἐν ᾄδου ψυχαί· πολλαὶ γὰρ ὁδοὶ τῶν ἐξελθόντων τὸν βίον τοῦτον· αἷς ἐκήρυξε μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος ὁ σωτήρ· φιλανθρώπως δὲ ἀνάγκην προσάγει τοῖς οὐκέτι αὐτεξουσίοις. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ δεῖπνον, ὅπερ ἐνταῦθα L. f. 214.
τοῖς δαιτυμόσιν ἡτοίμασται· καὶ τοιοῦτοί τινες οἱ καλούμενοι, οἱ μὲν ἀπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο ἀπομένοντες ἄγευστοι· οἱ δὲ εὐπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο προλαμβανόμενοι. Σὺ δέ μοι ἐντεῦθεν μετάβα τῇ A. f. 203. b.
διανοίᾳ etc. (ut p. 186.) Μακάριοι γοῦν οἱ νῦν πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι τότε χορτασθήσονται, τοῦ δείπνου τοῦ βασιλικοῦ ἐμφορούμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, καὶ τῆς εὐφροσύνης τοῦ καινοῦ ποτηρίου· ὧν τὰ σύμβολα ἐπιτελῶν πρὸ τοῦ πάθους ὁ σωτὴρ, οὐ μὴ πίω ἔφη * ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμ- * Matth. XXVI. 29.
πέλου ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός ἐμοῦ· πλήρης ἀγαθῶν τράπεζα, ἧς μεταλήψονται οἷς τὴν διαθήκην διέθετο, διὰ τὸ μεμενηκέναι μετ' αὐτοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς, ἵνα ἐσθίωσι καὶ πίνωσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ, ἄρτῳ μὲν οὐρανίῳ ψυχῶν ἁγίων θρεπτικῷ τραφησόμενοι, οἴνου δὲ τοῦ καινοῦ γενήματος τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου μεταληψόμενοι, ἣν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ πατὴρ γεωργῶν τὸ καινὸν ἐξ αὐτῆς γέννημα τοῖς πότε ἀξίοις παρέξει.

Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου. Cap. XVII. 3.

Ἐνταῦθα τοὺς ἐν προκοπῇ γενομένους συγχω- A. f. 230. b.
ρητικοὺς εἶναι τοῖς πταίουσι βούλεται, θεραπεύων δεινὴν νόσον ἐν αὐτοῖς πολλάκις ἐμφυομένην, ἐκκόπτων τὴν κατὰ τῶν πταιόντων ἀποτομήν· κατεπαίρεσθαι γοῦν εἰώθαμεν, ὡς μήτε παρακλήσεις τῶν ἡμαρτηκότων, μήτε τῶν ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβευόντων ἱκετηρίας παραδέχεσθαι· μὴ δὲ μὴν ὑπολογίζεσθαι ὅσα δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄνθρωποι πταίοντες, συγγνώμης τῆς παρὰ τοῦ μεγάλου κριτοῦ δεόμεθα· εἰκότως οὖν παρὰ τῷ Ματ-
θαίῳ * καὶ τῇ παραβολῇ κέχρηται, ἐν ᾗ ὀφειλέ- * Matth. XVIII. 21.

ται εἰσάγονται, ὁ μὲν μυρία τάλαντα ὀφείλων, ἃ καὶ ἀφείθη αὐτῷ προσπεσόντι· ὁ δὲ ἑκατὸν δηνάρια, ἐφ' οἷς ἀπεπνίγετο παρὰ τοῦ ἀφεθέντος τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τάλαντα· δι' ἧς διδάσκει, ὅτι μὴ ἄλλως τυχεῖν δυνατόν ἐστι τῆς βασιλείας, κἂν πολλά τις κατορθώσῃ, μὴ τὸν ἀγαθὸν θεὸν μιμησάμενος κατὰ τὸ ἀμνησίκακον· ἐπειδήπερ ἡ βασιλεία κρίσει τοὺς ἀξίους παραδεχομένη, τοὺς μὴ συγχωρητικοὺς καὶ τὸν ἀγαθὸν τῶν ὅλων κριτὴν κατὰ τοῦτο μιμουμένους, οὐ παραδέχεται· οὐ γὰρ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν τοσαῦτά τινα πεπλημμεληκέναι εἰς ἑαυτὸν, ὅσαπερ αὐτὸς τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς παρὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ πράξας ὀφειλέτης ἐστί· ποτὲ μὲν γὰρ διὰ τοῦ λόγου πταίομεν, ποτὲ δὲ δι' αἰσχρῶν καὶ πονηρῶν ἐπιθυμημάτων τὲ καὶ πράξεων· πλὴν ὅμως τοσαῦτα πταίοντες, οὐκ ἀπογινώσκομεν τὰς παρὰ τῷ θεῷ ἐλπίδας, διὰ τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἀνεξίκακον ἐλεημονικόν τε καὶ συγχωρητικὸν τοῦ θεοῦ· οὐκοῦν ἕπεται τῷ αὐτῷ μέτρῳ, καὶ ἡμᾶς μετρεῖν τοῖς εἰς
* Matth. XVIII. 21. ἡμᾶς ἁμαρτάνουσι· μὴ δὲ κατὰ τὸν Πέτρον * ἀκριβολογεῖσθαι τῇ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μέχρις ἑβδόμου ἀριθμοῦ τοῖς εἰς ἡμᾶς ἡμαρτηκόσι συγχωρεῖν· κατὰ δὲ τὸν συμπαθῆ καὶ ἐλεήμονα σωτῆρα μέχρι τοῦ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· οὐ πάντως τὰ τοσαῦτα περιεργαζομένους ἁμαρτήματα, καὶ ὥσπερ ἀναγραφὴν αὐτῶν ποιουμένους καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐκ δὲ τούτου τὸ ἀπεριόριστον διδασκομένους· πυθομένου γὰρ τοῦ Πέτρου ἐπὶ πόσοις τοῖς εἰς ἡμᾶς ἁμαρτανομένοις συγχωρεῖν δέοι, καὶ ἀριθμὸν ὁρίσαντος τὸν ἕως ἑπτάκις, ὁ σωτὴρ τὸν ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ εἰσήγαγε καθ' ὃν δεῖ καὶ ἡμᾶς ἀφιέναι, εἰδότας καὶ πεπεισμένους ὡς ἔσται καιρὸς καθ' ὃν συναρθήσεται πρὸς ἡμᾶς λόγος ὑπὸ τοῦ πάντων κριτοῦ τὲ καὶ βασιλέως, ἐπειδὰν οἱ πάντες παραστῶμεν τῷ βήματι αὐτοῦ, ὅτε ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν, ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν· ὁ μὲν γὰρ μέγας βασιλεὺς ἐντεῦθεν ἤδη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς χρεωφειλέταις πολλῶν ταλάντων, κατὰ τὸ πρέπον αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ τὸ πᾶν ἀνῆκε χρέος, δοὺς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων καὶ ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ βραχέσι πταίσμασι τοὺς συνδούλους ἀποπνίγομεν, καὶ παρακαλούμενοι οὐ συγχωροῦμεν τὰ εἰς ἡμᾶς ἐπταισμένα, μὴ ἐπιμετροῦντες τὰ ἶσα οἷς παρὰ θεοῦ τετυχήκαμεν τοῖς ἡμετέροις οἰκέταις· εὐλόγως οὖν ἀγανάκτησις καθ' ἡμῶν ἐξενεχθήσεται· καὶ ὁ τὴν πᾶσαν ἡμῖν ὀφειλὴν ἀφεὶς δεσπότης, οὐκέτ' ἀφή-

debitores introducuntur quorum alter decem milia talentorum debebat, quae ipsi supplici condonata fuere; alter autem centum denarios, quorum causa suffocabatur ab eo, cui tantus ille talentorum numerus remissus fuerat. Qua parabola docet, haud licere regnum adipisci, quamquam alioqui multa recte aliquis fecerit, nisi Dei bonitatem iniuriarum oblivione imitetur. Nam regnum quod nonnisi indicio probatos recipit, alienis a clementia neque omnium iudicem hac virtute imitantibus haudquaquam patet. Neque enim quempiam tanta in nos peccasse adfirmabimus, quanta nosmet per universae vitae tempus adversus Dei voluntatem patravimus, ideoque debitores evasimus. Nam modo sermone offendimus, modo turpibus vitiosisque cupiditatibus atque actibus. Nihilominus qui tanta delinquimus, fiduciam placandi Dei non omittimus, quem benivolum hominibus, patientem ac misericordem veniaeque pronum scimus. Consentaneum est igitur ut eadem mensura iis, quorum offensae in nos extiterunt, largiamur: neque, ut olim Petrus, minuta benivolentia simus, neque iniuriarum remissionem septenario numero coarctemus; immo vero septuagies septies cum clemente misericordique Servatore parcamus. Quare offensas ne sedulo ventilemus, neque harum veluti commentarium in dies conficiamus. Nunc enim indulgentiam sine fine docemur. Etenim interrogante Petro quoties peccantibus adversus nos indulgere oporteret, numerumque septenarium definiente, Servator usque ad septuagies septies produxit veniae dandae a nobis numerum; probe nimirum conscius, tempus adfore quo rationes nobiscum ponentur ab universali iudice ac rege, cum omnes ante eius tribunal constituemur, et qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis. Etenim nunc magnus rex cunctis nobis multorum talentorum debitoribus, prout suam clementiam decebat, debitum remisit, dans peccatis veniam, delensque scriptum contra nos chirographum: nos autem leves ob culpas conservos suffocamus, atque obsecrati minime remittimus quae in nos peccata fuerint; familiaribus nostris haud paria facientes iis, quae nos a Deo consecuti sumus. Merito itaque nobis irascetur is qui omne debitum nobis condonaverat Domi-

nus: neque iam nobis parcet; sed qua mensura mensi fuerimus, dura videlicet immisericorde et aspera, eàdem nobis retribuet; latamque a nobis adversus conservos nostros sententiam, de nobismet pariter dicet. Secus vero licet cuique bonae sententiae genus sibi apud illud tribunal comparare, si ipse antea sit benignus, et alienis contra se peccatis indulgeat.

Et dicent vobis: ecce hic, vel ecce illic.

Haec secundum Matthaeum dicta sunt de Hierosolymorum excidio. Quare illic addebatur: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes. Verumtamen heic de Antichristi temporibus Servator proloquitur; ideoque verba illa non adiunguntur.

Primum oportet illum multa pati.

His verbis futuram quoque aliquando apostasiam innuit dum ait: primum oportet illum multa pati, et reprobari a generatione hac, nempe hominum. Nam repulsum atque improbatum iri evangelium eius, populumque eiusdem magnopere adflictum iri, vaticinatus est; sive in consecutis deinde persequutionibus, quibus furentibus sexcenta ipse Servator passus est, maledictis hominum appetitus; sive ecclesia eius atque doctrina quum exagitaretur atque oppugnaretur; sive in universi consummatione, cum evangelium eius omnino improbabitur, atque ex hominum coetu exterminabitur.

Et sicut accidit Noachi temporibus etc.

Sic igitur repulso, uti dictum est, per apostasiam sermone evangelico; more malorum quae diluvii tempore contigerunt, impiis inquit hominibus exitium superveniet. Et quidem sicut omnes tunc perierunt, exceptis dumtaxat qui cum Noacho in arca constiterant; ita in Domini adventu, scelesti homines per apostasiae tempus luxuria et ebrietatibus et nuptiis et ceteris vitae voluptatibus occupati, ea ratione peribunt, qua illi Noachi aetate diluvio submersi. Ne quis autem existimaret hos quoque aquis obrutum iri, necesse fuit Loti exemplum commemorare; sicut, inquit, Loti tempore edebant et bibebant, et reliqua. Porro die qua Lotus Sodomis egressus est, ignis caelo pluit cunctosque incolas perdidit. Huiusmodi, inquit, dies erit qua filius hominis revelabitur. Quibus verbis my-

1) Confer Theophaniae fragmentum X. p. 133.

σει ἡμῖν· ἀλλ' ᾧ μέτρῳ μεμετρήκαμεν ἀσυμπαθεῖ καὶ ἀνελεεῖ καὶ ἀποτόμῳ, ἐπιμετρήσει ἡμῖν· καὶ τὸν ἐξ ἡμῶν κατὰ τῶν ἡμετέρων συνδούλων ὅρον καθ' ἡμῶν ἐπαρτήσει· ἐφεύροι δέ τις ἑαυτῷ μέθοδον ἀγαθῆς ἀποφάσεως τῆς ἐπὶ τοῦ δικαιωτηρίου ἐξενεχθησομένης, εἰ προλαβὼν γένοιτο φιλάνθρωπος καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτανομένων συγχωρητικός.

Καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν· ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ. Cap. XVII. 23.

Ταῦτα κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον ἐλέγετο περὶ B. f. 165.
τῆς ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ 1), διὸ καὶ προσέκειτο, τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη *· ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν καιρῶν τοῦ Ἀν- * Matth. XXIV 23.
τιχρίστου προλέγει· διὸ οὐ πρόσκειται τοῦτο.

Πρῶτον δεῖ αὐτὸν πολλα παθεῖν. v. 25.

Quaenam est haec generatio, nisi nova illa recensque ab eo constituta? de qua in vaticiniis dictum est: scribatur haec in generatione altera, et populus qui creatur laudabit Dominum. Rursusque: annuntiabitur Domino generatio ventura. Itaque evidenter ad suos apostolos atque ad institutam ex ipsis et per ipsos in orbe universo novam sanctae ecclesiae generationem Christus respiciens aiebat: non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant. Mansurum quippe ac duraturum populum suum ecclesiamque eatenus dicit, quoad ipsa generatio superstes adhuc omnia inspiciat, ac praedictionum dominicarum eventum oculis contempletur.

Cavete ne forte graventur corda vestra in crapula.

Discipulos admonet ut prompti sint atque ad eius adventum excipiendum parati: cuius nempe rei gratia cunctos magisterii sui sermones faciebat: sobriosque ac vigiles esse iubet, et totam mortalis vitae noctem insomnes transigere: propterea quod quod consummationis tempus nemini sit exploratum.—Cavenda, inquit, vobis est crapulae gravedo, ut vigilare possitis; ne inopina vos invadat illa dies: cuius causa sacer etiam apostolus hortabatur scribens: fratres probe scitis, diem Domini, tamquam furem in nocte, venturam. Quum vero dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Vos autem haud versamini in tenebris, ita ut vos dies illa tamquam fur comprehendat: omnes enim vos filii lucis estis, filiique diei. Vigilandum est igitur non solum ob subitum atque inexpectatum Domini adventum, verum etiam propter furis insidias. Fur autem hora cuiusque mortualis intelligitur, vel etiam ille qui cuiusque animam excepturus est angelus. Tum qui sibi attenderint, tamquam caprea laqueum vitabunt, vel ut avis decipulam: qui vero crapula gravati fuerint atque in mortem consopiti, in periculum inopinum incident.

πρότερον θειότερόν τε μετεσχηματισμένοις εἰς φῶς προάξει· καὶ τοῦ θανάτου καταργηθέντος, αὐτὴ λοιπὸν ἡ ζωὴ βασιλεύσει τοῦ νέου αἰῶνος.

Οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη. v. 32.

Ποία γενεὰ, ἀλλ' ἡ καινὴ καὶ νέα, ἣν αὐ- A. f. 272. b.
τὸς συνεστήσατο; περὶ ἧς ἐν προφητείαις εἴ-
ρητο *· γραφήτω αὕτη 1) εἰς γενεὰν ἑτέραν, καὶ * Ps. CI. 19.
λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον· καὶ πά-
λιν, ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομέ-
νη *· διόπερ δεικτικῶς εἰς τοὺς ἀποστόλους αὐ- * Ps. XXI. 32.
τοῦ, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν καὶ δι' αὐτῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συστησομένην καινὴν γενεὰν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας αὐτοῦ ἀφορῶν, ἔλεγεν· οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γένηται· διαμενεῖν γάρ φησι καὶ διαρκέσειν τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐκκλησίαν εἰς ἐκεῖνο καιροῦ εἰς ὅτε αὐτοπτήσειε πάντα, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν τοῦ σωτῆρος προῤῥήσεων ὀφθαλμοῖς παραλάβοι.

Προσέχετε ἑαυτοῖς μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ. v. 34.

Διέγειρε τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὸ πάντοτε ἑτοίμους A. f. 272. b.
εἶναι παρασκευαζομένους εἰς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἐφ' ἣν αὐτὸς ἡμᾶς παρορμῶν τοὺς πάντας τῆς διδασκαλίας ἐποιεῖτο λόγους· νήφειν τὲ καὶ ἐγρηγορέναι παρακελεύεται, καὶ ἀγρυπνεῖν διὰ πάσης τῆς τοῦ θνητοῦ βίου νυκτὸς, διὰ τὸ μηδενὶ γνώριμον τὸν καιρὸν τῆς συντελείας ὑπάρχειν. —Ἀλλ' ὑμῖν γε φησὶ φυλακτέον τὸ ἐντεῦθεν βάρος, ἵνα δυνήσησθε νήφειν, μήποτε ἐπιστῇ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη· περὶ ἧς καὶ ὁ ἱερὸς
ἀπόστολος παραινεῖ γράφων *· ἀδελφοὶ, οἴδατε ἀκρι- * 1. Thess. V. 2.
βῶς ὅτι ἡ ἡμέρα κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ οὕτως ἔρχεται· ὅταν δὲ εἴπωσιν εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ὡς κλέπτης καταλάβῃ· πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας· γρηγορητέον οὖν ἡμῖν οὐ μόνον διὰ τὴν ἀθρόαν καὶ ἀπροσδόκητον τοῦ δεσπότου ἄφιξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν κλέπτην τὸν ἐφεδρεύοντα· ὁ δὲ κλέπτης ἐστὶν ὁ καιρὸς τῆς ἑκάστου τελευτῆς· ἢ καὶ ὁ μέλλων τὴν ἑκάστου ψυχὴν παραλαμβάνειν ἄγγελος· ὡς παγὶς γὰρ ἡ τοῦ κυρίου παρουσία ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ γῇ· οἱ μὲν οὖν προσέχοντες ἑαυτοῖς σώζονται, ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος· οἱ δὲ τῇ μέθῃ βεβαρημένοι, καὶ εἰς θάνατον ὑπνώττοντες, ἐκπίπτουσιν εἰς ἀδόκητον κίνδυνον.

1) Videtur, nisi fallor, Eusebius haud neutraliter αὕτη intelligere, ut alii, sed de ipsa generatione seu aetate.

v. 36. Ἀγρυπνεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι κ. τ. λ.

A. f. 273. Τούτοις συνᾴδων ὁ ἀπόστολος, ἔλεγε*· διὰ τοῦτο
* Ephes. VI. 13. ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι· στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ.

Vigilate itaque, omni tempore orantes etc.

His consonans apostolus aiebat: propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate.

Cap. XXII. 30. Ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου.

A. f. 283. Τοιούτων ἔσται πλήρης ἀγαθῶν τράπεζα, ἧς μεταλήψονται οἷς τὴν διαθήκην διέθετο διὰ τὸ μεμενηκέναι μετ' αὐτοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς· ἵνα ἐσθίωσι καὶ πίωσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· ἄρτῳ μὲν οὐρανίῳ ψυχῶν ἁγίων θρεπτικῷ τραφησόμενοι, οἴνου δὲ τοῦ καινοῦ γεννήματος τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου μεταληψόμενοι· ἣν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς γεωργῶν τὸ καινὸν ἐξ αὐτῆς γέννημα τοῖς τότε ἀξίοις παρέξει.

Ut manducetis et bibatis in mensa mea

Significat plenam bonorum mensam, cuius participes erunt ii quibuscum foedus icit, propterea quod secum permanserint in tentationibus. Ex eius igitur mensa manducabunt et bibent; pane videlicet caelesti animarum nutritore pasti; potique vino novi germinis vitis verae: propinante ipso agricolarum omnium Deo, qui novellum ex ipsa fructum his qui tunc digni erunt exhibebit.

v. 57. Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτόν, λέγων· γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν.

A. f. 295. Ὅρα δὲ τὸ φιλάληθες τοῦ εὐαγγελιστοῦ, πῶς οὐ καταχαρίζεται τῷ Πέτρῳ, ἀλλὰ τὸ πάθος αὐτοῦ ὡς ἔχει διηγεῖται, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀπολιπόντες τὸν διδάσκαλον ᾤχοντο, ὁ δὲ πάντων αὐτῶν προκεκριμένος ἀπόστολός τε καὶ μαθητής, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ βοώμενος Πέτρος, βασάνων ἐκτὸς καὶ ἀρχοντικῆς ἀπειλῆς, τρίτον αὐτὸν ἐξωμόσατο 1).

At ille negavit dicens: mulier, non novi eum.

Videsis quantopere veritati studeat evangelista; quomodo Petro haud gratificetur, sed lapsum eius candide enarret. Videlicet quod ceteri magistro deserto diffugerint, ille autem omnibus iis praepositus apostolus atque discipulus, ille inclytus inquam Petrus, procul cruciatibus et magistratuum minis, ter Christum negaverit.

Cap. XXIV. 4. Δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις.

A. f. 311. b. Χαρᾶς καὶ γέλωτος σημεῖα γνωρίσματά τε
τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως ὁρᾷν παρέχονται καὶ
διὰ τῆς λευκῆς περιβολῆς, ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ σχή-
ματος συμβαλεῖν τὰς γυναῖκας τὸ φαιδρὸν τῆς
ἐγέρσεως, καὶ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς σὺν τοῖς
λευχείμοσιν ἀγγέλοις ἀπάρξασθαι. Μωϋσῆς μὲν
γὰρ πληγὰς Αἰγυπτίων μέλλων διακονεῖσθαι κατ-
αλλήλως ἐν φλογὶ πυρὸς τὸν ἐπὶ τῆς βάτου ἄγ-
* Exod. III. 2. γελον ἑώρα*· ὁ δ' αὐτὸς μοχθηροῖς ἀνδράσι νομο-
* Deut. IV. 24. θετῶν, πῦρ καταναλίσκον τὸν Θεὸν εἶναι ἔλεγεν*,
τιμωρητικὸν καὶ κολαστὴν αὐτοῖς ἔσεσθαι αὐτὸν
αἰνιττόμενος· διὸ καὶ ἐν στύλῳ πυρὸς ἡγεῖτο αὐ-
* Exod. XIII. 21. τῶν ὁ Θεός*· οὕτω τοῖς ἀσεβέσι γενέσθαι τοὺς
ἀγγέλους πυρὸς φλόγα, ἐδίδαξεν εἰπών· ὁ ποιῶν
* Ps. CIII. 4. τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα*· ἀλλ' οὐ
τοιούτους αἱ γυναῖκες τοὺς εἴσω τοῦ μνήματος ἑώ-
ρων, γαληνοὺς δέ τινας καὶ φαιδρούς, οἵους ἐχρῆν
ἐπὶ δεσπότου χαρᾷ καὶ βασιλείᾳ φαίνεσθαι· ἐπὶ
μὲν γὰρ τῷ πάθει τοῦ σωτῆρος ὁ ἥλιος ἐξέλιπε,
σκότος περιβαλὼν τῷ παντὶ, θρήνων τε καὶ πέν-

Duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.

Laetitiae gaudiique signa, et Servatoris resurgentis indicia obtutui exhibent vestium candore, ita ut ex habitu quoque coniectarent mulieres resurrectionis hilaritatem, paschalisque festi cum albatis angelis initium. Moyses contra aegyptiacarum plagarum futurus minister, in flamma ignis angelum intra rubum versantem spectavit. Idem pravis hominibus legem scribens, Deum appellabat edacem ignem, punitorem ac vindicem ipsis fore innuens. Quare in ignea columna praecedebat illos Deus. Sic etiam impiis fore angelos quasi ignis flammam demonstravit dicens: qui facit ministros suos flammam ignis. Sed non hac specie viderunt angelos in monumento mulieres, sed hilares atque serenos, cuiusmodi eos videri oportebat in Domini gaudio et regno. In Servatoris quidem obitu sol defecit, tenebrae undique se intendentes, lamentorum et luctus symbola crucifigentibus filium Dei demonstrarunt. Nullus-

1) Fragmentum hoc sumptum videtur ex Theophania lib. V. 40. Ibi tamen Eusebius versatur in Marco XIV. 66.

que eo tempore angelus apparuisse discipulis videtur, ipsis quoque hac illac dispersione distractis. Quod si quem apparere opus fuisset, contrariam ut arbitror albatis hominibus vestem prae se tulissent. Iam primum, in passione non sol tantummodo obscuratus est, sed et Servator magna voce exclamans spiritum emisit, templi velum bifariam scissum, ipsis propemodum dispersis qui templum incolebant angelis, qui et illud venerandum textum sciderunt, ut nudus ac desertus ipsorum custodia relictus ille arcanarum atque inaccessarum rerum locus, belligerantibus hostibus pervius pateret. Sed haec quidem passionis tempore contigerunt. Veruntamen Servatore resurgente, ceu vitae nuncii, et resurrectionis praecones, locum ubi corpus iacuerat stipabant, ipso quodammodo loci contactu sanctitatem propria maiorem participantes, ac Domini resurrectioni communicantes. Ideo vultus hilares ac laetabundos, et albam vestem festo Servatoris diei convenientem gestabant.

θους σύμβολα τοῖς σταυροῦσι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ δεικνύς· καὶ οὐδεὶς μὲν ἐφαίνετο τῶν ἀγγέλων τὸ τηνικαῦτα ὡς εἰκὸς τοῖς μαθηταῖς, ὁμοίως καὶ αὐτῶν ὧδε κἀκεῖ διασκεδασθέντων· εἰ δ' ἄρα καὶ ὀφθῆναί τινα ἐχρῆν, τάχα που τὴν ἐναντίαν τοῖς λευχειμοσιν ἀνθρώποις τὴν ἀναστολὴν ἀνεδείξατο· αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῷ πάθει οὐχ ὅλιος μόνον ἐσκότασεν, ἀλλὰ καὶ ὁ σωτὴρ φωνῇ μεγάλῃ κράξας ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, μονονουχὶ περιῤῥηξαμένων καὶ αὐτῶν τῶν πάλαι τὸ ἱερὸν ἐνοικούντων ἀγγέλων, περιῤῥηξάντων τε τὸ σεμνὸν ὕφασμα, ὡς ἂν γυμνὸς καὶ ἔρημος ἀπολειφθεὶς τῆς αὐτῶν φρουρᾶς ὁ τῶν ἀβάτων καὶ ἀδύτων τόπος, ἕτοιμος ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις καταστaίη· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῷ πάθει συνέβαινεν. ἐπὶ δὲ τῇ σωτηρίῳ ἀναστάσει, ὡς ζωῆς ἄγγελοι καὶ τῆς ἀναστάσεως κήρυκες, τὸν τόπον οὗ ἔκειτο τὸ σῶμα περιεῖπον, ἐξ αὐτῆς ὥσπερ τῆς ἐπαφῆς τοῦ τόπου ἁγιωσύνης κρείττονος ἢ κατ' αὐτοὺς μετασχόντες, καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ κοινωνοῦντες· διὸ φαιδρὰ καὶ μειδιῶντα πρόσωπα, σχῆμά τε σωτηρίου ἑορτῆς παρέφαινον λευχειμονοῦντες.

Eusebii fragmentum ex codice mediolanensi, in quo est catena patrum graecorum in epistolam ad Hebraeos.

EUSEBII. Dicitur Deus in montem descendisse, quo tempore lex tradebatur, ut cuncti scilicet Dei efficaciam viderent. Ceteroqui haec descensio, externae ostensionis fuit, non localis. Quamobrem ardentibus licet omnibus, quae in monte germinabant, nihil tamen igne consumebatur. Tubarum quoque sonitus gravissimi audiebantur, quamquam nullus ibi usus instrumentorum erat, nemoque clamans, sed Dei tantummodo operâ haec omnia fiebant. Quare exploratum est, divinam huiuscemodi fuisse descensionem, Deumque absque ullo adminiculo suam in omnibus ostendisse magnitudinem.

Ad cap. XII. 18. ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λέγεται γὰρ κατάβασις θεία ἐπὶ τὸ ὄρος γεγονέναι καθ' ὃν ἐνομοθέτει καιρὸν, ἵνα πάντες θεάσωνται τὴν ἐνέργειαν τοῦ θεοῦ· κατάβασις γὰρ αὕτη σαφής ἐστιν, οὐ μὴ τοπική· τῶν γοῦν φυομένων κατὰ τὸ ὄρος φλεγομένων σφοδρῶς, οὐδὲν τὸ πῦρ ἐξανάλωσε, σαλπίγγων τὲ φωναὶ σφοδρότερον συνηκούοντο, μὴ προκειμένων ὀργάνων τοιούτων, μηδὲ τοῦ φωνήσαντος, ἀλλὰ θείᾳ κατασκευῇ γινομένων ἁπάντων· ὥστε σαφὲς εἶναι διὰ ταῦτα τὴν κατάβασιν θείαν γεγονέναι, καὶ τὸν θεὸν ἄνευ τινὸς δεικνῦναι τὴν ἑαυτοῦ διὰ πάντων μεγαλειότητα.



EDITORIS MONITUM.

In Constantini magni vita, quam scripsit, Eusebius narrat lib. IV. cap. 34. compositum a se fuisse de sanctissima sollemnitate paschali eiusque ratione declarativum tractatum, quem praedicto Constantino nuncupavit: περὶ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ πάσχα ἑορτῆς προσφωνησάντων ἡμῶν αὐτῷ μυστικὴν ἀνακάλυψιν τοῦ τῆς ἑορτῆς λόγου. Sequente autem capitulo idem Eusebius recitat Constantini ad se litteras, quibus acceptum librum ac lectum valde commendat, et aliorum quoque multorum notitiae et usui regali suo iussu traditum nunciat. En autem ipsa christianissimi Augusti verba. Τὸ μὲν ἐγχείρημα μέγιστον, καὶ πάσης λόγων δυνάμεως κρεῖττον, Χριστοῦ μυστήρια κατ᾽ ἀξίαν εἰπεῖν, τήν τε τοῦ πάσχα ἀντιλογίαν τε καὶ γένεσιν, λυσιτελῆ τε καὶ ἐπίπονον τελεσιουργίαν, ἑρμηνεῦσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· τὸ γὰρ θεῖον ἀνθρώποις ἀδύνατον κατ᾽ ἀξίαν φράσαι, καὶ τοῖς νοῆσαι δυνατοῖς· πλὴν ὅμως ὑπερθαυμάσας σε τῆς φιλομαθείας τε καὶ φιλοτιμίας, αὐτός τε τὸ βιβλίον ἀνέγνων ἀσμένως, καὶ τοῖς πλείοσιν οἵ γε τῇ περὶ τὸ θεῖον λατρείᾳ γνησίως προσανέχουσι, καθὰ ἐβουλήθης, ἐκδοθῆναι προσέταξα· συνορῶν τοίνυν μεθ᾽ ὅσης θυμηδίας τὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς ἀγχινοίας δῶρα λαμβάνομεν κ. τ. λ. « Maximum sane negotium est, et quod omnem dicendi » vim superat, Christi mysteria pro dignitate disserere, et controversiam de paschate, festique huius » originem, nec non eiusdem utilem simul ac laboriosam celebrationem decenter exponere. Nam res » divinas ne ipsi quidem enarrare sufficiunt, qui eas cogitatione adsequi valent. Verumtamen exi- » miam tuam doctrinam studiique contentionem summopere admiratus, et ipse librum legi, utque » in multorum, qui divinae religionis observantiam sincere profitentur, manus perveniret, quem- » admodum volueras mandavi. Quum igitur intelligas quanta cum voluptate huiusmodi munera a » sollertia tua suscipimus etc. » Pergit mox imperator dicere, eundem librum in latinam quoque linguam ex graeca fuisse translatum, quod auctoris iusto merito ac famae tribuit.

Iam vero hoc adeo laudatum opusculum, quod propter ventilatam in nicaena synodo controversiam paschalem Eusebius scripserat, iamdiu tum graece tum latine perierat; nisi Nicetas Serrarum episcopus in sua magna ad Lucam ms. catena partem eius insignem atque prolixam conservavisset; quam ego graece, prout in vaticano codice comperi, ante hos annos edidi; nunc autem latina quoque interpretatione donandam iudicavi. Et gaudeo, quod in hoc scripto, praeter reliquam eruditionem, insigne quoque testimonium dat Eusebius ss. eucharistiae sacramento. Utique Balthasar Corderius, vir doctus quem honoris causa nomino, in sua quam typis tradidit patrum ad Lucam catena (quae diversa a nostra nicetiana est) p. 543-545, hoc Eusebii excerptum a se factum latinum protulisse videtur; sed primo haud integrum, quia totae apud eum desunt sectiones sexta et octava, nec non propemodum totae decima et undecima, praeter alias sparsim mutilas perturbatasque periochas: tum Corderii interpretatio eiusmodi est, quam si ego singillatim expenderem et castigarem, morosus sane et odiosus iudex viderer. Sic enim interdum is loquitur, ut quid fere in graeco suo manuscripto legerit, non facile agnoscas. Sed quod pluris interest, graecus, id est originalis, Eusebii textus ante librum nostrum totus erat ineditus.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΕΟΡΤΗΣ.

EUSEBII CAESARIENSIS

DE SOLLEMNITATE PASCHALI.

1. Non erit fortasse intempestivum nunc etiam de paschate sermonem instituere, prout is olim ritus Hebraeis, figurae causa, traditus fuit. Quando itaque Hebraei res futuras adumbrantes, primi sollemnitatem phasec celebrarunt, pecudem sibi de grege sumpserunt: erat autem agnus vel ovis. Hanc victimam manu propria occiderunt. Exin eius cruore superliminaria primum postesque suae quisque domus inunxerunt; sic videlicet, ob exterminatorem arcendum, limen trabemque supernam cruentantes. Deinde victimae carnibus vescentes, zona lumbos praecincti, panibus azymis degustatis, intybis etiam appositis, de loco in locum, id est de Aegyptiorum regione in desertum, transierunt. Haec illi agere in mandatis habuerunt, cum caede ovis esuque. Quamobrem illa ex Aegypto digressio, nomen fecit apud Hebraeos festo transitûs. Ceterum haec in figura illis contingebant; nostri autem gratia scripta fuerunt. Atque ita Paulus interpretatur, dum symbolorum veterum veritatem his verbis aperit: nam pascha nostrum immolatus est Christus. Causam vero huius immolandi Baptista sic exhibet dicens: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Reapse victima, malorum omnium remedium, neci traditum fuit Servatoris corpus, quod instar expiationis, totius mundi peccatum abstulit. Propterea Isaias clare exclamavit: hic peccata nostra fert, et pro nobis patitur.

2. Huius ergo victimae, id est Servatoris qui proprio sanguine humanum genus salvavit, intellectualibus pasti carnibus, videlicet dog-

α. Τάχα οὐκ ἄκαιρον ἂν εἴη καὶ αὖθις περὶ Cod. A. f. 277.
τοῦ πάσχα διαλαβεῖν, ἄνωθεν Ἑβραίων παισὶν
εἰκονικῶς παραδεδομένου· *Ὁπηνίκα γοῦν Ἑβραῖοι * Exod. XII. 3.
σκιὰς μελλόντων επιτελοῦντες, πρῶτοι τὴν τοῦ φα-
σὲκ ἑορτὴν ἐτέλουν, θρέμμα μὲν αὐτοῖς ἐξ ἀγέλης
ἐλαμβάνετο· τοῦτο δὲ ἦν ἀμνὸς ἢ πρόβατον 1)· εἶτ᾽
αὐτοὶ τοῦτο δι᾽ ἑαυτῶν ἔθυον· κἄπειτα τῷ μὲν αἵ-
ματι πρῶτον ὑπέρθυρα καὶ φλιὰς ἕκαστος τῶν ἰδίων
κατέχριον οἴκων· ταύτῃ πῃ εἰς ἀνατροπὴν ὀλο-
θρευτοῦ αἱμάσσοντες οὐδοὺς καὶ μέλαθρα· σαρξὶ
δὲ τοῦ προβάτου τροφῇ χρώμενοι, καὶ τὰς ὀσ-
φῦς ζώνῃ περιδεδεμένοι, τροφῆς τε ἀζύμων ἄρ-
των μετίσχοντες, καὶ πόας πικρίδων προσφε-
ρόμενοι, τόπον ἐκ τόπου διέβαινον, τὸν ἀπὸ τῆς
Αἰγυπτίων γῆς ἐπὶ τὴν ἔρημον· ταῦτα γοῦν αὐ-
τοῖς ὁμοῦ τῇ τοῦ προβάτου σφαγῇ τε καὶ τρο-
φῇ πράττειν νενομοθέτητο· ἔνθεν ἡ ἐξ Αἰγύπ-
του μετάβασις, τὴν τῶν διαβατηρίων αὐτοῖς ἐπω-
νυμίαν ἐπλήρου· ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν τυπικῶς ταῦτα
συνέβαινεν, ἐγράφη δὲ δι᾽ ἡμᾶς· καί γε διερμη-
νεύει Παῦλος τῶν παλαιῶν συμβόλων διαφαίνων
τὴν ἀλήθειαν, δι᾽ ὧν φησί*· καὶ γὰρ τὸ πά- * I. Cor. V. 7.
σχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός· τὸ δὲ αἴτιον τοῦ τυ-
θέναι αὐτὸν, ὁ Βαπτιστὴς παρίστησιν εἰπών*· ἴδε * Ioh. I. 29.
ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κό-
σμου· καὶ γὰρ σφάγιον κακῶν ἁπάντων ἀποτρό-
παιον τὸ σῶμα τὸ σωτήριον τῷ θανάτῳ παρεδί-
δοτο, ὃ δὲ καθαρσίου δίκην τοῦ παντὸς ἀφεῖλε
κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· κέκραγε γοῦν τηλαυγῶς
Ἡσαΐας*· οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ * Is. LIII. 4
περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται.

β. Τούτου δὴ τοῦ σωτηρίου θύματος τοῦ τῷ ἰδίῳ
αἵματι τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος ἀνασωσαμένου
ταῖς λογικαῖς σαρξὶ τρεφόμενοι, μαθήμασι δηλα-

1) Posthinc, nec non alibi, omittuntur partes aut corrumpuntur in catena latina Balthassaris Corderii ad Lucam.

δὴ καὶ λόγοις βασιλείας οὐρανῶν καταγγελτικοῖς, τὴν κατὰ Θεὸν εἰκότως τρυφῶμεν τρυφήν· ἀλλὰ καὶ πίστει τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ὃ δὴ λύτρον ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀντιδέδωκε σωτηρίας, τοὺς ψυχῆς οἴκους τὰ σώματα κατασημαινόμενοι, πᾶν γένος δαιμόνων ἐπιβούλων ἐξ ἑαυτῶν ἀπελαύνομεν· καὶ τὴν τῶν διαβατηρίων ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες, διαβαίνειν μελετῶμεν ἐπὶ τὰ θεῖα, ὡς ϖάλαι τῆς Αἰγύπτου μεταβεβηκότες ἐπὶ τὴν ἔρημον· ταύτῃ γοῦν καὶ ἡμεῖς ἀτριβῆ τινα καὶ ἔρημον τοῖς πολλοῖς στελλόμεθα πορείαν, παλαιὰν ζύμην ἀθέου πλάνης τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἐξόριον ποιούμενοι, καὶ τὰς ἀληθεῖς πικρίδας διὰ τῆς πικρᾶς καὶ ἀλγεινῆς διαίτης προσφερόμενοι· καὶ ὁ καιρὸς δὲ τῆς ἑορτῆς εὔκαιρος, οὐκ ἐν μέσῃ χειμῶνος ὥρᾳ παρηγμένος, στυγνὸς γὰρ οὗτος, ἀλλ' οὐδ' ἐν μέσῳ θέρει κατάλληλος ἦν, καθ' ὃν ἡ τροπὴ 1) φλεγμαίνουσα, τῶν κατ' ἀγροὺς σχολαζόντων περιαιρεῖται τὸ κάλλος· πλεονεκτεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν ὡρῶν, οὐκ ἐπαμφοτερίζοντα τῇ ἰσομοιρίᾳ 2)· μετοπώρου γὰρ τροπῆς οὐκ ἐπιτερπὴς ἡ θέα, χηρευούσης μὲν τῆς χώρας, τῶν δ' οἰκείων καρπῶν ὡς ἂν τέκνων ἀπεστερημένης· ἔαρ δὴ λείπεται τὸ φαιδρὸν, ὃ δὴ τοῦ παντὸς ἔτους κεφαλή τις οἷα σώματος ἡγεῖται, ἡλίου μὲν δὴ ἄρτι τὸ πρῶτον τμῆμα διϊππεύοντος, σελήνης δ' ἐκ παραλλήλου πλησιφαεῖ τῷ φωτὶ τὸν τῆς νυκτὸς δρόμον εἰς λαμπρὰν μεθαρμοζομένης ἡμέραν· τοῦτο λύει μὲν κτύπων χειμερίων φόβητρα 3), λύει δὲ μακρὰ διαστήματα, ϖλημμύρας ὑδάτων μεταβάλλει· ἤδη δὲ νεαρᾶς ἐϖιλαμϖούσης αἰθρίας, γαλήνη μὲν τοῖς θαλαττεύουσι καθίστησι τὰ πελάγη, εὔδιον δὲ ἀέρα τοῖς κατὰ γῆν ὁδοιπόροις ἐνδίδωσι· χῶραι δ' ἐν τούτῳ κατ' ἀγροὺς ἐγκύμονες σϖερμάτων, καὶ καρπῶν σϖαργῶντα φυτὰ τοῖς ἐκ θεοῦ δώροις ἀγαλλόμενα, γεωργοῖς πόνων τὰς ἀμοιβὰς ἐν εὐλογίαις παρέχει.

γ. Οὗτος ὁ τῆς ἑορτῆς καιρὸς, Αἰγυπτίοις μὲν ὄλεθρον τοῖς δαιμόνων φίλοις, Ἑβραίοις δὲ ἑορτάζουσι τῷ Θεῷ, κακῶν ἐλευθερίαν ϖρουξένει· οὗτος 4) ἦν αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦ ϖαντὸς κοσμογονίας τετηρημένος, καθ' ὃν ἡ γῆ ἐβλάστησε, καθ' ὃν οἱ φωστῆρες ἐγένοντο, καθ' ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ ϖαρήχθησαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· κατὰ τοῦτον καὶ ὁ σω-

matibus atque doctrinis caelorum regnum nunciantibus, deliciis merito divinis deliciamur. Sed et fide erga sanguinem eius, quem pro nostra salute lytrum obtulit, animae domos, id est corpora, obsignantes, omne genus insidiantium daemonum a nobis submovemus, transitusque sollemnitatem celebrantes, transire ad divina studemus, veluti olim illi in desertum ex Aegypto commigrarunt. Ita nos quoque invium quoddam desertumque a multis iter facimus, vetus irreligiosi erroris fermentum anima expellentes, veraque intyba amaro et insuavi victu simul apponentes. Tempus quoque sollemnitatis opportunum est, haud in mediam hiemem incurrens, quae tristis est; neque vicissim in mediam aestatem, quo tempore fervens solstitium, versantium in agris venustatem deterit; nimis item prolixae sunt horae, haud aequis partibus divisae. Sed neque autumnale aequinoctium incundum aspectum prae se fert, viduato agro, et suis fructibus tamquam filiis spoliato. Superest ex his anni temporibus laetum ver, quod totius anni, ceu corporis caput est, cum sol primam stadii sui partem decurrit, luna autem pariter pleno orbis sui lumine noctis cursum in lucidum transformat diem. Ver, inquam, hiemalium tonitruorum terriculamenta discutit, longa (noctium) interstitia tollit, aquarum exundationes cohibet. Iamque nova splendente serenitate, tranquilla fiunt navigantibus maria, sudusque aër terra iter facientibus. Regiones interim in agris gravidantur seminibus, et fructibus tumentes arbores, Dei donis exornatae, agricolis laborum mercedem in benedictione praebent.

3. Hoc sollemnitatis tempus Aegyptiis quidem, utpote daemonum amicis, exitium; Hebraeis autem Deum festo ritu celebrantibus, malorum finem attulit. Hoc idem erat anni tempus, quod in primitiva etiam universi creatione decurrebat, quo tempore terra germinavit, et luminaria extiterunt: quo tempore caelum, terra, et omnia quae in eis sunt, pro-

1) Cod. evidenter *τροφὴ*, manifesto tamen mendo pro *τροπή*.

2) Loquitur priscorum more, apud quos quum tam aestate quam hieme dies duodenis horis constare deberet; hae necessario aestate longiores, hieme breviores computabantur.

3) Aestuosis enim in regionibus hieme etiam tonitrua audiuntur.

4) Sequentes versiculi undecim usque ad *τὸ παλαιὸν πάσχα*, citantur *ex Eusebio de paschate*, Εὐσεβίου περὶ τοῦ πάσχα, etiam a Macario Chrysocephalo in sua inedita catena cod. E. f. 95. b, et quidem non sine verbis paulo pluribus quam a Niceta; quamobrem ex Eusebio potius ipso quam ex Niceta hausisse videtur Macarius.

ducta fuerunt. Hoc ipso tempore universi mundi Servator sollemnitatis suae mysterium peregit; atque orbem terrarum luminare magnum verae religionis splendoribus illustravit, mundique natale reducere visum est. Hoc tempore figura perficiebatur, vetus nimirum pascha seu transitus: insuper etiam symbolum caesae ovis fiebat; denique azymi panis esus, imaginis cuiusdam instar erat. Quae omnia in Servatoris sollemnitate completa sunt. Namque illa ovis, ipse erat, quatenus corpus circumpositum habebat. Ipse etiam sol iustitiae, cum iam ver divinae salutarisque conversionis a deterioribus in meliora, hominum moribus supervenit. Aegyptiorum utique daemonibus nunc etiam plagae imponuntur, populi ubique terrarum incolentes libertatem suam a multiformi irreligiositatis errore hilariter celebrant. Compressis ergo deceptoribus populorum spiritibus et malorum hieme, novorum fructuum ubertas variis sancti Spiritus donis Dei ecclesiam exornat; atque ut summatim dicam, universum hominum genus ad partes nostras transilivit; cunctae regiones a Verbo agricola animae culturam expertae, pulcros virtutis flores germinarunt: nosque tenebris malorum erepti, luce digni habiti fuimus qua die Dei notitiam hausimus.

4. Haec sunt nova documenta, olim quidem symbolis obumbrata, nuper autem in lucem manifestam prolata. Et quidem nos etiam initium huius sollemnitatis cyclorum periodis singulis annis instauramus; ante festum quidem, praeparationis causa, quadragesimale exercitium assumentes, sanctos Moysem et Heliam imitantes, ipsum vero festum per incessabile aevum repetentes. Ergo itinere ad Deum suscepto, lumbos apprime temperautiae zona praecingimus, animae vero gressus caute munientes, tamquam calceati caelestis vocationis cursum instituimus; virgaque divini verbi, non sine precum virtute, ad repellendos hostes utentes, cum omni alacritate ad ferentem in caelos transitum, ab his infimis ad superna, a mortali vita ad immortalem properamus. Sic enim peracto feliciter transitu, maior alia excipiet sollemnitas (quam pentecosten Hebraei nominant) regni caelorum ima-

τὴρ τοῦ σύμπαντος κόσμου τὸ τῆς οἰκείας ἑορτῆς ἐξετέλεσε μυςήριον, καὶ τὴν οἰκουμένην * ὁ μέγας φωστὴρ, εὐσεβείας αὐγαῖς κατελάμπρυνε καὶ δὴ γενέθλιον κόσμου ὁ καιρὸς περιέχειν ἔοικεν· κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν καὶ τύπος ἐτελεῖτο, τὸ παλαιὸν πάσχα ὃ καὶ διαβατήριον εἴρηται· ἀλλὰ καὶ προβάτου σφαγῆς σύμβολον ἔφερεν· ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἀζύμων ἄρτων ᾐνίττετο εἰκόνα· ταῦτα δὲ ἐπὶ τὴν σωτήριον ἑορτὴν ἅπαντα συνεπληροῦτο· τό τε γὰρ πρόβατον αὐτὸς ἦν καθ' ὃ περιέκειτο σῶμα· αὐτὸς καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, ἔαρος δῆτα θείου καὶ σωτηρίου τροπῆς ἀπὸ χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διαλαβούσης· Αἰγυπτίων μὲν δαίμοσιν εἰσέτι καὶ νῦν θεήλατοι μάστυγες καταπέμπονται, λαοὶ δὲ πανταχοῦ γῆς οἰκοῦντες τὴν σφῶν ἐλευθερίαν τὴν ἐκ τῆς πολυπλανοῦς ἀθεότητος ἑορτάζουσι· τῶν λαοπλανῶν δὲ πνευμάτων πεπαυμένων, καὶ χειμῶνος κακῶν, καινῶν καρπῶν εὐφορία διαφόροις χαρίσμασιν ἁγίου πνεύματος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ ςεφανοῖ· καὶ ἁπλῶς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ ἡμέτερον μεταβέβληται· χῶραι δὲ πᾶσαι πρὸς τοῦ γεωργοῦ λόγου τῆς κατὰ ψυχὴν γεωργίας τυχοῦσαι, τὰ ὡραῖα τῆς ἀρετῆς ἄνθη βεβλαστήκασιν· ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ σκότους κακῶν ἠλευθερωμένοι, φωτὸς ἐν ἡμέρᾳ θεοῦ γνώσεως κατηξιώθημεν.

δ. Τοιαῦτα τὰ καινὰ μαθήματα πάλαι μὲν διὰ συμβόλων ἐπεσκιασμένα, νεωςὶ δὲ εἰς φῶς ἀνακεκαλυμμένα· καὶ δὴ καὶ ἡμεῖς τὸ κεφάλαιον τῆς ἑορτῆς κύκλων 1) περιόδοις καθ' ἕκαςον ἔτος ἀναζωπυροῦμεν, προέορτα μὲν, προπαρασκευῆς ἕνεκα τὴν τεσσαρακονθήμερον ἄσκησιν παραλαμβάνοντες κατὰ τὸν τῶν ἁγίων ζῆλον Μωϋσέως καὶ Ἡλίου, τὴν δὲ ἑορτὴν αὐτὴν εἰς ἄληκτον αἰῶνα ἀνανεούμενοι· τὴν γοῦν πρὸς τὸν θεὸν πορείαν στελλόμενοι, τὰς μὲν ὀσφῦς εὖ μάλα δεσμῷ σωφροσύνης περιδούμεθα, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς βαδίσματα ἐν ἀσφαλείᾳ φυλάττοντες, ὥσπερ ἐν ὑποδήμασι δὲ τὸν δρόμον τῆς οὐρανίου κλήσεως παρασκευάζομεν· βακτηρίᾳ δὲ λόγου θείου ἐν εὐχῶν δυνάμει πρὸς ἄμυναν ἐχθρῶν χρώμενοι, σὺν πάσῃ προθυμίᾳ διαβαίνομεν τὴν εἰς οὐρανοὺς φέρουσαν διάβασιν, σπεύδοντες ἀπὸ τῶν τῇδε ἐπὶ τὰ οὐράνια, καὶ ἀπὸ ζωῆς θνητῆς ἐπὶ τὴν ἀθάνατον· οὕτω γὰρ διαδέξεται ἡμᾶς ἐντεῦθεν τὰ διαβατήρια εὖ καὶ καλῶς διαβεβηκότας ἄλλη τὶς μείζων ἑορτή· πεντηκοςὴν

* alius cod. τὴν ὑφήλιον.

1) Dicit cyclum paschalem, cuiusmodi plures in antiquis monumentis tam scriptis quam sculptis extant. Videsis Inscript. chr. apud nos, Script. vet. T. V. p. 70. et 472.

αὐτὴν ἐπίκλην Ἑβραίων παῖδες ὀνομάζουσι, εἰκόνα φέρουσαν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας· λέγει γοῦν Μωϋσῆς*· « ἀρχομένου σου δρέπανον ἐπ' ἄμητον, ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀριθμήσεις σεαυτῷ, καὶ νέους ἄρτους ἐκ νέων αμήτων παραθήσεις τῷ θεῷ· » ἐδήλου δὲ ἄρα προφητικῷ τύπῳ ἄμητον μὲν τῶν ἐθνῶν την κλῆσιν, νέους δὲ ἄρτους τὰς διὰ Χριστοῦ τῷ θεῷ προσενηνεγμένας ψυχὰς, τάς τε ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, ἐφ' αἷς ἑορτὴ μεγίστη τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ συντελεῖται· οἱ ταῖς τῶν ἀποστόλων λογικαῖς δρεπάναις θερισθέντες, καὶ ὥσπερ εἰς ἅλως τὰς απανταχοῦ γῆς ἐκκλησίας συναχθέντες ὑφ' ἓν, ὁμοφώνῳ τὲ διαθέσει πίστεως σωματοποιηθέντες, καὶ ἁλσὶ τοῖς ἀπὸ τῶν θείων λόγων μαθήμασιν ἐξαρτυθέντες, δι' ὕδατός τε καὶ πυρὸς ἁγίου πνεύματος ἀναγεννηθέντες, ἄρτοι τρόφιμοι προσηνεῖς καὶ ἀρεστοὶ τῷ θεῷ διὰ Χριστοῦ προσφερόμεθα.

* Deut. XVI. 9.

ε. Ταύτῃ πη τῶν παρὰ Μωϋσεῖ προφητικῶν συμβόλων εἰς ἔργα σεμνοτέροις τοῖς ἀποτελέσμασι χωρούντων, αὐτοί γε μὴν τὴν ἑορτὴν φαιδροτέραν ἄγειν παρειλήφαμεν, ὡς ἂν τῷ σωτῆρι συναγηγερμένοι, καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀπολαύοντες· διὸ οὐκέτι πονεῖσθαι κατὰ τήνδε τὴν ἑορτὴν συγχωρούμεθα, τῆς δ' ἐλπιζομένης ἐν οὐρανοῖς ἀναπαύσεως τὴν εἰκόνα φέρειν διδασκόμεθα· ὅθεν οὐδ' ἐν ταῖς εὐχαῖς γόνυ κλίνομεν, οὐδ' ἀσιτίαις καταπονούμεθα· τοὺς γὰρ τῆς κατὰ θεὸν ἀναστάσεως ἠξιωμένους, οὐκέτ' αὖθις οἷόν τε ἐπὶ γῆς πίπτειν· οὐδὲ τοὺς τῶν παθῶν ἠλευθερωμένους τὰ ἶσα πάσχειν τοῖς καταδεδουλωμένοις· διὸ μετὰ τὸ πάσχα τὴν πεντηκοστὴν ἐν ἑβδομάσιν ἑπτὰ τελείαις ἑορτάζομεν, τὸν μὲν πρότερον αἰῶνα τῆς πρὸ τοῦ πάσχα τεσσαρακονθημέρου συνασκήσεως ἐν ἓξ ἑβδομάσιν ἀνδρισάμενοι· πρακτικὴ γὰρ ἡ ἑξὰς καὶ ἐνεργητική· διὸ καὶ ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ θεὸς πεποιηκέναι λέγεται τὰ σύμπαντα· τοὺς δ' ἐν ἐκείνῃ πόνους εἰκότως ἡ δευτέρα ἑορτὴ ἐν ἑβδομάσιν ἑπτὰ διαδέξεται, πολυπλασιαζομένης ἡμῖν τῆς ἀναπαύσεως, ἧς τὰ σύμβολα ἡ ἑβδομὰς σημαίνειν θέλει· οὐ μὴν ἐπὶ ταύτας ὁ τῆς πεντηκοστῆς ἀριθμὸς ἵσταται· ὑπερακοντίσας δὲ τὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας, μονάδι τῇ μετὰ ταύτας ὑστάτῃ τὴν πανέορτον ἡμέραν τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἐπισφραγίζεται· εἰκότως ἄρα ἐν ταῖς τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἡμέραις τὴν μέλλουσαν ἀνάπαυσιν διαγράφοντες, τὰς ψυχὰς γαννύμεθα, καὶ το σῶμα διαναπαύομεν, ὡς ἂν αὐτῷ συνόντες ἤδη τῷ νυμφίῳ, καὶ νηστεύειν μὴ δυνάμενοι.

ginem prae se ferens. Ait itaque Moyses : « ex quo falcem in messem miseris, numerabis tibi septem hebdomadas, novosque panes ex nova messe propones ante Deum. » Significabat nempe prophetica haec figura per messem quidem vocationem gentium, per novos panes animas Christi meritis oblatas Deo, ecclesiasque ex ethnicis conflatas, quarum causa maximum festum apud benignum Deum fit. Namque rationalibus apostolorum falcibus demessi, cunctis ubique terrarum ecclesiis tamquam in area globatim congregatis, concordi fidei sententia corporati, sale divinarum doctrinarum ac disciplinarum conditi, aqua et igne sancti Spiritus regenerati, panes escales iucundi gratique Deo per Christum offerimur.

5. Sic ergo propheticis Moysis symbolis in rem veram sanctiore effectu collatis, laetiorem nos sollemnitatem agere traditione didicimus, ceu iam cum Servatore nostro coadunati, eiusque regno fruentes. Propterea nullo nobis labore ascetico atteri intra hoc festum conceditur, sed speratae in caelis quietis imaginem exhibere docemur. Quare nec in precibus genu flectimus, neque cibi abstinentia nosmet affligimus. Etenim eos, quibus in Deo resurgendi collata gratia fuit, iam non decet denuo humi procumbere; nec, passionibus liberatos, paria perpeti cum mancipiis cupiditatum. Quamobrem post pascha pentecosten septem hebdomadis integris celebramus; sicut praevium paschati tempus quadragesimalis exercitii sex hebdomadis viriliter sustinuimus. Nam senarius numerus actuosus ut ita dicam est et efficax. Ideo et sex diebus universa Deus condidisse dicitur. Laboribus autem in illa toleratis merito succedet secunda sollemnitas in septem hebdomadis, multiplicata nobis requie, cuius symbolum septenarius numerus est. Non tamen ex his septem hebdomadis pentecostes seu quinquagenarius numerus adamussim conficitur; nam postrema excedente monade, in hac sollemnissimum Christi ascendentis diem obsignamus. Merito igitur sanctae pentecostes diebus futuram requiem repraesentantes, laetis animis sumus, simulque corpori quietem indulgemus, quasi cum sponso iam versemur, ideoque nobis ieiunare non liceat.

6. Sed tamen quod sacri evangelistae Servatoris passionem circa dies azymorum iudaici paschatis contigisse narrent, nemo dubitabit. Haec enim causa fuerat legis a Moyse latae quae dicitur paschalis. Nam quia agnus Dei, tamquam ovis, ab ipsis Iudaeis ad caedem ducendus erat, quam ob communem hominum salutem passurus erat, haud alio quam praedicto tempore, Deus futuram rem demonstrativis symbolis praeoccupans, illo ipso tempore, quod volventibus annorum periodis, occursurum erat, materialem abs Iudaeis agnum immolari praecepit: idque ab eis singulis annis factitatum fuit, donec completa veritas veteres imagines circumscripsit. Quamobrem ex illo tempore apud gentes quidem vera mysteriorum manet sollemnitas; apud Iudaeos autem ne ipsorum quidem symbolorum memoria superest, erepto iis loco ubi festi ritum peragere iussi fuerant. Convenienter utique divina evangeliorum scriptura iudaicorum azymorum tempore passum Servatorem dicit, quia tunc reapse tamquam ovis ad caedem ductus fuit propheticis oraculis consentanee.

7. Et Moysis quidem adseclae semel in anno paschalem ovem immolabant, quarta decima primi mensis die, circa vesperum. Nos autem novi foederis homines dominicis cunctis diebus pascha nostrum celebrantes, SERVATORIS CORPORE SEMPER SATIAMUR, SEMPER SANGUINEM AGNI PARTICIPAMUS: lumbos semper animae nostrae castitate et modestia praecingimus, semper pedibus parati sumus ad evangelii procinctum, semper baculos manu tenemus, et virgae de radice Iessae germinanti innitendo quiescimus, Aegypto semper alienamur, semper humanae vitae solitudinem sectamur, semper itinere ad Deum tendimus, semper transitus festum celebramus. Haec enim haud semel quotannis, sed semper singulisque diebus a nobis fieri evangelicus sermo vult. Propterea singulis hebdomadis paschatis nostri festum, dominica Salvatoris die peragimus, veri agni, per quem liberati fuimus, mysteria celebrantes. Neque corpus ferro circum-

ϛ. Πλὴν ὅτι οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταὶ τὸ σωτήριον πάθος κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ ἰουδαϊκοῦ πάσχα τῶν ἀζύμων ἱστόρησαν γεγονέναι, οὐδεὶς ἂν ἀμφιβάλοι· τοῦτο γὰρ ἦν τοῦ νόμου τοῦ παρὰ Μωϋσεῖ περὶ τοῦ πάσχα λεγομένου αἴτιον· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἄγεσθαι παρ᾽ αὐτοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τοῦτο πάσχειν ὑπὲρ τῆς κοινῆς πάντων ἀνθρώπων σωτηρίας, οὐκ ἄλλοτε ἢ κατὰ τὸν δηλούμενον καιρὸν, προλαβὼν τὸ μέλλον ὁ θεὸς διὰ συμβόλων εἰκονικῶς, κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν μέλλοντα ποτὲ κατὰ χρόνων περιόδους ἐπιστήσεσθαι καιρὸν, ἀμνὸν παρὰ Ἰουδαίοις αἰσθητὸν ἐκέλευε θύεσθαι· καὶ τοῦτο αὐτοῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐτελεῖτο, ἕως ἡ ἀλήθεια ἀποπληρωθεῖσα, τὰς παλαιὰς εἰκόνας περιέγραψεν· ὅθεν ἐξ ἐκείνου παρὰ μὲν τοῖς ἔθνεσιν ἡ ἀληθὴς τῶν μυστηρίων κεκράτηκεν ἑορτὴ, παρὰ δὲ Ἰουδαίοις οὐκέτι οὐδ᾽ αὐτῶν ἡ μνήμη τῶν συμβόλων φυλάττεται, περιῃρημένου αὐτῶν τοῦ τόπου ἐν ᾧ τὰ τῆς ἑορτῆς τελεῖσθαι νενομοθέτητο· εἰκότως ἄρα ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων γραφὴ κατὰ τὸν χρόνον τῶν ἰουδαϊκῶν ἀζύμων πεπονθέναι φησὶ τὸν σωτῆρα, ἐπειδὴ καὶ τότε ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, ταῖς προφητικαῖς ἀκολούθως φωναῖς.

ζ. Καὶ οἱ μὲν κατὰ Μωϋσέα ἅπαξ τοῦ παντὸς ἔτους πρόβατον τοῦ πάσχα ἔθυον τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, τὸ πρὸς ἑσπέραν· ἡμεῖς δὲ οἱ τῆς καινῆς διαθήκης ἐφ᾽ ἑκάστης κυριακῆς ἡμέρας τὸ ἑαυτῶν πάσχα τελοῦντες, ΑΕΙ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΕΜΦΟΡΟΥΜΕΘΑ, ΑΕΙ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΠΡΟΒΑΤΟΥ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝ 1), ἀεὶ τὰς ὀσφῦς τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ περιεζώσμεθα, ἀεὶ τοὺς πόδας παρεσκευάσμεθα ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου, ἀεὶ τὰς βακτηρίας ἔχομεν ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ τῇ ῥάβδῳ τῇ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ προελθούσῃ ἐπαναπαυόμεθα, ἀεὶ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαττόμεθα, ἀεὶ τὴν ἐρημίαν τοῦ ἀνθρωπείου βίου μεταδιώκομεν, ἀεὶ τὴν πρὸς θεὸν πορείαν στελλόμεθα, ἀεὶ τὰ διαβατήρια ἑορτάζομεν· ταῦτα γὰρ πάντα οὐχ ἅπαξ τοῦ ἔτους πράττειν ἡμᾶς, ἀεὶ δὲ καὶ διὰ πάσης ἡμέρας ὁ εὐαγγελικὸς λόγος βούλεται· διὸ καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἑβδομάδα τὴν τοῦ πάσχα τοῦ ἡμετέρου ἑορτὴν κατὰ τὴν σωτήριον καὶ κυριακὴν ἡμέραν ἐπιτελοῦμεν τοῦ ἀληθινοῦ προβάτου, δι᾽ οὗ ἐλυτρώθημεν,

1) En Eusebii egregium de sacrosancta eucharistia, prout eam nos catholici confitemur et credimus, testimonium. Undique enim mihi suppeditat (ut verbis tullianis utar pro Scauro n. 22.) quod pro Christi humanitate sub eucharisticis velis praesente dicam, quocumque non modo mens, verum etiam oculi inciderint, in Eusebium puta, Cyrillum, Sophronium, Eutychium, Nicephorum, Luculentium, aliosque a me editos auctores vel fragmenta ipsorum, ut suis locis adnotavi. De mysterio corporis Christi Eusebius etiam in Theophania lib. III. 61, qui brevior locus lumen plurimum ab hoc de paschate tractatu accipit.

τὰ μυστήρια ἀποπληροῦντες· καὶ οὔτε τὸ σῶμα σιδήρῳ περιτέμνομεν, τῆς δὲ ψυχῆς τῷ τμητικῷ λόγῳ πᾶσαν περιαιροῦμεν κακίαν· οὔτε σωματικοῖς ἀζύμοις χρώμεθα, μόνοις δὲ τοῖς τῆς εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας· ἡ χάρις γὰρ ἡμᾶς τῆς γεγηρακυίας ἐλευθερώσασα συνηθείας, τὸν καινὸν ἄνθρωπον παρέδωκεν ἡμῖν τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα, καὶ τὸν καινὸν νόμον, καινήν τε περιτομὴν, καινόν
* Rom II. 29. τε πάσχα, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ ἰουδαῖον *· οὕτω καὶ τῶν παλαιῶν καιρῶν ἐλευθέρους ἡμᾶς ἀφῆκε.

η. Πλὴν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, μέσου τῆς ἁγίας συνόδου προκαθεζομένου 1), ὡς ἤχθη εἰς μέσον τὸ περὶ τοῦ πάσχα ζήτημα, ἐλέγετο μὲν ὅσα καὶ ἐλέγετο 2)· ἐπλεονέκτει δὲ τῷ πλήθει τῶν ἐπισκόπων ἡ τριπλασίων μοῖρα τῆς ὅλης οἰκουμένης ἑτέρωθεν ἀντιτείνουσα τοῖς τῆς ἀνατολῆς· ἀρκτῷα γὰρ ὁμοῦ καὶ μεσημβρινὰ καὶ τὰ κατὰ δύοντα ἥλιον ἔθνη τῇ συμφωνίᾳ φραξάμενα, τὴν ἐναντίαν ἀνθεῖλκε τοῖς τῆς ἑῴας τὴν παλαιὰν διεκδικοῦσι συνήθειαν· τέλος δὲ λόγου εἶξαν οἱ ἀνατολικοί· καὶ οὕτω μία Χριστοῦ γέγονεν ἑορτή· καὶ οὕτω τῶν μὲν κυριοκτόνων ἀπέστησαν, τοῖς δὲ ὁμοδόξοις συνήφθησαν· ἡ φύσις γὰρ ἕλκει τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια· εἰ δέ τις εἴποι ὡς ἄρα γέγραπται, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον τῷ σωτῆρι, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ὁ δὲ πρὸς τὸν δεῖνα ἀπέστειλε, παραγγείλας εἰπεῖν, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα, ἐροῦμεν ὅτι τοῦτο παράγγελμα οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἱστορία πράγματος συμβεβηκότος κατὰ τὸν τοῦ σωτηρίου πάθους καιρόν· ἕτερον δέ ἐστιν τὸ παλαιὰν πρᾶξιν διηγεῖσθαι, καὶ ἕτερον τὸ νομοθετεῖν καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα παραγγελίας καταλιμπάνειν.

θ. Ἀλλὰ καὶ ὁ σωτὴρ οὐ μετὰ Ἰουδαίων ἐπετέλεσε τὸ πάσχα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἰδίου πάθους· οὐ γὰρ ὅτε ἔθυον ἐκεῖνοι τὸ πρόβατον, τότε καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν τὸ ἑαυτοῦ ἤγαγε πάσχα· οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὴν παρασκευὴν ἐν ᾗ πέπονθεν ὁ σωτὴρ τοῦτ' ἔπραττον· ὅθεν οὐδὲ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἀλλ' ὁ Πιλάτος πρὸς αὐτοὺς ἔξεισιν· αὐτὸς δὲ πρὸ ὅλης ἡμέρας τῇ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου τοῖς μαθηταῖς συνανέκειτο, καὶ συνεσθίων αὐτοῖς ἔλεγεν, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν· ὁρᾷς ὅπως ὁ σωτὴρ οὐ μετὰ Ἰουδαίων τὸ

cidimus, sed acuta verbi evangelici acie cunctam animae malitiam abscindimus. Neque corporeis azymis utimur, sed sinceritatis tantummodo ac veritatis. Gratia enim quae nos veteribus moribus liberavit, novum nobis tradidit hominem, qui secundum Deum conditus est, novam legem, novam circumcisionem, novum pascha, et illum qui in abscondito iudaeus est. Sic nos antiquorum temporum iugo relevatos dimisit.

8. Verumtamen quum Deo dilectissimus imperator sancta synodo coram medius sederet, commota illic de paschate quaestione, dixit ea quae dixit. Praevalebant autem tres ex quatuor partibus episcoporum in toto mundo, qui orientalibus episcopis contrarium sentiebant. Nam septentrionis, austri, itemque occidentis populi concordia sua roborati sententiam gerebant adversam orientalibus, qui veterem suam consuetudinem tuebantur. Sed cesserunt demum orientales; atque ita una Christi facta est sollemnitas; sic a Domini occisoribus recedentes, propriae religionis hominibus copulati sunt. Natura enim similia trahit ad similia. Quod si quis dicat scriptum esse: prima azymorum die accedentes discipuli dixerunt Servatori, ubinam vis paremus tibi manducare pascha? ille autem duos misit ad quendam, ut ei dicerent: apud te facio pascha; nos respondemus, non hoc fuisse praeceptum, sed historiam esse rei gestae tempore quo Servator passus est. Aliud vero est priscam rem narrare, aliud legem ferre, et mandata posteris tradere.

9. Sed neque Servator cum Iudaeis pascha celebravit passionis suae tempore. Non enim dum illi ovem immolabant, ipse quoque cum suis discipulis proprium pascha peregit. Nam illi die parasceves, in qua patiebatur Servator, celebrabant: unde et nemo praetorium est ingressus, sed Pilatus ad eos exivit: Christus autem die omnino quinta hebdomadae cum discipulis discubuit, et convescens ait: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Viden quomodo Servator haud cum Iudaeis pascha manducaverit? Quia novum

1) Loquitur auctor de Constantino magno in synodo nicaena, medio sed humili loco sedente, ac disserente. Eusel. in vita eius lib. III. 10. seqq. et praesertim 18.

2) Legatur Constantini epistola apud Eusebium vit. Const. III. 17-20. Idem Constantinus die ipso paschatis sermonem ad sanctos habuit (cap. 1.) Quomodo religiosissimus imperator annuum pascha celebraret, dicitur in eius vita lib. IV. 22, precibus nempe, splendido cultu, et eleemosynis.

quid illud erat, et a consueto iudaicoque more abhorrens, necessario institit dicendo: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante quam patiar. Nam prisca illa vel potius antiquata, quae cum Iudaeis comedisset, non erant desiderabilia: novum autem mysterium novi sui foederis, quod discipulis propriis tradebat, desiderabile merito ipsi erat: quia multi ante eum prophetae ac iusti videre optaverant novi foederis mysteria: ipsum immo Verbum communem salutem prorsus sitiens, mysterium tradebat, quo omnes homines festum erant acturi, idque sibi desideratum esse fatebatur. Certe Moysis pascha haud cunctis gentibus idoneum erat, quandoquidem uno in loco, id est Hierosolymis, fieri iussum erat. Quam ob rem haud erat desiderabile. Sed Servatoris mysterium in novo foedere cunctis hominibus congruum, iure optimo desiderabile erat.

10. Sed ipse quidem ante quam pateretur, cum suis discipulis pascha comedit, festumque egit, non cum Iudaeis. Reapse postquam ipse vespere festum celebrasset, pontifices cum proditore manus ei iniecerunt: non enim illi eo vespere pascha comedebant; alioquin ab eius persecutione quievissent. Quem mox captum ad Caiphae domum duxerunt; ubi exacta nocte, illucescente die congregati, primam in eum damnationem tulerunt. Deinde illinc surgentes cum plebe eundem ad Pilatum traxerunt. Tunc autem ait scriptura in praetorium eos non introisse; ne sub ethnicum tectum ingressi, ut putabant inquinarentur, sed puri manentes hi impurissimi, vespere imminente pascha comederent: hi qui culicem excolantes, camelum glutiebant, quique animas simul et corpora Servatoris caede impiabant, sub tectum ingredi reveriti sunt; sed ipsa dominicae passionis die cum animae ipsorum exitio pascha comederunt, Servatoris sanguinem non pro se sed contra se expetentes. Noster vero Servator non tunc, sed hesterna die discumbens cum discipulis, desideratum sibi festum peregerat.

11. Viden quomodo iam ex eo tempore Christus a Iudaeis secedebat, et illorum cruentam indolem aversabatur, adiungebat autem sibi discipulos, cum iisque desideratam celebritatem agebat? Ergo et nos comedere cum

πάσχα ἤσθιεν; ἐπειδὴ καινὸν ἦν ἐκεῖνο καὶ ξενίζον παρὰ τὰ συνήθη καὶ ἰουδαϊκὰ ἔθη, ἀναγκαίως ἐπέστησεν εἰπὼν *, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν· τὰ μὲν γὰρ παλαιὰ ἤθη ὄντα καὶ πεπαλαιωμένα, ἃ δὴ μετὰ Ἰουδαίων ἤσθιεν οὐκ ἦν ἐπιθυμητά· τὸ δὲ καινὸν μυστήριον τῆς καινῆς αὐτοῦ διαθήκης, ὃ δὴ μετεδίδου τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἐπιθυμητὸν ἦν αὐτῷ εἰκότως· ἐπεὶ πολλοὶ πρὸ αὐτοῦ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν τὰ τῆς νέας διαθήκης μυστήρια· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ λόγος πάντοτε διψῶν τὴν κοινὴν σωτηρίαν, μυστήριον παρεδίδου, δι' οὗ πάντες ἄνθρωποι ἔμελλον ἑορτάζειν, ἐπιθυμητὸν τοῦτο αὐτῷ εἶναι ὡμολόγησε· τὸ μὲν Μωϋσέως πάσχα οὐχ ἥρμοζε πᾶσι τοῖς πότε ἔθνεσι· πῶς γάρ; ὁπότε ὑφ' ἕνα τόπον τὸν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τελεῖσθαι νενομοθέτητο· διὸ οὐκ ἦν ἐπιθυμητόν· τὸ δὲ σωτήριον μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης πᾶσιν ἀνθρώποις ἁρμόζον, εἰκότως αὐτῷ ἐπιθυμητὸν ἦν. * Luc. XXII. 15

ι. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν πρὸ τοῦ παθεῖν, σὺν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἔφαγε τὸ πάσχα, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπετέλεσεν, οὐ μετὰ τῶν Ἰουδαίων· ἑορτάσαντος δὲ αὐτοῦ ἑσπέρας, οἱ ἀρχιερεῖς ἅμα τῷ προδότῃ ἐπιστάντες ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας· οὐ γὰρ ἤσθιον αὐτοὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν τὸ πάσχα· ἢ γὰρ ἂν τὴν σχολὴν περὶ αὐτὸν εἶχον· καὶ δῆτα συλλαβόντες ἀπήγαγον εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Καϊάφα, ἔνθα διανυκτερεύσαντες, ὡς ἡμέρα ἐγένετο συνήχθησαν καὶ ἀνακρίνουσιν αὐτὸν πρότερον· εἶτα μετὰ ταῦτα ἀναστάντες ἅμα τῷ πλήθει ἤγαγον αὐτὸν πρὸς Πιλάτον· καὶ τότε φησὶν ἡ γραφὴ * ὅτι μὴ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα δὴ μὴ ὑπὸ στέγην ἑλληνικὴν εἰσελθόντες, ὥς γε ᾤοντο μιανθῶσι, καθαροὶ δὲ μείναντες οἱ παμμιαροὶ ἑσπέρας ἐπιστάσης φάγοιεν τὸ πάσχα, οἱ τὸν κώνωπα διυλίζοντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες *, οἱ τὰς ψυχὰς αὐτοῖς σώμασι κατὰ τοῦ σωτῆρος μιαιφονίᾳ μεμιασμένοι, τὸν ὄροφον ἐδεδίεσαν ὑπεισελθεῖν· ἀλλ' οἱ μὲν κατ' αὐτὴν ἐκείνην τοῦ πάθους τὴν ἡμέραν τὸ λυμαντικὸν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἔφαγον πάσχα, τὸ αἷμα τὸ σωτήριον οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀλλὰ καθ' ἑαυτῶν ἐξαιτησάμενοι· ὁ δ' ἡμέτερος σωτὴρ οὐ τότε, πρὸ ἡμέρας δὲ ἀνακείμενος μετὰ τῶν μαθητῶν, τὴν ἐπιθυμητικὴν ἑαυτῷ ἑορτὴν ἦγεν. * Ioh. XVII. 28. * Matth. XXIII 24.

ια. Ὁρᾷς ὡς ἐξ ἐκείνου, ὁ μὲν αὐτῶν ἐχωρίζετο καὶ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀνεχώρει μιαιφονίας, συνήπτετο δὲ τοῖς μαθηταῖς, ἅμα αὐτοῖς τὴν ἐπιθυμητὴν ἑορτὴν πανηγυρίζων; οὐκοῦν καὶ ἡμῖν τὸ πάσχα σὺν Χριστῷ βρωτέον, καθαιροῦσι μὲν τῆς ἑαυτῶν διανοίας

πᾶσαν ζύμην κακίας καὶ πονηρίας, ἀζύμων δ' ἀληθείας καὶ εἰλικρινείας ἐμπιπλαμένοις, ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ τὸν ἐν κρυπτῷ ἰουδαῖον * καὶ τὴν ἀληθῆ περιτομὴν, καὶ τοῦ τυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν προβάτου τῷ αἵματι τὰς τῆς διανοίας ἡμῶν φλιὰς περιχρίουσιν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀλοθρευτοῦ· καὶ τοῦτο οὐ πρὸς μίαν περίοδον τοῦ παντὸς ἔτους, ἀλλὰ καὶ δι' ἑβδομάδος ἁπάσης· παρασκευὴ μὲν ἡμῖν ἔστω νηστεία, πένθους σύμβολον, τῶν προτέρων ἡμῖν χάριν ἁμαρτημάτων, καὶ μνήμης ἕνεκα τοῦ σωτηρίου πάθους.

* Rom. II. 29.

ιβ. Ἰουδαίους γε μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀπεσφάλθαι τῆς ἀληθείας φημὶ, ἐξ οὗπερ αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβεβουλεύκασι, τὸν λόγον τῆς ζωῆς ἐξ ἑαυτῶν ἀπελαύνοντες· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων παρίστησι γραφή· τῷ μὲν γὰρ κυρίῳ ἐπιμαρτυρεῖ τὸ πάσχα βεβρωκηναι τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων· μηδ', ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα ἡμέρᾳ τὸ σύνηθες αὐτοῖς βεβρώκασι πάσχα, ἀλλὰ τῇ μετ' ἐκείνην ἑξῆς, ἥτις ἦν τῶν μὲν ἀζύμων δευτέρα, σελήνης δὲ πεντεκαιδεκάτη, ἐν ᾗ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κρινομένου ὑπὸ Πιλάτου, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, οὐκ ἄρα τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι, βεβρώκασιν αὐτὸ κατὰ τὸν νόμον· ἢ γὰρ ἂν μετὰ τοῦ σωτῆρος καὶ αὐτοὶ τὸ πάσχα πεποιήκεσαν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου ἅμα τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῇ πρὸς τῆς αὐτῶν τυφλωθέντες κακίας, καὶ πάσης ἀληθείας ἐσφάλησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ αὐτὰ μυστήρια δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἄγομεν, ἐν παντὶ μὲν προσαββάτῳ τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν ἀνάμνησιν ποιούμενοι διὰ νηστείας ἣν 1) ἐνήστευσαν ἀρθέντος ἀπ' αὐτῶν τοῦ νυμφίου τότε πρῶτον οἱ ἀπόστολοι· διὰ πάσης δὲ κυριακῆς ἡμέρας τῷ ἡγιασμένῳ σώματι τοῦ αὐτοῦ σωτηρίου πάσχα ζωοποιούμενοι, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι αὐτοῦ τὰς ψυχὰς κατασφραγιζόμενοι.

Christo pascha debemus, mentem nostram omni malitiae fermento expurgantes, azymis autem veritatis ac simplicitatis nos saturantes, habentesque in anima eum, qui in abscondito est iudaeus, veramque circumcisionem, et immolati pro nobis agni sanguine mentis nostrae postes inungentes, ob exterminatorem nostrum propulsandum. Neque hoc in una periodo uniuscuiusque anni, sed tota etiam hebdomada. Praeparatio tamen nobis sit ieiunium, luctus symbolum, propter priora peccata nostra, et ob patientis Servatoris memoriam.

12. Iudaeos certe iam olim a veritate aberrasse aio, ex quo veritatem ipsam persecuti sunt, et Verbum vitae a se expulerunt. Atque hoc manifeste adfirmat scriptura evangelica. Nam Dominum prima die azymorum comedisse pascha testatur. Ipsi vero non qua die oportebat, ut ait Lucas, consuetum pascha comederunt, sed die crastina, quae erat azymorum secunda, lunae vero quinta decima; in qua dum de Servatore nostro iudicium exerceret Pilatus, non sunt ingressi praetorium. Non ergo prima die, in qua fuerat immolandum, comederunt prout lex volebat pascha; sic enim cum Servatore et ipsi pascha comedissent; sed iam tum struendis Servatori insidiis occupati, a sua malitia excaecati, omni veritate exciderunt. Nos vero eadem mysteria toto anno agimus, omni praecedente sabbatum die Servatoris passionem commemorantes cum ieiunio, quod primum tunc apostoli ablato ab ipsis sponso observarunt. Omni die dominica per corpus sanctificatum ipsius salutaris paschatis vivificamur, et pretioso sanguine ipsius in anima obsignamur.

1) Dicit sextae feriae perpetuum in graeca ecclesia ieiunium, quod tamen in occidente varias vices passum est. Vide Thomasinum de ieiuniis part. II. cap. 15.



DE EUSEBII QUAESTIONIBUS EVANGELICIS

EDITORIS MONITUM.

Plura iam in hoc volumine edidimus Eusebii scripta, quae superiores doctissimi auctoris editiones desiderabant; nempe 1. *Commentarios, vel eorum excerpta, in psalmos a CXIX. ad psalterii finem.* 2. *Theophaniae partem non modicam.* 3. *Commentariorum in Lucam non paenitendas reliquias.* 4. *Operis de paschate insigne fragmentum. (Tum et chronicorum Eusebii deperditum priorem librum Mediolani olim, et postea Romae vulgarimus.) Nunc quinto loco quaestiones eius evangelicas, sive de evangeliorum diaphonia, quas superioribus annis paulo sparsiores, prout eae nobis identidem occurrerunt, nec nisi partim latinas factas edidimus, commodiore iam ac pleniore forma, integra etiam latinitate donatas, recudere constituimus. Postremo denique quaedam alia Eusebii fragmenta accedent.*

Cur Eusebius, rei christianae defensor acerrimus, opus hoc scribendum susceperit, causam facile est divinare, quia multae incurrunt reapse apud evangelistas varietates, quibus ethnici vel haeretici abutebantur, ut divinorum librorum veritatem negarent. Hinc tot harmoniae evangelicae iam inde a Tatiani syri temporibus usque ad nostra constructae. Ipse Eusebius sub initiis quoque historiae suae ecclesiasticae lib. I. 7. necessario demonstrandam putavit evangeliorum inter se consensionem, quod et fecit, citato etiam Africani exemplo in litteris ad Aristidem de evangelistarum in narranda Christi genealogia consensu. Iam quale fuerit hoc Eusebii de evangeliorum diaphonia seu discrepantia (concilianda) opus, docet authentico testimonio auctor in praefatiuncula ad Marinum. « Ambiguarum quaestionum ac solutionum, quae circa divinorum evangeliorum » initia occurrunt, quum iam duos scripserim libros, venio nunc, mediis praetermissis ad extrema » quae semper apud omnes controversa fuerunt. » Priores autem duo libri scripti erant ad Stephanum, ut codex vaticanus demonstrat, tertius ad Marinum. Ergo Eusebius quaestiones tantummodo circa initium et finem evangeliorum obortas tractaverat, mediis cunctis omissis; quas deinde omnes operosissima lucubratione de consensu evangelistarum complexus est sanctus Augustinus, qui dicti operis libris 2. 3. et 4. difficultates plurimas per totum evangelistarum contextum pro suo ingenii acumine enucleavit. Et quidem, quod iure miror (quodque spem quodammodo alit, superesse alicubi opus Eusebii fortasse integrum, cuius nonnisi compendium heic exhibemus) Latinus Latinius opp. T. II. p. 116. sic ad Andream Masium scribebat: « Sirletus (Cardinalis) scire te vult, in Sici- » lia inventos esse libros tres Eusebii caesariensis de evangeliorum diaphonia, qui ut ipse sperat » brevi in lucem edentur. » Tres ergo iam tum dicebantur hi Eusebii libri, ut apud nos postea in prologo ad Marinum apparuit. Nec vero quisquam codicem nostrum ex Sicilia adlatum Romam putet; est enim is unus de palatinis heidelbergensibus, ut eius inscriptio demonstrat, nec non Silburgii impressus graecae illius bibliothecae catalogus, qui ante captam Heidelbergam translatosque illos Romam codices confectus fuit. Quod si Silburgius non tres dicit libros, sed duos, id brevi alucinatione accidit, quia nempe duas tantum operis sectiones videbat in codice, ad Stephanum et ad Marinum, cuius postremae prohoemium non legit.

Mihi in codice vat. palat. ·CXX· pulcherrimo, saeculi ferme ·X·, trium praedictorum librorum epitome comperta est, ut diserte inscribitur ἐκλογὴ ἐν συντόμῳ *etc. prout ex codice in titulum libri mei ad verbum transtuli: in aliis vero vaticanis catenarum codicibus partes etiam integri operis nactus sum, quas post epitomen recitabo. Nunc operis per se certissimi testes nihilominus veteres producere aequum est.* 1. *Namque Eusebius demonstr. evang. lib. VII.* 3. *ait:* « τίνι δὲ λόγῳ τὸν Ἰωσὴφ γε-

» νεαλογοῦσιν οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταὶ, καί περ μὴ ὄντος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου » πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας παρθένου, ὅπως τε καὶ αὕτη ἡ τοῦ κυρίου μήτηρ ἀπὸ γένους καὶ » σπέρματος ἀποδείκνυται εἶναι Δαβὶδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν » ζητημάτων καὶ λύσεων διειληφότες, ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀποπέμπομεν: *cur Iosephi ge- » nus sacri evangelistae describant, quamvis Servator noster ex ea natus non sit, sed de Spi- » ritu sancto et sancta Virgine; quove modo ipsa Domini mater de genere ac semine Davidis » fuisse ostendatur; in primo quaestionum et solutionum de Servatoris nostri prosapia explicavi- » mus. Illuc igitur rei studiosos amandamus.» Porro titulum hunc* « ζητημάτων καὶ λύσεων, *quaestionum et solutionum» genuinum esse eusebianum, docet heic auctor, et codicis nostri palatini inscriptio confirmat. Alii itaque auctores, v. gr. sanctus Hieronymus (ut mox dicemus) liberius locuti sunt, cum paulo aliter, ut fit, sensús tantummodo ratione habita, inscripserunt: quae varietas in titulo quoque chronicorum Eusebii iamdiu observata fuit.* 2. *Sanctus ergo Hieronymus de script. illustr. cap.* 81. *ait « Eusebius caesariensis etc. edidit de evangeliorum diaphonia »* 3. *Rursus idem Hieronymus in comm. ad Matth. I.* 16: *« super hoc et Africanus temporum scriptor, et » Eusebius caesariensis in libris* διαφωνίας εὐαγγελίων *plenius disputarunt. » Porro Sophronius Hieronymi interpres, Suidas, Honorius augustudunensis, Trithemius, aliique, nonnisi praedicta testimonia repetiverunt.* 4. *Ebediesu in librorum syrorum catalogo, sic: « Eusebius caesariensis » composuit librum solutionis contradictionum evangelii. » Reapse in vat. syr. codice CIII. p.* 302. *excerpta aliquot ex illo opere fiunt. cum titulo: « Eusebii caesariensis ex libro quaestionum in evangelium. »* 5. *Nicephorus quoque Callistus hist. I.* 11. *opus hoc Eusebii satis innuit dicens:* « περὶ τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν οὐκ ὀλίγοι βίβλους ὅλας ἐξέδωκαν: *circa apparentem dissonantiam » non pauci libros integros ediderunt. »* 6. *Eusebii hoc opus de evangelistarum discrepantia permulti codices memorant praesertim catenarum, cum alibi, tum etiam in bibliotheca vaticana, ut legens comperi. Ecce enim et Combefisius ex catena codicis gallicani, latinum a se redditum edidit in bibl. concion. T. VIII. p.* 15. *latum fragmentum, quod graece apud nos recurrit. Atque haec librorum ad Stephanum testimonia sunt.* 7. *Libro autem ad Marinum testimonium dant Anastasius sinaita in quaestionibus* 8. 148. 153; *Macarius Chrysocephalus in florilegio; chronographi Georgius hamartolus, Iohannes siculus, et Cedrenus quos infra laudabimus. Item auctor scholiorum ad I. reg. cap.* 2. *cant. Annae in sixtina gr. editione; tum catenae, Possini quidem in Marcum p.* 343. 364, *Corderii autem in Iohannem p.* 436. 8. *Sanctus Ambrosius, etsi Eusebium nominatim non appellat, eius tamen opere latissime utitur in commentario ad Lucam.* 9. *Utrum S. Augustinus, qui suo quodam peculiari modo ingenioque loquitur, ad Eusebium nostrum respexerit, non definio; nam modo congruit, modo dissidet, quod tali in opere fieri necesse est.* 9. *Sanctus Hieronymus in comm. ad Matth. sub initio et fine, ex eusebianis quaestionibus haurit, et quidem ex illis ad Marinum abundanter in epistola* ·CXX· *capp.* 3. 4. 5. 6. 7. 9. *Ceteroqui graecos praesertim biblicarum quaestionum auctores, quorum longus catalogus contexi potest, Eusebium prae oculis habuisse, quis dubitet?*

ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩι
ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΤΕΘΕΝΤΩΝ
ΥΠΟ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΝ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ
ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ.

EPITOME SELECTA
EX COMPOSITIS
AB EUSEBIO AD STEPHANUM
CIRCA EVANGELIA
QUAESTIONIBUS AC SOLUTIONIBUS.

I. Cur evangelistae Iosephi, non autem Mariae, genus scribant.

Qui fit, ut Christum evangelistae tamquam a Davide genus ducentem narrent? Prorsus propter Iosephum Davidis prosapia genitum. Atqui non abs Iosepho Christus est, sed a sancto Spiritu et Maria, ut ait scriptura. Oportuisset igitur Mariae genus enarrari, si quidem Christi stemma non Iosephi contexebatur, ad quem Christi humana natura nihil pertinet, quia genitus ab eo non fuit. Iam vero si Iesus a Iosepho non oritur sed a Maria tantummodo, is ne a Davide quidem est: quandoquidem Mariam nulla historia Davide oriundam demonstrat. Temere igitur evangelistae Christum Davidis genere ortum celebrant, quum neque is Iosephi sit filius, neque Mariam in familia Davidis fuisse docuerint. Huiuscemodi erat quaestio prima, quae sic dissolvitur.

1. Res Iesu Christi servatoris nostri partim clam habere oportebat illorum temporum hominibus; partim vero ad communem notitiam efferebantur, quaecumque audientibus utilitatem erant allaturae. Veluti Iesus, ut aliquid exempli causa dicam, mortalis aetatis trigesimum annum agens stitit se publice ad Iohannis baptisma, atque hinc fecit initium magisterii sui ac prodigiorum: quid tamen citra trigesimum annum gesserit, nulla historia docet; neque ex ulla divinae auctoritatis scri-

1. Διὰ τί τὸν Ἰωσήφ, ἀλλ' οὐ τὴν Μαρίαν, οἱ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσιν.

Πόθεν τὸν Χριστὸν ὡς υἱὸν Δαβὶδ γενεαλογοῦσι; πάντως ὅτι διὰ τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγονότα· ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας, ὥς φησιν ἡ γραφή· ἐχρῆν τοίνυν τὴν Μαρίαν γενεαλογεῖν, εἴπερ τὸν Χριστὸν γενεαλογεῖν ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐ τὸν Ἰωσήφ, ᾧ μηδὲν προσήκων τυγχάνει κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, μὴ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτοῦ τυγχάνει ὢν, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἐπειδὴ τὴν Μαρίαν οὐδεὶς λόγος ἀποδείκνυσιν ἀπὸ Δαβὶδ γενομένην· μάτην ἄρα τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ θρυλλοῦσι, μήτε τοῦ Ἰωσὴφ ὄντα υἱὸν, μήτε τῆς Μαριας ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλογουμένης· τοιαῦτα μέν τινα τὸ πρῶτον τῶν ἠπορημένων περιεῖχε· λύσις δ' ἂν εἴη αὐτῷ ἥδε.

α'. Τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πράξεων, τὰ μὲν σιωπᾶσθαι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς τότε, τὰ δὲ εἰς πολλῶν ἀκοὰς διεδίδοτο, ὅσα πρὸς ὠφέλειαν ἤμελλε συμβάλλεσθαι τοῖς ἀκροωμένοις· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος τριακοστὸν ἄγων τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας ἔτος, πάρεισιν ἐπὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ βάπτισμα· καὶ ἐντεῦθεν ἀπάρχεται τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν τεραστίων ἔργων· τίνα δὲ τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐντὸς ὅλων ἐτῶν τριάκοντα πραχθέντα αὐτῷ, οὐδεμία ἱστορία δηλοῖ, οὐδ' ἔστιν ἀπό τι-

νος θείας γραφῆς τὸν πρὸ τούτου καταμαθεῖν αὐτοῦ βίον. Ἀλλὰ καὶ ἐξ οὗπερ εἰς πάντας ἐγνώσθη, τὰ μὲν εἰς ἀκοὰς πάντων ἐκήρυττε, τὰ δὲ μόνους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐμυσταγώγει· καὶ ποτὲ μὲν παραδοξοποιῶν παρῄνει μηδενὶ λέγειν, ποτὲ δὲ ἄνευ τῆς τοιάσδε παραινέσεως τὰ θαυμάσια κατειργάζετο. Ἓν δὴ οὖν μάλιστα τῶν σεσιγῆσθαι δεδογμένων, τὸ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ θαῦμα ἦν· οὐδενὸς τῶν καθ' ὃν ἐνηνθρώπησε χρόνον, ὀλίγων ἐκτὸς, τούτου γνῶσιν κεκτημένου.

β'. Φησὶ δέ που ὁ ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας δεύτερος γεγονὼς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐπίσκοπος,. ὡς ἄρα καὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἔλαθεν ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξ αὐτῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως 1)· « καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ » ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ » Χριστοῦ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυ» χίᾳ θεοῦ ἐπράχθη. Ἔστι δὲ καὶ λογισμῷ λαβεῖν, ὅτι μὴ πάντων ἦν τῶν ἐν σαρκὶ βιούντων τὸν χριστὸν θεοῦ καὶ σὺν ἀνθρώποις ἀναστραφέντα οἷα κοινὸν ἄνθρωπον ὁρώντων, τὸ δύνασθαι πιστεύειν ἐξ ἀπειρογάμου κόρης αὐτὸν δίχα πατρὸς γεγονέναι οὐδ' εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ Μαρία συλλαβοῦσα τὸν Ἰησοῦν ἐγέννα, λυσιτελὲς ἦν· ἦ γὰρ ἂν καὶ δίκην κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον ἡ παρθένος ὑπέσχεν, ὡς πρὸ ὥρας γάμου διαφθαρεῖσα τὴν παρθενίαν· διόπερ εἰκότως ἐπισημαίνεται ἀκριβῶς φήσασα ἡ γραφὴ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα· μονονουχὶ διδάσκουσα ὅτι μὴ πρὸ γάμου συνείληφε· μὴ δὲ πρὸ τοῦ παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν· μετὰ δὲ τὸ συναφθῆναι τὸν Ἰωσὴφ καὶ παρ' αὐτῷ γενέσθαι 2), παρὰ πᾶσι τὲ γυναῖκα αὐτοῦ χρηματίσαι, συνόντων ἀλλήλοις, καὶ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἅπτεσθαι ἤδη γοῦν μελλόντων, αὐτῆς ὡς εἰπεῖν ὥρας πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Καὶ τοῦτό γε παγχρησίμως εἰς τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς ᾠκονόμητο· εἰ γὰρ δὴ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν οὖσαν ἔτι συνέβη κατὰ γαστρὸς λαβεῖν, κἂν εἰκὸς ἦν βοηθῆναι τὸ πρᾶγμα ὅτι μὴ ἐκ προδήλου ἀνδρὸς ἐκυοφορήθη, θᾶτ-

ptura superiorem vitam eius discere licet. Sed enim postquam etiam nemini ignotus erat, alia quidem audientibus omnibus praedicabat; aliis autem, tamquam mysteriis, discipulos tantummodo suos initiabat: ac modo prodigia ab se edita divulgari nolebat, modo sine ullo eiusmodi vetito miracula faciebat. Iam in iis, quae silentio premere placuit, miraculum eius nativitatis erat: ita ut illorum, qui mortali eius vitae interfuerunt, nemo, paucis exceptis, rei conscius fuerit.

2. Dicit autem vir sanctus, nomine Ignatius, qui antiochenae ecclesiae secundus fuit post apostolos episcopus, ipsum saeculi principem latuisse Mariae virginitatem, ac Servatoris ex eo nativitatem. Sic enim ait: « latuit » principem huius saeculi virginitas Mariae, » eiusque partus, itemque Christi mors: my» steria tria clamosa, quae tamen sub divino » silentio peracta fuerunt. » Iam ipso mentis ratiociuio intelligere licet, haud fieri potuisse, ut mortales omnes, qui Dei unctum inter homines communi hominis forma versantem cernebant, natum crederent e puella nuptiarum ignara, patre nullo. Neque porro expediebat, ut multi compertum haberent, Mariam haud ex Iosepho conceptum peperisse Iesum: prorsus enim poenae fuisset obnoxia de mosaicae legis mandato virgo, ceu si ante nuptiarum tempus virginitatem violavisset. Quamobrem merito animadversum est, vigilanter admodum scripturam dicere: « antequam ipsi convenirent, » inventa est in utero habens; » tamquam si aperte diceret, eam ante nuptias non concepisse, neque prius quam ad virum accederet: sed postquam cum Iosepho coniugata fuit, atque apud eum diversari coepit, et ab omnibus coniux eius appellari; quum una habitarent, ac nuptiali consuetudine iam usuri viderentur, ipsa propemodum hora ante quam convenirent, inventam esse in utero habentem de sancto Spiritu. Atque haec percommode ob vitandam vulgi notitiam curata sunt. Nam si Mariae a parentibus nondum digressae, gravidae fieri contigisset; quia necesse erat rem palam famigerari, nempe quod ipsa haud ex

1) Epist. Ignatii ad Ephesios cap XIX, ubi videsis doctissimi Cotelerii adnotationem, apud quem Usserius verba haec eadem recitat ex Andrea hierosol. cretensi episcopo, nisi quod pro κραυγῆς scribitur ibi φρικτά, quae deterior lectio est, quia non opponitur vocabulo κραυγῆς.

2) De hac communi ss. patrum opinione Combefisius bibl. conc. T. I. p. 22. contra Suaresium et Raynaldum. Nicephorus quoque Callistus hist. I. 8. cum Eusebio consentit.

publice noto viro suo concepisset, protinus supplicium ex forma iuris subiisset: si minus, certe stupri macula non vacasset: neque enim ipsa sibi testis esse poterat, neque ad fidem faciendam eorum quae sibi acciderant erat idonea: nec quisquam sibi aut angeli visum persuaderi passus esset, aut illi narranti credidisset quae eidem a Gabrihele dicta fuerant: neque eam iam praegnantem domi suae Iosephus recepisset, quem iustitiae publicum testimonium ornabat. Bene igitur non apud ipsos parentes, sed apud Iosephum gravida facta est, ac maritali propemodum more: ante quam enim convenirent, ut scriptura testatur, in utero habens inventa est.

3. Cui porro inventa est, nisi Iosepho? Cur autem et quomodo res Iosepho comperta fuerit, scriptura docet dum ait, a sancto Spiritu patefactam esse Iosepho iusto homini; qui ob hanc ipsam iustitiam suam nil mirum est si a divino Spiritu adiutus, coniugis mox futurae conceptiones intellexit, atque a maritali congressu abstinuit. Ilico igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam: quae acciderant maiora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque haec causa fuit, quamobrem iustus quum esset, haud aequum iudicavit eam diffamare: maluit autem occulte eandem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepisse; quum probe simul sciret eandem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suae iustitiae munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis iudicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo iustus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Iosephum ita se gerentem, ab evangelista iustum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eandem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Iosepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque obiectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffa-

τον δ' ἂν καὶ ἀνῄρητο κατὰ τὸν νόμον *· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, αἰσχρᾶς δ' οὖν οὐκ ἂν ἠλευθέρωτο ὕβρεως· οὐ γὰρ δήπου μάρτυς αὐτὴ ἑαυτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτῇ πεπραγμένων ἀξιόπιστος ἦν· οὐδ' ἂν ἐπείσθη τις ἢ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν εἰρημενα πρὸς τοῦ Γαβριὴλ αὐτῇ διηγουμένῃ, οὐδ' ἂν κύουσαν ἤδη προσήκατο εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον Ἰωσήφ, ἀνὴρ δίκαιος εἶναι μεμαρτυρημένος· διόπερ εἰκότως οὐ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν, ἀλλ' ἤδη παρ' αὐτῷ γενομένη ἐγκύμων σὺν αὐτῷ γενομένη, παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν τοῦ γάμου τάξιν· πρὸ γὰρ τοῦ συνελθεῖν αὐτούς, ὡς ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.

γ΄. Τίνι δ' ἄρα εὑρέθη, ἀλλ' ἢ τῷ Ἰωσήφ; πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον εὕρηται τοῦτο τῷ Ἰωσήφ, ὁ λόγος διδάξει φάς, ἐκ πνεύματος ἁγίου γνωστὸν γέγονεν οὕτω καὶ τῷ Ἰωσήφ· δίκαιος γὰρ ἦν· δίκαιος δὲ τυγχάνων, οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ θείου πνεύματος ἠξίωτο πρὸς τὸ συνεῖναι μὲν τῆς μελλούσης γαμετῆς κύησιν, ἐπισχεῖν δὲ τὴν κατὰ ἄνδρα κοινωνίαν. Αὐτίκα συνεὶς καὶ καταπλαγεὶς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· μείζονα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῷ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος· καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃν δίκαιος, ὢν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· καὶ μὴν εἰ μὴ ἐξ ἁγίου πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνειληφέναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μὴ δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνὴρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρεῖσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεδίδου δράσασαν δειγματίσαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πρᾶξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προθυμούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς παρθένου γεγονέναι κύησιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῷ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανενοῆσθαι λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μὴ δὲ τοῖς πολλοῖς φανερὰν γενομένην· εὖ γ' οὖν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι εἰρῆσθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἔφησε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι 1) θέλων·

* Deut. XXII. 23.

1) En Eusebius diserte adfirmat lectionem *δειγματίσαι*, quam habet etiam antiquissimus omnium codex biblicus vaticanus, nec non palimpsestus dublinensis. Apud Sabaterium consonant cod. cantabrig. *praepalare*, S. Augustinus *divulgare*, Vigilius taps. *detegere*.

πολλῆς οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς· ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράψαι καὶ παραγράψαι, καὶ τὸ λογίσασθαι καὶ παραλογίσασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίσαι καὶ παραδειγματίσαι· τὸ μὲν γὰρ παραδειγματίσαι, τὴν ἐπὶ κακῶς πράξαντι εἰς πάντας φανέρωσιν τὲ καὶ διαβολὴν ὑποβάλλει νοεῖν· τὸ δὲ δειγματίσαι, τὸ φανερὸν ἁπλῶς ποιῆσαι.

δ′. Ἐπειδὴ δὲ τούτου γενομένου, εἰ καὶ λάθρα αὐτὴν ἀπολελύκει, μεῖζον ἦν τὸ πρᾶγμα, ἢ κατὰ τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς, εἰκότως ἐπιστὰς ὄναρ ὁ ἄγγελος ἔφη τῷ Ἰωσήφ· « Ἰωσὴφ Ἰωσὴφ » υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ » τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ » πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Καὶ θέα γε ὡς πρῶτον υἱὸν Δαβὶδ ἀνακαλεῖ, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν προπάτορα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῖς πᾶσι προσδοκώμενον· ἐπεὶ διὰ τί μὴ υἱὸν αὐτὸν ἔφησεν Ἰακώβ; οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ κατὰ σάρκα πατὴρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστής· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· νῦν δὲ παρεὶς τοῦ πατρὸς τὴν μνήμην, τοῦ προπάτορος ὑπομιμνήσκει· μονονουχὶ σημαίνων ὡς ἄρα ὁ ἐπηγγελμένος τῷ Δαβὶδ, οὗτος ἦν ὁ παραδόξως ὁ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἐκ πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ τῆς Μαρίας κυούμενος· ἔπειτα δὲ αὐτῷ θαρσεῖν παρακελεύεται δι' ὃν εἶχεν φόβον· οὐχ ὁ τυχὼν γὰρ φόβος ἦν αὐτῷ συναισθομένῳ μὴ ἐξ ἀνδρὸς κεκυηκέναι τὴν Μαρίαν· κἄπειτα αὐτὸν διδάσκει οὐχ ὃ μὴ ἠγνόει, ἀλλὰ τοῦ καὶ πρότερον γιγνωσκομένου τὴν αἰτίαν· λέγει δ' οὖν· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

ε′. Τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη γενέσθαι οἰκονομία ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν τῆς παρθένου κύησιν τοὺς ἀπίστους, ἐκ τῆς θείας ὑποφαίνεταί μοι γραφῆς· καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐπιστεύθη ῥᾳδίως ὁ λόγος παρὰ τοῖς τοῦτο ἀκούουσιν, ἄνδρα τὲ αὐτὸν ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ τὸ σῶμα, καὶ κατ' οὐδὲν τὴν θνητὴν φύσιν παραλλάττοντα θεωμένοις· τί γάρ; εἰ καὶ μετὰ ταῦτα παραδοξοποιῶν καὶ τὰς ἐνθέους εὐεργεσίας εἰς πολλοὺς ἐκτείνων ἐξέπληττε τοὺς ὁρῶντας, οὐχὶ δὲ καὶ Μωϋσῆς πολλὰ θαυματουργήσας, τῆς κοινῆς ὅμως γενέσεως οὐκ ἠμοίρει; Ἠλίας τὲ, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ ὁ καθεῖς τῶν προφητῶν; οὐδὲν οὖν πρὸς τὸ μὴ ἐξ ἀνδρὸς νομίζεσθαι τὸν Ἰησοῦν ἡ τῶν τερασίων ἔργων ἐπίδειξις αὐτῷ συνεβάλλετο· αὐτίκα οἱ κατ' αὐτὸν οὐδ' ἄλλό τι περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φανταζόμενοι, καίπερ τὰ δρώ-

mare noluerit. Non enim ait « nolens eam in» famare, sed diffamare; » quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare: namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefactione ac delatione; diffamare autem patefaciendi tantummodo notionem habet.

4. Sed quia tamen fieri non poterat ut multos ea res lateret, etiamsi Mariam Iosephus clam deseruisset; commode angelus per somnium huic oblatus ait: « Ioseph Ioseph » fili Davidis, ne timeas accipere Mariam con» iugem tuam: quod enim in ea natum est, » de Spiritu sancto est. » Et videsis ut a principio filium Davidis hunc appellat: scilicet eundem revocans ad progenitorem ope illius quem a Davidis genere omnes expectabant. Alioqui cur non eum Iacobi filium dixisset? Hic enim erat illius natura proximus pater, teste evangelista: « Matthanus autem genuit Ia» cobum; Iacobus autem genuit Iosephum ». Nunc vero praetermissa patris mentione, progenitorem commemorat; propemodum significans, qui Davidi promissus fuerat, hunc esse quem prodigiose et sine ullo Iosephi officio, sed de Spiritu sancto Maria conceperat. Deinde eum iubet timorem, quo correptus erat, dimittere. Non enim in mediocri versabatur formidine, dum reputaret haud ex viro gravidam esse Mariam. Exin eundem docet non quod non ignorabat, sed praecogniti causam. Ait igitur: « quod in ea natum est, de Spiritu sancto est ».

5. Tale mihi tantumque agitatum consilium ex divinis litteris apparet, propter occultandum incredulis conceptum virginis. Neque enim facile credituri erant, qui sermonem eiusmodi audirent de homine mira narrantem, quem aeque ac nos infirmo corpore naturaque haud dissimili praeditum viderent. Quid? etiamsi deinceps Iesus miracula edens, divinamque vim beneficam erga multos expromens perculit cernentium animos; nonne Moyses, qui multa mira fecit, tamen communis nativitatis particeps fuit? itemque Elias atque Elisaeus, atque prophetae singuli? Nihil igitur proderat prodigiorum editio, quominus Iesus crederetur viro genitus. Reapse homines illius aetatis, nihil insolitum de nativi-

tate eius suspicantes, quamquam eiusdem facta aspiciebant, ita colloquebantur: « unde huic » omnis sapientia haec et virtutes? nonne hic » est fabri filius? nonne mater eius dicitur » Maria? et fratres eius Iacobus et Iosephus » et Simon et Iudas? itemque sorores eius » nonne omnes apud nos sunt? » Rursus aliàs matre eius fratribusque extra concionem stantibus, cum eoque loqui volentibus, ait quidam: « en parens tua fratresque tui foris adsunt, teque visere cupiunt ». Nec mirum; siquidem etiam discipuli atque apostoli rogati ab eo quem se esse homines dicerent, responderunt: « aliis eum videri Iohannem, aliis Eliam, » aliis Hieremiam, aliis alium de prophe- » tis ». Rursusque rogati quem et ipsi se esse putarent, silebant cuncti, nihil dicere habentes: unusque Petrus ait, eum esse Christum Dei viventis filium. Quippe et huic uni, tamquam rei conscio, respondit Iesus: « bea- » tus es, Simon bar-Iona, quia caro et san- » guis non revelavit tibi, sed pater meus qui » in caelis est. » Testis item Maria, se cogitatu secreto apud se quae gesta fuerant continuisse. Ait itaque scriptura: « Maria autem » conservabat omnia verba haec conferens » in corde suo. »

6. Igitur demonstratum est, utiliter per id tempus conceptionem Iesu de sancto Spiritu apud vulgus fuisse celatam. Iosephus autem in parentis locum adsumptus est, ita ut merito tamquam pueri genitor in genealogia poneretur. Id nisi fiebat, nullo parente censeretur puer, cuius stemma ab illo non duceretur: quae res in impietatem multos pertraxisset, si ob rei verae ignorantiam, de natalibus eius haud honeste sentirent. Utiliter itaque et fabri filius, et appellatorum filiorum frater habitus est. Et quidem ipse Deus Verbum haud se hominem esse negabat: immo discipulis praecipiebat, ne cui dicerent eum se esse, quem prophetae venturum cecinerant, unctum Dei: neque enim fidem plerique erant arrogaturi, qui eum humili indutum specie videbant. Sic in illa etiam montana transfiguratione rursum mandavit discipulis ut visum nemini dicerent, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Pronum quippe erat ut multi de coaetaneis ne id quidem sibi persuaderi paterentur. Quod si haec

μενα ὑπ' αὐτοῦ ὁρῶντες, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους *· « πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνά- » μεις; οὐχ' οὗτός ἐςιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐ- » χὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία; καὶ οἱ ἀδελ- » φοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσὴφ καὶ Σίμων καὶ » Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς » ἡμᾶς εἰσι; » Καὶ ἄλλοτε πάλιν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἑςώτων ἔξω καὶ ζητούντων λαλῆσαι αὐτῷ, εἶπέ τις αὐτῷ *· « ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ » ἀδελφοί σου ἑςήκασιν ἔξω ἰδεῖν σε θέλοντες. » Καὶ τί θαυμαςὸν ὅτε καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόςολοι ἐρωτηθέντες « τίνα με, φησὶν, οἱ ἄνθρω- » ποι λέγουσιν; ἀπεκρίναντο, ὡς ἄρα οἱ μὴν Ἰω- » άννην αὐτὸν εἶναι ἡγοῦνται, οἱ δὲ Ἡλίαν, οἱ » μὲν Ἱερεμίαν, οἱ δὲ ἕτερόν τινα τῶν προφη- » τῶν· » ἐρωτώμενοι δὲ τίνα ποτὲ καὶ αὐτοὶ δό- ξαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ; οἱ πάντες ἀπεσιώπησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν, μόνου δὲ Πέτρου φήσαντος ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ Χριςὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἅτε μόνῳ αὐτῷ τοῦτο γνωσθέντι ἐπιφέρει λέγων *· « μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι » σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ » πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ Μαρία βαθεῖ λογισμῷ παρ' ἑαυτῇ κατέχειν τὰ γεγενημένα· φησὶ γοῦν ἡ γραφή *· « ἡ δὲ » Μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα » συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. »

ς'. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι χρησίμως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἁγίου πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ γένεσις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπεσιωπᾶτο, ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο· εἰκότως οὖν ὁ πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο· εἰ δὲ οὖν μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ἐνομίσθη ὁ παῖς μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ εἰς ἀσέβειαν ἤγαγεν ἂν τοὺς πολλοὺς, οἳ δι' ἄγνοιαν τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἀληθείας ἐδυσφήμουν τὴν γένεσιν· χρησίμως οὖν καὶ τοῦ τέκτονος (υἱὸς) καὶ τῶν ὀνομασμένων τέκνων ἀδελφὸς ἐχρημάτιζεν· ἐπεὶ καὶ θεὸς λόγος ὢν, οὐκ ἀπηρνεῖτο ἑαυτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ παρήγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ πάλαι πρὸς τῶν προφητῶν ἥξειν βοώμενος ὁ χριστὸς τοῦ θεοῦ *· οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ ἐπίστευσαν οἱ πολλοὶ τῶν τότε θεωμένων αὐτὸν εὐτελὲς σχῆμα περιβεβλημένον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως ἐνετείλατο πάλιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων *· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναςῇ· εἰκὸς γὰρ μὴ δὲ τοῦτο πιστεῦσαι τῶν τότε τοὺς πολλούς· εἰ δὲ ταυ-

* Matth. XIII. 54.
* Matth. XII. 47.
* Matth. XVI. 13.
* Matth. XVI. 17.
* Luc. II. 51.
* Matth. XVI. 20.
* Matth. XVII. 9.

τα μὴ εἰς φανερὸν ἥκειν ἔκρινεν, ἤ πού γε τὰ τῆς ἐκ παρθένου γενέσεως ἀποσιωπᾶσθαι τὸ τηνικαῦτα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐχρῆν, εἰς ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀληθείας ἀναφανησόμενα· οὗτος δὲ ἦν ὁ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, τῆς τε εἰς πάντα τὸν κόσμον ὡς ἂν περὶ λόγου θεοῦ διαδραμούσης περὶ αὐτοῦ φήμης· ὅ τε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καθ' ὃν καὶ αἱ θεῖαι αὐτοῦ φωναὶ τέλος ἐλάμβανον, τὰ τῶν προγνώσεων αὐτοῦ καὶ προῤῥήσεων διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐναργῶς πιστούμεναι.

ζ'. Τοῖς γοῦν καθ' ἡμᾶς ταῦτα παραδεξαμένοις καὶ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ φύσιν ἐπεγνωκόσιν, εἰκότως τά τε λοιπὰ καὶ τὰ τῆς γενέσεως πιστὰ εἶναι ὁμολογεῖται· πλὴν ἀλλ' οἱ θαυμάσιοι εὐαγγελισταὶ ἀναγκαίως τότε παρὰ Ἰουδαίοις τὸν Ἰωσὴφ ἐγενεαλόγουν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν παρὰ πᾶσι βοώμενον τοῦ Ἰησοῦ πατέρα· εἰ γὰρ τοῦτο παρελθόντες, μητρόθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν εὐηθείας ἀλλότριον, ὅτι μηδεὶς τὸ πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἱστορεῖται, ἔδοξεν ἂν ἀπάτωρ τις εἶναι καὶ δυσγενὴς ὁ γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ ὡς ἔφην οὐ μικρᾶς ἦν δυσφημίας ὁμοῦ καὶ κατηγορίας· διὸ χρησίμως τὸν Ἰωσὴφ ἀπὸ Δαβὶδ διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογοῦντες, ἐν ταυτῷ καὶ τὴν Μαριὰμ ἐκ Δαβὶδ γεγονέναι συνίστων, διὰ τοῦ μνηστῆρος τὸ τῆς γαμετῆς ὑποφαίνοντες γένος· νόμου γὰρ Μωϋσέως διαγορεύοντος μὴ ἄλλοθεν ἐξεῖναι πρὸς γάμον λαμβάνειν, ἢ ἐκ τοῦ γένους τοῦ οἰκείου καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, αὐτάρκης ἦν ἡ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγραφὴ καὶ τὴν γυναῖκα δηλῶσαι· νομικῶς γὰρ βιοὺς οὐδ' ἄλλοθεν ἐμνᾶτο τὴν γυναῖκα, ἢ πρῶτα μὲν ἐκ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Ἰούδα· ἔπειτα ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δαβίδ· τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα· ὅτε τοίνυν ὁ Ἰωσὴφ φυλῆς γεγονὼς ἀποδείκνυται Ἰούδα, κλήρου τὲ καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, πῶς οὐχ' ἕπεται καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρᾶσθαι;

η'. Εἰ δὲ λέγοιτο ὑπάρχειν συγγενὴς τῆς Ἐλισάβετ, αὐτῆς μὲν οὔσης ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τῆς τε Ἐλισάβετ ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, μὴ θαυμάσῃς· πᾶν γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἑνὸς ἦν γε-

non putavit vulganda, multo magis oportuit natalia de virgine tunc in populo reticeri: quae commodo deinde tempore omnem de eo veritatem erant ostensura. Tempus autem commodum futurum erat, cum ipse a mortuis resurgeret, et cum in caelum adsumeretur, et cum orbem terrarum fama eius tamquam Dei Verbi pervaderet; cum denique gentes vocarentur, ac divina illius oracula exitum nanciscerentur, rerum scilicet eventu praesagiis eiusdem ac praedictionibus fidem perspicuam adiiciente.

7. Atque apud nostrae quidem aetatis homines, qui rerum fidem a maioribus acceperunt, quique Christi conditionem plus quam mortalem fuisse sciunt, reliqua quoque merito in confesso sunt, nedum nativitatis mysterium: verumtamen inclyti evangelistae necessario tunc Iosephum in genealogia posuerunt, qui videlicet ab omnibus Iesu parens appellabatur. Quod si hac ratione neglecta, a matre genus eius ordinavissent; praeter quam quod id indecorum erat, et divinarum scripturarum simplicitate alienum, quia neminis antea per matrem genus descriptum fertur; is cuius genealogia texebatur, incerto patre nescio quis terraeque filius visus esset. Id autem, ut dixi, haud mediocri ignominiae et criminationi obnoxium erat Commode igitur dum Iosephum praedictam ob causam a Davidis stirpe derivant, Mariam simul Davide oriundam comprobant, genere coniugis per sponsum demonstrato. Moysis quippe lege edicente, ut ne aliunde liceret nuptias sibi conciliare quam ex genere proprio suaque tribu; ne videlicet generis hereditas ex una in aliam tribum commoveretur; satis erat viri descriptio ad coniugem demonstrandam: nam qui ad legis normam viveret, haud aliam sibi uxorem copulavisset, nisi quae primum esset ex eius patria tribu, Iudae videlicet; deinde ex eadem gente familiaque, nempe Davidis. Hactenus enim lex iubebat. Si Iosephus igitur de Iudae tribu deque Davidis gente et familia fuisse demonstratur, cur non sequitur ut Maria ex iisdem originibus prodire videatur?

8. Quod si eadem dicitur Elisabetae cognata; quum tamen illa de tribu Iudae, Elisabeta de levitica fuerit; ne mireris: universa quippe Iudaeorum gens uno genere censeba-

tur, cunctaeque tribus invicem cognatae erant. Hinc etiam divus apostolus Iudaeos omnes appellat cognatos suos, dum ait: « optabam ego » anathema esse pro fratribus meis, qui mihi » secundum carneam naturam cognati sunt. » Israhelitis. » Atqui cognati eius soli revera erant Beniamitae: et tamen omnes Israhelitas fratrum nominibus et cognatorum Paulus indigitat. Sic ergo angelus Elisabetam dixit Mariae cognatam, propterea quod ambae israhelitides essent. Insuper ex ipso loco satis decuit Elisabetam appellari Mariae cognatam, quia nimirum habitabat in Iudae tribu, unde genus traxit Maria. Rei testis Lucas, qui ait: « exsurgens autem his diebus Maria abiit in » montana cum festinatione, in urbem Iudae, » et ingressa est domum Zachariae, ac saluta» vit Elisabetam. » Etenim quum lex mosaica sacerdotali tribui possessiones non adsignavisset, quia dominus Deus pars eius est, mandavisset autem ut inter ceteras tribus incoleret; cumque Zacharias et Elisabeta quadam in urbe tribus Iudae habitarent, unde oriunda erat Maria; par fuit eas ob hanc causam cognatas appellari: neque id rursus immerito propter morum similitudinem, quorum gratia utraque mulier mysterio salutis digna fuit; et altera quidem Servatorem, altera Servatoris praecursorem sinibus suis receperunt, unius videlicet eiusdemque sancti Spiritus gratia potitae. Atque hoc vel maxime nomine secundum Deum cognatae fuerunt. Haec praesentis dubitationis solutio est.

9. Quod si autem caput mulieris vir est, de apostoli divi sententia, duoque sunt in carne una ex mosaicae legis regula; et si nupta viro, quae flagitium admiserit, adulterii poenam ob id ipsum subit; ceu quae iam sponsi corpus facta erat, sibique caput imposuerat virum; cur si capitis genealogia scribatur, corpus cum capite connumerari non sit consectaneum? Quamobrem Maria Iosepho iam nupta, merito in eius genealogia intelligenda est; quum praesertim perspicue demonstratum sit non solum ex eius tribu fuisse, verum etiam gente et familia. Praeter quam quod etiam Gabrihel in illo cum Maria colloquio vaticinans inter

νους, αἵ τε φυλαὶ πᾶσαι ἀλλήλων συγγενεῖς· ἔνθεν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ὀνομάζει Ἰουδαίους, λέγων * « ηὐχόμην » γὰρ ἀνάθημα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου » τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα οἵτινες εἰσὶν » Ἰσραηλῖται » καί τοι συγγενεῖς αὐτοῦ ἐτύγχανον μόνοι οἱ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· οὐκοῦν πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς ἑαυτοῦ προσεῖπεν ὁ Παῦλος· οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν Ἐλισάβετ συγγενίδα προσεῖπεν ὁ ἄγγελος τῇ Μαριὰμ, διὰ τὸ ἄμφω ἰσραηλίτιδας εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ εἰκὸς ἀπὸ τόπου συγγενίδα τῆς Μαρίας κεκλῆσθαι τὴν Ἐλισάβετ, διὰ τὸ οἰκεῖν ἐπὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀφ' ἧς ὥρματο ἡ Μαρία· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Λουκᾶς λέγων· « ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, » ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς » πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον » Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ· » τοῦ γὰρ Μωϋσέως νόμου μὴ ἀφορίσαντος τῇ τῶν ἱερέων φυλῇ κλῆρον, ὅτι κύριος ὁ θεὸς μερὶς αὐτῶν, διαταξαμένου δὲ μεταξὺ τῶν λοιπῶν φυλῶν οἰκεῖν αὐτοὺς, τοῦ τε Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβετ πόλιν φυλῆς Ἰούδα κατοικησάντων, ἀφ' ἧς ὥρματο Μαρία, εἰκὸς καὶ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας συγγενεῖς αὐτὰς ἀνειρῆσθαι· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τῆς ὁμοιοτροπίας χάριν, δι' ἧς ἄμφω τῆς σωτηρίου οἰκονομίας ἠξιώθησαν, ἡ μὲν τὸν σωτῆρα, ἡ δὲ τὸν πρόδρομον τοῦ σωτῆρος ὑποδεξάμεναι, ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος μετασχοῦσαι· διὸ καὶ μάλιστα μιᾶς τῆς κατὰ θεὸν συγγενείας μετεῖχον 1). Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἀπολυτέον.

θ'. Εἰ δὲ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς τυγχάνει ὁ ὁ ὢν ἀνὴρ κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον *, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον *, ἥ τε μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα μοιχείας κατὰ τὸ αὐτὸ τιμωρίαν ὑπομένει, ὡς ἤδη τοῦ μνηστῆρος σῶμα γενομένη καὶ κεφαλὴν ἐπιγραψαμένη τὸν ἄνδρα, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης, ἕπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; ὥστε καὶ τὴν Μαρίαν ἤδη συνημμένην τῷ Ἰωσὴφ, εἰκότως συναντιλαμβάνεσθαι τῆς γενεαλογίας ὅτε μάλιστα τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυλῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς ἀποδέδεικται γενομένη· καὶ ἄλλως δὲ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεσπίζων ὁ

* Rom. IX. 3.

* Ephes. V. 23.

* Gen. II. 24.

1) Quaestio haec de cognatione Mariae matris Domini cum Elisabeta, extat sub eiusdem Eusebii nomine, vix paucis verbis variatis, praeter codicem vat. palatinum epitomae, etiam in catenis vaticanis Nicetae cod. A. f. 22, et Macarii cod. E. f. 50. Sequens tamen quinque verborum clausula nonnisi in codice A. legitur.

Γαβριὴλ μετὰ τῶν ἄλλων εἴρηκε « καὶ δώσει » αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς » αὐτοῦ· » σαφῶς διδάσκων ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννησομένου προπάτωρ ἦν ὁ Δαβίδ· πῶς γὰρ ἄλλως εἰκὸς ἦν ταῦτα τῇ παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον, ἢ συνομολογοῦντα ἐκ τοῦ Δαβὶδ εἶναι; οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ εἰρήκει τὸ δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ποίου γὰρ πατρὸς εἰκότως ἂν ἤρετο ἡ παρθένος; ὁμολογοῦσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ ὅτι σαφὴς ἦν ὁ λόγος πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος· ἔνθεν εἰκότως φησὶν ὁ Λουκᾶς· « ἀνέβη δὲ καὶ » Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Να» ζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς » πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ » εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ σὺν » Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ οὔσῃ ἐγ» κύῳ. » Οὐκέτι γὰρ ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα τὴν παροῦσαν λέξιν ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνης συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσὴφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ὑπαρχούσης, τὰς ἀποδείξεις ἔχοντες τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας τοῦ λόγου ἐκ τῶν προαποδεδομένων. Δεδεῖχθαι τοίνυν σαφῶς ἡγοῦμαι ὅτι μὴ μάτην ὁ Ἰωσὴφ ἐγενεαλογεῖτο παρὰ τοῖς θαυμασίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλοις, καὶ ὅπως ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος οὖσα τοῦ Δαβὶδ συνίσταται, ὅ τε ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ.

cetera ait : « dabit illi Deus sedem Davidis » patris eius » : aperte docens, eius qui ex ipsa nasciturus erat, Davidem esse progenitorem. Alioquin qui decuisset haec ab angelo dici apud virginem, nisi eandem de Davidis genere esse confiteretur ? Neque sane feminae alienae a Davidis stirpe dictum fuisset : « da» bit illi Deus sedem Davidis patris eius. » Quem enim narras patrem, virgo respondisset (quae quidem fatebatur se virum nescire, intellexerat autem fore ut de Spiritu sancto conciperet); nisi omnino is sermo apud Davidis filiam fieret? Hinc apte Lucas ait : « ascendit autem Iosephus de Galilaea ex urbe » Nazareth in Iudaeam, ut nomen suum pro» fiteretur in urbe Davidis, cui nomen Beth» leem, propterea quod esset de domo fa» miliaque Davidis cum Maria desponsata sibi » praegnante. » Haud ergo ulterius cum perplexitate legemus hunc evangelii locum, ceu si Maria ad profitendum tantummodo nomen venisset ; sed ipsam quoque putabimus, haud secus quam Iosephum, de domo familiaque Davidis esse : quam scripturam ut ita interpretemur, argumentis iis utimur quae hactenus protulimus. Ergo perspicue, ut opinor, demonstratum est, haud temere Iosephi genealogiam ab inclytis apostolis fuisse narratam, et Mariam de genere Davidis vere derivari, itemque eum, qui ex ipsa natus est, Iesum Dei unctum.

II. Διὰ τί ὁ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος κατάγει τὴν γενεαλογίαν· ὁ δὲ κάτωθεν ἄνεισι, κοὐκ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἵσταται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν θεόν.

II. Cur alter evangelista superne ab Abrahamo exorsus deducat genealogiam ; alter autem inferne subgrediatur ; neque in Abrahamo sistat, sed ad Adamum ac Deum usque deveniat.

α'. Τὸ δεύτερον τῶν ὑπὸ σοῦ προταθέντων τοῦτο ἦν· ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγει τὴν γενεαλογίαν, ὁ δὲ Λουκᾶς τὴν ἐναντίαν τούτου βαδίσας ἤρξατο μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀνάγει δὲ ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν θεόν· δέον, εἴγε σύμφωνα καὶ συνῳδὰ ἀλλήλοις ἔγραφον, ἢ τὸν Λουκᾶν ἀνιόντα μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ στῆναι, ἢ τὸν Ματθαῖον μὴ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, εἰς ὃν κατέληξεν ὁ Λουκᾶς, ἀπάρξασθαι τῆς γενεαλογίας.—Ῥᾳδία δὲ καὶ τούτων ἡ λύσις, καὶ οὐδὲ πολλῆς κατασκευῆς δεομένη, μίαν ἀμφοτέροις ὁδὸν πορευ-

1. Quaestionum a te propositarum secunda haec fuit. Genealogiam Matthaeus ex Abrahamo derivat ; Lucas autem contrariam huic viam insistens incipit abs Iosepho, tenditque ad Adamum ac Deum. Atqui oportebat, si quidem hi consona invicem et consentanea scribebant, vel Lucam adscendentem in Abrahamo consistere ; vel Matthaeum haud ex Abrahamo genealogiam ordiri, sed ex Adamo in quem Lucas desivit.—Facilis est huius quoque quaestionis explicatio, neque multo sermonis artificio indiget : uterque enim evangelista una

via graditur. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, itemque illos qui adversum eàdem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere: quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Eadem igitur ratio est in generis successionibus. Atque hic mos antiquitus Hebraeis placuit, et in divinis scripturis sollemnis est. Ecce enim in Ruthae quidem libro genus Davidis superne a Iuda evolvitur sic: « hae sunt generationes Phares; » (hic erat Iudae patriarchae filius.) Phares » genuit Esronem; Esron genuit Aramum; » Aramus genuit Aminadabum; Aminadabus » genuit Nassonem; Nasson genuit Salmonem; » Salmon genuit Boozum; Boozus genuit Obe- » dum; Obedus genuit Iessaeum; Iessaeus » genuit Davidem. » Hanc igitur Matthaeus quoque genealogiae scribendae rationem sectatus est.

2. At primus regum liber, qui Ruthae historiam subsequitur, inferne ascendit, ut fit apud Lucam. Quippe Heleanae, qui pater fuit Samuhelis, genus recensens, ait: « fuit vir ex Ar- » mathem Suphir de monte Ephraim; nomen » eius Helcana, filius Hieremielis, filii Eliae, » filii Thoi, filii Suri, ephrataeus. » Sed et in paralipomenis modo a superioribus ad posteros fluit sermo, ut fit apud Matthaeum, modo aeque ac apud Lucam prosapiae scribuntur. Audi ergo et haec: « Davidis, inquit praedictus » liber, filius erat Salomon; huius filius Rho- » boamus; huius filius Abia; huius filius Osa; » huius filius Iosaphatus; huius filius Ioramus; » huius filius Ochozias; huius filius Ioasus; » huius filius Amasias. » Atque ita ex ordine descendit usque ad Iechoniam atque ad babylonicam captivitatem, non secus atque Matthaeus. Contra, uti Lucas, eadem rursus ascendit scriptura dum Samuhelis genus enarrat. Ait enim: « Samuhelis filii Helcanae, filii » Hieroboami, filii Helihelis, filii Thoi, filii » Suri, filii Helcanae, filii Iohelis, filii Aza- » riae, filii Sophoniae, filii Thaari, filii Asi- » ri, filii Abiasaris, filii Corae, filii Issaari, » filii Caathi, filii Levini, filii Israhelis. » Porro vides ut plane hunc morem Lucas imitetur. Sexcenta eiusmodi exempla ipsemet in-

θεῖσιν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀνάντη καὶ ὄρθιον πορείαν ἀνιόντας, καὶ τοὺς ἔμπαλιν διὰ τῆς αὐτῆς κατιόντας, οὐκ ἄν τις ἑτέραν φαίη βαδίζειν, μιᾶς ἀμφοτέροις ἐγκειμένης, τοῖς τε ἀνιοῦσι καὶ τοῖς κατιοῦσι, τρίβου· τὸν αὐτὸν γοῦν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν γενῶν διαδοχῆς πάρεστιν· οὗτος δὲ πόῤῥωθεν Ἑβραίοις φίλος ἦν ὁ τρόπος, καὶ τῶν θείων συνήθης γραφῶν· αὐτίκα γοῦν ἐν μὲν τῇ βίβλῳ τῆς Ῥοὺθ Δαβὶδ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα γενεαλογεῖται διὰ τούτων 1)·
« Καὶ * αὗται αἱ γενέσεις Φαρές· (ὁ δὲ ἦν Ἰούδα * Ruth. IV. 18.
» τοῦ ἀρχιφύλου παῖς·) Φαρὲς ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ· καὶ Ἐσρὼμ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· καὶ » Ἀρὰμ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· καὶ Ἀμιναδὰβ » ἐγέννησε τὸν Ναασσών· καὶ Ναασσὼν ἐγέν- » νησε τὸν Σαλμών· καὶ Σαλμων ἐγέννησε τὸν » Βοόζ· καὶ Βοὸζ ἐγέννησε τὸν Ὠβήδ· καὶ Ὠβὴδ » ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· καὶ Ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν » Δαβίδ. » Τοῦτον δ' οὖν αὐτὸν τέθειται καὶ ὁ Ματθαῖος τὸν τρόπον 2).

β. Ἡ δέ γε πρώτη τῶν βασιλειῶν ἑξῆς διαδεξαμένη τῆς Ῥοὺθ τὴν γραφὴν, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἄνεισιν, ὥσπερ οὖν πεποίηκεν ὁ Λουκᾶς· τὸν γοῦν πατέρα τοῦ Σαμουὴλ τὸν Ἑλκανᾶ γενεαλογοῦσα ὧδέ φησι *. « Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος ἐξ * I. Reg. I. 1.
» Ἀρμαθαὶμ Σουφεὶρ ἐξ ὄρους Ἐφραίμ· καὶ » ὄνομα αὐτῷ Ἑλκανᾶ, υἱὸς Ἱερεμιὴλ, υἱοῦ » Ἐλίου, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σοῦρ, ἐφραταῖος. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παραλειπομένοις 3) ποτὲ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς πρόεισιν ὁ λόγος, τῇ τοῦ Ματθαίου γραφῇ παραπλησίως, ποτὲ δὲ ἐμφερῶς τῷ Λουκᾷ γενεαλογεῖ· ἄκουσον γοῦν καὶ τῶνδε *· « Δαβὶδ, φησὶν, * I. Par. III. 10.
» ἦν υἱὸς Σολομῶν, υἱὸς Σολομῶν Ῥοβοὰμ, » Ἀβιὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἀσὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωσα- » φὰτ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωρὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ὀχοζίας » υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωὰς υἱὸς αὐτοῦ, Ἀμασίας υἱὸς αὐτοῦ· » καὶ οὕτως καθεξῆς κάτεισι μέχρι τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, ὡς ὁ Ματθαῖος. Ὡς δὲ ὁ Λουκᾶς, ἡ αὐτὴ πάλιν ἄνεισι γραφὴ τὸν Σαμουὴλ γενεαλογοῦσα· φησὶ γοῦν *· « Σαμουὴλ υἱοῦ Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἱεροβοὰμ 4), * I. Par. VI. 34.
» υἱοῦ Ἠλιὴλ, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σοὺρ *, υἱοῦ * Epit. Σουφί.
» Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἰωὴλ, υἱοῦ Ἀζαρίου, υἱοῦ Σο- » φονίου, υἱοῦ Θαὰρ, υἱοῦ Ἀσεὶρ *, υἱοῦ Ἀβιά- * cod. A. Ἀσήρ.
» σαρ, υἱοῦ Κορὲ, υἱοῦ Ισσαὰρ, υἱοῦ Καὰθ, » υἱοῦ Λευὶ, υἱοῦ Ἰσραήλ· » καὶ ὅρα εἰ μὴ ἄντικρυς τὸν ὅμοιον τούτοις μεμίμηται τρόπον ὁ Λου-

1) Cod. A. f. 63. habet οὕτως pro διὰ τούτων. — 2) Cod. A. τοῦτον δὴ οὖν τὸν τρόπον καὶ ὁ Ματθαῖος ἐποίησεν.
3) Tam in epitome quam in cod. A. ἐν ταῖς παραλειπομέναις. — 4) Cod. A. Ἱερρμιὴλ, et mox Ἐλίου

κᾶς· μυρία δ' ἂν καὶ αὐτὸς εὕροις τοιαῦτα· ἀφ' ὧν λείπεται ὁμολογεῖν, μηδὲν ξενίζον πεποιηκέναι τοὺς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελιστάς· οὐκ ὀρθῶς γὰρ οἴεταί τις αὐτοὺς διαφωνεῖν· ἑκάτερος γὰρ οἰκείῳ λογισμῷ τὴν ἔκθεσιν πεποίηται τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ παρ' αὐτῷ λόγου, ὃν οὐ καιρὸς νῦν ἑρμηνεύειν· ὁ δὲ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὑπερβὰς, ἐπί τε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀνελθών· καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στὰς, τὸν πάντα δὲ λόγον ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναρτήσας, διὰ τῆς ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας μυστήριον ἀναβιβάζει.

III. Πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος διαδόχων ἐπὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰωσὴφ τὰ γένη κατάγει· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Νάθαν παίδων ἐπὶ Ἡλὶ καὶ Ἰωσὴφ, ἐναντίως γενεαλογῶν τῷ Ματθαίῳ.

α'. Τὸ τρίτον τῶν προταθέντων καιρὸς ἐπισκήψασθαι· ἀτενὲς οὖν ταῖς λέξεσιν αὐταῖς ἐπερείσομεν τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν· ἴδωμεν δὲ τί φησιν ὁ ὁ Λουκᾶς· « καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἦν ἀρχόμενος » ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο » τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχί. » Ἀλλ' οὐχ' ὅ γε Ματθαῖος ἐχρήσατο τῇ ὡς ἐνομίζετο φωνῇ· ἀλλὰ τί φησί; Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· ἄλλο δὲ δήπου ἐστὶ τὸ νομίζειν, καὶ ἄλλο τὸ οὕτως ἔχειν διαβεβαιοῦσθαι· εἰ μὲν δὴ τοῦ Ματθαίου διαβεβαιωσαμένου τὸν Ἰωσὴφ υἱὸν εἶναι Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ματθὰν, ὁ Λουκᾶς ὁμοίως διϊσχυρίσατο τὸν Ἰωσὴφ γεγονέναι υἱὸν τοῦ Ἡλὶ καὶ τοῦ Μελχὶ, ἀληθῶς μάχη τις ἦν καὶ πόλεμος, καὶ ἦν τῶν διαιτησόντων αὐτοῖς χρεία· νῦν δὲ ὅτε τοῦ Ματθαίου διαβεβαιωσαμένου, ὁ Λουκᾶς οὐ διατείνεται, δόξαν δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς νενομισμένην τίθησιν, οὐ τὴν παρ' αὐτῷ κρατοῦσαν, οἶμαι μηδεμίαν ὑπολείπεσθαι ζήτησιν.

β'. Διαφόρων γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις ὑπολήψεων περὶ τοῦ Χριστοῦ κεκρατημένων, καὶ πάντων μὲν συμφώνως ἐπὶ τὸν Δαβὶδ ἀναγόντων, διὰ τὰς πρὸς τὸν Δαβὶδ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας, ἤδη δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος καὶ τοῦ βασιλικοῦ γένους πειθομένων ἔσεσθαι τὸν Χριστὸν, τῶν δὲ ταύτην μὲν φευγόντων τὴν δόξαν διὰ τὸ πλείστην ἐμφέρεσθαι τῶν βεβασιλευκότων κατηγορίαν, διά τε τὸ ἐκκήρυκτον ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου γεγονέναι τὸν Ἰεχονίαν, καὶ διὰ τὸ εἰρῆσθαι μὴ ἀνα-

venies: unde sequitur ut fateamur, nihil insolitum fecisse Servatoris nostri evangelistas: neque merito quisquam putabit eos invicem dissidere. Uterque enim proprio calculo descriptionem instituit: alter ab Abrahamo initium capiens, ob sui sermonis peculiarem rationem, quam in praesenti non vacat exponere: alter ipsum Abrahamum praetergressus, ad primum usque hominem venit: neque in hoc sistit, sed suam omnem historiam cum Deo nectit, dum eam videlicet per regenerationis in Christo mysterium in sublime evehit.

III. Quomodo Matthaeus quidem a Davide eiusque successore Salomone ad Iacobum et Iosephum prosapias deducat: Lucas autem a Davide atque Nathane atque a liberis huius ad Helim et Iosephum, contraria Matthaeo ratione genealogiam scribens.

1. Tertia iam quaestio consideranda est. Porro ipsis verbis acute mentem nostram intendamus. Agesis videamus quid Lucas dicat. « Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum » triginta, ut putabatur, filius Iosephi, filii Heli, filii Melchi. » Haud tamen Matthaeus usus est voce « ut putabatur. » Quid porro ait? Matthanus genuit Iacobum; Iacobus autem genuit Iosephum. Aliud vero est putare, aliud ceu res ita se habeat adfirmare. Si igitur Matthaeo adfirmante Iosephum filium esse Iacobi et Matthani, Lucas similiter contenderet filium esse Heli ac Melchi, vere pugna quaedam esset atque conflictus, atque opus esset arbitro qui evangelistas componeret. Nunc autem quum Matthaeus firmiter adseveret, Lucas vero haud id contendat, sed opinionem tantummodo proferat apud multos pervagatam, non quae apud se vigeret, nulla ut opinor quaestio superest.

2. Nam quum variae de Christo famae inter Iudaeos versarentur; et cuncti quidem concorditer a Davide eum repeterent, propter Dei promissiones Davidi significatas; interim tamen alii a Davide et Salomone regioque stemmate putarent Christum adfore; alii ab hac sententia recederent, propter multas regibus iniustas criminationes, et propter proscriptum abs Hieremia propheta Iechoniam, cum ait non surrecturum ex eius stirpe qui in

Davidis throno sederet, quumque ob id alia via pergerent: et quum in Davidis adfirmando genere conspirarent, non tamen per Salomonem, sed per Nathanum Davidis item filium, deducerent; (qui idem Nathanus propheta fuisse dicitur, secundum ea quae feruntur in regum libris) atque ab huius posteris venturum Christum adsererent; ipsumque Iosephi genus inde usque repeterent; necessario Lucas qui illorum opinionem refert, non suam, adiecit narrationi « ut putabatur; » Matthaeo permittens narrare non ut putabatur, sed uti revera se habebat origo generis. Atque haec prima esto responsio.

3. Alia quoque profunda et arcana esse potest eius narrationis ratio. Etenim Matthaeus humanam Christi nativitatem diserte describens, vereque volens Iosephum Davide oriundum demonstrare, eo quo par erat sermonis ingressu utitur; Lucas autem, ut opinor, quia nollet carneam Christi nativitatem describere, ita nunc se gessit. Nam si hoc ei propositum fuisset, non ignorabat, opus esse originem eiusmodi exponere. Sed quoniam eo evangelii loco regenerationis per lavacrum mentionem facit, Iesumque ut Dei filium exhibet; ideirco hoc veluti exemplo demonstrare nititur quemlibet hominem in Deo regeneratum, etiamsi vere filius hominum habeatur ob carnem qua indutus est, non tamen eum sua natura in carneis genitoribus sistere, neque non ultra corporis procreatores excurrere: verum etiamsi filius hominum videatur ob corporis generationem, nihilominus haud alienum a Dei adoptione censeri. Quandoquidem ergo Lucas haud secundum Matthaei mentem historiam suam scribit, consentaneum erat ut Matthaei tempora praetergressus, ad regenerationem per lavacrum veniret, ibique contrariam poneret prosapiarum successionem: simul pergens a postremis ad initia, simulque memoriam sontium ac scelestorum, qui sunt apud Matthaeum hominum vitans: quia regeneratus apud Deum alienus fit a carnea natura, et a peccatoribus secundum carnem patribus, Dei nimirum declaratus filius, et omnium qui secundum Deum sine culpa vixerunt.

oriente adventum digressorum a propria regione post Iesu nativitatem, sidere ipsis notitiam nati pueri significante, neque tamen brevi tempore tantum itineris absolventium. Haud enim credibile est intra dies octo ab oriente Magos in Iudaeam usque venisse : ita ut circa idem tempus Servatorem nostrum natum esse putemus, quo isti supervenerunt. Quamquam autem interrogant « ubi est qui natus est rex » Iudaeorum? vidimus enim stellam eius, et » venimus adorare eum; » non tamen, ut aliquis suspicabitur, nuper natum designant, circa tempus nimirum quo ipsi interrogant; sed eum qui tum natus fuerat cum ipsis sidus apparuit.

2. Quantum vero temporis spatium inter sidus a Magis visum, Servatore nostro nascente, atque horum Hierosolyma adventum fluxerit, idem te docebit evangelista dum ait : « tunc Herodes clam vocatis Magis, diligen» ter didicit ab eis tempus stellae quae ap» paruerat eis. » Quod quum adamussim ab iis rescivisset, quumque Magi ab eo clam se subduxissent « videns se illusum, iratus » est valde; et mittens occidit omnes pue» ros, qui erant Bethleemi, atque in cun» ctis finibus eius, a bimatu et infra, se» cundum tempus quod exquisiverat a Ma» gis. » Biennium ergo elapsum fuerat a Iesu nativitate ad Magorum adventum. Neque dissident sacri evangelistae; etiamsi Lucas octavo a nativitate die ducat eum cum parentibus Hierosolyma legitimorum causa explendorum, atque inde transferat Nazarethum; Matthaeus autem post biennium rursus Bethleemi versantes scribat; atque hinc in Aegyptum secessisse propter regis insidias. Credibile vero est, eos non secundo solum sed saepenumero rediisse ad eundem locum, admirabilis illius eventus gratia. Indubitanter itaque demonstratum est non idem esse tempus, quo secundum Lucam natus est Servator noster, atque illud quo secundum Matthaeum venerunt in conspectum Iesu Magi ab oriente.

3. Quod autem non idem sit apud utrumque evangelistam tempus, alia quoque ratione colligitur. Lucas enim ait non invenisse eos hospitium Bethleemi : ideoque et a matre reclinatum puerum in praesepi, quia non erat eis locus in diversorio; ut credibile est,

νησάντων μὲν ἀπὸ τῆς οἰκείας γῆς ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Ἰησοῦν, ἀστέρος αὐτοῖς τὴν γνῶσιν τῆς γεννήσεως ὑποφήναντος, οὐδήπου δὲ τὴν τοσαύτην στειλαμένων πορείαν καιρῷ βραχεῖ· οὐ γὰρ ἐν ἡμέραις ὀκτὼ τὴν ἀπὸ ἀνατολῶν ὁδὸν εἰκὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἠνύσθαι, ὡς τὸν αὐτὸν νομίσαι εἶναι καιρὸν τῆς τε τούτων ἀφίξεως, καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως· εἰ δὲ καὶ πυνθανόμενοι λέγουσι, ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ, οὐ τὸν σήμερον τεχθέντα, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, καθ᾽ ὃν ταῦτα ἐπυνθάνοντο χρόνον δηλοῦσιν, ἀλλὰ τὸν τότε γενόμενον ὅτε αὐτοῖς ὁ ἀστὴρ ἐπέφανε.

β΄. Πόσος δὲ ἦν οὗτος ὁ μεταξὺ χρόνος, τοῦ τε φανέντος τοῖς μάγοις ἐπὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἀςέρος, καὶ τῆς αὐτῶν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παρουσίας, αὐτός σε διδάξει ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· « τότε Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς » μάγους, ἠκρίβωσε παρ᾽ αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ » φαινομένου ἀστέρος. » καὶ ὡς ἂν ἀκριβώσας παρ᾽ αὐτῶν, μαθὼν ὅστις ἦν οὗτος, μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι λάθρα τοὺς μάγους, ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη, ὑπ᾽ αὐτῶν, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποςείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων· οὐκοῦν διετὴς χρόνος ἤδη παρεληλύθει ἀπὸ τῆς Ἰησοῦ γενέσεως καὶ ἐπὶ τὴν ἄφιξιν τῶν εἰρημένων· οὐκ ἄρα διαφωνεῖ τὰ παρὰ τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελιςαῖς, εἰ ὁ μὲν Λουκᾶς ὀγδόῃ τῆς γενέσεως ἡμέρᾳ ἀνάγει αὐτὸν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ τῆς τῶν νομίμων ἐκπληρώσεως ἕνεκα, κἀκεῖθεν ἀπάγει ἐπὶ τὴν Ναζαρέθ· ὁ δὲ Ματθαῖος μετὰ διετῆ χρόνον γενομένους πάλιν ἐν Βηθλεὲμ ἀναγράφει, ἐντεῦθέν τε εἰς Αἴγυπτον ἀπεληλυθέναι φησὶ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιβουλήν· καὶ ἦν εἰκὸς οὐ μόνον δεύτερον ἀλλὰ καὶ πλειστάκις ἐπιφοιτᾷν αὐτοὺς τῷ τόπῳ, μνήμης τοῦ παραδόξου χάριν· δείκνυται γοῦν ἀναμφιβόλως οὐχ᾽ ὁ αὐτὸς ὢν καιρὸς ἐς ᾧ γεγέννηται κατὰ τὸν Λουκᾶν ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἐν ᾧ τε κατὰ τὸν Ματθαῖον ὑπήντησαν οἱ ἐξ ἀνατολῶν μάγοι.

γ΄. Ὅτι δὲ μὴ εἷς ἦν ὁ παρ᾽ ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς χρόνος, καὶ ἄλλως ἐςὶ συλλογίσασθαι· Λουκᾶς φησὶ μὴ εὐπορῆσαι αὐτοὺς καταγωγίου ἐν τῇ Βηθλεέμ· διὸ καὶ τεκοῦσαν ἀνακλῖναι τὸ παιδίον ἐν φάτνῃ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον ἐν τῷ καταλύματι, ὡς εἰκὸς, τῆς ἀπογρα-

φῆς ἕνεκεν πάντων πανταχόθεν τῶν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ συντρεχόντων εις τὴν εἰρημένην πόλιν, διά τε τὸ πλῆθος τῶν ἐπιξενουμένων αὐτόθι μὴ εὐπορούντων καταλύματος· ὁ δὲ Ματθαῖος « ἀκούσαντες, φησὶν, οἱ μάγοι τοῦ βα- » σιλέως Ἡρώδου, ἐπορεύθησαν εἰς Βηθλεέμ· » καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ » προῆγεν αὐτοὺς, ἕως οὗ ἦν τὸ παιδίον μετὰ » Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσ- » εκύνησιν αὐτῷ· » ἀλλ᾽ οὐκ ἐν φάτνῃ κείμενον οὗτοι καταλαμβάνουσι τὸ παιδίον ὁμοίως τοῖς ποιμέσιν, ἀλλ᾽ ἔνδον ἐν οἰκίᾳ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτὸ θεωροῦσι· καίτοι Λουκᾶς ἔφησε μὴ εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι· πῶς οὖν ὁ Ματθαῖος οἰκίαν αὐτοῖς ἀφορίζει; ἀλλ᾽ ἐπεὶ Λουκᾶς τὸν καιρὸν ἱστορεῖ τῆς γενέσεως, οὗτος δ᾽ ἦν ὁ τῆς ἀπογραφῆς, καθ᾽ ὃν πανδημεῖ συνέτρεχον οἱ τῷ αὐτῷ γένει προσήκοντες ἐν τῇ τοῦ Δαβὶδ πόλει, ὁ δὲ Ματθαῖος τὰ μετὰ δύο ἐτῶν χρόνους ἱστορεῖ (τοσοῦτος γὰρ ἦν ὁ χρόνος ὃν Ἡρώδης παρὰ τῶν μάγων ἠκρίβωσεν·) ὥστε σχολῆς οὔσης ἐν τῇ Βηθλεὲμ, κατὰ τὸν Ματθαῖον εὐπόρουν καταγωγίου· διὸ εἰσελθόντες οἱ μάγοι εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ ζητηθέντος λύσις.

Ταῦτά σοι ἐξ ἡμῶν, ἱερώτατε ἀνδρῶν καὶ φιλοπονώτατε υἱὲ Στέφανε, γνησίας ὄντα δείγματα διαθέσεως, ἀνακείσθω 1).

census causa, confluentibus undique in dictam urbem gentilibus posterisque Davidis; ideoque ob advenarum multitudinem copia hospitii negata. Matthaeus autem « Magi au- » dito, inquit, Herode rege, Bethleemum ab- » ierunt. Et ecce stella, quam viderant in » oriente, antecedebat eos, donec veniens » staret supra ubi erat puer cum Maria ma- » tre eius. Et procidentes adoraverunt eum. » Atqui non in praesepi ab his deprehenditur infans, ut a pastoribus, sed intra domum cum matre visitur. Porro Lucas dixerat non fuisse locum eis in diversorio. Quomodo igitur Matthaeus domum illis attribuit? Sed quoniam Lucas tempus narrat nativitatis, quo nimirum census peragebatur, cunctique Davidis posteri catervatim ad eiusdem urbem concurrebant; contra a Matthaeo res post biennium gestae scribuntur (tantundem enim tempus fuit quod Herodes exquisiverat a Magis); tum demum vacua iam peregrinis urbe, copiam iuxta Matthaeum diversorii nacti sunt. Quare ingressi domum Magi invenerunt puerum cum Maria matre eius; et procidentes adoraverunt eum. Atque haec quaestionis solutio est.

Haec a me tibi, hominum sanctissime et sollertissime fili Stephane, veri indicia amoris dicata sunto.

1) Duos fuisse hos ad Stephanum libros dicet mox Eusebius; quantae autem latitudinis, divinare non possumus: nam breviator anonymus ne illorum quidem divisionem servavit. Item utrum quaestiones omnes, etsi contractas, retinuerit, an aliquas levioris fortasse momenti, quod vix credo, subtraxerit, aeque obscurum est. Illud tamen pro certo habendum, partem utiliorem ac medullam propemodum operis eusebiani tum ad Stephanum tum etiam ad Marinum, in hac nos Epitome recuperavisse. Et sane mirari licet tot a laboriosissimo Eusebio scripta opera ad christianae religionis expositionem atque tutelam, nempe historiam eccl., praeparationem, demonstrationem, theophaniam, quaestiones evangelicas, et contra Iulianum, Hieroclem, atque Marcellum etc. Quin etiam deperditae eius generalis *isagogae*, fragmenta aliquot nos, postea recitaturi sumus ex Anastasio vaticano desumpta. Quos dum, inquam, labores demiramur, venit in mentem corrigendam videri interpretationem Auberti (cui nos quoque olim credidimus) in Iuliani imp. fragmento apud s. Cyrillum lib. VII. contra Iul. ed. Spanhemii p. 222, ubi verba Iuliani ὁ μοχθηρός Εὐσέβιος latine vertuntur *nequam Eusebius*. Atqui eo loco Iulianus in Eusebium non invehitur, sed eius tantum sententiam circa Hebraeorum doctrinam artesque memorat. Ergo retrahendus mihi accentus videtur, ut sit μόχθηρος *laboriosus*; quod maxime epithetum Eusebio laboris herculei viro congruit. Dicatur itaque in eo fragmento non *nequam*, sed *laboriosus Eusebius*.



ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩι

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΜΑΡΙΝΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ 1).

EPITOME SELECTA

EX EIUSDEM EUSEBII AD MARINUM

QUAESTIONUM EVANGELICARUM LIBRO.

Ambiguarum quaestionum ac solutionum, quae circa divinorum evangeliorum initia occurrunt, quum iam duos scripserim libros, venio nunc, mediis praetermissis, ad extrema quae semper apud omnes controversa fuerunt: divina fortasse voluntate per mandata tua nos ad id excitante, Marine fili mihi spectatissime ac sollertissime. Rogas autem primum:

I. Quomodo apud Matthaeum videatur Servator sero sabbatorum resurrexisse, apud Marcum autem mane una sabbatorum.

1. Quaestionis huius duplex solutio est. Qui rei caput ipsum, id est sectionem in qua id narratur delet, dicet eam non in cunctis haberi exemplaribus evangelii secundum Marcum Marcum. Accurati enim codices historiam secundum Marcum in sermone iuvenis concludunt mulieribus visi, dicentisque ipsis: nolite timere: Iesum quaeritis nazarenum; et cetera quae ibidem subiicit; quibus illae auditis fugerunt, neminique quicquam dixerunt timore correptae. Hoc enim loco in cunctis prope exemplaribus evangelium Marci concluditur. Sequentia autem quae

Τῶν ἐν τοῖς θεοπνεύστοις εὐαγγελίοις περὶ τὴν ἀρχὴν ἀπορουμένων ζητημάτων καὶ λύσεων, δύο πεπονηκὼς ἤδη πρότερον συγγράμματα, πάρειμι νῦν, τὰ μέσα παρελθὼν, ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει τῶν αὐτῶν πάντοτε τοῖς πᾶσι ζητούμενα· τάχα που τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς διὰ τῶν σῶν ἐπιταγμάτων ἐπὶ τοῦτο ἡμᾶς παρορμησάσης, Μαρῖνε υἱὲ τιμιώτατέ μοι καὶ φιλοπονώτατε· ἠρώτας δὲ τὸ πρῶτον·

I. Πῶς παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων φαίνεται ἐγηγερμένος ὁ σωτὴρ, παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων.

α'. Τούτου διττὴ ἂν εἴη ἡ λύσις· ὁ μὲν γὰρ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τὴν τοῦτο φάσκουσαν περικοπὴν ἀθετῶν, εἴποι ἂν μὴ ἐν ἅπασιν αὐτὴν φέρεσθαι τοῖς ἀντιγράφοις τοῦ κατὰ Μάρκου εὐαγγελίου· τὰ γοῦν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων 2) τὸ τέλος περιγράφει τῆς κατὰ τὸν Μάρκον ἱστορίας ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ὀφθέντος νεανίσκου ταῖς γυναιξὶ καὶ εἰρηκότος αὐταῖς « μὴ φοβεῖσθε, Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν ναζαρηνόν· » καὶ τοῖς ἑξῆς, οἷς ἐπιλέγει· « καὶ ἀκούσασαι ἔφυγον, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ. » Ἐν τούτῳ γὰρ σχεδὸν ἐν ἅπασι τοῖς ἀντιγράφοις 3) τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου περιγέγραπται τὸ τέλος·

1) Recole dicta a nobis in monito p. 217. Legendus autem est divus Hieronymus epist. LIX, et praesertim CXX, qui Eusebii ad Marinum quaestiones prorsus expilat, quaeque eclogarius noster detraxit, apte compensat

2) Omitti heic nequit, quamquam ab aliis iam citatum, Severi antiocheni contrarium prorsus Eusebio scholion, quod etiam in cod. vat. 358. f. 170. b. legitur. Ἡμεῖς δὲ ἐξ ἀκριβῶν ἀντιγράφων, ὡς ἐν πλείστοις εὑρόντες αὐτὰ, κατὰ τὸ παλαιστιναῖον εὐαγγέλιον Μάρκου, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, συντεθείκαμεν· καὶ τὴν ἐν αὐτῇ δεσποτικὴν ἀνάστασιν μετὰ τὸ, ἐφοβοῦντο γάρ: *nos autem in accuratis exemplaribus plurimis partem hanc compertam, secundum palaestinum Marci evangelium, prout veritas postulat, apposuimus; et Domini resurrectionem post illa verba: timebant enim.*

3) Contradicit omnino scholion graecum: ἐν πολλοῖς δὲ καὶ ταῦτα φέρεται, ἀναστὰς κ. τ. λ. *in exemplaribus multis habentur etiam sequentia, resurgens etc.*

τὰ δὲ ἑξῆς σπανίως ἔν τισιν ἀλλ᾽ οὐκ ἐν πᾶσι φερόμενα περιττὰ ἂν εἴη, καὶ μάλιστα εἴπερ ἔχοιεν ἀντιλογίαν τῇ τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν μαρτυρίᾳ· ταῦτα μὲν οὖν εἴποι ἄν τις παραιτούμενος καὶ πάντη ἀναιρῶν περιττὸν ἐρώτημα 1). Ἄλλος δέ τις οὐδ᾽ ὁτιοῦν τολμῶν ἀθετεῖν τῶν ὁπωσοῦν ἐν τῇ τῶν εὐαγγελίων γραφῇ φερομένων, διπλῆν εἶναί φησι τὴν ἀναγνωσιν, ὡς καὶ ἐν ἑτέραις πολλοῖς, ἑκατέραν τε παραδεκτέαν ὑπάρχειν, τῷ μὴ μᾶλλον * ταύτην ἐκείνης, ἢ ἐκείνην ταύτης, παρὰ τοῖς πιστοῖς καὶ εὐλαβέσιν ἐγκρίνεσθαι.

* Cod. ἄλλον.

β΄. Καὶ δὴ τοῦδε τοῦ μέρους συγχωρουμένου εἶναι ἀληθοῦς, προσήκει τὸν νοῦν διερμηνεύειν τοῦ ἀναγνώσματος· εἰ γοῦν διελοίμην τὴν τοῦ λόγου διάνοιαν, οὐκ ἂν εὕροιμεν αὐτὴν ἐναντίαν τοῖς παρὰ τοῦ Ματθαίου ὀψὲ σαββάτων ἐγηγέρθαι τὸν σωτῆρα λελεγμένοις· τὸ γὰρ « ἀναστὰς » δὲ πρωῒ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου » κατὰ τὸν Μάρκον, μετὰ διαστολῆς ἀναγνωσόμεθα· καὶ μετά τὸ ἀναστὰς δὲ, ὑποστίξομεν· καὶ τὴν διάνοιαν ἀφορίσομεν τῶν ἑξῆς ἐπιλεγομένων· εἶτα τὸ μὲν ἀναστὰς ἂν, ἐπὶ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων· τότε γὰρ ἐγήγερτο· τὸ δὲ ἑξῆς ἑτέρας ὂν διανοίας ὑποστατικὸν, συνάψωμεν τοῖς ἐπιλεγομένοις· πρωῒ γὰρ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· τοῦτο γοῦν ἐδήλωσε καὶ ὁ Ἰωάννης πρωῒ καὶ αὐτὸς τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ὦφθαι αὐτὸν τῇ Μαγδαληνῇ μαρτυρήσας· οὕτως οὖν καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ πρωῒ ἐφάνη αὐτῇ· οὐ πρωῒ ἀναστὰς, ἀλλὰ πολὺ πρότερον κατὰ τὸν Ματθαῖον ὀψὲ τοῦ σαββάτου· τότε γὰρ ἀναστὰς ἐφάνη τῇ Μαρίᾳ, οὐ τότε ἀλλὰ πρωΐ· ὡς παρίστασθαι ἐν τούτοις καιροὺς δύο· τὸν μὲν γὰρ τῆς ἀναστάσεως τὸν ὀψὲ τοῦ σαββάτου· τὸν δὲ τῆς

raro in aliquot, non in omnibus; occurrunt, supervacanea videntur, praesertim si repugnent ceterorum evangelistarum testimonio. Haec fortasse dicet aliquis, detrectans atque omnino perimens superfluam quaestionem. Alius vero quisquam nihil omnino delere audens eorum quae utcumque scripturae evangelicae commendata fuerunt, duplicem esse dicet lectionem, ut saepenumero alias; et utramque esse recipiendam; quoniam credentium ac religiosorum iudicium haud huic potius quam illi accedit 2).

2. Age vero si rem ita se habere conceditur, lectionis modus ac significatus enucleandus est. Si igitur dividemus Marci sententiam, profecto aut comperiemus contrariam iis quae dicuntur apud Matthaeum, nempe quod sero sabbatorum Servator surrexerit. Nam Marci illud *cum surrexerit mane una sabbati* cum distinctione legemus, ita ut post *cum surrexisset autem* ad Matthaei verba referemus *sero sabbatorum;* tunc enim surrexerat. Sequentia vero, quae aliam sententiam continent, copulabimus cum iis quae adduntur: mane enim una sabbati apparuit Mariae Magdalenae. Hoc declaravit etiam Iohannes, mane et ipse una sabbati apparuisse Iesum Magdalenae testificans. Sic igitur et apud Marcum mane illi apparuit; non mane redivivus, sed multo prius, secundum Matthaeum, sero scilicet sabbatorum: quo quum tempore revixisset, Mariae non tunc sed mane se conspiciendum obtulit. Quare his verbis duo repraesentantur tempora; unum resurrectionis, nempe sero sabbati; alterum Servatoris apparentis, nempe mane: de quo

1) Quae hic adnotari queunt de codicum graecorum et de veterum interpretum auctoritatibus, ea partim extant apud Millium atque Wetstenium, quibus adde posteriores clari nominis criticos, Marci editores, Griesbachium, Matthaeium, Alterum, Birchium, Scholzium, et Tischendorfium. Matthaeius in primis et Scholtzius prolixa animadversione Marci hoc incrementum ex auctoritate graecae ecclesiae novisque multis documentis invicte tuentur. Ac iamdiu quidem catholici critici, post tridentini concilii decretum, locum hunc egregie propugnaverant. Rei certe antiquitatem satis abundeque confirmat vel unius Ulphilae auctoritas, qui Marci caput integrum interpretatus est: quod gothicum testimonium haud scio an critici satis agnoverint vel pro dignitate aestimaverint. Codex vaticano-palatinus, ex quo Eusebium producimus, post octavum versum habet quidem vocem τέλος, ut alibi interdum observatum fuit, sed tamen ibidem eadem manu subscribitur incrementum cum progredientibus sectionum notis. Iam quod Eusebius in praedicto vat. pal. codice (aliisque nonnullis, teste scholiasta apud Birchium) sectiones non ultra octavum versiculum in canone scripsit, is nunc demum videtur sententiam suam immutare, dum religionem eorum mox laudat, qui nihil ex evangelicis paginis delere audent. Profecto verbis Eusebii mirifice confirmatur illorum opinio, qui Marci clausulam idcirco desideratam aiunt in tot veterum exemplaribus, quia eam de industria multi deleverant ob apparentem ab aliis evangelistis discrepantiam. Porro et prior illa adfirmatio Eusebii de codicibus accuratis, qui defectum huius pericopae prae se tulerint, commode infirmatur in Victoris catena apud Matthaeium et Birchium et in cod. vat. 358. p. 170. b., ubi immo accurata (ἀκριβῆ) exemplaria continere dicuntur universam hanc Marci clausulam.

2) Notabile Eusebii dictum de illis etiam sacrae scripturae partibus retinendis, quae aliquando controversae fuerunt! Audiant hoc qui non solum minimas partes resecant, veluti caeleste testimonium ep. apud I. Ioh. V. 7, verum etiam maiores, et quidem integros libros deuterocanonicos.

postremo loquitur Marcus: qui locus cum distinctione legendus est, videlicet « cum surre- » xisset. Hinc facta interpunctione, reliqua dicenda sunt « una sabbati apparuit Mariae » Magdalenae, de qua eiecerat septem daemonia. »

II. Quomodo Magdalena, quae secundum Matthaeum sero sabbatorum resurrectionem viderat, eadem secundum Iohannem stans flebat apud monumentum una sabbati.

1. Nulla erit his in locis quaestio, si sero sabbatorum haud intelligemus dici vespertinum tempus post sabbati diem, ut quidam existimaverunt, sed serotinum concubiumque noctis tempus post sabbatum. Sic enim et sero horae solemus dicere, et sero temporis, et serius quam rei usus postulavisset; neque idcirco vesperam significamus, neque tempus post solis occasum, sed quod magnopere serum sit. Quare se ipsum veluti Matthaeus interpretans postquam dixit sero *sabbatorum*, ait *quae illucescit*, nempe hora quae deinceps suberat atque illucescebat in diem dominicum; quae nempe iam sera erat et longius a sabbato elapsa. Id vero tempus a scripturae evangelicae interprete *sero sabbati* appellatum est. Namque ipse Matthaeus hebraica lingua edidit evangelium; ab eo autem qui in graecam transtulit, illucescens hora in diem dominicum, *sero sabbatorum* appellata fuit: ita ut idem fere tempus intelligatur, aut valde proximum, apud evangelistas diversis nominibus designatum: nihilque differat Matthaeus dicens « sero autem » sabbatorum, quae lucescit in unam sab- » batorum, venit Maria Magdalene, et altera » Maria videre sepulcrum, » a Iohanne qui ait: « una autem sabbatorum venit Maria Mag- » dalena mane ad monumentum, cum adhuc » tenebrae essent. » Late enim unum idemque significatur tempus variis nominibus. Matthaeo *sero sabbatorum* dicente pro *tardius*, et *mane* pro *nocte serotina*, interpres addidit *cum adhuc tenebrae essent*, ne quis auroram diei

τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας, τὸν πρωῒ, ὃν ἔγραψεν ὁ Μάρκος εἰπὼν (ὃ καὶ μετὰ διαστολῆς ἀναγνωστέον) ἀναστὰς δέ· εἶτα ὑποστίξαντες, τὸ ἑξῆς ῥητέον, πρωῒ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἐφάνη Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.

II. Πῶς κατὰ τὸν Ματθαῖον ὀψὲ σαββάτων ἡ Μαγδαληνὴ τεθεαμένη τὴν ἀνάστασιν, κατὰ τὸν Ἰωάννην ἡ αὐτὴ ἑστῶσα κλαίει παρὰ τῷ μνημείῳ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου 1).

α'. Οὐδὲν ἂν ζητηθείη κατὰ τοὺς τόπους, εἰ τὸ ὀψὲ σαββάτων μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν τὴν μετὰ τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου λέγεσθαι ὑπολάβοιμεν, ὥς τινες ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ τὸ βραδὺ καὶ ὀψὲ τῆς νυκτὸς τῆς μετὰ τὸ σάββατον· οὕτω γὰρ καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας εἰώθαμεν λέγειν, καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ, καὶ ὀψὲ τῆς χρείας· οὐ τὴν ἑσπέραν δηλοῦντες, οὐδὲ τὸν μετὰ ἡλίου δυσμὰς χρόνον, τὸ δὲ σφόδρα βράδιον τούτῳ σημαίνοντες τῷ τρόπῳ· ὅθεν ὥσπερ διερμηνεύων αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Ματθαῖος μετὰ τὸ ὀψὲ σαββάτων, ἐπήγαγε τῇ ἐπιφωσκούσῃ φησί· δηλαδὴ ὥρᾳ τῇ λοιπὸν ἤδη ὑποφαινούσῃ, καὶ ἐπιφωσκούσῃ εἰς τὴν κυριακὴν ἡμέραν, ἥτις ἦν ὀψὲ καὶ πόῤῥω λοιπὸν ἐλαύνουσα τῶν σαββάτων· λέλεκται δὲ ὀψὲ τοῦ σαββάτου παρὰ τοῦ ἑρμηνεύσαντος τὴν γραφήν· ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος ἑβραΐδι γλώττῃ παρέδωκε τὸ εὐαγγέλιον· ὁ δὲ ἐπὶ τὴν ἑλλήνων φωνὴν μεταβαλὼν αὐτὸ, τὴν ἐπιφωσκοῦσαν ὥραν εἰς τὴν κυριακὴν ἡμέραν, ὀψὲ σαββάτων προσεῖπεν· ὥστε τὸν αὐτὸν σχεδὸν νοεῖσθαι καιρὸν, ἢ τὸν σφόδρα ἐγγὺς, παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς διαφόροις ὀνόμασι τετηρημένον· μηδέν τε διαφέρειν Ματθαῖον εἰρηκότα « ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν » σαββάτων ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ » ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον » Ἰωάννου φήσαντος « τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχεται » Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρωῒ εἰς τὸ μνημεῖον » ἔτι οὔσης σκοτίας. » πλατυκῶς γὰρ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δηλοῦσι * χρόνον διαφόροις ῥήμασι· ὁ μὲν Ματθαῖος ὀψὲ, ἀντὶ τοῦ βράδιον· καὶ ὀψὲ τῆς νυκτὸς ὀνομάσας πρωῒ, ὁ διερμηνεύων ἐπήγαγε τὸ σκοτίας οὔσης, ἵνα μή τις τὸν ὄρ-

* cod. δηλοῦν.

1) Quae in his quaestionibus posthinc dicuntur de temporibus discrepantibus, et de pluribus Mariis diversisque angelis, ea partim edita fuerunt a Combefisio in novo Patrum auctario, et a Matthaeio in anecdotis mosquensibus, quamquam non sine varietatibus. Quippe hae Eusebii lucubratiunculae passim occurrunt in codicibus, tum aliis tum vaticanis, ita ut eas olim latine quoque interpretatus fuerit Ambrosius mediolanensis, monachus casinas, teste Sixto in bibliotheca.

kk

θρον λέγειν αὐτὸν ὑπολάβοι· ὡς καὶ ὁ Ματθαῖος τῷ ὀψὲ σαββάτων, ἵνα μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν νομίσειέ τις λέγεσθαι, προσέθηκε τὸ τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων· ἐπεὶ καὶ ἀκριβῶς οὗτος σαββάτου εἶπεν τὴν ὀψίαν, μή τις τὴν ἑσπέραν ὑπολάβοι λέγεσθαι τὴν μετὰ ἡλίου δυσμὰς, ἀλλὰ σαββάτων φησὶν ὀψέ.

β΄. Ἔθος δὲ ὅλην τὴν ἑβδομάδα σάββατον καλεῖν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας οὕτως ὀνομάζειν. Λέγεται γοῦν παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων· ἐν δὲ τῇ συνεθείᾳ, δευτέρα σαββάτων, καὶ τρίτη σαββάτων, καὶ τετάρτη σαββάτων· οὕτως οὖν ὁ Ματθαῖος τὸν καιρὸν τὸν ἐπιφαύσκοντα εἰς τὴν ἕω τῆς κυριακῆς ἡμέρας, σαββάτων ὀψὲ ὠνόμασεν· οὐκ εἰπὼν ἑσπέραν τοῦ σαββάτου, οὐδὲ ὀψὲ σαββάτου· ἐπεὶ ἐχρῆν ἡμᾶς τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου μετὰ ἡλίου δυσμὰς ἑσπέρας γινομένης ἀπονηστίζεσθαι· καὶ οὐκέτι τὴν κυριακὴν ἡμέραν ἀγαλλιᾷν, ἀλλὰ τὴν ἑσπέραν τοῦ σαββάτου, εἴπερ τοῦτ᾽ ἐδήλου ὁ εὐαγγελιστής· ἀλλ᾽ οὐχ᾽ ἑσπέρας τοῦ σαββάτου εἰώθαμεν τὰς νηστείας καταλύειν, ἀλλ᾽ ἢ νυκτὸς ἐπιλαβούσης αὐτῷ μεσονυκτίῳ, καὶ ἢ περὶ ἀλεκτόρων βοὰς, ἢ ἀμφὶ τὸν ὄρθρον· ὥστε καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, καὶ ἐκ τῆς κεκρατηκυίας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ συνηθείας, τὸν διὰ τοῦ ὀψὲ σαββάτων δηλούμενον καιρὸν, μὴ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν εἶναι, ἀλλὰ ταύτην ἣν Ματθαῖος αὐτὸς παρέστησεν εἰπὼν τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων· οὐδὲ γὰρ λόγον εἶχε κατὰ τὴν ἑσπέραν τοῦ σαββάτου τοιούτων θαυμάτων ἀμφὶ τὸ μνημεῖον τοῦ σωτῆρος ἀποτελουμένων, μὴ οὐχὶ πάντας τοὺς τὴν πόλιν οἰκοῦντας μαθεῖν τὰ γινόμενα, καὶ συνδρομὴ γεγόνει ἐπὶ τὸ μνῆμα, πάντων ἐγρηγορότων· ἀκόλουθον δὲ ἦν ἀνατραπέντος τοῦ λίθου παραδόξως, παραχρῆμα σπεῦσαι τοὺς φρουροὺς τὰ πραχθέντα δηλῶσαι, τῆς ὥρας αὐτοῖς ἐπιτρεπούσης· οἱ δὲ καὶ διδάσκονται τῇ ὑστεραίᾳ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων διαφημίσαι εἰς πάντας, ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων· ὃ δὴ χώραν οὐκ εἶχεν πλάττεσθαι αὐτοὺς εἰ τῇ ἑσπέρᾳ ἐγήγερτο· ἀλλὰ γὰρ ἡγοῦμαι διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ λεγόμενον ὀψὲ σαββάτων, μὴ τὴν ὀψινὴν ὥραν τοῦ σαββάτου σημαίνειν, μὴ δὲ τὸν ἑσπερινὸν καιρὸν, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ Ματθαῖος ἐπήγαγεν τὴν ἐπιφώσκουσαν ὥραν εἰς μίαν σαββάτων, ἥτις ἦν πρωῒ, ἔτι σκοτίας οὔσης κατὰ τὸν Ἰωάννην· οὕτω γὰρ ἡ συμφωνία συνδράμοι ἂν τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν· ὡς καιροῦ μὲν ἑνὸς δι᾽ αὐτῶν σημαινομένου, ἀναλλαττόντων

ab illo putaret. Sicuti etiam Matthaeus verbis *sero sabbatorum*, ne quis de vespertino tempore cogitaret, addidit *quae lucescit in unam sabbatorum*. Et quidem accurate is expressit seram horam, ne quis vesperam opinaretur esse post solis occasum horam; nempe ait *sero sabbatorum*.

2. Consuetudo autem fuit ut universa hebdomada diceretur sabbatum, immo ut dies singuli sic appellarentur. Dicitur ergo apud evangelistas *una sabbatorum*. Et quidem in vulgari consuetudine *secunda sabbatorum*, *tertia sabbatorum*, *quarta sabbatorum*. Sic ergo Matthaeus tempus illucescens in diem dominicum *sero sabbatorum* vocitavit. Secus vero oporteret nos die sabbati post solis occasum, vespere facto, ieiunium pollnere: neque die dominico iubilare, sed potius vespere sabbati; si quidem ita intelligendus esset evangelista. Atqui non vespere sabbati solemus ieiunia pollnere, sed nocte medium cursum iam tenente, aut circa gallicinium vel auroram: ita ut et facto ipso et inveterata in Dei ecclesiis consuetudine, tempus significatum per verba *sero sabbatorum*, haud vespertina hora sit, sed quam Matthaeus exhibet dum ait: *quae illucescit in unam sabbatorum*. Neque enim commode accidissent vespere sabbati talia prodigia circa Servatoris monumentum; ne scilicet passim urbis incolae rem cognoscerent, fieretque concursus ad tumulum, vigilantibus omnibus. Consentaneum quippe erat, lapide prodigiose revoluto, statim convolare custodes, hora id concedente, ad ea quae evenerant renuncianda. Et quidem hi docentur die postero a sacerdotibus ut rumorem in vulgus serant, venisse noctu discipulos Iesu ad furandum corpus dum ipsi somno indulgerent; id quod ab eis fingi haud opus fuisset, si vespere Iesus resurrexisset. Itaque existimo ex his demonstrari, id quod ait Matthaeus *sero sabbatorum*, haud significare serotinam sabbati horam neque tempus vespertinum; namque ipse Matthaeus addit: *hora quae lucescit in unam sabbatorum;* mane videlicet dum adhuc tenebrae essent, secundum Iohannem. Sic enim harmonia fiet evangelicarum vocum, veluti uno tempore ab ipsis significato, quod tamen in singulis mu-

tatur scripulis, ita ut intra unam eandemque horam principium liceat cogitare, medium, et finem.

3. Haud igitur a veritate aberraveris, si a Iohanne initium resurrectionis Servatoris nostri dicas significari, apud quem Magdalena mane, dum adhuc tenebrae essent, semel atque iterum ad monumentum progressa, Servatoris corpore haud invento, flet: quia nemini adhuc resurrectio eius explorata erat. Est autem eius horae pars altera tempus id de quo Matthaeus loquitur; cum videlicet tertio veniens ad monumentum eadem Magdalena cum alia Maria, haud iam flet, quippe quae, ut ait Iohannes, iam angelos viderat ipsumque Servatorem. Nam quae dicuntur a Luca et Marco alia nos docent, apud quos nimirum plures veniunt observaturae mulieres. Porro autem Magdalenam temporibus haud magnopere inter se distantibus interfuisse puta, sed uno fere continuo tempore, dum semel et iterum circa eum locum versaretur; primum ipsa sola; secundo cum alia Maria. Sic eadem Maria Magdalena et apud Matthaeum spectat et apud Iohannem. Neque idcirco excludenda est a ceterorum evangelistarum narrationibus: non enim recedebat a loco, sed aderat perstabatque attonita visis, cupiensque post primam, secunda etiam tertiaque apparitione frui: id quod reapse consecuta est, dum multimodis complures mulieres ad tumulum veniunt; atque aliis aliter angelica visio se offert; ipsa autem Magdalena singulis visionibus interest. Atque ita rerum apud quatuor evangelistas scriptarum spectatrix fuit Magdalena: quare et huius apud omnes mentio fit. Sic etiam idem tempus erat, quod abs Iohanne et a Matthaeo perhibetur: sed tamen huius temporis diversa intervalla apud singulos notantur.

4. Neque te conturbet id quod a Matthaeo dicitur postquam duae Mariae ad visendum tumulum venerant «angelus enim Domini » caelo delapsus revolverat ab ostio lapidem;» quippe haud putandum est ab angelo eadem illa hora revolutum fuisse lapidem. Nam quo-

δὲ παρ᾽ ἑκάστου τῶν τοῦ καιροῦ μορίων· ἐπεὶ καὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐστιν ἐπινοῆσαι, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ τέλος.

γʹ. Οὐκ ἂν γοῦν ἁμάρτοις τὰ μὲν πρῶτα τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν σημαίνεσθαι εἰπὼν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ παρ᾽ ᾧ ἡ Μαγδαληνὴ πρωῒ ἔτι οὔσης σκοτίας, καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον ἐπιστᾶσα τῷ μνήματι, καὶ μὴ εὑροῦσα τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, κλαίει διὰ τὸ μηδένα μήπω ἐγνωκέναι περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· τῆς αὐτῆς δὲ ὥρας μερος εἶναι δεύτερον τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ χρόνον, καθ᾽ ὃν τρίτον ἐπιστᾶσα ἡ αὐτὴ Μαγδαληνὴ ἅμα τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ τῷ μνήματι, οὐκέτι κλαίει, ὡς ἂν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τεθεαμένη τοὺς ἀγγέλους καὶ αὐτὸν τὸν σωτῆρα· τὰ γὰρ παρὰ τῷ Λουκᾷ καὶ τῷ Μάρκῳ ἑτέρων ἂν εἴη δηλωτικὰ, παρ᾽ οἷς πλείους ἀπαντῶσιν γυναῖκες ἐπὶ τὴν θέαν· τὴν δέ γε Μαγδαληνὴν μὴ μακρὰν ἀλλήλων διεστῶσιν ἀπηντηκέναι καιροῖς νόμιζε, ἀλλ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ παρατυχεῖν καὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον· τὸ μὲν πρῶτον, καθ᾽ ἑαυτὴν μόνην· τὸ δὲ δεύτερον, μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας· οὕτω δ᾽ οὖν ἡ αὐτὴ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ τὰ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἐθεᾶτο καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· οὐκ ἀπελιμπάνετο δὲ τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀναγεγραμμένων· οὐ γὰρ ἀπεστάτει τοῦ τόπου· παρῆν δὲ καὶ παρέμενεν καταπεπληγμένη μὲν τὰ τεθεαμένα, ποθοῦσα δὲ πρὸς τοῖς πρώτοις καὶ δευτέρων καὶ τριῶν θεοφανειῶν καταξιωθῆναι· ὧν ἐτύγχανεν μετὰ ταῦτα διαφόρως μὲν πλειόνων γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀφικνουμένων, ἄλλοτε δ᾽ ἄλλως αὐταῖς ἀγγελικῆς ὄψεως παραφαινομένης, αὐτῆς δὲ ἐφ᾽ ἑκάστῃ θέᾳ παρατυγχανούσης· οὕτω γοῦν τῶν παρὰ τοῖς τέσσαρσιν εὐαγγελισταῖς ἀναγεγραμμένων θεωρὸς ἐγίγνετο ἡ Μαγδαληνή· διὸ καὶ παρὰ τοῖς πᾶσιν ἐμνημονεύθη 1)· οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν καιρὸς ὁ αὐτὸς ἦν ὁ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Ματθαίου παριστάμενος· τοῦ δ᾽ αὐτοῦ καιροῦ διάφορα διαστήματα παρ᾽ ἑκάστῳ τετηρημένα.

δʹ. Μὴ ταραττέτω δέ σε τὸ λέγεσθαι παρὰ τῷ Ματθαίῳ μετὰ τὸ ἐλθεῖν τὰς δύο Μαρίας θεωρῆσαι τὸν τάφον «ὁ ἄγγελος γὰρ κυρίου » καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ἀπεκύλισεν τὸν λίθον ἐκ » τῆς θύρας·» οὐ γὰρ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ὥραν προσήκει νοεῖν τὸν ἄγγελον ἀποκεκυλικέναι τὸν

1) Quaestio haec huc usque partim inest etiam in codice gr. mediceo, teste Bandinio tom. I. p. 159 Idem tamen frustra suspicatur, quae ibidem apud eum sequuntur λίαν θαυμαζω etc. esse eiusdem Eusebii; sunt enim Isidori Pelusiotae, ut apparet ex codd. vaticanis, immo ex Isidori editione epist. lib. II. 212.

λίθον· πῶς γάρ; ὁ πότε προϋπῆρχεν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, παρ' ᾧ οὐχ' ἡ Μαρία μόνη ἀλλὰ καὶ δύο μαθηταὶ εἰληλύθασιν εἰς τὸ μνημεῖον· διόπερ εἴποις ἂν τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ λόγον διηγηματικὸν εἶναι τῶν πρὸ τούτου γεγενημένων· ἦλθον μὲν γὰρ κατὰ τοῦτον αἱ δύο Μαρίαι θεωρῆσαι τὸν τάφον, εὗρον δὲ αὐτὸν ἀνεῳγμένον, ἐπειδήπερ πρὸ τούτου σεισμὸς ἐγεγόνει μέγας, καὶ ὁ ἄγγελος ἀποκεκυλίκει τὸν λίθον, ὃς ἐπιστὰς, αὖθις εὐαγγελίζεται τὰς γυναῖκας· αὕτη μὲν οὖν μία λύσις * ἂν γένοιτο τῶν κατὰ τὸν τόπον ἀπορουμένων.

* cod. τίς pro λυσις.

ε'. Λυθείη δ' ἂν καὶ ἄλλως τὰ προκείμενα, εἰ ἑτέρας μὲν τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ Μαρίας ὑπολάβοις εἶναι, ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τέσσαρας γοῦν τὰς πάσας Μαρίας παρούσας τῷ πάθει τοῦ σωτῆρος μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν εὑρίσκομεν 1)· πρῶτον μὲν οὖν τὴν θεοτόκον τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μητέρα· δευτέραν δὲ τὴν ταύτης ἀδελφὴν Μαριαν τὴν τοῦ Κλωπᾶ· εἶτα τρίτην Μαρίαν τὴν Μαγδαληνήν· καὶ τετάρτην τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴφ μητέρα· καὶ τῶν μὲν πρώτων τριῶν Μαριῶν ἐμνημόνευσεν Ἰωάννης λέγων οὕτως· « εἱστήκεισαν » δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, » καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ » Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή· » τῆς δὲ τετάρτης 2) Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴφ, οἱ λοιποὶ τρεῖς ἐμνημόνευσαν εὐαγγελισταὶ, συμπαραλαβόντες τῇ Μαγδαληνῇ καὶ αὐτήν· Ματθαῖος μὲν οὕτως εἰπών· « ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες » πολλαὶ ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκο» λούθησαν αὐτῷ· ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, » καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴφ, αἳ ἐθεά» σαντο τὸν τόπον ποῦ τίθεται. » Καὶ ὁ Λουκᾶς δὲ περὶ τῆς ἄλλης Μαρίας οὕτως ἱστορεῖ· « ἦσαν

modo illud praecederet apud Iohannem, quo narrante non Maria sola, sed et discipuli duo monumentum ingressi fuerant? Quamobrem merito dices, Matthaei oratione narrari ea quae ante contigerant: ita ut ex huius sententia duae quidem Mariae ad sepulcrum visendum venerint, verumtamen id patefactum deprehenderint: quia scilicet acciderat terrae motus ingens, lapidemque angelus revolverat: qui rursum adstans, rei notitia mulieres impertitur. Atque haec una erat e solutionibus ambiguitatum, quae circa hunc locum agitari solent.

5. Licet autem et aliter propositam infringere difficultatem, si alias esse putaveris Marias, quae apud Matthaeum, aliam rursus quae apud Iohannem. Nam quatuor omnino Marias Servatoris passioni cum aliis feminis praesentes comperimus. Primam ipsam Deiparam Servatoris matrem: secundam huius sororem Mariam Cleopae: tertiam Mariam Magdalenam: quartam Iacobi et Iosephi matrem. Priorum trium Mariarum meminit Iohannes his verbis: « stabant autem iuxta cru» cem Iesu mater eius, et soror matris eius » Maria Cleopae, et Maria Magdalena. » Quartae vero Mariae, matris Iosephi et Iacobi, reliqui tres meminerunt evangelistae, qui hanc Magdalenae addunt. Matthaeus quidem sic: « erant autem ibi mulieres multae procul » spectantes, quae secutae eum fuerant a Ga» lilaea, ministrantes ei: inter quas erat Ma» ria Magdalena, et Maria Iacobi ac Iose» phi; quae notaverunt locum in quo posi» tus fuit. » Lucas vero de alia Maria sic loquitur: « erant autem Maria Magdalena, et

1) Quaestio haec de Mariarum evangelicarum numero quanta fuerit apud veteres Patres novosque criticos, satis docet Calmetus copiosa sua super hac re dissertatione; cui iam quicquam addere, haud scio an abutentis otio futurum sit

2) Scholion recenti manu additum. Οὐχί· ἀλλ' ἡ κατ' ἀλήθειαν τοῦ κυρίου μήτηρ, αὕτη λέγεται καὶ μήτηρ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ, τῶν νομιζομένων ἀδελφῶν τοῦ κυρίου, υἱῶν δὲ ὄντων κατὰ φύσιν τοῦ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς προτέρας a) αὐτοῦ γυναικὸς τῆς Σαλώμης· τέσσαρας γὰρ εἶχεν υἱοὺς ὁ Ἰωσὴφ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωσῆ καὶ Σίμωνα καὶ Ἰούδα· Καὶ καθὼς ἐνομίζετο ἡ τοῦ κυρίου μήτηρ γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ, οὕτως ἐνομίζετο καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ μήτηρ. *Minime; sed ipsa vera Domini mater, eadem dicitur etiam mater Iacobi et Iosis, qui fratres Domini existimabantur; filii secundum naturam Iosephi ex eius priore uxore Salome. Quatuor enim suscepit Iosephus liberos, Iacobum, Iosem, Simonem, et Iudam. Porro sicuti putabatur Domini mater uxor esse Iosephi, ita et eiusdem filiorum habebatur mater.* Sed enim de temere creditis Iosephi ex priore coniuge liberis, legendus est Hieronymus contra Helv. cap XIIII. ubi haec apocryphorum deliramenta ridet, aitque fratres Domini non filios Iosephi, sed consobrinos Servatoris esse intelligendos. Idem cap. XVIIII. ait praedictam plurium nuptiarum opinionem a plerisque non tam pia quam audaci temeritate fuisse confictam.

a) Vox προτέρας expungitur in codice; quod tamen fit contra sancti Epiphanii lectionem in ancorato cap. LX, nec non contra Hippolyti thebani chronicon. Ceteroqui in alio nos volumine p. 484. inter sancti Cyrilli ad Matthaeum fragmenta par fere scholion edidimus, praedicto Cyrillo inscriptum, ubi pro προτέρας legitur βιωτικῆς.

» Iohanna, et Maria Iacobi, et ceterae quae » cum eis erant. »

6. Quum ergo sint quatuor Mariae, si duas illas, quae apud Matthaeum, dum dies illucesceret in unam sabbatorum, venerunt ad monumentum angelumque viderunt, diversas esse putaveris ab illa quae mane una sabbatorum, dum adhuc tenebrae essent, venit sola secundum Iohannem, ignorans resurrectionem, ideoque flens, nihil tortuosum tibi occurret, omni iam dubitatione ac quaestione remota. Igitur quod sero sabbatorum, sicuti retro tradidimus, perpetrata fuerint ea quae apud Matthaeum scribuntur de interventu Mariarum duarum; quodque mane una sabbatorum aliae Mariae ea quae sunt apud Iohannem spectaverint; omnia haec, inquam, vera sunt, nullaque repugnantia est vel locorum vel temporum vel personarum vel denique narrationis.

7. Nam si forte Magdalenae nomen, quod apud utrumque evangelistam adiicitur, sententiam conturbat; enim vero haud aequum est divinam permisceri scripturam unius voculae nominisve causa, id quod saepe accidit errore librarii obtrudi. Aut enim duas has ex una urbe seu castello Magdala advenisse putandum est; aut alterutri ex his temere fuisse adiectum Magdalenae cognomen, semel librario qui antiquitus scripsit in errorem lapso; quod deinceps mendum exscriptores reliqui retinuerunt. Id ipsum aliàs quoque accidisse paulo post demonstrabimus. Nempe quum in eiusmodi rebus a principio quidem dictatum recte fuerit, sed postea mendum obrepserit, neque tamen amanuenses scripturae mutationem agnoverint, nonnullae quaestiones exortae sunt. Atque ita circa Magdalenae cognomen, supervacue uni ex Mariis additum, contigisse dices: quo ablato, tollitur omnis quaestio, nemine iam in his locis dubitante. Ergo et sero sabbatorum, id est profunda nocte, ea, quae apud Matthaeum narrantur, visa fuerunt a Magdalena atque ab alia Maria: et mane, dum adhuc tenebrae essent, venit alia Maria in eundem locum; quae primo quidem anxia erat, haud invento Servatoris corpore; deinde et ipsa spectatrix eiusdem fuit. Laudabilius tamen fiet, si

» δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μα-» ρία ἡ Ἰακώβου καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς. »

ς´. Τούτων οὖν τῶν τεσσάρων Μαριῶν, εἰ τὰς δύο τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων ἐλθούσας ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν ἄγγελον θεασαμένας, ἑτέρας εἶναι ἐκλάβοις παρὰ τὴν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔτι σκοτίας οὔσης ἀφικομένην μόνην κατὰ τὸν Ἰωάννην, ἀγνοοῦσαν τὸ ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ διὰ τοῦτο κλαίουσαν, οὐδὲν ἂν σκολιὸν ἀπαντήσεται, πάσης ἀπορίας καὶ ζητήσεως ἐκ ποδῶν ἀρθείσης· καὶ ὀψὲ μὲν σαββάτων, κατὰ τὰ ἀποδεδομένα, πεπραγμένων τῶν ἐπὶ τῷ Ματθαίῳ συγγεγραμμένων ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν δύο Μαριῶν, πρωΐας δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἑτέρας Μαρίας τὰς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τεθεαμένας, ἀληθεύεσθαί τε κἀκεῖνα καὶ ταῦτα, μὴ δὲ ἀντιλογίαν περιέχειν τοὺς τόπους, μήτε κατὰ τοὺς χρόνους, μήτε κατὰ τὰ πρόσωπα, μήτε κατὰ τοὺς λόγους.

ζ´. Εἰ δὲ τὸ τῆς Μαγδαληνῆς προσκείμενον ἐν ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς ὄνομα τὴν διάνοιαν ταράττει, ἀλλ᾽ οὐ προσήκει τὴν θείαν συγχεῖν γραφὴν λέξεως μιᾶς ἢ ὀνόματος ἕνεκεν, ὃ πολλάκις συμβαίνει καὶ κατὰ γραφικὸν προσκεῖσθαι σφάλμα· ἢ γὰρ δύο καὶ ταύτας ἀπὸ μιᾶς πόλεως ἢ κώμης 1) τῆς Μαγδαληνῆς ὡρμᾶσθαι ἡγητέον· ἢ ἐπὶ μιᾶς αὐτῶν προσκεῖσθαι τὸ τῆς Μαγδαληνῆς ἐπώνυμον, ἅπαξ τοῦ γραφέως κατὰ τὴν ἀρχὴν σφαλέντος, ὅτι ἐξ ἐκείνου τῶν μετ᾽ αὐτὸν πρώτῳ ἐπηκολουθηκότων σφάλματι· τοῦτο δὲ καὶ ἐφ᾽ ἑτέρῳ συμβὰν, σμικρὸν ὕστερον ἐπιδείξωμεν· ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐπὶ τοιούτων ὀρθῶς κατὰ τὴν ἀρχὴν ὑπηγόρευτο, κατὰ σφάλμα δὲ τῶν μετὰ ταῦτα μὴ ἀκριβούντων τὴν μεταβολὴν, συμβέβηκέ τινα ζητεῖσθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπωνύμου τῆς Μαγδαληνῆς περιττῶς ἐπὶ μιᾶς Μαρίας κειμένου εἴποις ἂν γεγονέναι· οὗ ὑφαιρεθέντος, περιγέγραπται πᾶσα ζήτησις, μηδενὸς μηκέτι κατὰ τοὺς τόπους ἀπορουμένου· ἀλλὰ καὶ ὀψὲ σαββάτων, τοῦτ᾽ ἔστιν βαθείας νυκτὸς, τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ πεπραγμένων ἑωραμένων ὑπὸ τῆς Μαγδαληνῆς καὶ τῆς ἄλλης Μαρίας· καὶ πρωΐας ἔτι σκοτίας οὔσης, ἑτέρας Μαρίας ἀφικομένης ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον· καὶ πρότερον μὲν ἀπορούσης ἐπὶ τὸ μὴ εὑρεῖν τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος· ὕστερον δὲ καὶ αὐτῆς αὐτοπτούσης αὐ-

1) Eusebius et Hieronymus de loc. hebr. Μαγδαλὰ φυλῆς Ἰούδα, *Magdala in tribu Iuda.*

τόν· κάλλιον δὲ τὸ μὴ δὲ σφάλμα αἰτιάσασθαι κατὰ τοὺς τόπους, δύο δὲ ἀληθῶς γεγονέναι τὰς Μαγδαληνὰς φάσκειν, ὡς καὶ τέτταρας ἀπεδείξαμεν τὰς Μαρίας· ὧν οὐδὲν ἄτοπον ἀπὸ τῆς αὐτῆς Μαγδαληνῆς δύο Μαρίας ὡρμᾶσθαι λέγειν, μηδέν τε λοιπὸν ἀπορεῖν, ἀλλ' ἑτέραν μὲν εἶναι τὴν ὀψὲ σαββάτων παρὰ τῷ Ματθαίῳ Μαγδαληνὴν, ἑτέραν δὲ αὖθις καὶ αὐτὴν Μαγδαληνὴν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωΐας ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαν· ταύτην δὲ εἶναι τὴν καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ δηλουμένην κατά τινα τῶν αντιγράφων 1) ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· καὶ ταύτην εἰκὸς εἶναι τὴν ἀκούσασαν μή μου ἅπτου, ἀλλ' οὐ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κἀκείνη ἀπὸ τῆς Μαγδαληνῆς ὡρμᾶτο, ἀλλ' οὐ τὰ ὅμοια καὶ αὐτῆς ἡ θεῖα κατηγορεῖ γραφή.

ne mendum quidem in his locis esse causabimur, duasque potius Magdalenas censebimus, sicuti iam quatuor demonstravimus fuisse Marias. Certe nulla absurditas vetat, quominus duas Marias ab eodem castello Magdalo venisse dicamus: prorsus ut nulla iam perplexitas relinquatur, sed altera sit illa quae sero sabbatorum apud Matthaeum, altera rursus et ipsa Magdalena quae apud Iohannem mane ad monumentum accedit: quam postremam credibile sit a Marco quoque memorari secundum aliquot exemplarium fidem; de qua nimirum septem fuerant daemonia eiecta: atque haec videtur cui dictum fuerit *noli me tangere*, non illa quae apud Matthaeum: nam etsi forte et ipsa a Magdalo oriunda erat, haud tamen eandem pari macula aspergit divina scriptura.

III. Πῶς κατὰ τὸν Ματθαῖον ὀψὲ σαββάτων ἡ Μαγδαληνὴ μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἁψαμένη τῶν ποδῶν τοῦ σωτῆρος, ἡ αὐτὴ πρωῒ τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου ἀκούει μή μου ἅπτου κατὰ τὸν Ἰωάννην.

III. Quomodo quae secundum Matthaeum sero sabbatorum Magdalena cum altera Maria tetigit Servatoris pedes, eadem mane una sabbati secundum Iohannem audivit *noli me tangere*.

α'. Εἰ μὲν οὖν μία καὶ ἡ αὐτὴ εἴη Μαρία παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς, λέξομεν ὅτι ἡ αὐτὴ πολλάκις ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀπήντα τόπον, ἐπειδὴ εἷλκεν αὐτὴν ἡ ἔκπληξις τοῦ πράγματος καὶ ἡ ἐπὶ τῷ γεγονότι χαρά· πρώτη τοίνυν ἀπαντήσασα καὶ πρώτη τεθεαμένη τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἐσπευσμένως ἀπῄει πρὸς τοὺς ἀποστόλους τὸ πρῶτον, τὴν τοῦ μνήματος ἄνοιξιν ἀπαγγέλλουσα· εἶθ' ἅμα τὴν ἀνάστασιν τεθεαμένη, ἐδυσφόρει ὑπονοοῦσα ἦρθαι τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ τοῦ μνήματος, μὴ εἰδέναι τε ὅπου τέθειτο· εἶτ' ἐπανῄει δεύτερον σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μνῆμα· ὡς δ' ἐπέστρεφον οἴκαδε ἐκεῖνοι, μόνη πάλιν ἀπολειφθεῖσα ἐν τῷ τόπῳ, ἔκλαιεν ἑστῶσα· εἶτα τοῦ μνήματος εἴσω διακύψασα, τοὺς δύο ἀγγέλους ἐθεώρει· ἔπειτα καὶ αὐτὸν ὁρᾷ τὸν σωτῆρα· ὃς, ἐπειδὴ κλαίουσα εἱστήκει, ἀνθρωπίνως δὲ καὶ ταπεινῶς ὡς ἂν κλαπέντος σώματος αὐτοῦ διακειμένη, ἀνάξιά τε περὶ αὐτοῦ φρονοῦσα, πρῶτον μὲν αὐτὴν γυναῖκα ὀνομάζει, ἐπιπλήττων αὐτῇ καὶ ὀνειδίζων τὸ γυναικεῖον πάθος· διό φησιν, γύναι τί κλαίεις; εἶτα φησὶν πρὸς αὐτὴν, Μαρία· διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτὴν ἑαυτῆς ὑπομιμνήσκων, καὶ

1. Si quidem una eademque Maria esset apud utrumque evangelistam, dicendum foret eandem saepe in eundem locum venisse, quam scilicet attrahebat admiratio rei gestae et successûs gaudium. Prima igitur illuc profecta, primaque rerum, quas Iohannes narrat, spectatrix, festinanter redibat ad apostolos; principio quidem sepulcri apertionem nuncians: deinde, quamquam resurrectionem viderat, angebatur nihilominus suspicione ne quis potius Iesu corpus e monumento abstulisset, quod nesciebat quonam esset translatum. Exin secundo ibat cum apostolis ad monumentum. Postquam hi domum reversi sunt, sola rursus in loco relicta, flens ibi subsistebat. Deinde in monumentum introspiciens duos angelos vidit: denique ipsum oculis eius oblatum Servatorem: quam ibi cum fletu haerentem, et ex humanae infirmitatis atque humilitatis instinctu furto ablatum corpus credentem, atque indigna de ipso sentientem, Iesus primo mulierem appellat, increpans atque exprobrans femineam animi aegritudinem: unde ait, *mulier quid ploras?* Deinde addit, *Maria;* ut illa nomine admonita

1) Capitis marciani vindicias, a nono nempe versiculo ad finem, superius attigimus p. 256. n. 1.

ad mentem revocaretur, atque ut antiquarum sponsionum tum ipsi tum reliquis discipulis de Christi resurrectione factarum recordaretur. Illa animo ex aberratione recepto, vique vocis ac verborum agnita; *rabboni*, inquit; qua voce significatur magister.

2. Mox ad illum adhuc ut magistrum, non ut Deum, accedere properat: qua ille prohibita et deterrita ait, *noli me tangere*. Nam quae humana adhuc sapiebat, non erat digna divinitatem eius attingere: neque par erat illam, quae adhuc flebat, et Iesum inferne in monumentis sepulcrisque quaerebat, atque humiliter et infirme de illo sentiebat, haud inquam aequum erat contactus eius compotem fieri. Quamobrem Iesus causam quoque rei aperit, nondum se ascendisse (quantum ad eam adtineret) ad patrem dicens; quoniam ipsa rei gestae fidem nondum adhibebat, seque mortuum iacere putabat: ideoque ait, *noli me tangere*, quum talis sis, talemque de me opinionem geras: tibi enim Deus nondum credor, sed terrestris adhuc habeor. Sic is plorantem, et quae hortulanum ipsum credebat, his verbis *noli me tangere* reiecit increpitans: unde et mulierem eandem vocitavit, aitque *quid ploras?* nam lugere viventem, immo ipsam vitam, extremae erat inscitiae: qua super re non pepercit obiurgationi. Tum in sequentibus divinam illi sui notitiam impertivit: quae his verbis magnopere crudita, denuo deseruit monumentum; secundo videlicet. Exin narratis Mariae alteri, quae vidisse eam narrat Iohannes, illuc cum eadem reversa est; tertio videlicet: ac tum eorum, quae memorat Matthaeus, spectatrix fuit; haud iam sola, sed cum altera Maria: neque iam introspiciens in sepulcrum, uti narrabat Iohannes; neque iam duos angelos, sed unum lapidi insidentem, cernens.

3. Post haec denuo videt, comite altera Maria, ipsum Servatorem; secundo videlicet: neque iam audit *noli me tangere;* immo gaudere, nedum flere, ab ipso iubetur: quin etiam hunc tangere sinitur, quem iam ut Deum venerabatur. Ait ergo his feminis Iesus, *gaudete*. Illae vero accedentes tenuerunt pedes eius et adoraverunt. Et vera igitur narrant sacra evangelia, et nulla in parte inter se pugnant: quamquam eandem Mariam Magdalenam introducunt et non tangentem primo

τῶν ϖάλαι ϖρὸς αὐτήν τε καὶ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς ϖερὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ λόγων· ἡ δ' εἰς συναίσθησιν ἐλθοῦσα, καὶ τί ϖοτε ἦν ἀϖὸ τῆς φωνῆς καὶ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως ἐπιγνοῦσα, ῥαββουνί φησιν, ὃ μεθερμηνεύεται διδάσκαλε.

β'. Εἶτ' ἐπειδὴ ὡς διδασκάλῳ αὐτῷ ἔτι καὶ οὐχ ὡς θεῷ ϖροσιέναι ὥρμητο, ἀναίνεται καὶ παραιτεῖται αὐτὴν, μή μου ἅπτου· θνητὰ γὰρ ἔτι φρονοῦσα, οὐχ οἵα τε ἦν τῆς αὐτοῦ θεότητος θίγειν· οὐδὲ γὰρ ἄξιον ἦν τὴν ἔτι κλαίουσαν, καὶ κάτω ϖερὶ τὰ μνήματα καὶ τάφους οἷα νεκρὸν ζητοῦσαν αὐτὸν, ταϖεινά τε καὶ ἀνθρώπινα περὶ αὐτοῦ δοξάζουσαν, τῆς ἐπαφῆς αὐτοῦ κοινωνεῖν· διὸ τὴν αἰτίαν ἀϖήλεγχεν, μὴ γὰρ ἀνεληλυθέναι οὔπω φησὶν, ὅσον τὸ ἐϖ' αὐτὴν, ϖρὸς τὸν ϖατέρα, ἐϖεὶ μὴ τοῦτ' ἐϖίστευσεν γεγονέναι, νεκρὸν δέ ϖου κεῖσθαι αὐτὸν ᾤετο· διό φησιν ϖρὸς αὐτὴν, μή μου ἅπτου τοιαύτη τις οὖσα καὶ τοιαῦτα περὶ ἐμοῦ λογιζομένη· σοὶ γὰρ θεὸς οὔπω πεπίστευμαι· σοὶ ἔτι κάτω εἶναι λελόγισμαι· οὕτω τὴν κλαίουσαν καὶ δόξασαν αὐτὸν εἶναι τὸν κηϖουρὸν, διὰ μὲν τοῦ μή μου ἅϖτου ἀϖέστρεφεν ἐπιπλήττων αὐτῇ· ὡς καὶ διὰ τοῦ γυναῖκα καλεῖν, καὶ διὰ τοῦ λέγειν τί κλαίεις· τὸ γὰρ κλαίειν τὸν ζῶντα, μᾶλλον δὲ τὴν ζωὴν αὐτὴν, ἐσχάτης ἦν ἀμαθίας· καὶ διὰ μὲν τούτων ἐπέπληττεν αὐτῇ· διὰ δὲ τῶν ἑξῆς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἐπαίδευεν θεολογίαν· ἡ δ' ἐπὶ τούτοις τὰ μεγάλα ὠφελημένη, ϖάλιν ἀναχωρεῖ τοῦ μνήματος· τοῦτο δεύτερον· εἶτ' ἐξειποῦσα τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ τὰ τεθεαμένα παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἐπανήει σὺν αὐτῇ· τοῦτο τρίτον· καὶ τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ μνημονευομένων θεωρὸς ἐγίγνετο οὐκέτι μόνη, σὺν δὲ τῇ ἑτέρᾳ Μαρίᾳ· καὶ οὐκέτι εἴσω τοῦ τάφου παρακύπτουσα ὡς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, οὐδὲ δύο ἀγγέλους, ἀλλ' ἕνα πρὸς τῷ λίθῳ καθήμενον ὁρῶσα.

γ'. Εἶτ' ἐϖὶ τούτοις αὐτὸν ϖάλιν τὸν σωτῆρα μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας θεωρεῖ· τοῦτο δεύτερον· καὶ οὐκέτι μὲν ἀκούει μή μου ἅϖτου, τοὐναντίον δὲ χαίρειν ἀντὶ τοῦ κλαίειν ὑπ' αὐτοῦ κελεύεται· ἀλλὰ καὶ ἅπτεσθαι αὐτοῦ συγχωρεῖται, ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖ αὐτὸν ὡς θεόν· λέγει γοῦν αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς χαίρετε· αἱ δὲ ϖροσελθοῦσαι, ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ οὕτως ἅμα ἀληθεύει τὰ ἱερὰ εὐαγγέλια, κατ' οὐδένα λόγον διαφωνοῦντα· τὴν αὐτὴν δὲ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν εἰσάγον-

τα καὶ μὴ ἁπτομένην πρότερον τοῦ σωτῆρος, ὅτε ἔκλαιεν καὶ ἠπίστει· καὶ ἁπτομένην αὐτοῦ, ὅτε χαίρειν ἐκελεύετο· πρῶτα δὲ ἡγεῖσθαι τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ δηλούμενα τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φερομένων, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν γεγυμνασμένων ἡμῖν κατὰ μίαν τῶν ἐκδοχῶν παρεστήσαμεν, διασαφήσαντες ὅπως εἴρηται παρὰ τῷ Ματθαίῳ τὸ ὀψὲ σαββάτων, οὐ τὴν ἑσπερινὴν ὥραν δηλοῦντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ἀλλὰ τὸν ἐπιφαύσκοντα εἰς μίαν σαββάτων· ἦν δ᾽ οὗτος δεύτερος τοῦ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ δεδηλωμένου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰρήσθω, εἴπέρ τις ἐξ ἅπαντος τὴν αὐτὴν εἶναι Μαρίαν παρ᾽ ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς Ἰωάννῃ τὲ καὶ Ματθαίῳ δυσχυρίζοιτο.

δ᾽. Εἰ δὲ συγχωρηθείη τὸ μὴ τὴν αὐτὴν εἶναι, ἑτέραν δὲ τὴν ὀψὲ σαββάτων κατὰ τὸν Ματθαῖον μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἀπαντήσασαν, καὶ ἄλλην τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωὶ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔτι οὔσης σκοτίας μόνην ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, πᾶσα λυθείη ἂν ἀμφιβολία· τὸ τὰς μὲν πρώτας ὀψὲ σαββάτων ἀφικομένας, ἅτε σπουδαιοτέρας καὶ πιστοτέρας ὑπαρχούσας, καὶ τὸ χαίρειν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἀκοῦσαι, καὶ προσκυνῆσαι, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατῆσαι καταξιωθῆναι· τὴν δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Μαρίαν ἑτέραν οὖσαν παρ᾽ ἐκείνας βράδιον μὲν ἀπαντηκέναι καὶ πρωΐ· ταύτην δ᾽ αὐτὴν εἶναι κατὰ τὸν Μάρκον ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· σφόδρα δὲ τὴν ψυχὴν τεθορυβῆσθαι καὶ ἀπιστοτέραν εἶναι ὡς ἑστῶσαν κλαίειν, καὶ ὑπολαμβάνειν ὑφαιρεῖσθαι τοῦ μνημείου τὸ σῶμα τοῦ σωτῆρος, καὶ ἐν ἑτέρᾳ μετενηνέχθαι γῇ· οὕτω δὲ συγκέχυτο ἡ ψυχὴ αὐτῇ, ὡς μὴ δὲ τοὺς δύο ἀγγέλους τοὺς εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντας αὐτῇ καταπλαγῆναι, μὴ δὲ αὐτὸν γνωρίσαι ὀφθέντα αὐτῇ τὸν σωτῆρα, νομίσαι δὲ αὐτὸν εἶναι τὸν κηπουρόν 1).

IIII. Περὶ τοῦ τάφου καὶ τῆς δοκούσης διαφωνίας.

Πῶς παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ἔξω τοῦ μνήματος ἑώρακεν τὸν ἕνα ἄγγελον ἐπικαθήμενον τῷ λίθῳ τοῦ μνήματος· καὶ πῶς κατὰ τὸν Ἰωάννην εἴσω τοῦ μνήματος ἀγγέλους δύο θεωρεῖ καθημένους ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία· κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ἐπέστησαν ταῖς γυναιξίν· κατὰ δὲ

Servatorem dum flebat eratque incredula, et eum tangentem postquam gaudere iussa est. Iam priora esse existimanda quae sunt apud Iohannem iis quae apud Matthaeum, in disputatis retro secundum quandam explicationem comprobavimus, dum ostenderemus, ubi dicitur apud Matthaeum *sero sabbatorum*, non vespertinam horam significari ab evangelista, sed tempus illucescens in unam sabbatorum. Erat autem hoc tempus posterius illo, de quo Iohannes loquitur. Atque haec dicta sunto, si quis omnino eandem Mariam apud utrumque evangelistam Iohannem atque Matthaeum esse contendat.

4. Sin vero concedatur non eandem esse, sed aliam quae sero sabbatorum, comite alia Maria, venit ad monumentum; aliam quae apud Iohannem mane una sabbatorum, dum adhuc tenebrae essent, sola ad idem monumentum accessit; omnis ambiguitas dissipabitur. Nimirum priores, quae sero sabbatorum venerunt, propter suam sedulitatem atque credulitatem, iussas esse a Christo gaudere, eumque adoravisse, eiusque pedes tenere dignas fuisse. Illam vero apud Iohannem Mariam, diversam a superioribus, serius, mane videlicet, supervenisse. Eandem hanc esse apud Marcum, de qua septem daemonia eiecta fuerant: quaeque vehementer animo perterrita fuerit, et paulo incredulior; ideoque manserat ibi flens, et suspicans ne forte Servatoris corpus de sepulcro fuisset sublatum, atque in alias terras abactum. Atque adeo perturbatus fuerat illi animus, ut ne angelos quidem intra sepulcrum visos magnopere suspexerit, neque ipsum oculis oblatum Servatorem agnoverit, sed potius hortulanum esse putaverit.

IIII. De sepulcro et de repugnantia apparente.

Quomodo apud Matthaeum Maria Magdalena simul cum altera Maria extra monumentum viderit unum angelum insidentem lapidi monumenti. Et quomodo secundum Iohannem intra monumentum angelos duos spectaverit sedentes Maria Magdalena. Secundum autem Lucam duo viri adstiterint mulieribus.

1) Quaestionem de Maria ad Domini pedes procidente exscribit vel imitatur Hieronymus epist. LIX. 4, nec non Photius epist. CXXXVII.

Denique secundum Marcum iuvenis in dextro residens monumenti latere visus sit Mariae Magdalenae et Mariae Iacobi et Salomae.

1. Priora sunt quae narrat Matthaeus: quare et duae Mariae viderunt angelum qui nuper illuc venerat lapidemque revolverat. Sequuntur illa apud Iohannem, nempe duo angeli intra monumentum visi, ab eo diversi qui extra conspectus fuerat lapidi insidens, uti narrat Matthaeus. Quod autem apud Lucam dicuntur duo viri in splendida veste visi; insuper ille iuvenis apud Marcum stola candida amictus, et in dextra potius quam laeva parte visus, qui laeta ac fausta mulieribus nunciavit; hi, inquam, diversi inter se angeli erant, aliique ab iis qui apud priores evangelistas commemorantur: quare Lucas et Marcus ne angelos quidem diserte hos vocant: immo iidem evangelistae ne illa quidem recitant quae Iohannes atque Matthaeus, visiones dico Servatoris; sed potioribus se

τὸν Μάρκον νεανίσκος ἦν αὐταῖς ὁ ὁρώμενος καθήμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ μνημείου τῇ Μαγδαληνῇ Μαρίᾳ καὶ Μαρίᾳ Ἰακώβου καὶ Σαλώμῃ.

αʹ. Τὰ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ προηγοῦνται· ὅθεν καὶ αἱ δύο Μαρίαι ἄρτι τὸν ἄγγελον ἐπιστάντα καὶ τὸν λίθον ἀποκυλίσαντα ἐθεάσαντο· τὰ δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ὕστερον γίνεται, δύο ἀγγέλων εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντων, ἑτέρων δὲ ὄντων παρὰ τὸν ἔξω φανέντα καὶ ἐπὶ τὸν λίθον καθεζόμενον, ὡς Ματθαῖος λέγει· τὸ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ λεγόμενον, ὅτι δύο ἄνδρες ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ ὀφθέντες· ἔτι δὲ καὶ ὁ παρὰ Μάρκῳ νεανίσκος λευκὴν περιβεβλημένος στολὴν, δεξιός τε ἀλλ' οὐκ ἀριστερὸς ὁρώμενος, ὁ τὰ φαιδρὰ καὶ δεξιὰ ταῖς γυναιξὶν εὐαγγελιζόμενος, ἕτεροι ἀλλήλων ἂν εἶεν καὶ αὐτοὶ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρὰ τοῖς πρώτοις εὐαγγελισταῖς λεγομένων· διὸ οὐδὲ ἀγγέλους αὐτοὺς οὗτοι ὠνόμασαν· ὁ δὲ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς οὐδὲ τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ Ματθαίῳ ἐμνημόνευσαν, λέγω δὴ τῶν τοῦ σωτῆρος ὀπτασιῶν 1)· ἀλλά τοῖς κρείττοσιν Ματ-

1) In duobus eusebianis capitibus a Combefisio ut iam dixi editis, siculi permulta ex his ad Marinum scriptis desiderantur, ita quaedam diversa sunt, quaedam vero explicatiora videntur. Hoc autem loco sic habet editio: τοῖς κρείττοσιν, ἢ καθ' ἑαυτούς Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ, ἅτε δὲ ἀποστόλοις, τὰ κρείττονα γράφειν καὶ ἱστορεῖν παρακεχωρηκότες, αὐτοὶ δὲ τὰ δεύτερα διηγούμενοι, ἀντανεπλήρουν τὰ παρ' ἐκείνοις σεσιγημένα, ἃ δὲ δεύτερα ἦν καὶ μακρῷ λειπόμενα τῆς τῶν προτέρων ἱστορίας· οὕτω τοῦ ἁγίου πνεύματος διανείμαντος τὰς πρεπούσας ἑκάστῳ καὶ καταλλήλους διηγήσεις. Αἱ γοῦν παρὰ τῷ Λουκᾷ ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαι γυναῖκες φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, ἕτεραι δὲ εἶεν τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ· οὐ γὰρ ἂν ἔχοι λόγον τὰς τοσαῦτα προθεασαμένας Μαρίας ἄρτι πρῶτον ἀρώματα φέρειν, ὡς μήπω τὴν ἀναστασιν μεμαθηκυίας· διὸ εἴποιμεν ἂν ἑτέρας εἶναι τὰς παρὰ τῷ Λουκᾷ δηλουμένας τῶν πρώτων· τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ λέγων· καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ καὶ σάββατον ἐπέφωσκε· κατακολουθήσασαι δὲ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας· καὶ τὰ ἑξῆς· ἰδοὺ δείκνυσιν ὅτι ἕτεραι ἦσαν αὗται· διὸ καὶ οἱ ὀφθέντες ἕτεροι ὑπῆρχον παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν δεδηλωμένους· οὔτε γὰρ εἴσω τοῦ μνημείου ἦσαν κατὰ τὸν Ἰωάννην· οὔτε ἐπὶ τὸν λίθον καθεζόμενοι, ὡς ὁ παρὰ Ματθαίῳ ἄγγελος· ἄλλως τε δὲ οὐδὲ ἀγγέλους αὐτοὺς ὠνόμασεν ὁ Λουκᾶς, δύο δὲ ἄνδρας, πλὴν ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, διὰ τῆς ἑορτῆς σύμβολα· καὶ οἱ λόγοι δὲ αὐτῶν οἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ἰδιαζουσι· καὶ γυναῖκες δὲ πλείους ἦσαν, ἀλλ' οὐχ ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ μόνη· οὐδὲ αἱ παρὰ τῷ Ματθαίῳ δύο Μαρίαι. Περὶ δὲ τῆς μιᾶς Μαρίας τῆς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ περὶ τὸν ὄρθρον, ἔτι σκοτίας οὔσης, ἐπιστάσης τῷ μνήματι, καὶ ἰδούσης τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου, ἥν τινα καὶ Μαγδαληνὴν ὁ εὐαγγελιστὴς ὀνομάζει, ὑπόνοια τὶς ὑπεισέρχεται ἄλλην τινὰ Μαγδαληνὴν εἶναι, μηδὲν τῶν ταῖς δυσὶ Μαρίαις ἑωραμένων γινώσκουσαν· εἰ δὲ μία καὶ ἡ αὐτή ἐστιν ἡ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς μνημονευομένη, προηγεῖσθαι ἀνάγκη τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἱστορίαν, τῆς παρὰ τῷ Ματθαίῳ· καὶ τὴν αὐτὴν Μαγδαληνὴν τὸ πρῶτον μόνην ἐλθοῦσαν, τοὺς δύο ἀγγέλους εἴσω τοῦ μνήματος καθεζομένους ἰδεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα δεύτερον ἐπιστᾶσαν τῷ αὐτῷ τόπῳ μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας τὸν ἐπικαθήμενον τῷ λίθῳ ἄγγελον ἑωρακέναι· τούτων δὲ τῶν δυοῖν ἐκδοχῶν τὴν προτέραν ἀληθεστέραν εἶναι ἡγοῦμαι· ἑτέρας οὔσης τῆς παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Μαρίας παρὰ τὰς παρα τῷ Ματθαίῳ, κἂν τὸ ἐπίθετον αὐτῇ τῆς Μαγδαληνῆς ἐπιγράφηται, δύο γεγονυιῶν ὡς εἰκὸς τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς Μαγδαληνῆς· τούτου γὰρ δοθέντος πᾶσα ἀμφισβήτησις λυθήσεται, ἑτέρων μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ μνημονευομένων γυναικῶν, ἑτέρας δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, καὶ ἑτέρου ὄντος καὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τὸν λίθον καθεζομενου, καὶ ἑτέρων τῶν δύο ἀγγέλων τῶν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ εἴσω τοῦ μνηματος ὀφθέντων, ἑτέρου δὲ καὶ τοῦ χρόνου, ἑτέρων δὲ καὶ τῶν λόγων, τοῦ τε ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τοῦ λίθου καθεζομένου, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν εἴσω τοῦ μνήματος θεωρηθέντων. Κατὰ δὲ τὸν Μάρκον λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἀπέρχονται ἐπὶ τὸ μνῆμα, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· ἰδοὺ ἄλλαι πάλιν αὗται καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ, αἳ καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς, τίς ἡμῖν ἀποκυλίσει τὸν λίθον; καὶ ὅτι ἶδον νεανίσκον καθήμενον, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Λουκᾶ, ἄνδρες ἀλλ' οὐκ ἄγγελοι· οὕτω καὶ νῦν, οὐκ ἄγγελος ὠνόμασται, οὐδὲ ἀνήρ, ἀλλὰ νεανίσκος· ὥστε καὶ ταύτην ἀφωρισμένην εἶναι τὴν διήγησιν, καὶ τὸν ὀφθέντα ἕτερον, καὶ τὰς ἀφικομένας ἄλλας, καὶ τὸν καιρὸν ὁμοίως ἄλλον, τὸν μετὰ ἡλίου ἀνατολάς. Eadem rursus narratio in vaticanis quoque codicibus aliquantulum variat, pro breviatorum scilicet aut excerpentium arbitrio.

θαίῳ καὶ Ἰωάννῃ τὰ κρείττονα * κατέλιπον εἰπεῖν· αὐτοὶ τὰ δεύτερα εἰπόντες, καὶ ἀναπληροῦντες τὰ ἐκείνοις σεσιγημένα.

* κρείττονα est ex alio cod. vat.

β'. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν οὕτως, ὅτι τεσσάρων ὄντων τῶν εὐαγγελιστῶν, ἰσάριθμοι τούτοις καὶ παρ' αὐτῶν ἀναγραφεῖσαι φαίνονται ὀπτασίαι· οἵ τε καιροὶ τέσσαρες, καὶ οἱ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὀφθέντες ἰδιαζόντως· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ θεώμεναι * τῶν γυναικῶν διάφοροι· καὶ οἱ παρὰ τῶν ὀφθέντων λόγοι λεγόμενοι πρὸς αὐτὰς παραλλάττοντες· πῶς οὖν ἐστιν τοῦτο; πρῶτος οὖν καιρός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων, ὅπου ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μετὰ τῆς ἄλλης ἔξω τοῦ μνήματος, ὅτε καὶ ἐγένετο σεισμὸς, ἕνα εἶδον λέγοντα οὕτως, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ· δεῦτε, ἴδετε· τέταρτος δὲ καὶ τελευταῖος ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ ἡλίου ἀνατείλαντος φανεὶς ὁ νεανίσκος ὁ ὀφθεὶς ταῖς γυναιξὶν τῇ Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ καὶ τῇ Μαρίᾳ Ἰακώβου καὶ Σαλώμῃ, αἳ μετ' ἀρωμάτων ἐλθοῦσαι ἤκουσαν μὴ ἐκθαμβεῖσθε, Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον· μέσοι δὲ οἱ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ τῷ Λουκᾷ καὶ ὀφθέντες κατὰ καιρὸν ἰδιάζοντες· ἐφάνη μὲν γὰρ ὀψὲ σαββάτων ἄγγελος εἷς ἐκτὸς τοῦ μνήματος· μεθ' οὗ καὶ αὐτὸς ὁ σωτήρ· ὄρθρου δὲ βαθέος, ἕτεροι οἱ κατὰ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ὠνομασμένοι οὐκ εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντες· ὕστερος ἁπάντων ὁ νεανίσκος· καὶ πρὸ τούτου καὶ τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ οἱ δύο εἴσω τοῦ μνήματος.

* cod. οἱ θεώμενοι.

γ'. Ὅτι ὁ Λουκᾶς μιᾷ λέγει τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος φέρειν ἀρώματα γυναῖκας δύο τὰς ἀκολουθησάσας αὐτῷ, αἵ τινες ἦσαν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας συνακολουθήσασαι, ὅτε ἔθαπτον αὐτὸν ἐλθοῦσαι ἐπὶ τὸ μνῆμα· αἵ τινες δύο ἀγγέλους εἶδον, οἳ καὶ εἶπον, τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν λέγων, ὅτι δεῖ παθεῖν τὸν υἱὸν ἀνθρώπου· καὶ τὰ ἑξῆς.

δ'. Ὅτι Ἰωάννης λέγει τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν μόνην ἔρχεσθαι πρὸς τὸ μνῆμα σκοτίας ἔτι οὔσης, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα καὶ πρὸς Ἰωάννην καὶ λέγει, ἦραν τὸν κύριον ἀπὸ τοῦ μνημείου καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν· ἦλθεν οὖν Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τὸ μνημεῖον· καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα εἰσά-

Matthaeo atque Iohanni potiora dicere permittunt; ipsi secunda narrant, supplentque si quid ab illis silentio premitur.

2. Itaque dicendum est, uti quatuor evangelistae sunt, sic pari numero esse visiones apud eos descriptas: item tempora quatuor, nec non eos qui per singula tempora singillatim apparuerunt: similiter et feminas, quae viderunt, fuisse diversas: itemque sermones eorum, qui visi sunt, discrepantes. Haec, inquam, quomodo se habent? Primum tempus est Matthaei illud *sero sabbatorum*, cum Maria Magdalena non sine una comite extra monumentum (quo item tempore terrae motus accidit) unum vidit sibi dicentem: « nolite timere; scio enim a vobis Iesum qui crucifixus est quaeri; non est hic; surrexit; venite et videte. » Quartum extremumque tempus est Marci illud, cum orto iam sole, a iuvene oblato mulieribus Mariae Magdalenae et Mariae Iacobi et Salomae, quae cum aromatibus venerant, hae ipsae audierunt « nolite expavescere; Iesum quaeritis nazarenum crucifixum. » Medii autem sunt angeli illi, qui apud Iohannem et Lucam apparent per intervalla singillatim. Apparuit enim sero sabbatorum angelus unus extra monumentum; post quem ipse Servator. Mane autem iam adulto, alii duo apud Lucam viri appellati, haud intra monumentum visi. Extremus omnium ille iuvenis; et ante hunc, nec non ante viros a Luca memoratos, duo illi intra monumentum.

3. Lucas ait una sabbatorum mane perspicuo tulisse aromata mulieres duas, quae sequutae fuerant Iesum, Galilaea oriundas, quaeque deduxerant eius funus et venerant ad monumentum. Hae duos angelos viderunt sibi dicentes: « cur quaeritis viventem inter mortuos? non est hic, sed surrexit. Recordamini quae vobis dixit dum vobiscum versaretur, quod nempe oporteret filium hominis pati; » et reliqua.

4. Iohannes ait una sabbatorum Mariam Magdalenam solam accessisse ad monumentum cum adhuc tenebrae essent; vidisse lapidem sublatum; venisse ad Simonem atque Iohannem, quibus ait: « tulerunt Dominum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum. Venit ergo Petrus atque Iohannes ad monumentum; » et reliqua. Deinde Magdalenam

flentem exhibet evangelista; quam semet inclinantem vidisse ait duos angelos sedentes, unum ad caput, alterum ad pedes: sibique dicentes: « mulier quid ploras? quae ait: tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. » Mox conversa retrorsum vidit Iesum stantem, neque tamen sciebat eum esse Iesum. Dicit autem ei Iesus: mulier, cur ploras? quem quaeris?

5. Ambigunt nonnulli quonam pacto tres dies noctesque tres absolutae fuerint, uti praedixit Christus, ante faciendam resurrectionem. Porro respondere sic licet. Alii a tempore, quo Iesus proditus fuit, numerant: alii parasceven in duo dividunt, quia nox fuit rursusque dies, quia scilicet illa die sol obscuratus, denuo reluxit. Exin est sabbati dies integra, eiusque nox. Alii supputant parasceven totam, diem noctemque; sabbatum item totum eiusque noctem; dominicae autem diei initium, loco integrae diei metiuntur, qua incipiente Christus surrexit. Atque ita tres dies dicunt. Certe et in mortuis ac in recens natis pueris ita solemus totam diem metiri, sive nativitas contigerit hora decima, sive die exordiente. Sic etiam mortuis tertia die et nona et quadragesima inferias legitimas ferimus, haud tota tertia cum sua nocte, neque tota nona cum sua item nocte, neque tota quadragesima similiter cum sua nocte, sed initiis mortualium dierum spectatis, iusta absolvimus, idque tempus pro die integra habemus atque metimur.

6. Sed quoniam Christus dixerat, tribus diebus tribusque noctibus se in corde terrae futurum, lubet ita disserere: si quis aere alieno obstrictus creditori suo recepisset, se post tres dies soluturum; hunc, inquam, si ante condictam diem aes illud dissolvere videremus, mendacem ne an multo veraciorem iudicaremus? Praeterea, si Christus ocius, quam spoponderat, resurrexit, maior hinc virtus elucescit, nedum locus reprehensioni est. Suspicio contra atque mendacium ex tarditate consequebantur: mendacium, quia condictus terminus fuisset elapsus; suspicio, quia recedentibus custodibus, ea res furti fuisset insimulata.

γει κλαίουσαν τὴν Μαγδαληνὴν, καὶ παρακύψασαν ἰδεῖν λέγει δύο ἀγγέλους καθεζομένους ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσίν· καὶ λέγουσιν αὐτῇ, γύναι, τί κλαίεις; ἡ δὲ εἶπεν, ἦραν τὸν κύριόν μου καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν· εἶτα ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω· καὶ εἶδεν τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα· καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι Ἰησοῦς ἐςιν· ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει, γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς;

έ. Ὅτι ἀποροῦσί τινες ὡς τρεῖς ἡμέραι καὶ τρεῖς νύκτες πληροῦνται, καθὼς εἶπεν Χριστὸς, αἱ τῆς ἀναστάσεως· καὶ ἔστιν εἰπεῖν 1)· οἱ μὲν ἀπὸ τῆς προδοσίας· οἱ δὲ τὴν παρασκευὴν εἰς δύο ποιοῦσιν, ἐπεὶ νὺξ γέγονεν καὶ πάλιν ἡμέρα· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἡλίου σκοτισθέντος καὶ πάλιν ἀναφλεχθέντος· εἶτα ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα ὅλη καὶ ἡ νὺξ αὐτῆς· οἱ δὲ ἡμέραν μὲν τὴν παρασκευὴν ὅλην καὶ τὴν νύκτα αὐτῆς, σάββατον ὅλον καὶ τὴν νύκτα αὐτοῦ· τῆς δὲ κυριακῆς τὴν ἀρχὴν εἰς ἡμέραν μετροῦσιν ὅλην· ὡς ἀρξαμένης ἤδη τότε ὁ Χριςὸς ἠγέρθη· οὕτω τρεῖς ἡμέρας λέγουσιν· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ νεκρῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἀρτιγενῶν παίδων οὕτως μετρεῖν ἔθος ὅλην ἡμέραν, ὅτε τὴν ἀπὸ τῆς δεκάτης ὥρας ἀρξαμένην γέννησιν μετροῦμεν, ἢ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμέρας ἀρξαμένην γέννησιν· ὁμοίως καὶ ἐπὶ νεκρῶν τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ τὴν ἐννάτην καὶ τὴν τεσσαρακοςὴν τὰ νενομισμένα ποιοῦντες· οὐχ ὅλην τὴν τρίτην μετὰ τῆς νυκτὸς αὐτῆς· οὐδὲ ὅλην τὴν ἐννάτην μετὰ τῆς οἰκείας νυκτὸς αὐτῆς· οὐδὲ τὴν τεσσαρακοςὴν ὁμοίως ὅλην μετὰ νυκτὸς αὐτῆς· ἀλλὰ τὰς ἀρχὰς τῶν τελευταίων ἡμερῶν ὁρῶντες ἐκτελοῦμεν τὰ πραττόμενα, ὅλην ἡμέραν ταύτην καὶ μετροῦντες καὶ λογιζόμενοι.

ς΄. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ Χριστός φησιν * τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς ἔσομαι, ἔςι δὲ οὕτως εἰπεῖν 1)· ἆρα εἰ χρεώστην ἐπαγγειλάμενον τῷ οἰκείῳ δανειστῇ μετὰ τρεῖς ἡμέρας πληρώσειν τὸ χρέος, πρὸ τῆς προθεσμίας πληρώσαντα θεασάμενοι, ὡς ψευσάμενον κρινοῦμεν, ἢ ὡς πλέον ἀληθεύσαντα; Καὶ ἄλλως· εἰ θᾶττον ἢ 2) εἶπεν, ἀνέστη, πλείων ἡ δύναμις, καὶ ἔγκλημα οὐκ ἔχει· τὸ δὲ βράδιον, ὑποψίας γέμει καὶ ψεῦδος λογίζεται γιγνόμενον· ψεῦδος μὲν, ὅτι παρῆλθεν ὁ λεχθεὶς ὅρος· ὕποπτον δὲ, ὅτι τῶν φυλάκων ἀναχωρησάντων, κλοπὴ τὸ πρᾶγμα ἐνομίσθη ἄν. *Matth. XII. 40.

EXPLICIT EPITOME.

1) Expilavit hanc Eusebii quaestionem Isidorus pelusiota ep. II. 212, tacito auctoris nomine; ideoque eiusdem solutio iamdiu nota erat. — 2) Deest in codice particula ἢ, quae tamen heic omitti non debuit.

Hactenus edidimus continuam atque illibatam eusebiani operis priscam et praeclaram Epitomem, prout ea est in pulcherrimo codice palatino vat. CCXX. a f. 61. usque ad 96, ubi opus reapse concluditur, relictis deinceps paginis puris. Fuerunt autem, ut vidimus, quaestiones XX; scilicet ad Stephanum ·XVI·, ad Marinum ·IV· Quamquam vero variis ex fontibus nobis suppetebant utriusque partis supplementa, noluimus ea cum Epitome admiscere, ne scripti per se concinni et perfecti seriem quodammodo his insertis perturbaremus. Nunc tamen supplementa quae invenimus tum quaestionum ad Stephanum tum etiam ad Marinum subtexenda sunt. Et primum lautae aliquot partes ex magna ms. catena Nicetae ad Lucam in codice A, seu vat. 1611, quas non ex Epitome sed ex integro opere decerptas fuisse apparet; quamquam ipse quoque Nicetas videtur interdum, ut fit in catenis, Eusebium deminuere; cuius rei indicium est, quod aliquando in Epitome sunt aliquot particulae, quas Nicetas subtrahit: etsi alioqui in laudatis a Niceta partibus, Eusebius plerumque integer est, et ubique plenior. Nunc igitur priore loco supplementa quaestionum ad Stephanum.

EUSEBII CAESARIENSIS

EX INTEGRIORE OPERE QUAESTIONUM EVANGELICARUM PARTES

IN NICETAE CATENA MS. AD LUCAM.

Cod. A. f. 63. Confer quaest. II. f. 227. sq.

α΄. Περὶ δὲ τοῦ τὸν Ματθαῖον ἄνωθεν κατάγειν τὰς διαδοχὰς, τὸν δὲ Λουκᾶν ἀνάπαλιν πεποιηκέναι, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν πορευθέντας, οὐδὲν ἐπιμέμφεσθαι δεῖ· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀνάντη καὶ ὄρθιον πορείαν ἀνιόντας, καὶ τοὺς ἔμπαλιν διὰ τῆς αὐτῆς κατιόντας, οὐκ ἄν τις ἑτέραν φαίη βαδίζειν, μιᾶς ἀμφοτέροις κειμένης τοῖς τε ἀνιοῦσι καὶ τοῖς κατιοῦσι τρίβου· τὸν αὐτὸν γοῦν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν γενῶν διαδοχῆς πάρεστιν, ὅτῳ φίλον ἐπ᾽ ἐξουσίας διὰ τῶν αὐτῶν, τοῖς μὲν κάτωθεν ἐπὶ τοὺς πρόσω ἀνιέναι, τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν προπατόρων ἀρξαμένοις, ἐπὶ τοὺς ὑστάτους καταλήγειν· οὗτος δὲ καὶ πόῤῥωθεν Ἑβραίοις φίλος ἦν ὁ τρόπος, etc. *ut in impressa a nobis epitome p.* 227. *v.* 7. *usque ad* τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελιστὰς p. 228. v. 3. Εἰ δ᾽ ὅτι μὴ μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ὁ Λουκᾶς ἀνιὼν ἔστη, μηδὲ ὁ Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἤρξατο ἐφ᾽ ὃν κατέληξεν ὁ Λουκᾶς, διαφωνεῖν τις αὐτοὺς λέγοι, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν οἰκείῳ λογισμῷ τὴν ἔκθεσιν πεποίηται τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος, ὁ δὲ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὑπερβὰς, ἐπί τε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀνελθών· καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στὰς, τὸν πάντα δὲ λόγον ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναρτήσας· ποία γὰρ ἐν τούτοις μάχη; εἰ τῷ μὲν χρήσιμος ἐφάνη ἡ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ

1. Quod Matthaeus superne successiones deducat, Lucas vero contrario ordine utatur, quandoquidem eadem via uterque graditur, nullus est reprehensioni locus. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, et illos qui adversum eadem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere: quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Pari ergo modo etiam in recensendis generis successionibus, pro cuiusque libito vel ab imis sursum tendere, vel a superis capto initio progenitoribus in postremos desinere licet. Atque hic mos antiquitus Hebraeis placuit *etc.* Quod si, quia nec Lucas ascendens substitit in Abrahamo; nec Matthaeus ab Adamo incepit, in quem Lucas desivit; idcirco dissonos inter se evangelistas aliquis dicat, non recte iudicat. Uterque enim evangelista proprio calculo descriptionem exposuit; alter quidem ex Abrahamo incipiens, alter ipsum Abrahamum supergradiens, ad primum usque hominem ascendit; neque in hoc ipso consistens, historiae suae seriem cum Deo connectit. Quaenam porro in his repugnantia est? si Matthaeo quidem visum utile est, ob scripturae suae

institutum, ex Abrahamo et deinceps genealogiam deducere: Lucae autem placuit, propter regenerationis in Christo mysterium, sursum provehere hominem lavacro regeneratum ultra cuiuslibet generationis fines. Observa enim, cum toto suo sermone vocabulum generationis reticere, sed Iesum retrocedendo subvehere, donec non in homine aliquo sistit, sed in ipso omnium Deo, cui illum utpote filium patri copulat.

2. Age vero ut ita etiam loquentis coarguamus imperitiam, atque ut nemo veritatis ignoratione deinceps scandalum patiatur, genuinam actae rei historiam exponam. In primis vero obiectam nobis propositionem considerare opus est. Matthaeus quidem ex Abrahamo ad Davidem, atque ita ad Salomonem eiusque successores usque ad Iacobum, unde ortus Iosephus Christi putatus pater, descendit. Lucas autem Iosephum haud ex Iacobo ait ortum, ut Matthaeus; sed ex Heli ascendens, ad ceteros pergit, quorum nullum Matthaeus commemorat. Atque ita obliquam veluti decurrens viam, nequaquam ad Salomonem devenit Davidis filium, sed ad Nathanum qui aeque fuit Davidis filius. Atqui oportuisset, si unam uterque evangelista genealogiam texebat, vel Lucam eandem cum Matthaeo seriem contexere, vel Matthaeum eadem, quae habet Lucas, nomina recitare. Hi vero adeo invicem non conspirant, ut alter Iacobi filium dicat Iosephum ac Salomonis Davide geniti: alter autem non Iacobi, sed Heli ac Nathani Davide item geniti: quo scribendi instituto magnopere inter se dissidere videntur. - Quomodo igitur obiectae propositioni occurrendum est? Agesis animae aperientes oculum, vocabulis ipsis accurate mentem intendamus, et quid dicat Lucas inspiciamus. « Et ipse Iesus erat incipientes quasi annorum triginta, ut putabatur filius Iosephi, qui fuit Heli, qui fuit » Melchi. Sed enim Matthaeus, haud usus est dictione « putabatur » etc. Atque haec prima est responsio.

3. Alius quoque fortasse latet profundus atque arcanus in praedictis sensus. Matthaeus enim manifeste carnalem narrans Christi originem, et Iosephum volens vere Davide oriundum ostendere, orationis suae ingressum qualem oportuit facit, dicens: liber generatio-

τοὺς ἑξῆς γενεαλογία, διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ παρ' αὐτῷ λόγου, ὁ δὲ διὰ τὸ τῆς ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας μυστήριον, ἀναβιβάζει τὸν διὰ λουτροῦ γεγεννημένον, ἐπέκεινα ἁπάσης γενέσεως· τήρει γὰρ ὅτι δι' ὅλου τοῦ λόγου σεσιώπηκε τὸ τῆς γενέσεως ὄνομα, ἄγει τὲ αὐτὸν ἀνάγων, καὶ ἵστησιν οὐκ ἐπί τινα ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπὶ τὸν πάντων Θεὸν, μονονουχὶ προσάγων, ἅτε δὴ υἱὸν γενόμενον τῷ πατρί.

β'. Ἵνα οὖν καὶ τοῦτο εἰρηκότος τὴν ἀμαθίαν ἐλέγξωμεν, παύσωμεν δὲ τοῦ μηδένα ὑπ' ἀγνοίας ὁμοίας σκανδαλισθῆναι, τὴν ἀληθῆ τῶν γεγονότων ἱστορίαν ἐκθήσομαι· πρότερον δὲ τὴν προταθεῖσαν ἡμῖν πρότασιν καιρὸν ἐπισκέψασθαι· ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν Δαβὶδ, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν Σολομῶνα καὶ τοὺς τούτου διαδόχους μέχρι τοῦ Ἰακὼβ, ἐξ οὗ Ἰωσὴφ ὁ τοῦ Χριστοῦ χρηματίσας πατὴρ, κάτεισιν· ὁ δὲ Λουκᾶς τὸν Ἰωσὴφ οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ εἶναι φησὶν ὡς Ματθαῖος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἡλεί· εἶτα ἀπὸ τοῦ Ἡλεὶ ἀνιὼν ἐφ' ἑτέρους χωρεῖ, ὧν οὐδὲ ὅλως ἐμνημόνευσεν ὁ Ματθαῖος· καὶ οὕτως πλαγίαν τινὰ δραμὼν, ἔρχεται οὐκ ἐπὶ τὸν Σολομῶνα τὸν τοῦ Δαβὶδ, ἀλλ' ἐπὶ Νάθαν τὸν καὶ αὐτὸν τοῦ Δαβίδ· ὀφείλων εἰ δὴ περὶ τῆς αὐτῆς γενεαλογίας ὁ λόγος ἦν αὐτοῖς, διὰ τῶν αὐτῶν τῷ Ματθαίῳ ἀνελθεῖν, ἢ τὸν Ματθαῖον δι' ὧν ὁ Λουκᾶς χωρῆσαι ὀνομάτων· εἰ δὲ οὕτως οὐ συνηνέχθησαν ἀλλήλοις, ὡς τὸν ἕνα εἰπεῖν τοῦ Ἰακὼβ τὸν Ἰωσὴφ εἶναι υἱὸν καὶ Σολομῶνος υἱοῦ Δαβίδ· τὸν δὲ ἕτερον, μὴ τοῦ Ἰακὼβ, ἀλλὰ τοῦ Ἡλεὶ καὶ Νάθαν υἱοῦ Δαβίδ· δι' ὧν ἐοίκασι πολλὴν διαφωνίαν πρὸς ἀλλήλους περιέχειν. - Τί δὴ οὖν εἰς τὸ προταθὲν τοῦτο πρόβλημα εἴποι ἄν τις; φέρε τῆς ψυχῆς διανοίξαντες τὸ ὄμμα, ἀτενῶς ταῖς λέξεσιν αὐτοῖς ἐπερείσωμεν τὴν διάνοιαν, ἴδωμέν τε τί φησιν ὁ Λουκᾶς· καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἦν ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μελχί· ἀλλ' οὐχ ὅ γε Ματθαῖος ἐχρήσατο τῇ ὡς ἐνομίζετο φωνῇ etc. *ut in epitome p.* 228-229. *usque ad* αὕτη μὲν οὖν ἡ πρώτη ἀπόδοσις.

γ'. Εἴη δ' ἄν τις καὶ ἄλλος βαθὺς καὶ ἀπόρρητος ἐν τοῖς προκειμένοις λόγος. Ματθαῖος μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τὴν ἔνσαρκον γένεσιν ἱστορῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἀποδεῖξαι βουλόμενος ἀληθῶς ἐκ Δαβὶδ, ὅθεν ἐχρῆν τῇ εἰσβολῇ κέχρηται τοῦ λόγου, φήσας βίβλος γε-

Cod. A. f. 61. Quaest. III. p. 228. sq.

Cod. A. f. 61. Quaest III. p. 220.

νέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀκολούθως τε τὴν ὅλην ἑξῆς ἱστορίαν τίθησι μετὰ τὸν τῶν προπατόρων κατάλογον, τοὺς μάγους, τὴν Ἡρώδου μανίαν, τὴν εἰς Αἴγυπτον Ἰησοῦ φυγὴν, τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, τὸν Ἀρχέλαον· καὶ ὡς μετὰ ταῦτα ἤδη λοιπὸν εἰς ἄνδρας Ἰωάννης προβὰς μετὰ τριακοστὸν ἔτος τῆς Ἰησοῦ γενέσεως, ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρύσσει βάπτισμα μετανοίας, πάρεισί τε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτισθησόμενος ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου· καὶ δὴ συνόρα ἐν τούτοις ὕφος καὶ ἀκολουθίαν ἱστορικῆς διηγήσεως ἣν ὁ Ματθαῖος ἐκτίθεται, σύρος ἀνὴρ, τελώνης τὸν βίον, τὴν φωνὴν ἑβραῖος.

δ΄. Ὁ δὲ Λουκᾶς τὸ μὲν γένος ἀπὸ τῆς βοωμένης Ἀντιοχείας ἦν, ἐν ᾗ δὴ οἱ πάντες λογιώτατοι τοὺς Ἴωνας προγόνους αὐχοῦσι 1)· οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τῷ κατὰ φύσιν ἑλληνικῷ τῶν ἀνδρῶν, ἐπήγετό τι πλέον ὁ Λουκᾶς ἐν λόγοις, ἅτε ἰατρικῆς ἔμπειρος ὢν ἐπιστήμης· ὅμως δὴ ὁ τοιοῦτος τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίου γραφῆς ἀρχόμενος, τὰ μὲν κατὰ τὸν Ζαχαρίαν καὶ τὴν Ἐλισάβετ ἱστορεῖ πρῶτα· εἶτα τὴν πρὸς τὴν Μαρίαν τοῦ Γαβριὴλ ἐπιφάνειαν ἐπισυνάψας, τὰς παραδόξους γενέσεις ἑξῆς τίθησιν, οὐδεμιᾶς μνησθεὶς γενεαλογίας τοῦ Ἰωσήφ· ἔπειτα δωδέκατον ἔτος ἀναγράφων τοῦ Ἰησοῦ, οὔπω καὶ νῦν γενεαλογίας μνημονεύει· μετὰ δὲ τοὺς Αὐγούστου χρόνους, Τιβερίου διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον αὐτοῦ ἔτος, φησὶ τὸν Ἰωάννην ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρύξαι μετανοίας βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· διδασκαλίας τε αὐτοῦ τίθησι, καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν Ἰησοῦ φησὶ βαπτισθέντος καὶ προσευξαμένου ἐγένετο ἀνοιγῆναι τὸν οὐρανὸν, καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ φωνὴν ἐκεῖθεν ἐνεχθῆναι; σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· ἔνθα γενόμενος, ὥσπερ ἐξ ὕπνου διανήψας, τῆς γενεαλογίας ἀκαίρως, ὡς ἂν οἰηθείη τις, μνημονεύει λέγων, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχόμενος ὁ Ἰησοῦς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μελχὶ 2), καὶ τῶν λοιπῶν.

ε΄. Τίς τοιγαροῦν ἐν τούτοις οὐκ ἂν ἀπορήσειεν; εἰ Ματθαῖος μὲν λόγου σύνταξιν ἐπιστημόνως φαίνεται πεποιημένος, κατὰ καιρόν τε χρησάμενος τῇ γενεαλογίᾳ, Λουκᾶς δὲ εἰς τοσοῦτον ἤλαυνεν ἀπορίας, ὡς ὅτε μὲν ἐχρῆν κατὰ χώραν τὴν γενεαλογίαν ἐντάξαι, τηνικαῦτα παρα-

nis Iesu Christi, et reliqua, consequenterque totam deinde historiam ponit post progenitorum catalogum, Magos videlicet, Herodis furorem, Iesu in Aegyptum fugam, indidem reditum, denique Archelaum. Et quomodo post haec in publicum hominum conspectum prodiens Iohannes, trigesimo aetatis Iesu anno, paenitentiae baptismum in deserto praedicaverit, atque inter alios illuc Iesus quoque venerit, ut abs Iohanne in Iordane baptizaretur. Vides ergo in his contextum, et historicae narrationis sequelam, quam Matthaeus exponit, vir syrus, professione vitae publicanus, lingua hebraeus.

4. At Lucas celebri Antiochia genus trahebat, qua in urbe eruditissimi quique abs Ionibus se progenitos esse gloriantur. Sed praeter insitum civibus hellenismum, aliquanto magis profecerat in litteris Lucas, quia medicae artis peritus erat. Et tamen talis cum esset, evangelii scripturam ordiens, res primum Zachariae et Elisabetae narrat. Deinde Gabrihelis ad Mariam apparitione subnexa, miras illas nativitates deinde ponit, nulla Iosephi genealogiae facta mentione. Postea duodecimum Iesu annum scribens, nondum ullam genealogiam memorat. Post Augusti vero tempora, Tiberio Romanorum imperium tenente, quintodecimo huius anno, dicit Iohannem in deserto praedicavisse paenitentiae baptismum in peccatorum remissionem: concionesque eius exponit; et post haec omnia, Iesu inquit baptizato et orante caelum aperiri contigit, et Spiritum columbae specie descendere, atque illinc vocem deferri: tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Porro huc provectus, tamquam somno evigilans, genealogiae intempestive, ut aliquis existimabit, mentionem infert: et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, filius ut putabatur Iosephi, qui fuit Heli, qui fuit Melchi, et reliquorum.

5. Quis ergo hoc loco non sit perplexus? siquidem Matthaeum narrationis suae compositionem scite fecisse apparet; Lucam autem tanta incogitantia fuisse, ut quum suo loco genealogiam collocare deberet, eam tunc praetermiserit: et quum tantam historiae partem

1) Sic demonstrat Eusebius totam Antiochenorum litteraturam graecam fuisse.
2) Ita codex, praetermissis Matath et Levi.

scripsisset, nempe a Christi nativitate usque ad trigesimum eius annum, nullum inserendae genealogiae idoneum tempus agnoverit: sed nunc demum cum triginta iam annos natus ad Iohannis baptismum accedit Christus, praeter omnem rationem ac tempus, tamquam scripti insertum quoddam genealogiam inducat. Verum enimvero si quis illum sic reprehenderet, haud responsum suum desiderari pateretur divus evangelista; sed divina quaedam, ut par est, et scita, et inhabitante divino Spiritu digna eloqueretur. Ego autem existimo ipsum Iesu carnalem quoque originem describere volentem, ita se gessisse. Et quia hoc ei propositum erat, haud ignorabat, generationem huiusmodi exponi oportere. Sed quoniam nunc de regeneratione per lavacrum loquitur, Iesumque ut Dei filium exhibet; idcirco hoc veluti exemplo demonstrare studet, quemlibet hominem in Deo regeneratum, etiamsi vere filius hominum habeatur ob carnem qua indutus est, non tamen cum sua natura in carnis genitoribus sistere, neque non ultra corporis procreatores excurrere: verum etiamsi filius hominis videatur ob corporis generationem, nihilominus haud alienum a Dei adoptione censeri. Existimo igitur ipsum tempestive et genealogiam scripsisse, et additamento dictionis « ut putabatur » usum. Consentaneum quippe erat, postquam de caelo testimonium ad Iesum venerat: tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui; iam inquam haud decebat, hominum filium, aeque ac ceteros, ipsum appellare; sed additamentum adiicere opus fuit « ut putabatur. » Nam Dei quidem proclamatus fuit naturaliter filius, non autem « ut putabatur: » secus autem Iosephi quidem putabatur, sed non erat naturaliter filius.

6. Quae cum ita se habeant, videor mihi sic rationem reddidisse, cur Matthaeus scripturam suam exordiens, ante Mariae conceptum, et ante carnalem Iesu generationem, tempestive in sua historia carnalem genealogiam praeposuerit. Propterea generationes quoque deorsum ducit, descensum a meliore statu innuens illius de quo agit: etenim incarnatum Dei Verbum reapse descendit, quia cum in forma Dei esset exinanivit semet ipsum formam servi accipiens. At vero Lucas, siquidem, aeque ac Matthaeus, Verbi in carne adventum

λιπεῖν αὐτὴν, ἱστορίαν τε τοσαύτην ἐκθέμενον τὴν ἀπὸ τῆς γενέσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν, μηδένα καιρὸν ἐπιτήδειον συνιδεῖν τῆς κατ' αὐτὸν γενεαλογίας· νῦν δὲ ὅτε τριακονταέτης γεγονὼς πάρεισιν ἐπὶ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, παρὰ πάντα λόγον καὶ παρὰ καιρὸν, ὥσπερ τινα παρενθήκην εἰσάγει τῆς γραφῆς τὴν γενεαλογίαν. Ἀλλ' εἴ τις γε αὐτῷ τοιαῦτα ἐμέμψατο, οὐκ ἂν ἠπόρησεν ἀποκρίσεως ὁ θεῖος εὐαγγελιστής· εἶπε δ' ἂν ὡς εἰκὸς θεῖά τινα καὶ σοφὰ καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ θείου πνεύματος ἐπάξια· ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι αὐτὸν καὶ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν τοῦ Ἰησοῦ γενεαλογεῖν ἐθέλοντα, νῦν τοῦτο πεποιηκέναι· τοῦτο γὰρ εἰ κατὰ γνώμην ἔπραττεν, οὐκ ἠγνόει, ὅτε ἐχρῆν ταύτην ἐκθέσθαι· ἐπειδὴ δὲ νῦν τῆς διὰ λουτροῦ ἀναγεννήσεως μέμνηται, υἱὸν αὐτὸν εἰσάγων θεοῦ, βούλεται ὡς ἐν ὑποδείγματι παραστῆσαι ὅτι δὴ πᾶς ὁ ἐν θεῷ ἀναγεννώμενος, κἂν ἀληθῶς υἱὸς ἀνθρώπων εἶναι νομίζοιτο δι' ἣν περίκειται σάρκα, ἀλλ' οὐχ ἵσταταί γε αὐτῷ τὰ τῆς γενέσεως εἰς τοὺς κατὰ σάρκα γονεῖς, οὐδὲ μέχρι τῶν τοῦ σώματος προπατόρων φθάνει· ἀλλ' εἰ καὶ νομίζοιτο ἀνθρώπων εἶναι υἱὸς διὰ τὴν τοῦ σώματος γένεσιν, ὅμως δ' οὖν οὐκ ἀλλότριος τῆς τοῦ θεοῦ υἱοθεσίας καθέστηκε· διὸ ἡγοῦμαι αὐτὸν κατὰ καιρὸν καὶ τῇ γενεαλογίᾳ κεχρῆσθαι, καὶ τῇ προσθήκῃ τῆς « ὡς ἐνομίζετο » φωνῆς· καὶ γὰρ ἀκόλουθον ἦν, τῆς ἐξ οὐρανῶν μαρτυρίας φησάσης πρὸς τὸν Ἰησοῦν, σὺ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ εὐδόκησα, μηκέτι καὶ ἀνθρώπων ὁμοίως αὐτὸν ἀναγορεῦσαι υἱὸν, μετὰ δὲ τῆς « ὡς ἐνομίζετο » προσθήκης· θεοῦ μὴν γὰρ ἀνεκηρύχθη υἱὸς εἶναι φύσει, ἀλλ' οὐχ « ὡς ἐνομίζετο· » τοῦ δὲ Ἰωσὴφ ἐνομίζετο, ἀλλ' οὐ φύσει υἱὸς ἦν.

ϛʹ. Ὧν οὕτως ἐχόντων, δοκῶ μοι καὶ οὕτως τὸν λογισμὸν ἀποδεδωκέναι, καθ' ὃν ὁ μὲν Ματθαῖος ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ γραφῆς, πρὸ τῆς συλλήψεως τῆς Μαρίας, καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου γενέσεως τοῦ Ἰησοῦ, κατὰ καιρὸν ὡς ἐν ἱστορίᾳ προτάττει τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν· διὸ καὶ τὰ γένη κατάγει, κάθωθεν ἀπὸ τῶν κρειττόνων αἰνιττόμενος τοῦ δηλουμένου· σαρκούμενος γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ κατῄει, ὅτι δὴ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών· ὁ δὲ Λουκᾶς, εἰ μὲν ὁμοίως τῷ Ματθαίῳ τὴν ἔνσαρκον ἔμελλεν αὐτοῦ παρουσίαν δηλοῦν, πάν-

τως ἂν ἐχρήσατο καὶ αὐτὸς τῇ τοῦ γένους ἱστορίᾳ, κατὰ τὸν τῆς συλλήψεως ἢ τῆς ἀποτέξεως καιρόν· καὶ ἀκολούθως ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀρξάμενος, κατῄει ἐπὶ τοὺς τελευταίους· ἐπεὶ δὲ οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν τῷ Ματθαίῳ διάνοιαν ἐξέθετο τὴν διήγησιν, εἰκότως τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ καιρὸν ὑϖερβὰς, ἐϖὶ τὴν ἀναγέννησιν τὴν διὰ λουτροῦ παραγίνεται· καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐναντίαν ἐκτίθεται τῶν γενῶν διαδοχὴν, ὁμοῦ καὶ ἀνάγων ἀπὸ τῶν ὑστάτων ἐπὶ τὰ πρῶτα, ὁμοῦ καὶ τὴν μνήμην τῶν ϖαρὰ τῷ Ματθαίῳ ὑϖαιτίων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνδρῶν ἀϖοσειόμενος, ἐϖειδήϖερ ὁ παρὰ τῷ θεῷ ἀναγεγεννημένος, ἀλλότριος καθίσταται τῆς ἐνσάρκου γενέσεως καὶ τῶν κατὰ σάρκα ἁμαρτωλῶν ϖατέρων, υἱὸς ἀϖοφαινόμενος θεοῦ, καὶ πάντων τῶν κατὰ θεὸν ἀνεϖιλήϖτως βεβιωκότων· οὕτω καὶ τῷ Ἀβραὰμ εἴρητο· σὺ δὲ ἀϖελεύσῃ ϖρὸς τοὺς ϖατέρας σου· οὐ τοὺς κατὰ σάρκα, τοὺς δὲ ἐν θεῷ διὰ τὴν εὐσεβείας ὁμοιοτροπίαν αἰνιττομένου τοῦ λόγου.

ζʹ. Εἰκότως τοιγαροῦν ὁ Λουκᾶς, ἅτε τὴν ἀναγέννησιν ἱστορῶν, οὐ τὴν αὐτὴν ὁδεύει τῷ Ματθαίῳ· οὔτ' οὖν τοῦ Σολομῶνος καὶ τῆς Οὐρίου, οὐ τῆς Θάμαρ, οὐ τῆς Ῥοὺθ, οὐ τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῶν μεταξὺ διαβεβλημένων ἀνδρῶν τὴν παράθεσιν πεποίηται, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἀνεπιλήπτων ἄνεισι, καὶ δὴ καὶ ἐκ τοῦ προφήτου Νάθαν τὸν ἀναγεγεννημένον εἰσάγει· καὶ ὁ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ κατὰ σάρκα γεγεννημένος, υἱὸς ἦν Ἀβραὰμ, ἐντεῦθεν γενεαλογούμενος, ἐπειδήπερ τῷ Ἀβραὰμ πρώτῳ ἡ ἐπαγγελία δέδοτο τῆς τῶν ἐθνῶν εὐλογίας, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου γενησομένη· ὁ δὲ ἐν θεῷ ἀναγεγεννημένος, ἑτέρους πατέρας τοὺς κατὰ θεὸν ἐπιγραψάμενος, οὐδ' αὐτοὺς ἀληθῶς ἐσχηκὼς, ἀλλ' ὡς ἐνομίζετο διὰ τὴν τῶν ἠθῶν ὁμοιοτροπίαν, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ πατέρα μετὰ πάντας χρηματίσας υἱὸς τοῦ θεοῦ· ἀλλ' οὗτος μὲν ἐν ἀπορρήτοις ἡμῖν ἀποδόσθω ὁ λόγος. Ἵνα δὴ μήτις ἡμᾶς εὑρεσιλογεῖν ὑϖολάβοι, καὶ ἱστορίᾳ χρήσομαι παλαιοτάτῃ παρ' ἧς ἐστι τὴν λύσιν εὑρεῖν τῆς νενομισμένης παρ' ἀμφοτέροις τοῖς εὐαγγελισταῖς διαφωνίας· τῆς δὲ ἱστορίας γέγονε συγγραφεὺς Ἀφρικανὸς ἀνὴρ λόγιος καὶ τοῖς ἀϖὸ τῆς ἔξωθεν ϖαιδείας ὁρμωμένοις ἐϖιφανής· οὗ ϖρὸς ἄλλοις ϖολλοῖς καὶ καλοῖς λόγοις, καὶ ἐϖιστολὴ φέρεται ϖρὸς Ἀριστείδην ϖερὶ τῆς νενομισμένης τῶν εὐαγγελιστῶν ϖερὶ τὴν Χριστοῦ γενεαλογίαν διαφωνίας· ἔχει δ' οὕτως.

demonstraturus fuisset, ipse quoque omnino generis historiam scripsisset circa conceptionis aut certe nativitatis tempus; ordinatimque a senioribus exordiens, ad postremos descendisset. Sed quia haud secundum Matthaei mentem narrationem suam explicuit, merito tempus illud transcendens, ad baptismi regenerationem contendit: atque hoc loco contrariam exponit generationum successionem: subgradiens simul a postremis ad primos, simulque vitans commemoratorum a Matthaeo reorum peccatorumque virorum mentionem: quandoquidem regeneratus in Deo, fit alienus a carnali origine, et a peccatoribus secundum carnem patribus, postquam Dei filius est effectus, et omnium qui secundum Deum inculpate vixerunt. Sic Abrahamo quoque dictum fuit: « tu vero alibis ad patres tuos: » quibus verbis haud carnales parentes sed illi qui secundum Deum pietate ei similes fuerunt, quasi aenigmate denotantur.

7. Merito ergo Lucas, utpote qui regenerationem narrat, haud eadem qua Matthaeus via incedit. Quamobrem neque Salomonis neque Uriae uxoris, neque Thamarae, neque Ruthae, neque Iechoniae, neque his interiectorum haud absque criminatione virorum facit recensionem, sed per alios inculpatos graditur; et quidem a propheta Nathano regeneratum suum derivat. Et ille quidem apud Matthaeum secundum carnem genitus, filius erat Abrahami, ex hoc videlicet deducta genealogia, quia primo Abrahamo facta fuit promissio gentium benedictionis, quae haud aliter quam per semen ex eo proventurum eventura erat. At ille in Deo regeneratus, alios sibi patres secundum Deum inscribens, haud equidem veros patres, sed ita putatos propter morum similitudinem, ad verum patrem post omnes sursum tendit, filius Dei existens. Atque hactenus de arcano a nobis sensu dictum sit. Ne vero nos quisquam haec proprio ingenio excogitare putet, antiquissimam historiam proferam, apud quam comperire est solutionem putatae inter duos evangelistas dissonantiae. Historiae huius auctor Africanus est, vir eruditus, et inter extera docrina imbutos illustris, cuius praeter ceteros multos egregios libros, epistola quoque habetur ad Aristidem de putata evangelistarum circa Christi genealogiam dissonantia, quae ita se habet.

AFRICANI

8. Haud accurate quidam aiunt, provide factam esse differentem hanc nominum enumerationem et permixtionem sacerdotalium ut putant et regalium virorum, ut ostenderetur merito Christus rex simul atque sacerdos: quasi aliquis de hoc dubitet, aut aliam spem habeat, nempe quin Christus aeternus sit apud patrem pontifex, preces nostras ei offerens: rex autem supermundialis, quos liberavit pascens Spiritu, cooperator effectus in omnium rerum ordinatione. Idque nobis exploratum fecit non tribuum catalogus, neque perscriptarum generationum mixtio, sed patriarchae atque prophetae. Caveamus igitur a minuto huiusmodi religionis artificio, ut nominum permutatione Christi regnum ac sacerdotium comprobare velimus. Nam et alioqui regali Iudae tribui sacerdotalis Levi tribus facta erat adfinis, ex quo Naassonis sororem Elisabetam duxit Aaron uxorem; rursusque Eleazar Phatihelis filiam, prole inde suscepta. Ergo evangelistae mentiti sunt, dum non veritatem adserunt, sed simulatam laudem: cuius rei causa, alter quidem per Salomonem a Davide Iacobi stirpem traxit, qui fuit Iosephi pater: alter autem a Nathano Davidis filio Helim deduxit Iosephi pariter, sed alia ratione, patrem. Atqui eos ignorare non oportebat, utrumque numeratorum hominum ordinem, genus esse Davidis, Iudae nempe regiam tribum. Etiamsi enim propheta Nathanus fuit, et quidem etiam Salomon, et horum utriusque parens (David); ex multis sane tribubus extitere prophetae; sed tamen sacerdotes nulli fuerunt ex nulla duodecim tribuum, sed soli Levitae. Frustra igitur composita ab illis fuit haec falsitas; neque praevalebit huiusmodi sermo in Christi ecclesia contra accuratam veritatem, nempe ut mendacium consarcinetur ad Christi laudem atque praeconium. Quis vero et illa nescit sacratissima apostoli verba resurrectionem Servatoris nostri praedicantis atque nunciantis, reique veritatem magno cum pavore adfirmantis dum ait: si

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ 1).

Cod. A I. 63. b.

η'. Οὐκ ἀκριβῶς μέν τοι τινὲς λέγουσιν, ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθμησίς τε καὶ ἐπιμιξία, τῶν τε ἱερατικῶν, ὡς οἴονται, καὶ τῶν βασιλικῶν, ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος· ὥσπέρ τινος ἀπειθοῦντος ἢ ἑτέραν ἐσχηκότος ἐλπίδα, ὅτι ὁ Χριστὸς ἀρχιερεύς ἐστι πατρὸς, τὰς ἡμετέρας πρὸς αὐτὸν εὐχὰς ἀναφέρων, καὶ βασιλεὺς ὑπερκόσμιος, οὓς ἠλευθέρωσε νέμων τῷ πνεύματι, συνεργὸς εἰς τὴν διακόσμησιν τῶν ὅλων γενόμενος· καὶ τοῦτο ἡμῖν προσήγγειλεν οὐχ ὁ κατάλογος τῶν φυλῶν, οὐχ ἡ μίξις τῶν ἀναγράπτων γενῶν, ἀλλὰ πατριάρχαι καὶ προφῆται· μὴ οὖν κατίωμεν εἰς τοσαύτην θεοσεβείας σμικρολογίαν, ἵνα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν ὀνομάτων, τὴν Χριστοῦ βασιλείαν καὶ ἱερωσύνην συνιστῶμεν· ἐπεὶ τῇ Ἰούδα φυλῇ τῇ βασιλικῇ, ἡ τοῦ Λευὶ φυλὴ ἱερατικὴ συνεζύγη, τοῦ Ναασσὼν ἀδελφὴν τὴν Ἐλισάβετ Ἀαρὼν ἀξαμένου *· καὶ πάλιν Ἐλεάζαρ τὴν θυγατέρα Φατιὴλ *, καὶ ἐνθένδε παιδοποιησαμένων· ἐψεύσαντο οὖν οἱ εὐαγγελισταὶ, συνιστάντες οὐκ ἀλήθειαν ἀλλ' εἰκαζόμενον ἔπαινον· καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν διὰ Σαλομῶνος ἀπὸ Δαβὶδ ἐγενεαλόγησεν τὸν Ἰακὼβ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ πατέρα· ὁ δὲ ἀπὸ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ, τὸν Ἡλεὶ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ ὁμοίως ἄλλως πατέρα· καί τοι ἀγνοεῖν αὐτοὺς οὐκ ἐχρῆν, ὡς ἑκατέρα τῶν κατηριθμημένων τάξις, τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐστὶ γένος, ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ βασιλική· εἰ γὰρ προφήτης ὁ Νάθαν, ἀλλ' οὖν καὶ Σολομὼν, ὅ τε τούτων πατὴρ ἑκατέρου· ἐκ πολλῶν δὲ φυλῶν ἐγίνοντο προφῆται, ἱερεῖς δὲ ἐξ οὐδεμιᾶς 2) τῶν δώδεκα φυλῶν, μόνοι δὲ Λευῖται· μάτην αὐτοῖς ἄρα πέπλασται τὸ ἐψευσμένον· μηδὲ κρατοίη τοιοῦτος λόγος ἐν ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ [κατὰ] ἀκριβοῦς ἀληθείας, ὅτι ψεῦδος σύγκειται εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ· τίς γὰρ οὐκ οἶδε κἀκεῖνον τὸν ἱερώτατον τοῦ ἀποστόλου λόγον κηρύσσοντος καὶ διαγγέλλοντος τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ διϊσχυροζομένου τὴν ἀλήθειαν, μεγάλῳ φόβῳ λέγοντος *, ὅτι εἰ Χριστὸν λέγουσί τινες

* Exod. VI. 23.
* Ibidem v. 25.
* I. Cor. XV. 12 sq.

1) Diximus p. 231. adn. 1. Africani epistolam, quam Eusebius hist. eccl. I. 7 acephalam dederat, a nostra epitome feliciter partim sarciri. Nunc ecce in fragmento integriore ac primitivo praedictae epistolae prior pars omnino cumulatur Huius ergo ad Africani epistolam praeclari additamenti meminisse oportet eos, qui novas aliquando editiones curabunt. Etenim in veneti quoque Gallandii diligentissimi hominis bibliotheca Patrum T. II. p. 358, acephala est haec epistola, qu a caput eius adhuc linteis codicum obvolutum erat.

2) In epitome codex habet omnino οὐ δεῖνος, sed veram nunc vides lectionem ἐξ οὐδεμιᾶς.

μὴ ἐγηγέρθαι, ἡμεῖς δὲ τοῦτο καὶ φαμὲν καὶ πεπιστεύκαμεν, καὶ αὐτὸ καὶ ἐλπίζομεν καὶ κηρύσσομεν, καταψευδομαρτυροῦμεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν ὃν οὐκ ἤγειρεν· εἰ δὲ οὕτως ὁ δοξολογῶν Θεὸν πατέρα, δέδοικε μὴ ψευδολόγος δοκοίη, ἔργον παράδοξον διηγούμενος, πῶς οὐκ ἂν δικαίως φοβηθείη, ὅτι διὰ ψευδολογίας ἀληθείας σύστασιν πορίζόμενος, δόξαν οὐκ ἀληθῆ συντιθείς; εἰ γὰρ τὰ γένη διάφορα, καὶ μηδὲν καταφέρει γνήσιον σπέρμα ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ, εἴρηται δὲ μόνον εἰς σύστασιν τοῦ γεννηθησομένου, ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἔσται ὁ ἐσόμενος, ἀποδείξεως μὴ προσούσης, ἀλλὰ τῆς τῶν λόγων σεμνότητος εἰς ὕμνον ἀδρανῆ φερομένης, δῆλον ὡς τοῦ Θεοῦ μὲν ὁ ἔπαινος οὐχ ἅπτεται, ψεῦδος ὤν· κρίσις δὲ τῷ εἰρηκότι, τὸ οὐκ ὂν, ὡς ὂν κομπάσαντι 1).

Cod. A. f. 65. b. Quaest V. et sq. θ. Τὸν Δαβὶδ πρὸ τῶν ἄλλων καὶ Ματθαῖος ἔταξεν ἐν τῇ κατ' αὐτὸν γενεαλογίᾳ, ἐπειδὴ καὶ πρώτῳ καὶ μόνῳ τῷ Δαβὶδ μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα φῦναι ὁ Χριστὸς ἐθεσπίζετο· γέγραπται γοῦν « ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ » ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν· ἐκ καρποῦ » τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Καὶ πάλιν· ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως » τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου. Καὶ ἐν

* I. Paralip. XVII. 11. » παραλειπομένοις *· καὶ ἔσται ὅταν πληρωθῶσιν » αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, » ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν » βασιλείαν αὐτοῦ· αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον· » καὶ ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς » ἔσται μοι εἰς υἱόν. » Τὰ ὅμοια τούτοις καὶ ἐν τῇ

* II. Reg. VII. 12. δευτέρᾳ τῶν βασιλειῶν φέρεται *· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κἂν ἑλκυσθείη ἐπὶ τὸν Σολομῶνα, τὰ δ' ἐν χερσὶν ὅτι μηδεμίαν ἔχει κοινότητα πρὸς Σολομῶνα, ὧδ' ἄν τις καταμάθοι· μετὰ τὴν Σολομῶνος τελευτὴν, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις προφητεύων Ἡσαΐας, τοιάδε περὶ τοῦ γενησομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ προ-

* Is. XI. 1. 10. κηρύττει *· « ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης » Ἰεσσαί (πατὴρ δὲ ἦν οὗτος τοῦ Δαβίδ.) καὶ » ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται· καὶ ἔσται ἡ » ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· » ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Καὶ περὶ τοῦ ἐπηγ-

* Is. IX. 6. γελμένου δὲ τῷ Δαβὶδ θρόνου ὧδε θεσπίζει *· « παι-

Christum resurrexisse quidam negant, nos autem adserimus atque credimus, speramus ac praedicamus, falsi testes Dei sumus, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Quod si adeo hic qui Deum patrem honorat, ne mendax videatur timet, quia rem miram narrat; cur non merito timeat quisquis falso sermone veritatem vult stabilire, non veram sententiam concinnans? Nam si generationes abluderent, nihilque germani seminis ad Iosephum conferretur, sed ea res ad fulcimen tantummodo nascituri dicta esset, nempe quod rex atque sacerdos foret is qui venturus erat, deficiente probatione, totoque orationis ornatu in futilem hymnum desinente, nullam hinc laudem Deo accedere exploratum fit, quia totum mendacium est; sed damnationem potius dicenti conflari, quia quod nihil est, aliquid esse iactavit.

9. Davidem Matthaeus quoque ante alios in ordine posuit in sua genealogia, quia Davidi primo solique firmo iureiurando praedixerat Deus fore ut ex illo nasceretur secundum carnem Christus. Scriptum est igitur: «iuravit Do» minus Davidi veritatem, et non frustrabitur » eam: de fructu ventris tui ponam super thro» num tuum. Et rursus: iuravi Davidi servo » meo, usque in aeternum parabo semen tuum. » Et in paralipomenis: cumque completi fue» rint dies tui, ut dormias cum patribus tuis, » suscitabo semen tuum post te, eritque filius » de ventre tuo, et stabiliam regnum eius: » ipse mihi aedificabit domum, et erigam thro» num eius usque in sempiternum. Ego ero » illi pater, et ipse mihi filii instar. » Similia his in secundo quoque regnorum libro scribuntur. Sed ea quidem ad Salomonem trahi queunt; verum haec quae in manibus sunt, nihil prorsus ad Salomonem attinere, sic licet cognoscere. Multis post Salomonis obitum annis prophetans Isaias, haec de futuro ex Davidis semine vaticinabatur: « egredietur vir» ga de radice Iessae (fuit hic Davidis parens) » et flos de radice eius ascendet. Et erit ra» dix Iessae, et qui consurgit ad imperan» dum gentibus: in ipso gentes sperabunt. » De promisso autem Davidi throno tale oracu» est: parvulus natus est nobis, et filius da-

1) Hactenus fragmentum in cod. A. f. 63. b. Africano nominatim inscriptum. Cui si subnectas particulam illam quam habes apud nos in epitome p. 231. ἵνα οὖν usque ad ἐκθήσομαι; Et mox ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα etc. cum reliqua, ut extat apud Eusebium hist. I. 7, grandiore parte, totam fortasse Africani epistolam tenebimus.

» tus est nobis, cuius principatus super humerum eius: vocaturque nomen eius magni consilii angelus. Magnus est principatus eius, et pacis eius non est terminus: super solium Davidis et regnum eius, ut id constituat.» In suprascriptis itaque dicitur quidem ex radice Iessae et ex Davide surrecturus, aliquis, non tam ad regnandum in Israhele quam in gentibus. Dicitur item nasciturus parvulus, et nomen filii habiturus, peregrinos titulos et humanam naturam excedentes recepturus: foreque ut hic thronum Davidis obtineat, et regnum eius, ut id constituat.

10. Age vero quod haec post Salomonem de alio quodam venturo praedicta fuerint, nemo non videt. Sed alioqui etiam edita Davidi oracula, Salomoni haud videbuntur congruere, si accurato examine perpendantur. Namque oraculum manifeste dicit, post Davidis mortem surrecturum illum de quo fit vaticinium. Atqui Salomon vivente adhuc Davide, eoque volente ac iubente factus est regni successor: nec nisi annos quadraginta super Israhelem regnasse dicitur. Quomodo ergo ad hunc referentur verba: et erigam thronum eius in sempiternum? Quod si quis obiiciat, de posteritate eius haec dicta fuisse; tunc sane non est ignorandum, usque ad Iechoniam quidem et babylonicam captivitatem, Davidis ac Salomonis regalem successionem mansisse; neminem tamen post Iechoniam in regio Davidis throno sedisse. Quo pacto igitur mulieroso Salomoni, cuius cor non erat perfectum erga dominum Deum suum, iurisiurandi verba accommodabis; nec non illa: ego ero illi in patrem, et ipse mihi erit in filium? Immo vero haec a Salomone longe recedunt: sed Christo utique valde conveniunt, qui Davidis semine ortus, non templum Deo ex inanimatis lapidibus, et in parte aliqua atque angulo terrae, sed in universo orbe et in cunctis gentibus ex vivis lapidibus et intellectualibus suam Deo dignam ecclesiam aedificavit: cui soli effatum illud congruet: ipse mihi erit in filium; quandoquidem et in aliis scripturae locis filius Dei praedicatur; ubi nempe dicitur: ex utero ante luciferum genui te; nec non ubi dicitur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Denuo ubi scribitur: Dominus creavit me initium viarum suarum

» δίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ » ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνο» μα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· μεγάλη ἡ » ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν » ὅριον· ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ καὶ τὴν βασιλείαν » αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτήν.» Διὰ δὲ τῶν ἐκτεθέντων εἴρηται μὲν ὅτι ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ καὶ τοῦ Δαβὶδ ἀναστήσεταί τις, οὐ τοῦ Ἰσραὴλ ἄρχειν ἀλλὰ τῶν ἐθνῶν· εἴρηται δὲ ὅτι γεννηθήσεται παιδίον, καὶ ὀνομασθήσεται υἱὸς, ξένοις ὀνόμασι καὶ τὴν ἀνθρώπων φύσιν ὑπεραίρουσι κεκοσμημένος, ὅτι τε ὁ τοιοῦτος τὸν θρόνον Δαβὶδ ἀναλήψεται, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ κατορθῶσαι αὐτήν.

ι′. Ταῦτα δὲ ὅτι μετὰ Σολομῶνα περὶ ἑτέρου τινὸς μέλλοντος ἥξειν προανεφωνεῖτο, παντί τῳ δῆλον· καὶ ἄλλως δὲ τὰ πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐκτεθέντα λόγια οὐκ ἂν ἐφαρμόσαιεν Σολομῶνι, ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τυγχάνοντα· σαφῶς γὰρ ὁ χρησμὸς δηλοῖ ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Δαβὶδ ἀναστήσεται ὁ θεσπιζόμενος· Σολομὼν δὲ ζῶντος ἔτι τοῦ Δαβὶδ, νεύματι αὐτοῦ καὶ γνώμῃ διάδοχος τῆς βασιλείας· λέγεται γοῦν ἐπὶ μόνοις ἔτεσι τεσσαράκοντα βασιλεῦσαι ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· πῶς οὖν εἰς αὐτὸν ἐπιφέροιτο τὸ ἀνορθῶσαι τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα; ἀλλ' εἰ λέγοι τὶς περὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ διαδοχῆς εἰρῆσθαι αὐτὰ, οὐκ ἀγνοητέον ὅτι μέχρις Ἰεχονίου καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας ἡ ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος διαδοχὴ τῆς βασιλείας διήρκεσε, μηδενὸς μετὰ τὸν Ἰεχονίαν ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλείας τοῦ Δαβὶδ καταστάντος· πῶς δ' ἂν τῷ φιλογυναίῳ, καὶ οὗ οὐκ ἦν ἡ καρδία τελεία μετὰ κυρίου θεοῦ αὐτοῦ, ἐφαρμόσῃς τὰ τοῦ ὅρκου, καὶ τὸ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν; ἀλλὰ γὰρ ἄντικρυς Σολομῶνος μὲν ἀλλότρια ταῦτα· ἀνάγοιντο δ' ἂν ἐπὶ Χριστὸν, ὃς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀναστὰς, οἶκον τῷ θεῷ οὐκ ἐξ ἀψύχων λίθων οὐδ' ἐν γωνίᾳ καὶ μέρει γῆς *, ἀλλὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐκ ζώντων καὶ νοερῶν λίθων συνεστήσατο τὴν θεοπρεπῆ αὐτοῦ ἐκκλησίαν· ᾧ καὶ μόνῳ τὸ, αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱὸν ἀναφωνούμενον ἁρμόσει· ἐπεὶ καὶ ἐν ἑτέραις γραφαῖς υἱὸς ἀναγορεύεται τοῦ θεοῦ· ἐν τῇ φασκούσῃ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε *· καὶ ἐν τῇ λεγούσῃ *, κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ· πάλιν ἐν ᾗ λέλεκται *, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ δὲ πάντων

* Cod. ψυχῆς pro γῆς.

* Ps. CIX. 3.

* Ps. II. 7.

* Prov. VIII. 23.

βουνῶν γεννᾷ με· τούτοις γοῦν συνᾴδει καὶ ἡ
* Matth. III. 17. ἐξ οὐρανῶν ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθεῖσα φωνὴ*, σὺ εἶ
ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, φήσασα· καὶ τὰ ἐν
* Ps. LXXI. 5. ἑβδομηκοστῷ δὲ πρώτῳ ψαλμῷ περιεχόμενα*,
τὸ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ τὸ πάντα τὰ
v. 17. ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτὸν*, ἄντικρυς τοῖς περὶ
τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεολογουμένοις συντρέχοι ἄν·
ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἀναμφίλεκτος ἡ ἀπὸ
τοῦ Ἡσαΐου σύστασις, ὃς μετὰ τὸν Σολο-
μῶνος θάνατον καὶ μετὰ πλείστας ἄλλας τοῦ
γένους διαδοχὰς, ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ καὶ Δα-
βὶδ ἐξελεύσεσθαι τινὰ προφητεύει, καὶ τοῦτον
* Is. XI. 10. ἔσεσθαι σωτῆρα ἐθνῶν, γυμνῶς οὕτως φάσκων*·
« καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνι-
» στάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπι-
» οῦσιν. »

ια'. Ἀλλὰ γὰρ τοσούτων ἐκδεδομένων χρησμῶν μόνῳ τῷ Δαβὶδ καὶ μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως περὶ τῆς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γενέσεως τοῦ προφητευομένου, παντὸς τε ὡς εἰκὸς τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὰς τοσαύτας προῤῥήσεις ὁσημέραι προσδοκῶντος τὸν ἐκ Δαβὶδ γεννηθησόμενον σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν πάντων ἀνθρώπων, εἰκότως τῶν προσδοκωμένων τὴν ἄφιξιν εὐαγγελιζόμενος ὁ Ματθαῖος, ἐξ αὐτῆς τῆς ἐλπιζομένης προσδοκίας τὴν καταρχὴν τοῦ λόγου πεποίηται, υἱὸν Δαβὶδ φήσας τὸν ἐπιλάμψαντα· μετὰ δὲ τὸν Δαβὶδ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἀνατρέχει, ἐπειδὴ πρώτῳ πάλιν τῷ Ἀβραὰμ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν διάφοροι ἐδέδοντο χρησμοί· πρὸ γὰρ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας, καὶ πρὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλοεθνὴς ὢν ὁ Ἀβραὰμ καὶ τῆς Χαλδαίων γῆς ὁρμώμενος, ἀπολείπει μὲν τὰ πάτρια, θεὸν δὲ γνοὺς τὸν ἐπὶ πάντα, μεμαρτύρηται ὡς ἄρα ἐπίστευσε τῷ θεῷ, καὶ ἐλο-
* Rom IV. 3. γίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην*· δίκαιός τε καὶ θεοφιλὴς ἀποπέφανται, οὐ διὰ περιτομῆς σώματος, οὐδὲ διὰ φυλακῆς ἡμέρας σαββάτου ἑορτῶν ἢ νουμηνιῶν, οὐδέ γε δι' ἄλλης τινὸς παρὰ Μωϋσεῖ φερομένης ἐθελοθρησκίας, ἀλλὰ δι' ἄλλης θεοῦ φανείας τε τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ κυρίου, οὗτος δ' ἦν ὁ σωτὴρ, διά τε σεμνοῦ καὶ ἐναρέτου βίου· τοῦτον δ' οὖν αὐτῷ κατορθοῦντι τῆς θεοσεβείας τὸν τρόπον ἡ περὶ τῶν ἐθνῶν δέδοτο ἐπαγγελία, ὡς καὶ αὐτῶν ποτὲ κατὰ τὸν τοῦ Ἀβραὰμ ζῆλον θεοσεβησόντων, καὶ ἴσης τῷ θεοφιλεῖ καταξιωθησομένων εὐλογίας· λελέκται γοῦν πρὸς αὐτὸν, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς
* Gen. XII. 3. * Gen. XVIII. 17. γῆς*· καὶ πάλιν· ὁ δὲ κύριος εἶπεν, οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ·

ad opera eius; ante omnes colles genuit me. His ergo consonat vox quoque illa de caelo delata: tu es filius meus dilectus. Et illa quae septuagesimo primo psalmo continentur: permanebit cum sole. Itemque: omnes gentes beatum illum dicent: haec inquam cum iis prorsus quae de Servatore nostro divinitus dicta sunt, concurrent. Quod autem ita res se habeat, indubitanter Isaias confirmat, dum post Salomonis obitum plurimasque alias generationum successiones, ex radice Iessae ac Davidis egressurum quendam vaticinatur, eumque Servatorem gentium futurum tam perspicue pronunciat: « et erit radix Iessae, et qui
» consurget ad imperandum gentibus; et in
» ipsum gentes sperabunt. »

11. Quum talia igitur edita fuissent oracula uni Davidi, et quidem cum iurata adfirmatione, oriturum ex eius semine praenuntiatum illum; cumque universus Israhel ob has praedictiones quotidie exspectaret nasciturum ex Davide omnium hominum Servatorem ac Redemptorem, recte Matthaeus speratarum rerum adventum nuncians, ex ipsa quae in spe erat expectatione exordium libri auspicatur, filium Davidis appellans eum qui nuper apparuerat. A Davide autem ad Abrahamum ascendit, quia primo item Abrahamo de gentium vocatione varia oracula reddita fuerant. Ante enim Moysis legislationem, et ante gentem iudaicam, immo et ante circumcisionem, alienigena cum esset Abrahamus et Chaldaeorum regione oriundus, patria instituta deseruit, Deoque supremo agnito, testimonium retulit, quod Deo credidisset, et reputatum ipsi esset ad iustitiam: iustusque et Deo carus evasit, haud ob corporis ciscumcisionem, vel observantiam sabbati, festorum, atque kalendarum, neque ob aliam quamvis a Moyse postea invectam religionem, sed propter aliam Dei manifestationem, Deumque ipsi apparentem (erat autem hic Servator), et propter ornatam virtutibus vitam. Hoc itaque religionis genus exercenti facta est de gentium vocatione promissio; quod nempe et ipsae aliquando pari atque Abrahamus fervore Deum essent adoraturae, nec dissimilem benedictionem consecuturae. Quamobrem dictum ei fuit: et benedicentur in te omnes tribus terrae. Et denuo. Dixit autem Dominus: non celabo Abrahamum puerum meum quae

ego facio. Fiet Abrahamus in gentem magnam multamque, et in eo benedicentur cuncti terrae populi. Quae quum ita sint, consentaneum fuit, vocationis gentium progenitorem Abrahamum ab evangelista secundum adsumi post Davidem. Namque hunc, cui de Servatoris nativitate promissiones factae sunt, praeverti ordine oportuit illi qui de gentibus sponsiones acceperat; secundum inquam in genealogia collocari oportuit gentium patriarcham.

Ἀβραὰμ δὲ γενόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, καὶ εὐλογηθήσεται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· ὧν οὕτως ἐχόντων· ἀκόλουθον ἦν τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως προπάτορα ὄντα τὸν Ἀβραὰμ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ δεύτερον παραληφθῆναι μετὰ τὸν Δαβίδ· ἐχρῆν γὰρ τὸν περὶ τῆς γενέσεως τοῦ σωτῆρος τὰς ὑποσχέσεις εἰληφότα, προτιμηθῆναι τῇ τάξει τοῦ τὰς περὶ τῶν ἐθνῶν ἐπαγγελίας δεξαμένου· δεύτερον δὲ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ παραληφθῆναι τὸν τῶν ἐθνῶν ἀρχηγόν.

12. Iohannes quidem in sua evangelii scriptura res, quae Baptista nondum in vincula coniecto, ante Christum factae sunt, tradidit. At tres reliqui evangelistae, acta post carcerem recitant. Id animadvertenti haud dissonare videbuntur inter se evangelia; quia nimirum apud Iohannem sunt priora, reliqua ad postremam historiam pertinent.

ιβ΄. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης τῇ τοῦ κατ' αὐτὸν εὐαγ- * Cod. A. f. 82.
γελίου γραφῇ, τὰ μηδέπω τοῦ Βαπτιστοῦ βεβλημένου εἰς φυλακὴν, πρὸ τοῦ Χριστοῦ πραχθέντα, παραδίδωσιν· οἱ δὲ λοιποὶ τρεῖς εὐαγγελισταὶ τὰ μετὰ τὸ δεσμωτήριον λέγουσιν· οἷς καὶ ἐπιστήσαντι, οὐκέτι ἂν δόξαιεν διαφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ εὐαγγέλια, τῷ τὸ μὲν κατὰ Ἰωάννην τὰ πρῶτα περιέχειν, τὰ δὲ λοιπὰ τὴν ἐπιτέλειον ἱστορίαν 1).

Ex Possini catena in Matthaeum tom. I. p. 12.

13. Eusebii. Gravidam Dei matrem nemini nisi Iosepho invectam esse ait evangelista: a sancto quippe Spiritu res patefacta fuit Iusto autem homini nil mirum est revelatam fuisse a sancto Spiritu hanc conceptionem, quam sua idem virtute perfecerat.

ιγ΄. Εὐσεβίου. Ὅτι δὲ ἔγκυος εὑρέθη ἡ θεοτό- Quaest. I. 3.
κος, καὶ ὅτι οὐδενὶ ἑτέρῳ ἀλλ' ἢ τῷ Ἰωσὴφ, ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπεφήνατο· ἐκ γὰρ πνεύματος ἁγίου γέγονε, φησὶ, τὸ τοιοῦτον φανερόν· δικαίῳ γὰρ ὄντι τῷ Ἰωσὴφ οὐκ ἦν θαυμαστὸν γνωσθῆναι διὰ πνεύματος ἁγίου, ἐξ οὗ καὶ ἡ κύησις γέγονεν.

Ex catena inedita in codice vaticano.

14. Eusebii. Incidi in quandam anonymi auctoris interpretationem dicentis Elisabetam, ex nonnullorum sententia, appellatam fuisse ab angelo cognatam virginis, non quia de eadem esset tribu, sed quia ex iisdem progenitoribus eodemque Iudaeorum genere communis utrique origo fuerit. Nempe ut apostolus loquitur: « optabam ego anathema esse pro » fratribus meis, qui sunt cognati mei secun» dum carnem. » Multi tamen probati interpretes aiunt, vera prorsus cognatione sacerdotalem tribum cum regali fuisse connexam a mosaicis usque temporibus. Namque illa Elisabeta Aaronis uxor, Naassonis soror erat Aminadabo geniti, qui ortum a Iacobi filio trahebat Iuda, unde regale Iudaeorum genus propagatum est. Sed et proximo pariter tempore Elisabeta Zachariae uxor e Iudae tribu

ιδ΄. Εὐσεβίου. Ἐνέτυχον δὲ ἑρμηνείᾳ ἀνε- Quaest. I. 8.
πιγράφῳ λεγούσῃ, ὅτι οἱ μέν φασι συγγενίδα τὴν Ἐλισάβετ τῆς παρθένου παρὰ τοῦ ἀγγέλου ὠνομάσθαι, οὐχ' ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν προγόνων, καὶ τοῦ αὐτοῦ κοινῶς τῶν Ἰουδαίων γένους ἀμ-
φοτέρας ὡρμῆσθαι· ὡς ὁ ἀπόστολος *, « ἐβου- * Rom. IX. 13.
» λόμην λέγων ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελ» φῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα· » πολλοὶ δὲ καὶ τῶν δοκίμων λέγουσιν ἀληθῶς κατὰ συγγένειαν συνῆφθαι τὴν ἱερατικὴν φυλὴν
τῇ βασιλικῇ καὶ ἄνω ἐπὶ Μωϋσέως *· ἡ γὰρ * Supra p. 273.
Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ Ἀαρὼν ἀδελφὴ ὑπῆρχε Ναασσὼν υἱοῦ Ἀμιναδὰβ, ὃς ἀπὸ Ἰούδα τοῦ υἱοῦ Ἰακὼβ κατήγετο, ἀφ' οὗ τὸ βασίλειον γένος τοῖς Ἰουδαίοις· καὶ κάτω δὲ ὁμοίως Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ Ζαχαρίου ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς εἷλκε τὴν γένεσιν, θυγάτηρ χρηματίζουσα Ἰακὼβ τοῦ

1) Locus hic brevis de Baptista reapse recitatur in codice A. f. 82. ad Lucae cap. V. 2. sub Eusebii nomine. Et quidem vide dicta a nobis ad Cyrilli commentarium in Luc. p. 146. n. 3. In praefatione ad Marinum dixit Eusebius se quaestiones suas scripsisse ad principia et finem evangeliorum. Quamobrem hic de Baptista locus pertinet fortasse magis ad Eusebii commentarium in Lucam. Quia tamen nominatim heic appellatur *evangeliorum dissonantia*, hoc ego loco, sine ullo ut puto detrimento reip., fragmentum collocavi.

πατρὸς Ἰωσήφ· ἐκ γοῦν τῆς συγγενείας τούτου τοῦ Ναασσὼν ὁ κύριος κατὰ σάρκα γεγένηται· οὐ μάτην οὖν τῆς βασιλικῆς φυλῆς τὴν ἐπιμιξίαν ὁ θεῖος προφήτης ἐδίδαξεν, ἀλλὰ δεικνὺς ὡς ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐξ ἀμφοτέρων ἐβλάστησεν, ὡς βασιλεὺς καὶ ἀρχιερεὺς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον χρηματίσας *· ἢ ὡς ἐξ ἑνὸς προπάτορος τοῦ Ἰακὼβ ὑπαρχούσας, συγγενίδας καλεῖ.

* Refutat haec Africanus p. 273.

oriebatur; filia quippe Iacobi qui Iosephi pater est. Ab huius igitur Naassonis stirpe Dominus secundum carnem ortus est. Ergo haud temere permixtionem cum regia tribu divus propheta docuit; sed ut Christum dominum ex utraque propagatum ostenderet, qui regis nimirum personam atque pontificis inter homines gesturus erat. Vel denique hae cognatae appellantur, quia de eodem progenitore Iacobo ortae.

Ex Possini catena in Matth. Tom. I. p. 8.

Quaest. II. ιε'. Προσηκόντως ἐζήτηται ἡ αἰτία δι' ἣν ἄνωθεν ὁ Ματθαῖος ἐποιήσατο τὴν τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίαν, ὁ δέ γε Λουκᾶς κάτωθεν καὶ ἐξ ἐναντίας· καὶ ῥητέον, ὡς οὐκ ἄτοπον ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν τὴν αὐτὴν βαδίζειν ὁδόν· ἦν γὰρ καὶ τοῦτο πάλαι τῇ θείᾳ γραφῇ σύνηθες· οὕτω γὰρ καὶ Δαβὶδ ἐν τῇ Ῥοὺθ ἄνωθεν γενεαλογεῖται, καθὼς καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὁ Χριστός· καὶ ἐν τῇ τῶν βασιλειῶν δὲ πρώτῃ βίβλῳ ὁ τοῦ Σαμουὴλ πατὴρ κάτωθεν γενεαλογεῖται, παραπλησίως τῷ Λουκᾷ.

15. Eusebii. Merito quaestio orta est quamobrem Matthaeus superne texuerit Christi genealogiam, Lucas autem inferne atque ex adverso. Porro dicendum est, nihil fieri absurdum, si eadem via sursum deorsumque pergatur. Nam et hic olim scripturae divinae mos fuit: quippe ita Davidis in Ruthae libro superne evolvitur genealogia, haud secus quam Christi apud Matthaeum. Contra in libro regum primo Samuhelis pater sursum versus ad genealogiae fontem perducitur, sicuti fit apud Lucam.

E catena inedita in codice vaticano.

Quaest. III. ιϛ'. Περὶ τούτου ὁ Εὐσέβιος ἐν τῷ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον * οὕτως φησὶ δὲ τὸν Νάθαν καὶ προφητεῦσαι κατὰ τὰ ἐν ταῖς βασιλείαις φερόμενα. Ἐγὼ δὲ, φησί τις; καὶ τὴν αἰτίαν ἐπυθόμην τὴν τοι μακάριον Λουκᾶν ἀποκλῖναι τῆς βασιλείου φρατρίας ὑπαγαγοῦσαν, τῷ μὴ τοὺς βασιλεῖς ἀπ' αὐτοῦ Σολομῶντος εἰδωλολατρείας καθαρεύειν, πλὴν ἐλαχίστων, ταύτῃ παραιτήτασθαι τὴν δι' αὐτῶν γενεαλογίαν.

* In diversis operibus eadem dixit Eusebius.

16. Eusebii. De hoc Eusebius in opere super Matthaeum sic loquitur: aiunt Nathanem quoque prophetavisse, prout apparet ex iis quae in regum libris feruntur. Ego vere, inquit quidam, causam quoque didici quae Lucam a regia linea avertit; quia scilicet reges, ducto a Salomone initio, exceptis paucissimis, idololatriae crimine inquinati fuerunt. Idcirco Lucas a genealogia per hos derivanda abstinuit.

Ex Possini catena in Matth. T. I. p. 8.

Quaest. VIII. ιζ'. Εὐσεβίου. Τὴν τοῦ Δαβὶδ μετάνοιαν ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι δημοσιεύων ὁ εὐαγγελιστὴς ἐμνήσθη τῆς γυναικὸς μεθ' ἧς τὴν ἁμαρτίαν ἐξετέλεσε· καὶ ὅτι εἰ μὴ διὰ μετανοίας συγγνώμην τοῦ ἁμαρτήματος ἐδέξατο παρὰ θεοῦ, οὐκ ἂν αὐτὸς ἠξιώθη προπάτωρ γεγονέναι τοῦ Χριστοῦ.

17. Eusebii. Davidis paenitentiam palam edicens evangelista, mentionem facit mulieris quìcum ille flagitium patraverat. Nimirum quia nisi is peccati veniam paenitentiae merito impetravisset, haud dignus fuisset qui progenitor Servatoris existeret.

Ex Possini catena in Matth. T. I. p. 10.

Quaest. XIII. ιη'. Εὐσεβίου. Τοῦ Ἰεχονίου ἦν κατηγόρημα, τὸ ἐκκήρυκτον αὐτὸν γεγονέναι καὶ αἰχμάλωτον· διὸ καὶ ἄτιμος ὑπῆρχε τοῖς πολλοῖς· καὶ τοῦτο ἦν τὸ διϊστῶν τοὺς γενεαλογοῦντας τὸν Χριστὸν, ὥστε τοὺς μὲν ἀπὸ Σολομῶντος, τοὺς δὲ ἀπὸ Νάθαν κατάγειν τὰς γενεάς· κἀντεῦθεν ὁ εὐαγγελιστὴς μνείαν ἐποιήσατο αὐτοῦ· καὶ φησὶ τὸν λυτρωτὴν τῶν αἰχμαλώτων παραγεγονέναι, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτοὺς παραδεχόμενον.

18. Eusebii. Iechoniae crimini vertebatur, quod proscriptus fuisset atque captivus: quare et apud plerosque in contemptu erat: eaque res bifariam scidit Christi genealogos, ita ut alii a Solomone alii a Nathano lineam generis deduxerint. Hanc ob causam evangelista Iechoniae meminit, aitque venisse captivorum Redemptorem, qui hos per baptismum ad se reciperet.

MONITUM.

Eusebii libros quaestionum evangelicarum in syriacam quoque linguam ex graeca olim fuisse conversos, iam nos diximus teste Ebediesu. Ecce autem in syriaco bibliothecae vaticanae codice CIV. anno Christi 861. *scripto, partes aliquot, eius operis superesse, excerptorum more, monuit in catalogo T. III. p.* 22. *Iosephus Assemanus; quo nunc ego ex codice duo tantummodo fragmenta sumo, quae ad decimam sextam quaestionem Stephano scriptam pertinent, de Magorum adoratione et de stella duce; quae interprete Maronitarum doctissimo Matthaeo Sciahuano, libenter admodum ob cumulandum quoad fieri potest Eusebium heic attexo. Et quidem secundi fragmenti particulam apud SS. Ambrosium quoque et Hieronymum, tacito auctoris nomine, latine legi, postea dicemus.*

EIUSDEM EUSEBII.

I. Quomodo intelligendum sit quod scripsit Lucas dicens, Christum Bethleemi Iudae natum esse in spelunca et in praesepi positum; quum tamen Matthaeus dicat, Magos cum ad eum adorandum venerunt, eundem invenisse quadam in domo, in quam ingressi munera ei obtulerunt.

19. In primis sciendum est, res a Matthaeo narratas, diversas esse ab iis quae tempore nascentis Christi evenerunt, de quibus tamen scripsit Lucas: etenim Matthaeus illa omisit, quae iam Lucas narraverat; vicissimque ab hoc omissa, ipse supplevit. Scripsit ergo Lucas cuiusmodi conceptio Servatoris nostri fuerit, quando nuncius ad Mariam angelus missus est; et qua ratione Iosephus cum Maria praegnante, ut censui nomina darent, ascendit. Venit is igitur ex oppido Galilaeae Nazaretho Bethleemum, Iudae urbem, Davidis patriam, quia et ipse domo et progenie Davidis oriundus erat: ubi dum morarentur, dies impleti sunt ut Maria pareret, quae filium suum primogenitum peperit, et in praesepi reclinavit, diversorii desiderio, propter confertam davidici populi multitudinem, qui Bethleemum descriptionis causa confluxerat. Illi ergo quum idoneum habitaculum nacti non essent, in speluncam seces-

ܕܝܠܗ ܕܐܘܣܒܝܘܣ

[illegible]

ܫܪܘ ܒܡܥܪܬܐ. ܘܬܡܢ ܐܬܐ ܐܝܟ ܙܒܢܐ
ܕܝܠܕܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܟܕ ܝܠܕܬܗ ܟܪܟܬܗ
ܗܘܬ ܒܥܙܪܘܪܐ ܘܐܪܡܝܬܗ ܒܐܘܪܝܐ. ܘܠܗܕܐ
ܕܘܟܬܐ ܕܡܥܪܬܐ ܐܬܘ ܪ̈ܥܘܬܐ ܘܐܫܬܥܝܘ ܡܢ
ܡܠܐܟܐ. ܘܚܙܘ ܥܘܠܐ ܕܟܪܝܟ ܒܐܘܪܝܐ ܘܪܡܐ
ܒܥܙܪܘܪܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܡܢܝܐ ܝܘܡܝܢ
ܐܣܩܘܗܝ ܠܛܠܝܐ ܕܢܬܓܙܪ ܠܐܘܪܫܠܡ
ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ. ܘܡܚܕܐ ܗܦܟܘ ܐܬܘ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܕܡܘܠܕܗܘܢ ✣

ܡܬܝ ܕܝܢ. ܠܘ ܗܕܐ ܬܫܥܝܬܐ ܐܟܬܒ
ܐܠܐ ܐܚܪܢܬܐ. ܡܛܠ ܕܩܕܡ ܥܠ ܡܘܠܕܗ
ܘܡܢ ܒܬܪ ܥܠ ܡܐܬܝܬܐ ܕܡ̈ܓܘܫܐ ܘܥܠ
ܕܛ̈ܠܝܐ. ܟܕ ܠܐ ܥܗܕ ܙܒܢܗ ܕܐܓܘܣܛܘܣ
ܩܣܪ ܕܒܗ ܗܘܬ ܡܟܬܒܢܘܬܐ. ܘܐܦܠܐ ܡܐܬܝܬܐ
ܕܪ̈ܥܘܬܐ. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܐܫܬܟܠ. ܕܙܒܢܐ
ܐܚܪܢܐ ܗܘܐ ܕܡܐܬܝܬܐ ܕܡ̈ܓܘܫܐ. ܡܢ ܗܘ
ܕܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܫܪܒܬܗ ܕܕܘܝܕ ܘܕܡܐܬܝܬܐ
ܕܪ̈ܥܘܬܐ. ܘܠܐ ܡܣܬܩܒܠܝܢ ܚܕ̈ܕܐ
ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܩܕܝܫܐ. ܟܕ ܐܬܪܥܝ ܕܥܡܟ
ܡܢ ܒܬܪ ܬܡܢܝܐ ܝܘܡܝܢ ܕܡܘܠܕܗ ܡܝܬܐ ܠܗ
ܥܡ ܐܒܗ̈ܘܗܝ ܠܐܘܪܫܠܡ ܡܛܠ ܦܘܩܕܢܐ
ܘܗܠܝܢ ܢܫܬܡܠܝܢ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܡܥܒܪ ܠܗ
ܠܢܨܪܬ ✣ ܡܬܝ ܕܝܢ ܒܬܪ ܫܢܐ ܕܬܪܬܝܢ
ܫܢܝܢ ܕܗܘܬ ܗܢܝ ܘܐܡܪ ܠܘܩܐ. ܟܕ ܬܘܒ
ܗܦܟܘ ܠܗܘܢ ܠܒܝܬ ܠܚܡ ܠܗ ܠܕܘܟܬܐ
ܡܛܠ ܠܗܘܝܐ ܥܬܝܩܐ. ܗܕܐ ܕܐܦ ܚܢܢ
ܥܒܕܝܢܢ: ܕܡܢ ܡܫܡܥ ܩܪ̈ܝܢܐ ܩܕ̈ܝܫܐ:
ܡܬܚܦܛܝܢܢ ܠܡܚܙܝܗܝܢ ܠܕܘܟ̈ܝܬܐ ܩܕ̈ܝܫܬܐ
ܘܬܡܢ ܒܨܠܘ̈ܬܐ ܡܫܬܡܫܝܢܢ. ܘܠܘ ܬܕܡܘܪܐ
ܗܝ ܕܨܒܘ. ܘܠܐ ܠܡܥܗܕܘ ܠܝ ܙܒܢܝܢ
ܘܣܓܝܐܐ ܐܬܕܟܪܘ ܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡ ܒܒܝܬ
ܠܚܡ ܒܡܘܠܕܗ ܕܦܪܘܩܢ: ܘܥܠ ܐܝܕܝܗܘܢ
ܐܫܬܡܥܬܗ: ܠܘ ܚܕܐ ܙܒܢ: ܐܠܐ ܙܒ̈ܢܝܢ

serunt, ubi demorantibus, ipsis sancti partus tempus intervenit, natumque puerum pannis mater involvit atque in praesepi reposuit. Ad hunc pastores speluncae locum venerunt, angelorum nuncio moniti, et infantem fasciis involutum atque in praesepi iacentem viderunt. Exin post octo dies, puerum Hierosolyma ad circumcidendum detulere parentes, ex legis norma; quo facto, ad natale oppidum Nazarethum statim profecti sunt.

At vero Matthaeus haud hanc, sed aliam narrationem scripto commendavit. Etenim is primo de nativitate verba fecit, postea de Magorum adventu, et de infantium caede; mentione omissa de aetate Caesaris sub quo descriptio facta fuit; itemque de pastoribus siluit. Iam vero ex his intelligere debes, tempus quo Magi advenerunt, aliud esse ab illo descriptae stirpis davidicae, et pastorum adventûs. Neque idcirco repugnant invicem sancti evangelistae: nam si tecum reputes, Lucam comperies die post nativitatem octavo Christum cum suis parentibus Hierosolyma adducere, ob praescripta legis complenda; illinc autem Nazarethum transferre. At Matthaeus rem exorditur biennio serius quam Lucas, nempe eo tempore, quo parentes cum Iesu Bethleemum, ad eundem sanctae memoriae locum, reversi sunt; id quod nos quoque factitamus, quando audita sacrarum paginarum lectione, sancta loca saepe invisere studemus, ibique preces nostras peragimus. Nec mirum est, voluisse eos coram recolere, neque semel sed saepe, res quae antea Bethleemi in Servatoris nostri nativitate contigerant, et quarum

ipsi instrumenta fuerant. Porro quum Nazaretho illuc reversi essent, vacantem turbis populoque extraneo sedem invenerunt: atque ita propriis tantummodo Bethleemi versantibus incolis, oppidum sunt ingressi, et in notorum sibi hominum domo habitarunt: ad quam scilicet domum Magi hoc tempore, id est post biennium, accesserunt; et vacuo tunc Bethleemi oppido, ut diximus, hospitium nacti sunt; quo quum Magi se contulissent, puerum cum matre eius invenerunt, procidentesque dona obtulerunt.

EIUSDEM

De stella quae Magis apparuit.

II. Hi qui Magi appellantur, oriundi, ut ex historia quadam cognoscitur, Balaamo erant, quem Moyses memorat; nam et ille magus erat, seque de orientis montibus profectum narrat *. Ex eius autem vaticinio nata fama est de stella quae oritura erat, deque viro ex Israhelis stirpe nascituro, et cunctis gentibus dominaturo. Moyses quidem ore veluti Balaami dicit *: de « Mesopotamia vocavit me » Balac rex Moabitarum, de montibus orientis. » Deinde hic in suo vaticinio ait *: « orietur stella ex Iacob, et » exsurget dux de Israhele, qui mul- » tis dominabitur populis. » Haec in libris apud Balaami posteros conservata, materiam nobis dicendi suppeditant, nempe quod Magi Servatori contemporales, stella observata, prout Balaam praedixerat, iter susceperunt,

ܡܐܢ̈ܐ ܕܪܚܫܝ ܗܘܘ. ܘܟܕ ܐܬܘ ܡܢ ܢܨܪܬ
ܐܬܪܐ ܕܐܦܪܬ: ܐܫܟܚܘ ܠܒܝܬܠܚܡ ܕܣܦܝܩܐ
ܡܢ ܗܘ ܟܢܘܫܝܐ ܘܥܡܐ ܐܟܣܢܝܐ ܘܢܘܟܪܝܐ
ܗܘܘ ܡܛܠ ܡܟܬܒܢܘܬܐ: ܘܟܕ ܗܘܐ ܒܗ
ܒܒܝܬܠܚܡ ܐܝܬܘܗܝ ܒܢ̈ܝܢܐ ܕܝܠܗ ܒܠܚܘܕ:
ܐܠܐ ܥܠܘ ܠܡܕܝܢܬܗ. ܘܥܠܘ ܫܪܘ
ܒܒܝܬܐ ܕܚܕ ܡܢ ܝܕ̈ܘܥܝܗܘܢ. ܘܠܗܘ ܕܝܢ ܒܝܬܐ
ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܐܬܘ ܡܓܘܫܐ ܒܬܪ ܬܪ̈ܬܝܢ
ܫܢ̈ܝܢ: ܟܕ ܣܦܝܩ ܗܘܐ ܐܬܪܐ ܒܗ ܒܝܬ ܠܚܡ
ܐܫܟܚܘ ܒܗ ܡܫܪܝܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܢ:
ܘܥܠܘ ܠܒܝܬ ܚܕ ܘܐܫܟܚܘܗܝ ܠܛܠܝܐ
ܥܡ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܘܣܓܕܘ ܠܗ ܘܩܪܒܘ
ܠܗ ܩܘܪ̈ܒܢܐ.

ܕܝܠܗ ܡܛܠ ܟܘܟܒܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ
ܠܡܓܘܫܐ.

ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܓܘܫܐ:
ܐܫܬܟܚܘ ܩܕܝܡ ܒܟܬܒܐ: ܕܡܢ ܒܢܘ̈ܗܝ
ܕܒܠܥܡ ܐܬܝܗܘܢ. ܗܘ ܕܟܬܒܗ ܠܗ
ܡܘܫܐ. ܡܓܘܫܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܦ
ܗܘ. ܘܡܫܬܥܐ ܥܠ ܢܦܫܗ ܕܡܢ ܛܘܪ̈ܝ
ܡܕܢܚܐ ܐܬܐ. ܘܡܢ ܢܒܝܘܬܗ ܗܘ ܩܠܐ * Num. XXIII. 7.
ܡܛܠ ܟܘܟܒܐ ܕܥܬܝܕ ܕܢܕܢܚ ܘܐܢܫ ܡܢ
ܙܪܥܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܥܬܝܕ ܘܡܫܬܠܛܢ
ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܡܘܫܐ ܓܝܪ ܡܢ ܦܘܡܐ
ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܪܨܘܦܗ ܕܒܠܥܡ. ܕܡܢ * Deut. XXIII. 4.
ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܩܪܢܝ ܒܠܩ ܡܠܟܐ ܕܡܘܐܒ
ܡܢ ܛܘܪ̈ܝ ܡܕܢܚܐ. ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܡܪ * Num. XXIV. 17.
ܒܢܒܝܘܬܗ. ܕܢܕܢܚ ܟܘܟܒܐ ܡܢ ܝܥܩܘܒ.
ܘܢܩܘܡ ܪܝܫܐ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܢܫܬܠܛ
ܥܠ ܥܡܡܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܗܠܝܢ ܟܕ ܗܘܝ
ܕܒܝܬ ܒܠܥܡ ܢܛܝܪܢ ܗܘܝ ܒܟܬܒܐ.
ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܢܣܒܐ ܕܢܐܡܪ. ܕܡܓܘܫܐ
ܕܒܙܒܢܗ ܦܪܘܩܢ. ܐܝܟ ܕܩܕܝܡ ܐܬܢܒܝ

ܕܡܠܟܐ. ܟܕ ܚܙܐܘܗܝ ܠܟܘܟܒܐ ܐܬܬܙܝܥܘ
ܠܡܚܙܝܗ ܠܡܠܟܐ ܕܡܬܝܠܕ: ܘܕܒܪܘܗܝ
ܟܘܟܒܐ ܡܩܕܡ ܗܘܐ. ܘܒܣܘܦܗ ܘܐܬܘ
ܠܐܘܪܫܠܡ. ܟܕ ܗܘ ܟܘܟܒܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܡܚܘܝܢܐ: ܠܐܬܪܐ ܟܠܗ ܘܕܘܟܬܐ ܘܠܛܠܝܐ.
ܗܐ ܟܘܟܒܐ ܗܘ ܕܚܙܘ ܒܡܕܢܚܐ ܐܙܠ
ܗܘܐ ܩܕܡܝܗܘܢ: ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܩܡ ܠܥܠ ܡܢ
ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܛܠܝܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܐܡܪ
ܕܩܡ. ܠܐ ܬܣܒܪ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܠܐܪܥܐ ܢܚܬ.
ܘܐܦܠܐ ܕܥܠ ܐܓܪܐ ܕܒܝܬܐ ܩܡ. ܕܗܕܐ ܓܝܪ
ܢܣܒܪ ܠܐ ܫܦܝܪ ܗܘ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܟܘܟܒܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܡܕܒܪܢܐ ܠܡܓܘܫܐ ܗܠܟ ܗܘܐ
ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܡܚܘܝܢܐ. ܒܪܘܡܐ ܕܝܠܗ
ܡܫܢܐ ܪܚܝܩ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܘܠܐ ܬܣܒܪ ܕܒܗܘ
ܟܕ ܒܗ ܒܐܘܪܚܐ ܕܗܠܟܝܢ ܐܚܪܢܐ ܓܝܪ ܗܘܐ.
ܐܠܐ ܐܘܪܚܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܘܕܠܒܪ ܡܢ ܥܝܕܐ ܪܕܐ
ܗܘܐ. ܘܐܫܬܢܝܬ ܒܡܫܚܬܐ ܐܫܬܢܝܬܐ
ܡܬܚܙܝܐ. ܘܡܚܘܝܐ ܠܡܝܕܥܐ ܐܝܟ ܕܒܝܕܥܬܐ
ܕܫܢܝܬܐ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ. ܕܠܐܝܕܐ ܐܘܪܚ ܢܐܙܠܘܢ
ܠܡܣܩܗ. ܟܕ ܓܝܪ ܡܫܬܚܠܦܐ ܒܬܘܩܦܬܐ
ܐܫܬܢܝܬܐ ܪܕܐ ܗܘܐ. ܘܡܢ ܕܘܟܬܐ ܠܕܘܟܬܐ:
ܘܡܢ ܦܠܓܘܬ ܠܦܠܓܘܬ: ܘܡܢ ܐܬܪܐ ܠܐܬܪܐ ܕܫܡܝܐ.
ܟܕ ܐܬܐ ܠܒܝܬܐ ܩܡ ܠܥܠ ܡܢܗ ܟܕ ܠܐ ܐܬܬܙܝܥ
ܘܠܐ ܥܒܪ ܩܕܡܗ. ܡܓܘܫܐ ܗܟܝܠ ܕܟܘܟܒܐ
ܘܠܐ ܡܬܬܙܝܥܢܘܬܗ: ܗܘ ܕܝܢ ܕܩܕܡ ܠܐ
ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܚܙܘ ܗܘܘ ܡܬܚܘܝܢܐ
ܘܚܕܝܘ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ.

nati regis visendi causa quem stella portendebat : profectique venerunt Hierosolyma, stella regionem locumque et ipsum puerum demonstrante : « ecce stella quam viderant in » oriente antecedebat eos, usque dum » veniens staret ubi erat puer. » Dum vero « staret » ait, cave existimes eam de caelo in terram descendisse, et supra domus tectum stetisse; nam qui ita credit, insanit. Sed quia et stella erat, et supra Magos indicis instar iter faciebat, ea alte quidem sed tamen a terra haud valde distans decurrebat. Neque item arbitreris, ipsam eâdem qua Magos via incessisse, aliud quippe iter sibi cognitum sectabatur, et insolitum cursum tenebat, et diversis aliter partibus conspiciendam se dabat; Magis videlicet huiusmodi observationum peritis, quam sequerentur viam ostendens. Pro diversis ergo stationibus cursum suum varium faciebat, de hac in aliam gradiens stationem, centra et loca caelestia pergendo mutans, donec domui proxima, super hanc pendula substitit, quin ultra procederet. Magi itaque quum eam quietam immobilemque observassent, id quod antea non viderant, magnopere gavisi sunt.

Quod superiore pagina 268. promisimus, nunc re ipsa praestamus, grandia nempe quaestionum Eusebii ad Marinum supplementa ex Nicetae (qui nominatim Eusebium recitat) catena ms. in Lucam; quae partes non ex Epitome sed ex ipso integro opere detractae fuerunt. Mox alias quoque earumdem ad Marinum quaestionum reliquias, ex variis auctoribus codicibusve, qui Eusebium item nominatim citant, corrasas subtexemus. Atque ita demum nos totum fere ad Marinum Eusebii librum recuperavisse speramus.

EUSEBII CAESARIENSIS

EX INTEGRO LIBRO QUAESTIONUM AD MARINUM PARTES

IN NICETAE CATENA MS. AD LUCAM.

I.

Quum a Iudaeis Servatoris discipuli sibi timerent, ait Iohannes fuisse eos congregatos in una domo ianuis clausis propter metum Iudaeorum. Quomodo ergo Petrus ac Iohannes ad monumentum perrexerunt? Et quidem praesente illic militari praesidio quod locum custodiebat, ut Matthaeus testatur. Est autem custodia manipulus militaris.

Ad haec dicimus, apostolos ad monumentum audacter ivisse, antea edoctos a Magdalene, nullum iam loci custodem ibi superesse, quod erat exploratum ex quo lapis de sepulcro fuerat ablatus: aliter autem lapis inde ablatus non fuerat, nisi cum de caelo angelus locum grandi lumine illustravit, ipsumque revolvit lapidem, adeoque terrefacti sunt custodes, ut lapideos propemodum timor eos effecerit: quo factum est, ut ii in pedes se coniecerint, adeo ut nemo ibi superfuerit, locusque illis patuerit, qui ad visendam Servatoris resurrectionem venerunt. Atque haec praecipua causa fuit cur angelus ibi apparuerit. Neque enim ob adiuvandam resurrectionem removit angelus lapidem, neque lapidis causa praedicto modo intervenit, sed ut custodes illinc abigeret, feminas autem ad visendum venientes excipiens, resurrectionem eis nunciaret. Harum testis rerum Matthaeus dicens, angeli timore commotos custodes, velut mortuos extitisse. Utique praevenerat angelum resurgens Servator, neque lapidis revolutionem expectaverat; verum hoc adhuc foribus adhaerente, et pontificum sigillis ob-

A.

Τοῦ φόβου τῶν Ἰουδαίων ἐπικειμένου τοῖς μαθηταῖς τοῦ σωτῆρος, λέγει γοῦν ὁ Ἰωάννης ὡς ἦσαν ὁμοῦ συνηγμένοι οἱ μαθηταὶ ἐν οἴκῳ ἑνὶ, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων· πῶς ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ἰωάννης ἀπήντων ἐπὶ τὸ μνῆμα; καὶ ταῦτα στρατιωτικῆς φρουρᾶς φυλαττούσης τὸν τόπον, ὡς ὁ Ματθαῖος ἐμαρτύρησεν· ἡ γὰρ κουστωδία στρατιωτικόν ἐστι τάγμα. Cod. A. f. 312.

Ἐροῦμεν δὲ πρὸς ταῦτα, θαρσαλέως τοὺς ἀποστόλους ἀπηντηκέναι ἐπὶ τὸ μνῆμα, προμεμαθηκότας παρὰ τῆς Μαγδαληνῆς μηδένα τῶν φυλαττόντων τὸν τόπον αὐτόθι παρεῖναι, ὅπως δῆλον ἦν ἀπὸ τοῦ τὸν λίθον ἦρθαι τοῦ μνημείου· ἦρτο δὲ οὐκ ἄλλως, ἢ τῷ τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἄγγελον ἐξαστράψαι τὸν τόπον πολλῷ φωτὶ, καὶ αὐτὸν ἀποκυλίσαι τὸν λίθον, φοβῆσαι τε τοὺς φύλακας, ὡς μικροῦ δεῖν καὶ ἀπολιθωθῆναι αὐτοὺς τῷ φόβῳ· καὶ μετὰ ταῦτα ὡς εἰκὸς φυγῇ χρήσασθαι, ὡς μηδένα μὲν περιλειφθῆναι αὐτῶν, σχολάζειν δὲ τὸν τόπον τοῖς ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένοις τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως· αὕτη γὰρ ἦν μάλιστα ἡ αἰτία τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἀγγέλου· οὐ γὰρ δὴ τῆς ἀναστάσεως χάριν ἀποκινεῖ τὸν λίθον, οὐδ' ἕνεκεν τοῦ λίθου τοιόσδε ὤφθη, ἀλλ' ἵνα τοὺς μὲν ἀπελάσῃ, τὰς δὲ ἐρχομένας ἐπὶ τὴν θέαν δεξιωσάμενος, τὴν ἀνάστασιν αὐταῖς καταγγείλειε· τούτων οὖν μάρτυς ὁ Ματθαῖος λέγων, ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Φθάνει μὲν γὰρ καὶ τὸν ἄγγελον ἀναστὰς ὁ σωτὴρ, οὐδὲ ἀναμένει τὴν ἀποκίνησιν τοῦ λίθου, ἀλλὰ καὶ τούτου πρὸ τὴν θύραν κειμένου, καὶ τοῖς τῶν ἀρχιερέων σημαντῆρσι * κατεσφραγισμένου, τῶν τε

* al. cod. σημαντροις.

φρουρῶν κυκλούντων τὸν τόπον, ἀφανὴς ἦν τοῦ μνήματος, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν πεποιημένος θεϊκῇ δυνάμει, καθ' ἣν ὥραν οὐδεὶς ἔγνω, καὶ καθ' ὃν οὐδεὶς ἐπεσημήνατο τῶν εὐαγγελιστῶν καιρόν· ὥστ' ἂν εἰπεῖν εὐκαίρως τινὰ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο δὴ τὸ περὶ τῆς καθόλου συντελείας πρὸς αὐτοῦ λελεγμένον ἐν τῷ, περὶ δὲ τῆς ἡμέρας οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ *· οὕτω γοῦν πρῶτος αὐτὸς ἀπαρχὴ τῆς ἀναστάσεως γεγονὼς ὁ σωτὴρ, καθ' ἣν ὥραν οὐδεὶς ἔγνω ἐγήγερτο, λαθὼν τοὺς ἅπαντας, καὶ ἐγήγερτο τοῦ λίθου μεμενηκότος ἐπὶ σχήματος· ἀγαθῶν δὲ ἄγγελος ἀνθρώποις παρῆν ὁ ἄγγελος, οὐδὲν μὲν τῇ ἀναστάσει διὰ τῆς αὐτοῦ παρουσίας συμβαλλόμενος, τὰ μεγάλα δὲ τῇ τῶν ἀνθρώπων διακονούμενος σωτηρίᾳ· διὸ καὶ ἐξήστραπτε τὴν μορφὴν, λευχείμονα δεικνὺς ἑαυτὸν, καὶ πρῶτος τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως ἀπαρχόμενος· καὶ ὥσπερ ἡλίου ἀνατολὰς ἑρπετὰ μὲν ἰοβόλα καὶ θηρίων ὅσα νυκτὸς καὶ σκότους εἰσὶ φίλα φεύγει, ἄνδρες δὲ ταύτας οἷα φωτὸς συγγενεῖς μεταδιώκουσι, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον τοὺς μὲν τῆς ἀληθείας καὶ ζωῆς ἐχθροὺς, θανάτου δὲ οἰκείους καὶ φίλους, ταῖς τοῦ φωτὸς αὐτοῦ μαρμαρυγαῖς καταστράπτων, ἤλαυνεν ὁ ἄγγελος· τοῖς δὲ ποθοῦσι τὴν σωτήριον ἀνάστασιν, ταύτην εὐηγγελίζετο, σχολὴν αὐτοῖς εὐτρεπῆ διὰ τῆς τῶν φρουρῶν ἀπελάσεως παρέχων· δύο γοῦν γνωρίσματα τοῖς οἰκείοις παρεῖχεν ὁρᾶν, τὴν ἀποκίνησιν τοῦ λίθου, καὶ τῆς θύρας τοῦ μνήματος τὴν ἄνεσιν, τῶν τε φύλακων τὴν δίωξιν· ἃ δὴ τεθεαμένη ἡ Μαγδαληνὴ τοῖς μαθηταῖς ἐπήγγειλεν· οἱ δὲ ταῦτα παρ' αὐτῆς μεμαθηκότες, θαρσαλέως ἀπήντων δρομαῖοι, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν καθεστῶτος·

* Matth. XXIV. 36.

signato, custodibusque locum circumambientibus, invisibilis de monumento prodiens suam ex mortuis divina virtute peregerat resurrectionem; sed quanam id temporis hora acciderit, nemo evangelistarum significavit: ita ut quidam huic quoque rei tempestive illa verba accommodaverit, quae de universi consummatione a Christo dicta fuerunt, nempe: de die nemo quicquam scit, ne angeli quidem Dei. Sic ergo primus ipse factus resurrectionis inchoatio Servator, hora quam nemo scivit resurrexit, cunctos latens, resurrexitque lapide statum suum retinente. Bonae vero rei nuncius adstitit hominibus angelus, nihil equidem resurrectioni praesentia sua conferens, hominum tamen saluti plurimum serviens. Propterea relucente figura usus est, et albatum semet ostendit, primusque resurrectionis Servatoris fecit initium. Et sicuti venenati serpentes ac ferae, noctis et tenebrarum amantes, solis ortum fugiunt, homines contra ceu lucis studiosi libenter excipiunt; eodem modo veritatis vitaeque hostes, mortis autem familiares et amicos, lucis splendoribus irradians angelus dispulit: resurrectionem vero Servatoris expectantibus nunciavit, liberum illis aditum post custodum depulsionem praebens. Gemina igitur amicis indicia spectanda obtulit, lapidis nempe revolutionem, monumenti porta iam patente, et custodum fugam. Quae videns Magdalene discipulis nunciavit: qui his cognitis, audacter cursuque concito illuc, nemine impediente, properarunt.

B.

Cod. A. f. 312. b. Καὶ πῶς σκοτίας οὔσης κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὰ εἴσω τοῦ μνήματος ἑώρων οἱ δύο μαθηταί; ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ τὴν ὥραν ἐπεσημήνατο εἰπὼν, πρωῒ ἔτι σκοτίας οὔσης, καὶ τοὺς δύο μαθητὰς τὰ εἴσω ἐν τῷ μνήματι τεθεαμένους· εἰσῆλθον γάρ, φησι, καὶ ἐπίστευσαν.

Ἀρχομένης μὲν κατ' ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐμαρτύρησεν ἡ γραφὴ ἔτι τότε σκοτίαν εἶναι· πλὴν ἀλλ' ἤδη πρωΐα ἦν· τοῦτο δὲ τὸ πρωῒ ἔτι σκοτίας οὔσης αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἰδοῦσα Μαρία ἐπάνεισι πρὸς τοὺς μαθητάς· εἶτ' ἄγγελος αὐτοῖς παραγίνεται· ἐν δὴ οὖν τῷ μεταξὺ χρό-

II.

Quomodo, tenebris adhuc se intendentibus, ut ait evangelista Iohannes, ea quae intra monumentum erant discipuli duo viderunt? Namque idem horam quoque significavit dicens: mane, quum adhuc tenebrae essent. Et mox, duos discipulos quae intra monumentum erant vidisse. Introiverunt enim, inquit, et crediderunt.

Primo diei crepusculo, apud sepulcrum scriptura dicit adhuc tenebras fuisse; sed tamen mane iam erat, quo subobscuro, sola redit Maria ad discipulos. Deinde angelus ipsis supervenit. Iam hoc intermedio tempore, post primum eius ad apostolos adventum, horam

ferme transisse, verisimile est: tum illis ad sepulcrum euntibus, maius adhuc elapsum tempus, ita ut iam tenebrae non essent sed pura dies; quo tempore profecti illuc praedicti discipuli, extraque monumentum manentes, posita linteamina spectare potuerunt; multoque magis illuc ingressi, splendida iam die locum illuminante. Mihi vero videntur linteamina intus posita demonstrationem simul praebere, corpus ab hominibus non fuisse sublatum, secus ac Maria suspicabatur: neque enim qui corpus subtraherent, linteamina relinquerent; neque fur quispiam expectaret, donec indusia resolveret, atque ita in flagranti raptu deprehenderetur. Ceteroquin illa suscitati ex morte corporis indicia erant. Nam qui reformabit corpora humilitatis nostrae Deus, ut sint conformia corpori gloriae Christi, tunc etiam corpus quidem organum inhabitantis in ipso virtutis immutavit, ad diviniorem statum reformans; linteamina autem, ceu inutilia et corporis substantiae aliena, missa fecit. Opportune insuper videtur mihi accidisse ut Petrus ac Iohannes ad monumentum venirent clara iam die splendidaque luce; ne si forte in nocte ac tenebris accessissent, eius rei suspicionem praeberent, quam iam pontifices mentiebantur, nempe quod noctu venientes Dominum sustulissent. Itaque neque noctu accesserunt hi viri, vel tenebris adhuc se intendentibus, sed clara iam lucescente die. Quod si dicente evangelio, discipulos una, quia Iudaeos timebant, fuisse congregatos, adversetur aliquis dicens: quomodo ergo qui se concluserant, ad monumentum veniebant die splendida? respondemus, illos sane qui media in urbe Iudaeorum habitabant, par fuisse ut una in domo conclusi omnes simul manerent: qui autem ad sepulcrum iverunt, quia extra urbem erant, multum aberat ut Iudaeos timerent, quoniam ad solitarium locum et hominibus vacuum devenerant. Fortasse etiam spreto ceterorum discipulorum timore Petrus ac Iohannes, ausi sunt confidenter domo prodire, dum ceteri id minime facere auderent, praeter hos duos solos, quibus etiam alibi maior honor prae ceteris apostolis attribuitur.

νῳ μετὰ τὴν πρώτην ἄφιξιν ἀπιούσης αὐτῆς πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ τὴν ὥραν προκόψαι εἰκὸς ἦν· κἀκείνων πάλιν ἐπὶ τὸν τάφον ἀφικνουμένων, ἔτι μᾶλλον αὐξῆσαι τὸν χρόνον, ὡς μηκέτι σκοτίαν εἶναι, ἀλλ' ἤδη καθαρὰν ἡμέραν, καθ' ἣν ἀπαντήσαντες οἱ εἰρημένοι, καὶ τοῦ μνημείου ἐκτὸς ἑστῶτες, διορᾷν τὰ εἴσω κείμενα ὀθόνια οἷοί τε ἦσαν· καὶ πολὺ μᾶλλον ἔνδον γενόμενοι, ὑπὸ λαμπρᾶς ἡμέρας ἤδη τοῦ τόπου κατηυγασμένου. Δοκεῖ δέ μοι τὰ ὀθόνια ἔνδον κείμενα ὁμοῦ μὲν καὶ δεῖγμα παρέχειν τοῦ μὴ ὑπὸ ἀνθρώπων ἦρθαι τὸ σῶμα, ὅπερ Μαρία ὑπέλαβεν· οὐ γὰρ ἄν τινες τὸ σῶμα ὑφαιρούμενοι κατελίμπανον τὰ ὀθόνια· οὐδὲ ὁ κλέπτων ποτὲ περιέμεινεν ἕως ὅτε ἀναλύσῃ τὰ ὀθόνια καὶ καταλάβηται· ὁμοῦ δὲ καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σώματος εἶναι παραστατικά· ὁ γὰρ μετασχηματίζων τὰ σώματα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν Θεὸς εἰς τὸ εἶναι σύμμορφα τῷ σώματι τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ *, τὸ μὲν σῶμα ὡς ὄργανον τῆς ἐν αὐτῷ κατοικησάσης δυνάμεως ἠλλοίου, μεταβάλλων ἐπὶ τὸ θειότερον, τὰ δὲ ὀθόνια ὡς περιττὰ καὶ ἀλλότρια τῆς τοῦ σώματος οὐσίας ἠφίει· δοκοῦσι δέ μοι κατὰ καιρὸν ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ἰωάννης ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀπαντᾷν ἐν ἤδη καθαρᾷ ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ λαμπρῷ, ὡς ἂν μὴ νυκτὸς καὶ σκοτίας ἐλθόντες τοῦτο ὑπονοηθεῖεν, ὃ δὴ καὶ κατεψεύσαντο αὐτῶν οἱ ἀρχιερεῖς, ὅτι νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτόν· διόπερ οὐ νυκτὸς ἀπήντων οἱ ἄνδρες, ἀλλ' οὐδὲ σκοτίας ἔτι οὔσης, ἀλλ' ἤδη καταυγαζούσης λαμπρᾶς ἡμέρας· εἰ δὲ λέγοι τὸ εὐαγγέλιον ὡς ἄρα ἦσαν ὁμοῦ συνηγμένοι οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, εἶτα πρὸς τοῦτο ἀνθυποφέροι τίς λέγων, πῶς οὖν οἱ συγκεκλεισμένοι ἐφοίτων ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐν ἡμέρᾳ διαυγεῖ; ἐροῦμεν ὅτι τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει μέσους οἰκοῦντας τῶν Ἰουδαίων, εἰκὸς ἦν ἀποκεκλεῖσθαι ὁμοῦ τοὺς πάντας ἐν οἴκῳ ἑνὶ συνηγμένους· οἱ δὲ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἀφικνούμενοι τῆς πόλεως ἐκτὸς ὄντες *, μακρὰν ἐτύγχανον καὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων φόβου, ὡς ἐπὶ ἐρημίζοντα τόπον καὶ ἀνδρῶν ἐσχοληκότα παριόντες· τάχα δὲ καὶ κρείττους φόβου γενόμενοι τῶν μαθητῶν ὅ τε Πέτρος καὶ Ἰωάννης τολμηρότερον ἐθάρρουν προϊέναι τοῦ οἴκου, τῶν ἄλλων μὴ τοῦτο πράττειν τολμώντων, ἢ μόνων δὴ τούτων, οἳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πλείονος ἠξιωμένοι τιμῆς παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους μεμαρτύρηνται.

* Philip. III. 21.

* ita cod.

Γ.

Cod. A. f. 312. b. Ἀλλὰ πῶς παρὰ μὲν τῷ Ἰωάννῃ τῆς Μαρίας ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ, κἄπειτα ἐλθόντες εἰς τὸ μνημεῖον ἐπίστευσαν; παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ εἴρηται ὅτι ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς;

Ἡ μὲν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ Μαρία τοῖς ἐκκρίτοις τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ μόνοις ὡς ἀπόῤῥητον ἐκφαίνουσα ἐξεῖπε τὸ τεθεαμένον· οἱ δὲ πάλιν λαθόντες τοὺς λοιποὺς μαθητὰς μόνοι ἀπήντων ἐπὶ τὸ μνημεῖον δρομαῖοι, καὶ ἰδόντες ἐπίστευσαν· καὶ οὐδέν γε ἦν θαυμαστὸν τοὺς μὲν ἐκκρίτους τῶν ἀποστόλων ἰδόντας πεπιστευκέναι, τοὺς δὲ λοιποὺς οἷς αἱ γυναῖκες ἀπήγγελλον, ἅτε μὴ ὄψει παραλαβόντας, μὴ πιστεῦσαι αὐταῖς· αὐτίκα γοῦν καὶ αὐτοῖς ὁμοῦ συνηγμένοις τοῖς μαθηταῖς ὀφθέντος τοῦ σωτῆρος κατὰ τὸν Ἰωάννην, οἱ μὲν ἰδόντες ἐχάρησαν· Θωμᾶς δὲ, ἐπεὶ μὴ παρῆν μηδὲ εἶδεν, οὐκ ἐπείθετο· εἰ δὲ οὗτος ἠπίστει τοῖς ἀποστόλοις, σχολῇ γ᾽ ἂν μέμψαιτό τις τοῖς λοιποῖς ὅτι μηδέπω τεθεαμένοι ταῖς γυναιξὶν ἠπίστουν· πολλὴν δὲ βάσανον καὶ ἀκρίβειαν τῶν μαθητῶν παρίστησιν ἡ γραφὴ, οὐκ εὐχερῶς τοῖς τούτων λόγοις συγκατιθεμένων, ἀλλ᾽ ἐπεχόντων τὰ πρῶτα, εἰσότε πληρέστατα καὶ ἐναργῶς τἀληθὲς ἐπιγνόντες εἰπεῖν δυνηθεῖεν ὕστερον·
* Ioh. ap. I. 1. « ὃ ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, » καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. » Ἔχοι δ᾽ ἂν καὶ ἑτέραν διάνοιαν ὁ τόπος· εἴποι γὰρ ἄν τις ὅτι ταῖς ἀπογγελλούσαις γυναιξὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος, ὡς ἐξ ἀκοῆς τῶν ὀφθέντων αὐταῖς δύο ἀνδρῶν κατὰ τὸν Λουκᾶν, οὐκ ἐπίστευσαν οἱ ἕνδεκα, ἐν οἷς ἦσαν καὶ ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ἰωάννης, μηδὲ αὐτοὶ πεπιστευκότες· τῇ δὲ Μαρίᾳ κατὰ τὸν Ἰωάννην εἰπούσῃ ὅτι ἦραν τὸν κύριόν μου ἐκ τοῦ μνήματος, οὐ πρότερον ἐπίστευσαν οἱ δύο μαθηταὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ ἦρθαι τὸν σωτῆρα, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον καὶ ἔργῳ τοῦτο παραλαβεῖν· ὅτε γοῦν εἰσῆλθον οὗτοι εἰς τὸ μνῆμα καὶ τὰ ὀθόνια εἶδον μόνα, τὸ δὲ σῶμα οὐδαμοῦ, τότε ἐπίστευσαν· τίνι δὲ ἐπίστευσαν, ἀλλ᾽ ἢ τῷ τῆς Μαρίας λόγῳ φήσαντι ἦραν τὸν κύριόν μου; διὸ ἐπιλέγει ἑξῆς· οὔπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

III.

Sed quomodo apud Iohannem, audita Maria discipuli, deinde ad monumentum progressi crediderunt; apud Lucam autem dicitur, visa esse illis sicut deliramenta verba ista, neque mulieribus credidisse?

Illa apud Iohannem Maria praecipuis apostolis Petro ac Iohanni solis secreto veluti rem visam retulit. Hique pariter clam reliquis discipulis soli cursim ad monumentum abierunt, videntesque crediderunt: nihilque mirum est duos hos praecipuos apostolos rei visae credidisse; reliquos autem, quibus nunciae fuerant mulieres, nec oculis propriis viderant, haud his fidem adhibuisse. Ecce enim et ipsis una congregatis discipulis quum Servator apparuisset, ut Iohannes narrat, hi quidem eo viso gavisi sunt; Thomas autem qui nec interfuit nec vidit, rem sibi persuaderi non est passus. Quod si hic apostolis non credidit, frustra iam reprehendemus ceteros, qui quia non viderant, mulieribus discrediderunt. Profecto autem scriptura multam demonstrat disquisitionem ac sedulitatem discipulorum, qui haud facile alienis sermonibus consenserunt, sed primo iudicia suspenderunt, quoad plenissime atque perspicue veritate cognita, postea dicere possent: « quod fuit ab initio, quod audivimus, » quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae contrectaverunt de » Verbo vitae. » Sed enim alium quoque sensum capere hic locus potest. Dicet enim fortasse aliquis, mulieribus resurrectionem Servatoris nunciantibus, tamquam ex auditu duorum ostensorum ipsis virorum, ut ait Lucas, non credidisse discipulos undecim, quos inter erant etiam Petrus ac Iohannes, qui pariter discrediderunt. Verumtamen Mariae, ut Iohannes narrat, dicenti: dominum meum de sepulcro abstulerunt; haud ante crediderunt duo discipuli rapinam Servatoris fuisse peractam, quam ad locum profecti rem oculis suis usurparunt. Quum hi ergo monumentum ingressi linteamina sola viderunt, tunc crediderunt. Cuinam rei porro crediderunt, nisi Mariae verbis: tulerunt dominum meum? Propterea mox addit Iohannes: nondum enim sciebant scripturam, quod oporteret eum a mortuis resurgere.

IV.

Quomodo autem duo dicantur a Iohanne discipuli ad monumentum venisse, Petrus atque Iohannes; Lucas vero unum illuc progressum adfirmet; quaestio ita dissolvitur.

Magno semper erat fervore Petrus; quippe qui solus apostolorum dixerit Servatori: etiamsi me oportuerit mori tecum, non te negabo. Solus item voluerit supra fluctus ambulare. Solus responderit, dixeritque Iesu: tu es Christus filius Dei vivi: ideoque et solus discipulorum audiit: beatus es Simon bar-Iona. Quam ob rem primus quoque audet in monumentum introire, cum altero discipulo illuc profectus quem diligebat Iesus, ut ait Iohannes. Sed tunc quidem postquam audierat ex Magdalene sublatum de monumento corpus Domini, iverat cum altero discipulo. Mox cum eodem recessit, visis intra monumentum linteaminibus, reique verae certior factus. At vero secundum Lucam, aliis discipulis non credentibus, solus ipse credit mulierum adfirmationi dicentium se angelos vidisse. Etenim mulierum testimonio non discredens, rursus ad monumentum solus venit: rursusque intropiciens, sola linteamina ut antea vidit. Deinde abiit, secum ipse rem demirans. Scilicet rem gestam tacitus admirabatur, quia fervida mente erat, plurimumque studium prae omnibus demonstrabat, satagens atque discurrens; et ubique Servatorem apertis intuens animae oculis quaqueversus indagans et circumspiciens, spe sua non excidit, sed et ipse divina manifestatione dignus fuit. Rei testis idem evangelista Lucas, qui in subsequentibus dicit, revera surrexisse Dominum, et apparuisse Simoni. Consonat huic sacri apostoli testimonium ad Corinthios scribentis: visus est Cephae, et deinde undecim. Cephas autem ipse Simon est ac Petrus; cui etiam ante alios undecim solus soli apparuit Servator, propter summam eius prae omnibus sedulitatem.

Δ.

Τὸ δὲ πῶς δύο παρὰ τὸν Ἰωάννην μαθητῶν ἐλθόντων, εἰς τὸ μνημεῖον, Πέτρου καὶ Ἰωάννου, ὁ Λουκᾶς ἕνα μόνον φησὶν ἀπηντηκέναι, οὕτως ἂν λυθείη. Cod. A. f. 312. b.

Πολὺς ἦν ὁ Πέτρος ἀεὶ τῇ προθυμίᾳ, ὡς μόνον παρὰ τοὺς ἀποστόλους εἰπεῖν τῷ σωτῆρι, κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι· καὶ μόνον πάλιν ἐπιβῆναι τοῖς κύμασιν ἀξιῶσαι· καὶ μόνον ἀποκρίνασθαι καὶ εἰπεῖν αὐτῷ, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· διὸ καὶ μόνος τῶν μαθητῶν ἀκούει, μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ· διὸ καὶ πρῶτος τολμᾷ εἰσιέναι εἰς τὸ μνημεῖον σὺν τῷ ἑτέρῳ μαθητῇ ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς ἐλθὼν κατὰ τὸν Ἰωάννην· ἀλλὰ τότε μὲν παρὰ τῆς Μαγδαληνῆς ἦρθαι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἀπὸ τοῦ μνημείου μεμαθηκὼς, ἀπήντα ἅμα τῷ ἑτέρῳ μαθητῇ· εἶτα ἀνεχώρει σὺν αὐτῷ, τὰ ὀθόνια εἴσω τοῦ μνήματος τεθεαμένος καὶ πιστεύσας· κατὰ δὲ Λουκᾶν, τῶν ἄλλων ἀπιστούντων μαθητῶν, μόνος αὐτὸς πάλιν πιστεύει ταῖς λεγούσαις ταῖς γυναιξὶν ἑωρακέναι τοὺς ὀφθέντας ἀγγέλους· οὐ γὰρ ἀπιστήσας δὲ ταῖς τῶν γυναικῶν μαρτυρίαις, παλινδρομαῖος ἐπὶ τὸ μνημεῖον μόνος παραγίνεται· καὶ αὖθις παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια μόνα ὡς καὶ τὸ πρότερον· εἶτα ἀπήει, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός· καὶ νῦν μὲν ἀπήει θαυμάζων τὸ γεγονὸς, ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν τῇ προθυμίᾳ καὶ πλείονα σπουδὴν παρὰ πάντας ἐπεδείκνυτο, σπεύδων καὶ περιτρέχων, καὶ πάντη τὸν σωτῆρα περιαθρῶν ἀνεῳγόσι τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, πανταχοῦ δὲ ζητῶν καὶ περιβλεπόμενος, οὐκ ἠτύχησε τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀξιοῦται τῆς αὐτοῦ θεοφανείας· τούτου μάρτυς ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς ὧδέ πη προϊὼν ἑξῆς καὶ λέγων ὅτι ὄντως ἠγέρθη ὁ κύριος καὶ ὤφθη Σίμωνι· συμμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἱερὸς ἀπόστολος ὧδε Κορινθίοις γράφων *, ὅτι ὤφθη Κεφᾷ, εἶτα τοῖς ἕνδεκα. Κεφᾶς δὲ αὐτὸς ἦν Σίμων ὁ καὶ Πέτρος, ᾧ καὶ πρὸ τῶν ἕνδεκα μόνος μόνῳ ὤφθη ὁ σωτὴρ, τῆς παρὰ πάντας ὑπερβαλλούσης αὐτοῦ χάριν σπουδῆς.

* I. Cor. XV 5.

V.

Insuper aliquis sciscitabitur quomodo apud Matthaeum Maria Magdalene cum eiusdem nominis altera vidisse extra monumentum insi-

E.

Ἔτι ζητήσειεν ἄν τις πῶς παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μετὰ τῆς ὁμωνύμου ἑωρακέναι ἐκτὸς τοῦ μνήματος ἐπικαθή- Cod. A. f. 313.

μενον τῷ λίθῳ ἕνα μόνον ἄγγελον εἴρηται· κατὰ δὲ τὸν Ἰωάννην εἴσω τοῦ μνήματος ἀγγέλους δύο θεωρεῖ καθημένους· κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ἀπήντων ταῖς γυναιξί· κατὰ δὲ τὸν Μάρκον νεανίσκος ἦν αὐτοῖς ὁρώμενος.

Τὰ μὲν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ Ματθαίῳ λύσεως ἂν τύχοι τοιαύτης· ἡγοῦμαι γὰρ προηγεῖσθαι μὲν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἱστορίαν, τῆς παρὰ τῷ Ματθαίῳ, καὶ τὴν Μαγδαληνὴν τὸ πρῶτον ἐλθοῦσαν τοὺς δύο ἀγγέλους εἴσω τοῦ μνήματος καθεζομένους ἰδεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα δεύτερον ἐπιστᾶσαν τῷ αὐτῷ τόπῳ μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας τὸν ἐπικαθήμενον τῷ λίθῳ ἄγγελον ἑωρακέναι· ἢ τάχα ἕτερος μὲν ὁ παρὰ Ματθαίῳ ἄγγελος, ἕτερος δὲ καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ τόπος τῆς τοῦ ἀγγέλου θέας· ἕτεροι δὲ καὶ ἄγγελοι αὐτοῦ οἱ πρὸς τὰς γυναῖκας· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ δύο ἄγγελοι οἱ εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντες ἕτεροι εἰσὶ παρὰ τὸν ἔξω πρὸ μνήματος ἐπὶ τῷ λίθῳ καθεζόμενον παρὰ τῷ Ματθαίῳ· εἰ μὲν γὰρ τοῦ Ματθαίου ὀψὲ σαββάτων εἰρηκότος, καὶ ἕνα πρὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου καθήμενον ἐπὶ τῷ λίθῳ ἱστορηκότος, φυλάξας ὁ Ἰωάννης τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ τὸν αὐτὸν τόπον εἰρήκει ὀψὲ σαββάτων, πρὸ τῆς θύρας τοῦ μνήματος ἐπὶ τῷ λίθῳ δύο καθεζομένους ὁρᾶσθαι, ἦν ἀληθῶς διαφωνίαν αἰτιᾶσθαι· καὶ ὁ Ματθαῖος ὡσαύτως εἰ ὁμοίως Ἰωάννῃ τὴν πρωϊνὴν ὥραν τηρήσας, εἴσω τοῦ μνήματος καὶ αὐτὸς οὐ δύο ἀγγέλους ἀλλ᾽ ἕνα ἔφησε τεθεωρῆσθαι, τἀναντία ἔδοξεν ἂν εἰκότως συγγράφειν· εἰ δ᾽ ἀφώρισαν οἱ εὐαγγελισταὶ καὶ τοὺς χρόνους καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰ πρόσωπα τῶν θεωμένων καὶ τοὺς τῶν ἀγγέλων λόγους, οὐκ ἄν τις εὐλόγως μέμψαιτο διαφωνίαν τῆς γραφῆς, ἀληθευούσης ἑκάστης κατὰ τὸν οἰκείας ἱστορίας λόγον, διαφόρων τὲ πραγμάτων ὑφήγησιν δηλούσης· ἀλλ᾽ οἱ μὲν παρὰ τοῖσδε τοῖς εὐαγγελισταῖς ἄγγελοι, καὶ τοῦ σωτῆρος αἱ μετὰ τὴν ἀνάστασιν θεοφάνειαι, παρὰ μόνοις τούτοις ὡς ἂν παρὰ κρείττοσι καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος αὐτόπταις τὲ καὶ αὐτηκόοις φερόμεναι, ταύτην σώζοιεν ἂν τὴν ἀκολουθίαν· οἱ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ δύο ἄνδρες ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ ὀφθέντες, διὰ τὰ τῆς ἑορτῆς σύμβολα· καὶ ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ νεανίσκος λευκὴν περιβεβλημένος καὶ αὐτὸς στολὴν, δεξιός τε ἀλλ᾽ οὐκ ἀριστερὸς ἑωραμένος, τῷ τε φαιδρὰ καὶ δεξιὰ ταῖς γυναιξὶν εὐαγγελίζεσθαι, πάλιν ἕτεροι ἂν εἶεν καὶ αὐτοὶ, ἀλλήλων τὲ καὶ τῶν παρὰ τοῖς πρώτοις· διὸ οὐδὲ ἀγγέλους αὐτοὺς οἶδε ὠνόμασαν, ἐπεὶ μηδὲ τῶν τοῦ σωτῆ-

dentem lapidi unum tantummodo angelum dicatur: secundum Iohannem autem intra monumentum angelos duos sedentes aspexerit: at vero secundum Lucam duo viri mulieribus occurrerint: denique secundum Marcum iuvenis ab ipsis conspectus fuerit?

Dictorum apud Iohannem atque Matthaeum haec esto solutio. Arbitror enim praecessisse ea, quae narrat Iohannes, iis quae Matthaeus; et Magdalenem in primo adventu angelos duos intra monumentum sedentes vidisse. Postea ad eundem locum rursus progressam cum alia Maria, insidentem lapidi angelum spectavisse, Vel etiam fortasse alius est apud Matthaeum angelus, aliud tempus, locusque quo angelus visus fuit: alii item angeli apud eum mulieribus oblati: pariterque duo apud Iohannem angeli intra monumentum sedentes, diversi credendi sunt ab illo qui extra monumentum lapidi insidebat, ut narrat Matthaeus. Nam si, quum Matthaeus dicat sero sabbatorum, unumque ante ostium monumenti sedentem in lapide, Iohannes eodem retento tempore ac loco, dixisset: sero sabbatorum, ante ostium monumenti duos lapidi insidentes conspectos, vere oporteret dissonantiam causari. Item si Matthaeus aeque ac Iohannes matutinam horam adfirmans, intra monumentum ipse quoque non duos angelos sed unum visum adfirmaret, contraria videretur merito scribere. Verum enimvero si distinxerunt evangelistae tempora, et modos, et personas spectantium, nec non angelorum sermones, nemo rationabiliter dissonantiam scripturae accusabit, quum singulae narrationes suo quaeque modo verae sint, et diversarum rerum faciant expositionem. Sed apud istos evangelistas (Matth. et Ioh.) angeli, et Servatoris post resurrectionem apparitiones, apud hos inquam solos, velut apud potiores, et ipsius Servatoris spectatores et auditores relatae, hunc ordinem teneant. Duo vero apud Lucam viri in veste fulgente visi, sollemnitatis symbola sint: itemque iuvenis apud Marcum stola candida et ipse coopertus, in dextra non autem sinistra parte conspectus, laeta et dextra mulieribus nuncians; et hi, inquam, diversi habeantur tum a se invicem, tum a primis. Quamobrem ne angelos quidem hos nominaverunt, neque Servatoris visiones me-

morarunt; sed potioribus se Matthaeo ac Iohanni potiora scribere et historiae commendare permiserunt: ipsi vero secunda narrarunt, et quae post priora narrata evenerant: omissis autem quae testes visuales iam dixerant, ipsi ab his silentio praeterita suppleverunt; quae quidem secunda erant, multoque priore historia inferiora: sic nimirum sancto Spiritu congruas singulis suggerente narrationes.

VI.

Quae igitur apud Lucam valde mane ad monumentum venerunt mulieres, parata ferentes aromata, diversae ab iis erunt quae apud Matthaeum ac Iohannem memorantur. Neque enim rationabile est, Marias quae talia ante viderant, nunc primum aromata deferre, quasi nondum resurrectionem novissent. Manifeste videlicet his quae dicit denotat, quod et visi angeli diversi fuerint ab antea spectatis; et locus ubi sunt visi, item diversus; neque enim intra monumentum erant, ut Iohannes docuit; neque lapidi insidentes, ut ille apud Matthaeum angelus: neque angelos diserte appellavit eos Lucas, sed duos viros, quamquam ipsos quoque in veste fulgente, ob sollemnitatis indicium: item horum sermones ad mulieres sunt peculiares: et mulieres plures numero sunt, quam duae apud Matthaeum Mariae, sed illae omnino quae Iesum comitatae fuerant ex Galilaea. Et hae quidem segniores, neque par studium prae se ferentes illis quae noctu perseveraverant apud sepulcrum adsiduae. Contestatur vero Matthaeus Magdalenae et alteri Mariae vigorem multum atque constantiam, dicens post Servatoris passionem sic: erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes contra sepulcrum. Sed hae quidem ipsa die parasceves sedebant coram sepulcro: ideoque et celerius vident boni eventus nuncium, deinde ipsum vitae auctorem. Illa vero apud Iohannem, et ipsa quoque primo videt angelos, et postea Servatorem ipsum: neque hae tamen aromata ferebant, neque ob eam rem curandam iverant. Sed illae demum quae ex Galilaea Iesum subsecutae fuerant, multaeque apud Lucam feruntur, die parasceves de loco rever-

ρος ὀπτασιῶν ἐμνημόνευσαν τοῖς κρείττοσιν ἢ καθ' ἑαυτοὺς Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ τὰ κρείττονα γράφειν καὶ ἱστορεῖν παρακεχωρηκότες· αὐτοὶ δὲ τὰ δεύτερα διηγούμενοι, καὶ τὸ χρόνῳ τὰ μετὰ τὴν τῶν πρώτων μνήμην ὕστερον πεπραγμένα, παρῆεσαν μὲν τὰ παρὰ τοῖς αὐτόπταις εἰρημένα, ἀντανεπλήρουν δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις σεσιγημένα· ἃ δὴ δεύτερα ἦν καὶ μακρῷ λειπόμενα τῆς τῶν προτέρων ἱστορίας· οὕτω τοῦ ἁγίου πνεύματος διανείμαντος τὰς πρεπούσας ἑκάστῳ καὶ καταλλήλους διηγήσεις.

ϛ.

Αἱ γοῦν παρὰ τῷ Λουκᾷ ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐλθοῦσαι γυναῖκες καὶ φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, ἕτεραι ἂν εἶεν τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ Ἰωάννῃ· οὐ γὰρ ἂν ἔχοι λόγον τὰς τοσαῦτα προτεθεαμένας Μαρίας ἄρτι πρῶτον ἀρώματα φέρειν, ὡς μήπω τὴν ἀνάστασιν προμεμαθηκυίας· σαφῶς γὰρ δι' ὧν φησὶ δείκνυσι ὅτι καὶ οἱ ὀφθέντες, ἕτεροι παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν δεδηλωμένους· καὶ ὁ τόπος ἔνθα ὤφθησαν ἕτερος· οὔτε γὰρ εἴσω τοῦ μνήματος ἦσαν ὡς ὁ Ἰωάννης ἐδίδαξεν, οὔτε ἐπὶ τὸν λίθον καθεζόμενοι, ὡς ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἄγγελος· ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὠνόμασεν ἀγγέλους ὁ Λουκᾶς, δύο δὲ ἄνδρας, πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, διὰ τὰ τῆς ἑορτῆς σύμβολα· καὶ οἱ λόγοι δὲ αὐτῶν οἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ἰδιάζουσι· καὶ αἱ γυναῖκες δὲ πλείους ἦσαν, ἀλλ' οὐχ ἡ παρὰ τῷ Ματθαίῳ δύο Μαρίαι, ἀλλ' ἅπαξ ἁπλῶς αἱ συνελθοῦσαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας· ὀλίγωροι δὲ καὶ αὗται, οὐδὲ τοσαύτην ἐνδειξάμεναι σπουδὴν ὅσην αἱ διὰ νυκτὸς καρτερήσασαι καὶ παραμείνασαι τῷ μνημείῳ· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Ματθαῖος τῇ Μαγδαληνῇ καὶ τῇ ἄλλῃ Μαρίᾳ εὐτονίαν πολλὴν καὶ παραμονὴν, λέγων μετὰ τὸ πάθος αὐτοῦ ταῦτα· ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἄλλη Μαρία, καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου· ἀλλ' αὗται μὲν τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρασκευῆς παρεκάθηντο ἀντικρὺ τοῦ μνήματος· διὸ καὶ θᾶττον ὁρῶσι πρῶτον μὲν τὸν τῶν ἀγαθῶν ἄγγελον, εἶτα καὶ αὐτὸν τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν· ἡ δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, καὶ αὕτη τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ἀγγέλους, μετὰ δὲ τούτους καὶ αὐτὸν τὸν σωτῆρα θεωρεῖ· οὐ μὴν ἀρώματα ἔφερον αὗται, οὐδὲ περὶ ταύτην κατεγίνοντο τὴν σπουδήν· αἱ δὲ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἀκολουθήσασαι αὐτῷ γυναῖκες πολλαὶ οὖσαι κατὰ τὸν Λουκᾶν τῇ μὲν παρασκευῇ ὑποστρέψασαι, ἡτοίμασαν τὰ ἀρώματα, ἅτε δὴ μηδὲν μηδέπω προμα-

θοῦσαι περὶ τῆς ἀναστάσεως· διὸ ταύταις μὲν δύο ἄνδρες ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ φαίνονται καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐαγγελίζονται· οὐκέτι δὲ αὐταῖς ὁ σωτὴρ ὤφθη, ὥσπερ οὖν τῇ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ταῖς παρὰ τῷ Ματθαίῳ· ὥστε ἰδιάζουσαν ἡγεῖσθαι προσήκει τὴν ἱστορίαν· κατὰ δὲ τὸν Μάρκον λίαν πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου ἄλλαι πάλιν αὗται, καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ πάλιν, αἳ καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτὰς τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον; καὶ ἔρχονται καὶ εὑρίσκουσιν ἀποκεκυλισμένον, καὶ εἰσελθοῦσαι εἶδον νεανίσκον· ἔνθα πάλιν ἐπὶ τοῦ Λουκᾶ ἄνδρες ἀλλ᾽ οὐ ἄγγελοι, οὕτω ὡς καὶ νῦν οὐκ ἄγγελος ὠνόμασται ἀλλὰ νεανίσκος· ὥστε καὶ ταύτην ἀφωρισμένην εἶναι τὴν διήγησιν, καὶ τὸν ὀφθέντα ἕτερον, καὶ τὰς ἀφικομένας ἄλλας, καὶ τὸν καιρὸν ὁμοίως τὸν μετὰ ἡλίου ἀναλολάς· ὃς εἰ μὲν καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ τετήρητο, εὐλόγως ἄν τις τοὺς παρ᾽ αὐτῷ δύο ἄνδρας ἀπήτει, καὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους· εἰ δ᾽ ὁ Λουκᾶς τὸν πρὸ ἡλίου ἀνατολῆς καιρὸν προὔλαβεν, εἰκότως καὶ τοὺς τότε ὀφθέντας δύο ἄνδρας, ἀλλ᾽ οὐ τὸν νεανίσκον ἱστορεῖ.

sae, paraverunt aromata, quippe quae nullum resurrectionis indicium cognoverant. Idcirco his duo viri in veste fulgente adstant, nunciantque resurrectionem. Nondum his tamen Servator apparuit, sicut illi apparuerat apud Iohannem, et illis apud Matthaeum; ita ut peculiarem hanc oporteat historiam existimare. Denique secundum Marcum valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Aliae pariter hae sunt, alioque pariter tempore; quae et dicebant ad invicem: quis revolvet nobis lapidem? veniuntque, et revolutum comperiunt, et ingressae iuvenem vident; ita ut haec etiam diversae rei narratio sit, et alius qui visus est, et aliae quae venerunt, et similiter diei tempus post solis ortum: quae temporis notatio si eadem apud Lucam fieret, recte lector a Marco requireret et viros duos, et eosdem sermones. Nunc quum Lucas diei horam ante solis ortum praeoccuparit, merito et illos qui visi sunt duos viros dicit, non autem unum iuvenem narrat.

Z.

Cod. A. f. 313. Τεττάρων δὲ ὄντων τῶν εὐαγγελιστῶν, ἰσάριθμοι τούτων καὶ αἱ πρὸς αὐτῶν ἀναγραφεῖσαι φαίνονται ὀπτασίαι· οἵ τε καιροὶ τέσσαρες, καὶ οἱ καθ᾽ ἕκαστον καιρὸν ὀφθέντες, ἰδιάζοντες· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ θεώμεναι, διάφοροι· καὶ οἱ τῶν ὀφθέντων αὐτοῖς λόγοι, διαλλάττοντες· πρῶτος μὲν γὰρ ἦν καιρὸς ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὀψὲ σαββάτων λεγόμενος· τέταρτος δὲ καὶ τελευταῖος ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ ἡλίου ἀνατείλαντος ἱστορηθείς· μέσοι δὲ ὅ τε παρὰ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ὁ παρὰ τῷ Λουκᾷ· διὸ καὶ οἱ ὀφθέντες κατὰ καιρὸν ἰδιάζοντες· ὀψὲ μὲν γὰρ σαββάτων ἄγγελος εἷς ἐκ τοῦ μνήματος· μεθ᾽ ὃν καὶ αὐτὸς ὁ σωτήρ· πρωῒ δὲ ἔτι σκοτίας οὔσης, εἴσω τοῦ μνήματος ἄγγελοι δύο· μεθ᾽ οὓς πάλιν ὁ αὐτὸς σωτήρ· ὄρθρου δὲ βαθέος ἕτεροι κατὰ τὸν Λουκᾶν δύο ἄνδρες ὠνομασμένοι οὐκ εἴσω τοῦ μνήματος ὀφθέντες· εἶθ᾽ ὕστερον ἁπάντων ὁ νεανίσκος, ὁ ταῖς ἡλίου ἀνατείλαντος ἀφικομέναις τεθεαμένος· εἰ μὲν οὖν ἕνα καιρὸν εἰρηκότες οἱ πάντες καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγράψαντες τόπον, οὐ τὰς αὐτὰς ἐπιφανείας ἐδήλουν, κἂν εὐλόγως ἄν τις ἐμέμψατο· εἰ δ᾽ ἀφώρισαν τοὺς χρόνους, ἐνειμάν τε καθ᾽ ἕκαστον χρόνον καὶ τόπον ἰδιά-

VII.

Iam quia quatuor evangelistae sunt, pari numero comperimus apud ipsos scriptas visiones; tempora item quatuor; et illi item qui singulis temporibus apparuerunt, singulares sunt: diversae quoque videntes mulieres, et apparentium ipsis sermones variant. Primum fuit tempus quod scribit Matthaeus, sero sabbatorum dicens. Quartum et ultimum apud Marcum orto iam sole decurrens. Media sunt tempora apud Iohannem atque Lucam. Propterea et visi angeli peculiares sunt. Nam sero sabbatorum, angelus unus ex monumento, post quem et ipse Servator. Mane autem dum tenebrae adhuc essent, intra monumentum angeli duo; post quos denuo Servator. Valde mane vero alii secundum Lucam duo viri nominati, haud intra monumentum conspecti. Demum postremus omnium iuvenis qui venientibus orto sole mulieribus se obtulit. Si ergo unum cuncti idemque tempus scripsissent, eundemque designassent locum, neque tamen easdem apparitiones exposuissent, merito fortasse aliquis censuram exerceret. Sed quum tempora distinxerint, et unicuique tem-

pori locum proprium accommodaverint, sequitur ut diversas quoque apparitiones descripserint. Sicut contra, si unam cuncti apparitionem commemorassent, unumque dixissent angelum, aut duo concorditer angelos, vel item duos viros, aut iuvenem unum; tum deinde tempora variassent, nec unum denotassent locum; ita quoque reprehensioni locus esset. Nunc sermo praecipuus et invariabilis manet, diversis temporibus locisque variantes visiones sistens, et harum spectatrices, item diversas, duas illas priores diversas a secunda, tertiasque similiter a quartis differentes. Nimirum post iuvenis cum postremis mulieribus colloquium, quarum nomina non ponuntur, pergit dicere Marcus: quo audito fugerunt, et nemini quidquam dixerunt, timebant enim. Hae nempe fuerunt eiusmodi, pavidae ac nimis formidolosae, in tantum ut ne iuveni quidem ascultarint dicenti eis: ite et dicite discipulis eius et Petro: ecce praecedit vos in Galilaeam. His enim auditis sermonibus, contrarium fecerunt. At illae apud Lucam, de monumento reversae, nunciaverunt haec omnia undecim. Similiter et apud Iohannem mulier venit ad discipulos rerum quas viderat nuncia. Solae illae apud Marcum postremae supervenientes, vereque serotinae, ita ut post ortum illuc pervenerint: neque Servatorem videre dignae fuerunt, neque unum fulgentem angelum, neque duos intra monumentum, neque illos quos viros dicit Lucas: quendam tantummodo iuvenem aspexerunt candida stola coopertum; congruam exiguae ipsarum menti visionem consecutae: et hunc albatum festi causa spectantes, tamen admiratae sunt; sic enim de his Marcus testatur; quamquam in prioribus nulla stuporis mentio est. Age vero Magdalenam constanter in loco perseverantem, credibile est non priores tantum apparitiones vidisse angelorum qui sibi uni occurrerant, sed et illum apud Marcum reliquis mulieribus conspectum iuvenem. Idem dicas licet etiam de historia apud Lucam, qui post multarum mulierum adventum, et post duorum virorum ipsis oblatorum visionem, pergit dicere, quod regressae de monumento, haec omnia renunciaverint discipulis undecim. Post quae ait: erant autem Maria Magdalene, et reliqua. Quippe haud est

ζοντα, ἀκολούθως δὲ διαφόρους καὶ τὰς ὀπτασίας ἀνέγραψαν· ὡς εἴπερ ἦσαν μιᾶς μὲν οἱ πάντες ἐπιφανείας μνημονεύσαντες, καὶ ἕνα φάντες ἄγγελον ὦφθαι ἢ δύο συμφώνως ἀγγέλους εἰρηκότες, ἢ αὖ πάλιν δύο ἄνδρας ἢ νεανίσκον ἕνα· εἶτα τοὺς καιροὺς διήλλαττον, ἢ μὴ τοὺς αὐτοὺς ἐδήλουν τόπους, ἦν ἂν καὶ οὕτως μέμψασθαι· νῦν δ' ὁ λόγος ἀκριβὴς μένει καὶ ἀδιάβλητος ἐπὶ καιροῖς διαφόροις καὶ τόποις ἐναλλαττούσας τὰς ὀπτασίας εἰσάγων, καὶ τὰς τούτων θεωροὺς πάλιν διαφόρους, ἑτέρας μὲν τὰς δύο πρώτας, παρὰ τὴν δευτέραν· καὶ τὰς τρίτας δὲ ὡσαύτως ἑτέρας τῶν τετάρτων· αὐτίκα δ' οὖν μετὰ τὴν τοῦ νεανίσκου πρὸς τὰς τελευταίας γυναῖκας ὁμιλίαν, ὧν τὰ ὀνόματα οὐκ ἐμφέρονται, ἐπιλέγει ὁ Μάρκος, καὶ ἀκούσασαι ἔφυγον, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, ἐφοβοῦντο γάρ· αὗται μὲν οὖν τοιαῦται καὶ ἔμφοβοι καὶ λίαν δειλαὶ, ὡς μηδὲ πεισθῆναι τῷ νεανίσκῳ φάντι πρὸς αὐτὰς, ὑπάγετε καὶ εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· τούτων γὰρ ἀκούσασαι τῶν λόγων, τοὐναντίον διεπράξαντο· αἱ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἀποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνήματος ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀπαγγέλλουσα ἃ ἑώρακε· μόναι δὲ αἱ παρὰ τῷ Μάρκῳ πασῶν ὕσταται ἐλθοῦσαι, καὶ ἀληθῶς ὀψισθεῖσαι, ὡς μετὰ ἀνατολὴν ἡλίου ἐπιστῆναι, οὔτε τὸν σωτῆρα θεάσασθαι καταξιοῦνται, οὔτε τὸν ἄγγελον τὸν ἐξαστράπτοντα, οὔτε τοὺς δύο τοὺς εἴσω τοῦ μνήματος, οὔτε τοὺς δύο τοὺς παρὰ τῷ Λουκᾷ ἄνδρας· ψιλὸν δέ τινα νεανίσκον εἶδον περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, ἀναλόγως τῇ τῆς διανοίας αὐτῶν σμικρότητι τὴν ὀπτασίαν ἰδοῦσαι· καὶ τοῦτον δὲ λευχειμονα τῆς ἑορτῆς χάριν θεασάμεναι, ὅμως ἐθαυμάσθησαν· τοῦτο γὰρ ἐμαρτύρησεν αὐταῖς ὁ Μάρκος· καίτοι γε ἐπὶ τῶν προτέρων μηδαμοῦ τοῦ θάμβους ὠνομασμένου· τὴν Μαγδαληνὴν δὲ σχολάζουσαν καὶ προσκαρτεροῦσαν, εἰκὸς οὐ μόνον τὰς πρώτας ὄψεις τεθεᾶσθαι τῶν αὐτῇ μόνῃ ὀφθέντων, ἀλλὰ καὶ τὸν παρὰ τῷ Μάρκῳ ταῖς λοιπαῖς γυναιξὶν ἑωραμένον νεανίσκον· ταυτὸν δ' ἂν εἴποις καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Λουκᾶν ἱστορίας, ὃς μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν πολλῶν γυναικῶν, καὶ μετὰ τὴν θέαν τῶν ὀφθέντων αὐταῖς δύο ἀνδρῶν διηγεῖται λέγων, καὶ ἀποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα· οἷς ἐπιφέρει, ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐκ

απεικὸς μὲν γὰρ ἦν, καὶ νῦν πάλιν τὴν Μαγδαληνὴν πάλαι προαφιγμένην καὶ παραμείνασαν εὐτόνως παρὰ τῷ μνήματι εὑρῆσθαι, ὅτε πολλαὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας συνελθοῦσαι γυναῖκες ἀπήντων ἐπὶ τὸν τάφον φέρουσαι τὰ ἀρώματα, ὥστε καὶ αὐτὴν ἅμα ταῖς λοιπαῖς τοὺς δύο ἄνδρας τεθεᾶσθαι, καὶ τῶν λόγων αὐτῶν ἀκηκοέναι· εἶτα σὺν ταῖς πολλαῖς ἐπανελθεῖν καὶ διηγεῖσθαι τοῖς ἕνδεκα· δύναται δὲ καὶ ἄλλως ὁ λόγος, τὰ μὲν πρῶτα ταῖς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας γυναιξὶν ἀπονεῖμαι, λέγω δὴ τὴν εἰς τὸ μνῆμα ἄφιξιν, καὶ τὴν τῶν ἀρωμάτων κομιδὴν, τήν τε γενομένην αὐταῖς τῶν δύο ἀνδρῶν ἐπιφάνειαν, καὶ τοὺς τούτων πρὸς αὐτὰς λόγους· τὴν μὲν οὖν ἀπαγγελίαν τὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα μηκέτι παρ' αὐτῶν μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ παρὰ πασῶν, ἑκάστης ἃ τεθέατο διηγημένης· ἐν αἷς πάλιν τὴν Μαγδαληνὴν εἶναι μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ αὐτὴν τοῖς μαθηταῖς ἀπαγγέλλουσαν τὰ ἰδίως μόνῃ αὐτῇ ἑωραμένα.

inverisimile, nunc iterum Magdalenam (quae antea prima iverat, fortiterque illic perseveraverat) apud monumentum fuisse compertam, cum illae plures ex Galilaea convenientes mulieres ad sepulcrum venerunt aromata ferentes: ita ut ipsa quoque cum ceteris duos viros viderit, eorumque verba audiverit; et deinde cum illis regressa rem undecim enarraverit. Verumtamen et aliter proponi explanatio potest: nempe ut res priores mulieribus galilaeis tribuamus, adventum dico ad sepulcrum, et aromatum advectionem, et oblatam ipsis duorum virorum visionem, et horum ad ipsas sermones. At nuncium discipulis undecim delatum nequaquam ab his feminis solis fuisse, sed a cunctis simul, dum unaquaeque ea quae viderat referret; quas inter, credendum est Magdalenam fuisse, cum reliquis et ipsam discipulis nunciantem ea quae solitatim et singulariter viderat.

H.

Cod. A. f. 313. b. Ἐγὼ δὲ κἀκεῖνο ζητῶ, πῶς παρὰ μὲν τῷ Μάρκῳ εἴρηται, ὡς ἄρα διαγενομένου τοῦ σαββάτου ἡτοίμασαν ἀρώματα, παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ πρὸ τοῦ σαββάτου τοῦτ' ἔπραξαν ἐν αὐτῇ τῇ παρασκευῇ.

Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς προτέροις συμπεπλεγμένον ζητήμασι, τῆς ὁμοίας ἐκείνοις τύχοι ἂν ἑρμηνείας· ἀποδεικνύντων δὲ ἡμῶν μὴ εἶναι τὰς αὐτὰς, ἀλλ' ἑτέρας μὲν τὰς πρὸ τοῦ σαββάτου ἐν αὐτῇ τῇ παρασκευῇ, καθ' ἣν πέπονθεν ὁ σωτὴρ, περὶ τὴν κηδείαν ἀσχοληθείσας, ἑτέρας δὲ τὰς μετὰ τὸ σάββατον· σαφῶς γὰρ ταύτας Λουκᾶς μεμαρτύρηκε κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους ταῦτα πεποιηκέναι, οὐδαμῶς ὀνόματος γυναικῶν μνημονεύσας, ἀλλ' ἁπλῶς γυναῖκας εἰπὼν τὰς συνελθούσας αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας· ὁ δὲ Μάρκος ὀνομαστὶ τρεῖς μόνας ἀνέγραψε καθ' ἑαυτὰς πρόνοιαν πεποιημένας τῶν ἀρωμάτων, οὐ τῇ παρασκευῇ, ἀλλὰ μετὰ διαγενέσθαι τὸ σάββατον· ἑτέρας δὲ εἶναι ταύτας παρὰ τὰς παρὰ τῷ Λουκᾷ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπαγόμενα δείκνυσιν· αὗται μὲν οὖν γυναῖκες παρὰ τῷ Μάρκῳ τὸν νεανίσκον ὁρῶσι καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ὃς καὶ φησὶν αὐταῖς, μὴ φοβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν ναζαρηνόν· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ταῖς δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ δύο ἄνδρες ἐπέστησαν ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, καὶ ἑτέρας προφέρονται φωνὰς λέγοντες, τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; καὶ

VIII.

Ego vero et illud quaero, quomodo apud Marcum dictum sit, quod cum sabbatum transisset, aromata paraverint; apud Lucam vero ante sabbatum id agant, ipsa parasceves die.

Haec quoque superioribus implicita quaestionibus, parem illis explanationem sortietur. Etenim nos demonstravimus, haud easdem esse sed alias quae ante sabbatum ipsa parasceves die, qua Dominus passus est, ad eam curam incubuerunt, alias vero quae post sabbatum: perspicue enim has Lucas testatur ipsa die passionis id egisse, nullius mulieris memorato nomine, sed simpliciter mulieribus memoratis, quae cum Iesu venerant de Galilaea. Marcus autem tres solas nominatim scripsit, aromatum simul curam gerentes, haud die parasceves, sed iam sabbato praeterlapso. Has porro diversas esse ab illis Lucae, sequentia quoque demonstrant. Hae nimirum apud Marcum mulieres iuvenem vident in dextra parte sedentem, qui et illis ait: nolite timere; Iesum quaeritis nazarenum; surrexit, non est hic. Illis autem apud Lucam duo viri adstiterunt in veste fulgente, et alia verba dicunt: cur quaeritis viventem, inter mortuos? et reliqua. Et

illae apud Marcum monitae mandata nunciare discipulis, nemini quidquam dixerunt. At illae Lucae profectae nunciaverunt discipulis undecim. Quare ex his omnibus colligitur, haud easdem fuisse mulieres, ideoque nec uno tempore ea quae in scriptis sunt, esse peracta.

τὰ ἑξῆς· καὶ αἱ μὲν παρὰ τῷ Μάρκῳ ἀκούσασαι τοῖς μαθηταῖς ἐπαγγεῖλαι τὰ παρηγγελμένα, οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, αἱ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ πορευθεῖσαι ἀπήγγειλαν τοῖς ἕνδεκα· ὡς διὰ τούτων ἁπάντων συνάγεσθαι, μὴ τὰς αὐτὰς εἶναι· διὸ μηδὲ ὑφ' ἕνα καιρὸν πεποιηκέναι τὰ ἀναγεγραμμένα.

IX.

« Haec illis loquentibus stetit Iesus in medio eorum, dixitque eis: pax vobis. » Heic ambiget aliquis, quomodo undecim discipulis simul congregatis, interveniens Dominus, secundum Lucam atque Iohannem id concorditer adfirmantes, nequaquam ab utroque paria fare et dicere scriptum fuerit.

Quod eandem visionem ambo evangelistae scribant una eademque et hora die et oblatam, in primis comprobandum est. Quod tibi exploratum fiet, si diligenter scripturam consideraveris. Nam cum Iohannes antea dixisset: una vero sabbatorum venit Maria Magdalena annuntians discipulis, se vidisse Dominum, et haec sibi dixisse; deinde subnectit dicens: cum sero esset die illa, congregatis discipulis, venit Iesus, stetitque in medio, et dixit eis: pax vobis. Quamobrem ex his manifeste constat, eadem dominica resurrectionis die, vespertino tempore acta esse quae Iohannes scribit. Item apud Lucam idem dies et hora invenictur. Ait enim ipse: una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum mulieres. Deinde quod visis angelis reversae nunciaverint discipulis quae viderant. Petrus autem festinanter ad monumentum occurrit, et linteamina videt. Atque haec valde diluculo contigerunt, resurrectionis die. Dicit mox continenter scriptura: et ecce duo ex ipsis ibant ipsa die in castellum. Erant autem Cleopas cum socio: quibuscum Iesus Emmauntem ingressus, accipiens panem benedixit; quo illis porrecto, disparuit. Deinde subdit: « et surgentes eadem hora regressi » sunt in Hierusalem, et invenerunt congre» gatos undecim. » Postea colloquentibus illis, stetit Iesus in medio eorum, et dixit eis; pax vobis, et reliqua. Demonstratum est itaque etiam a Luca, eandem fuisse diem; eandemque item horam fuisse inde comprobatur, quod Cleopas cum socio una die et

Θ.

« Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς » ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν· » Ἐνταῦθα τις ἀπορήσειε πῶς τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς ὁμοῦ συνηγμένοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπιστὰς ὁ κύριος κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ κατὰ Ἰωάννην συμφώνως ταῦτα ἀπομνημονεύσαντας, οὐκέτι παρ' ἀμφοτέροις ταυτὰ πράττων οὐδὲ φάσκων ἀναγέγραπται. Cod. A. f. 316. b.

Ὅτι τὴν αὐτὴν ὀπτασίαν οἱ δύο συνέγραψαν εὐαγγελισταὶ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν τε καὶ ἡμέραν γενομένην, παραστῆσαι δεῖ πρότερον· τοῦτο δ' ἂν γένοιτο φανερὸν ἐπιτηρήσαντί σοι ἀκριβῶς τὴν γραφήν· ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης προειπὼν, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν κύριον καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ, ἑξῆς ἐπισυνάπτει λέγων, οὔσης ὀψίας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ συνηγμένων τῶν μαθητῶν, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον καὶ εἶπεν, εἰρήνη ὑμῖν· ὥστ' εἶναι σαφὲς ἐκ τούτων ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν κυριακὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως ὀψίας ἦν πεπραγμένα τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· καὶ κατὰ τὸν Λουκᾶν ἡ αὐτὴ ἡμέρα καὶ ὥρα εὑρεθήσεται· λέγει γοῦν καὶ αὐτός· τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος, ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον αἱ γυναῖκες· εἶθ' ἑξῆς ὅτι ἰδοῦσαι ἀγγέλους, ἐπανῆλθον καὶ ἀπήγγειλαν τοῖς μαθηταῖς ἃ τεθέαντο. Πέτρος δὲ σπεύσας ἐπὶ τὸ μνῆμα ἀπαντᾷ, καὶ τὰ ὀθόνια θεωρεῖ· καὶ ταῦτα μὲν ὄρθρου βαθέος ἐγένετο, τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ· λέγει δὲ ἑξῆς ἐπισυνάπτουσα ἡ γραφή· καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ ἦσαν πορευόμενοι εἰς κώμην· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ τὸν Κλεόπαν· οἷς συνεισελθὼν εἰς τὴν Ἐμμαοῦν, λαβὼν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ ἐπιδιδοὺς αὐτοῖς ἀφανὴς ἐγένετο· εἶτ' ἐπιλέγει, καὶ ἀναστάντες ὑπέστρεψαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον ἠθροισμένους τοὺς ἕνδεκα· εἶτα ὁμιλούντων αὐτῶν ἔστη ὁ Ἰησοῦς ἐν μέσῳ, καὶ λέγει αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· δέδεικται τοίνυν καὶ ἀπὸ τοῦ Λουκᾶ, ὡς ἡ αὐτὴ ἐτύγχανεν ἡμέρα, καὶ ἡ αὐτὴ δὲ ὥρα συνίσταται ἀπὸ τοῦ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοὺς περὶ Κλεόπαν εἰς τὴν Ἐμμαοῦν γενέσθαι, κἀκεῖθεν ἐπανεληλ-

λυθέναι εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤδη που πάντως ἑσπέρας καταλαβούσης· εἶτα τὴν ἐπιφάνειαν γεγονέναι.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ παρ' ἀμφοτέροις πέφηνεν ὀπτασία, φέρε ἴδωμεν ὅπως ἕτερα μὲν παρὰ τῷ Λουκᾷ εἴρηται πράξας καὶ λαλήσας ὁ σωτὴρ, ἕτερα δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· ὁμοίως μὲν οὖν παρ' ἀμφοτέροις λέλεκται, ὡς ἄρα μέσος αὐτῶν στὰς εἶπεν αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν· ἀφωρισμένως δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ πρόσκειται ὅτι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοσαῦτα εἴρηται παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἀλλὰ τὰ ἑξῆς πάλιν παρ' ἀμφοτέροις συνᾴδει· παρὰ μὲν γὰρ τῷ Ἰωάννῃ μετὰ τὸ εἰρήνη ὑμῖν, ἐπιλέγεται, καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ· οὐ φέρεται δὲ ἡ αἰτία παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ὡς ἂν ἤδη λελεγμένη παρὰ τῷ Λουκᾷ· ἦν δὲ αὕτη τὸ νομίζειν αὐτοὺς πνεῦμα θεωρεῖν· ὅτι γε μὴν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ μαρτυρήσας ὁ Ἰωάννης, σύμφωνος ἂν εἴη τῷ καὶ τὴν αἰτίαν παραθεμένῳ· τούτοις ἑξῆς· ὁ μὲν Λουκᾶς φησὶν, ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; οἱ δὲ ἀπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος· ταῦτα δὲ Ἰωάννης οὐ συνέγραψεν· ἔνθα γενομένοις ἐπιστῆσαι προσήκει τὸν νοῦν, ὡς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, τὰς σεμνοτέρας καὶ θειοτέρας πράξεις τὲ καὶ διδασκαλίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, διὰ τοῦ Ἰωάννου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπεμνημόνευσε, τὰ δὲ ἀνθρωπινώτερα διὰ τῶν λοιπῶν συνέγραψεν· ὃ δὴ καὶ νῦν πεποίηκεν· ὡς γὰρ ἐνόμισαν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν σωτῆρα, μὴ αὐτὸν θεωρεῖν ἀλλὰ πνεῦμα, καὶ ὡς ἠπίστουν αὐτῷ, καὶ μετὰ τὸ δεῖξαι αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἀναγκαίως, ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν, αἰτήσας τί βρώσιμον, ἔφαγεν ἐνώπιον αὐτῶν· ταῦτα δὲ σωματικώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀπιστίαν τῶν ἀποστόλων κατηγοροῦντα, αὐτοῦ τε τοῦ σωτῆρος συμπεριφορὰν, πείθοντος αὐτοὺς καὶ σαφῶς παριστῶντος ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη, τῷ Λουκᾷ ὡς ἂν ὑποδεεστέρῳ 1) γράφειν τὸ πνεῦμα ὑπέβαλε· τὰ δὲ κρείττονα καὶ δυνάμεως ἐνθέου παραστατικὰ, διὰ τοῦ Ἰωάννου παρίστη, γράφοντος καὶ αὐτοῦ ἑξῆς ταῦτα, ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν κύριον· εἶπεν οὖν αὐτοῖς πάλιν εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς· καὶ τοῦτο εἰπὼν ἀνεφύσησε, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔχοι δ' ἂν ἀκολουθίαν ὁ παρ' ἀμφοτέροις λόγος, εἰ τὰ παρὰ τῷ Λουκᾷ, πρῶτα πεπρᾶχθαι

Emmaunte fuerit, et indidem Hierosolyma redierit, serotino prorsus tempore Exin factam apparitionem.

Quoniam itaque eadem apud utrumque evangelistam fit apparitio, age videamus quomodo alia dicatur loqui Servator et agere apud Lucam, alia apud Iohannem. Aeque igitur apud ambos dictum est, medium stantem inter eos Iesum dixisse: pax vobis. Singulatim vero apud Lucam additur existimasse eos spiritum se videre, et reliqua. Etiamsi vero haec apud Iohannem non dicuntur, rursus tamen sequentia apud utrumque consonant. Apud Iohanuem quidem post verba «pax vobis» additur: et hoc dicto ostendit eis manus ac latus suum. Non tamen ponitur apud Iohannem causa, quae iam a Luca dicta fuerat. Erat autem haec, quod ipsi existimarent se spiritum videre. Atqui dum manus latusque suum ostendisse Iesum testatur Iohannes, consonat utique illi qui rei causam attulit. Post haec, Lucas quidem ait, adhuc non credentibus illis prae gaudio, et mirantibus, dixisse illis: habetis hic aliquid quod manducetur? Illos autem partem assi piscis ei obtulisse. Ad hunc locum progressi mentem debemus intendere, ut etiam alibi, augustiores ac diviniores actus Servatoris nostri atque doctrinas Spiritum sanctum per Iohannem memorare solere; humaniores autem per reliquos evangelistas scripsisse; quod et hoc loco reapse fecit. Quia enim discipuli conspecto Servatore, putabant non ipsum sed spiritum se videre, et quia nondum ei credebant, etiamsi manus pedesque ostenderat, necessario propter eorum pervicacem incredulitatem, postulatam escam coram illis manducavit. Haec magis corporalia cum sint, gravemque apostolorum incredulitatem accusent, et ipsius Servatoris indulgentiam arguant, persuadentis eis ac demonstrantis se esse, Lucae utpote secundi ordinis homini scribenda Spiritus commisit: sed nobiliora et divinam virtutem comprobantia, per Iohannem exhibuit, qui et ipse mox scribit: gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum: pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Et quum haec dixisset insufflavit, et reliqua. Habebit autem

1) Minoris ordinis Lucas et Marcus, quatenus hi non fuerunt Domini Iesu spectatores et auditores.

nexum utriusque evangelistae oratio, si quae dicit Lucas, prius acta reputemus; mox narrata abs Iohanne copulemus. Adhuc enim illis non credentibus, escam postulavit; neque piscis esu contentus, sermones suos confirmat, priorem eis quae est apud Lucam doctrinam refricans. Postquam vero credentes, ipsum vere esse sibi persuaserant, iamque gaudio diffluerent, tunc secundo eis pacem, meliorem scilicet prima impertitus est; atque ut apostolatui parati essent mandavit, similes propemodum sui futuros ob operis similitudinem spondens. Mox consentanee Spiritum sanctum in eos inspiravit, utpote illius indigos ad mox dicendam denunciationem. Haec autem erat, posse illos peccata dimittere per sancti Spiritus virtutem. Atque ita ex ambobus evangelistis unus communis perficietur sermo; dum dicta apud Lucam, tacentur apud Iohannem; vicissimque in Iohannis scriptura traduntur, quae silentio Lucas premit: primo loco, ut diximus, quae sunt Lucae collocatis; deinde quae Iohannes ait, subnexis; eandem mentem sensumque, quae sunt apud utrumque, servantibus. Atque haec ita se habent.

X.

Quomodo apud Matthaeum quidem angelus visus mulieribus mandavit nunciare discipulis Iesum resurrexisse, illosque praecessurum in Galilaeam, ibique fore conspicuum. Similiter apud Marcum quoque a iuvene, quem in dextra parte sedentem viderunt, haec mulieribus dicta fuere. Apud Lucam vero in ipsa urbe Hierusalem congregatis discipulis undecim, et de resurrectionis negotio invicem referentibus, stetit Iesus in medio eorum, eosdemque adlocutus est, assique piscis partem coram ipsis comedit. Apud Iohannem denique in ipsa item Hierusalem non semel sed etiam iterum apparuit undecim, primo quidem ipsa resurrectionis die, sero: deinde post dies octo. Quomodo ergo secundum Lucam atque Iohannem toties eo a discipulis in ipsa Hierusalem viso, secundum Marcum atque Matthaeum mandatum iisdem per mulieres fuit ut in Galilaeam abirent, utpote illic eum visuris, non autem in urbe Hierusalem spectaturis?

λογισαίμεθα, εἶθ᾽ οὕτως μετ᾽ ἐκεῖνα συνάψομεν τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· ἔτι μὲν γὰρ ἀπιστούντων αὐτῶν καὶ τροφὴν ᾔτει, καὶ μὴ ἀρκεσθεὶς τῇ βρώσει τοῦ ἰχθύος, καὶ λόγους αὐτοὺς στηρίζει, τῆς προτέρας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκων διδασκαλίας κατὰ τὸν Λουκᾶν· ὅτε δὲ λοιπὸν πεισθέντες ἐπληροφορήθησαν αὐτὸν εἶναι ἀληθῶς, καὶ λοιπὸν χαρᾶς ἦσαν μεστοὶ, τότε δευτέραν αὐτοῖς εἰρήνην ἑτέραν καὶ κρείττονα παρὰ τὴν προτέραν δίδωσι, καὶ παρακελεύεται ἑτοίμους εἶναι εἰς τὴν ἀποστολὴν, μονονουχὶ ὁμοίους αὐτῷ καὶ αὐτοὺς ἔσεσθαι διὰ τοῦ ὁμοίου ἔργου ἐπαγγειλάμενος· εἶθ᾽ ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐμπνεῖ αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ἂν δεομένοις τούτου εἰς τὴν ἑξῆς ἐπιφερομένην ἐπαγγελίαν· αὕτη δὲ ἦν τὸ δύνασθαι ἀφιέναι ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμεως· καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν εὐαγγελιστῶν εἷς κοινωνὸς ἀπαρτισθήσεται λόγος, τῶν μὲν παρὰ τῷ Λουκᾷ λελεγμένων, σιωπηθέντων παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου γραφῇ παραδοθέντων, σιγῇ ταμιευθέντων παρὰ τῷ Λουκᾷ· καὶ πρώτων μὲν τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ λελεγμένων, ἑξῆς δὲ ἐκείνοις συναπτομένων τῶν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· οὕτω τε ἕνα νοῦν καὶ μίαν διάνοιαν σωζόντων τῶν παρ᾽ ἀμφοτέροις· ταῦτα μὲν ταύτῃ.

I.

Πῶς δὲ παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ἄγγελος ὀφθεὶς ταῖς γυναιξὶ παρήγγειλεν ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε· ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ ὁ νεανίσκος, ὃν εἶδον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ταῦτα εἶπε ταῖς γυναιξί· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἠθροισμένων κατὰ τὸ αὐτὸ τῶν μαθητῶν τῶν ἕνδεκα, καὶ τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἀλλήλοις ὑφηγουμένων, ἔστη μέσος αὐτὸς, καὶ προσδιαλέγεται, καὶ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε· καὶ κατὰ τὸν Ἰωάννην δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ πάλιν, οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ δεύτερον ὤφθη τοῖς ἕνδεκα, πρῶτον μὲν καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, ὀψίας· εἶτα μεθ᾽ ἡμέρας ὀκτώ· πῶς οὖν κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ τὸν Ἰωάννην τοσαυτάκις ὀφθέντος αὐτοῦ τοῖς μαθηταῖς ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὸν Μάρκον καὶ τὸν Ματθαῖον κελεύονται οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν γυναικῶν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπελθεῖν, ὡς ἐκεῖ αὐτὸν ὀψόμενοι, ἀλλ᾽ οὐ μέλλοντες αὐτὸν θεᾶσθαι ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ; Cod. A. f. 316. b.

Cod. A. f. 317. Ἔτι εἰ μὲν τοὺς ἕνδεκα μόνους μαθητὰς τοῦ
σωτῆρος ἡ τῶν εὐαγγελίων ἠπίστατο γραφὴ, καὶ
οὕτως εἶπεν ἄν τις μηδὲν τὸν λόγον λείπειν, εἰ
τέως μὲν ἀπιστοῦντας ταῖς τῶν γυναικῶν ἐπαγγε-
λίαις τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς θεραπεύων, ἅπαξ
καὶ δεύτερον αὐτοῖς λαθραίως κρυπταζομένοις ἐν
Ἱερουσαλὴμ ἐφάνη· ἔν γε μὴν τῇ Γαλιλαίᾳ οὐκέτ'
ἐπικεκρυμμένως οὐδὲ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλ' οὐδ'
ἐγκεκλεισμένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, σὺν
πολλῇ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ τὴν θεοφάνειαν αὐτοῦ,
καὶ τῆς θεότητος τὴν ἔνδειξιν ἐποιεῖτο, παριστῶν
αὐτοῖς ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν, ἐν πολ-
λοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτα-
νόμενός τε καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ
θεοῦ, καὶ συναυλιζόμενος, ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς
ἐν ταῖς πράξεσι· καὶ αὕτη μὲν πρώτη λύσις.
Ἐπεὶ δὲ τῶν μαθητῶν οἱ μὲν ἔκκριτοι καὶ πρῶ-
τοι τὸν τῶν δώδεκα συνεπλήρουν χορὸν, δεύ-
τερον δὲ παρὰ τούτους ἐτύγχανε τάγμα τὸ τῶν
ἑβδομήκοντα, περὶ ὧν φησι Λουκᾶς ἐν τῷ εὐαγ-
Luc. X. 1. gr. γελίῳ *· « μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ
» ἑτέρους ἑβδομήκοντα· » τούτων δὲ ἐκτὸς, ὑπῆρ-
χον καὶ ἕτεροι πλείους γνώριμοι τοῦ σωτῆρος, οὓς
* 1 Cor. XV. 6. καὶ ἔφησεν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος λέγων *· « ἔπειτα
ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς » καὶ αὐτοὶ
δὲ οὗτοι τοῦ τῶν μαθητῶν ὀνόματος ἠξιωμένοι
ἦσαν, οἷς οὐχ' οἷόν τε ἦν ὁμοῦ πᾶσι κατὰ ταυτὸ
συνηθροισμένοις ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὀφθῆναι αὐτὸν
μετὰ τὴν ἀνάστασιν, εἰκότως δύο μὲν τῶν εὐαγ-
γελιστῶν, ὅ τε Λουκᾶς καὶ ὁ Ἰωάννης, μόνοις
τοῖς ἕνδεκα ὦφθαι αὐτὸν ἀναγράφουσιν ἐν τῇ Ἱε-
ρουσαλήμ· δύο δὲ τούτων οἱ λοιποὶ οὐ τοῖς ἕνδεκα
μόνον σπεύδειν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀλλ' ἁπλῶς
τοῖς μαθηταῖς ἅπασι καὶ ἀδελφοῖς ἔφασαν πα-
ρακελεύσασθαι αὐτόν τε τὸν σωτῆρα, καὶ τὸν
προφανέντα αὐτοῦ ἄγγελον, ἀορίστως καὶ ἀπο-
λύτως τοὺς πάντας δηλώσαντες· ἀμείνων δὲ καὶ
ἀληθεστέρα ἡ πρώτη λύσις· πλείους τοίνυν αἱ ὀπ-
τασίαι καὶ διάφοροι γεγένηνται τοῖς μαθηταῖς
μετὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ οἱ μὲν τάσδε εἰρηκέ-
ναι αὐτόν φασιν, οἱ δὲ τάσδε καὶ πεπραχέναι·
ἔστι δὲ ὅτε καὶ περὶ τοῦ κεφαλαίου λέγοντες,
ἀναπληροῖ τὰ ὑπὸ τοῦ προτέρου ἐλλειφθέντα ὁ
δεύτερος.

Praeterea, si undecim solos Servatoris discipulos evangeliorum scriptura agnosceret, sic quoque diceret nulla re hunc sermonem deficere, si eatenus mulierum sermonibus non credentes discipulos suos confirmans, semel et iterum ipsis in urbe Hierusalem latentibus apparuit: at in Galilaea nequaquam occulte, neque semel aut iterum, neque ob metum a Iudaeis conclusos, multa cum fiducia apparitione sua deitatisque ostensione dignatus est, semet viventem ostendens post passionem multis cum signis, per quadraginta dies conspicuus et loquens de regno Dei atque conversans; ut in actibus apostolorum Lucas ait. Atque haec prima esto solutio. Quoniam vero apostolorum selecti quidem et summates numerum duodecim explebant; alius autem praeter hos ordo erat discipulorum septuaginta, de quibus dicit Lucas in evangelio: post haec elegit Dominus et alios septuaginta; extra quem numerum erant alii complures Servatori adhaerentes, quos innuit etiam sacer apostolus dicens: « deinde visus est plus quam quingen- » tis fratribus » qui et ipsi discipulorum nomine honestati fuerant, quibus fieri non poterat, ut simul omnibus congregatis semet in urbe Hierusalem ostenderet Dominus post resurrectionem: ideo recte evangelistae duo Lucas et Iohannes solis undecim apparuisse ipsum in urbe Hierusalem scribunt. Reliqui vero duo, non undecim proficisci in Galilaeam, sed omnino cunctis fratribus ait fuisse mandatum ab ipso Servatore et ab angelo antea viso, indefinite inquam et absolute mandatum omnibus aiunt. Ceteroqui melior veriorque est prior solutio. Multoties igitur ac multimodis apparuit discipulis Iesus post resurrectionem. Atque alii aiunt Christum promisisse has visiones, alii vero et praestitisse. Quandoque etiam in rei alicuius narratione, si quid prior historicus praetermisit, id alter supplet.

ΙΑ.

* Cod. A. f. 317. Φαίη δ' ἄν τις πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος πορευθέν-
τας τοὺς ἕνδεκα εἰς τὸ ὄρος τῆς Γαλιλαίας ἑωρα-
κέναι φησὶ τὸν Ἰησοῦν, ὁ δὲ Ἰωάννης μετὰ τὰς
δύο ὀπτασίας τὰς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τὸ τρίτον

XI.

Dicet etiam aliquis, quomodo Matthaeus profectos undecim in Galilaeae montem dicat vidisse Iesum, Iohannes autem post duas intra Hierusalem apparitiones, tertio visum

esse Iesum non in Galilaeae monte sed apud mare Galilaeae narret.

Tertio Servatorem apparuisse vere discipulis, ego quoque confiteor; primo, ipsa resurrectionis die, cum mane illum Maria Magdalene vidit. Atque hanc primam visionem Lucas quoque narrat. Secundo, post dies octo, nimirum altera die dominica, qua iterum apparens Servator incredulitatem Thomae sanavit, ostenso ei latere ac manibus. Quia vero iussi fuerant in Galilaeam simul proficisci, fecerantque discipuli undecim mandatum cum reliquis; dum singuli colliguntur, nondum undecim congregatis, sed adhuc expectatis, tertio Iesus apud mare Galilaeae, haud cunctis undecim, sed iis septem tantummodo apparuit quos Iohannes commemorat: hique erant Petrus ac Thomas et Nathanahel, et filii duo Zebedaei, aliique praeterea discipuli duo. Tertio itaque his revera apparuit, nondum undecim congregatis. Quapropter haud omnino excludens reliquos a Servatoris visione Iohannes, post primam alteramque visionem, tertiam adnotavit praedictis tantummodo oblatam iuxta mare Galilaeae. Nihilque obstat quominus posthinc, quarto etiam et quinto et saepius semet spectandum dederit: ideoque Iohannes nullo termino Servatoris actus circumscribit: immo pergens porro ait, alia quoque multa Iesum fecisse. Post hanc ergo praedictis septem discipulis tertiam apparitionem, haud a veritate abludes si quartam dicas illam quam undecim in monte praebitam Matthaeus scriptum reliquit. Post hos vero, absque errore adfirmabis a cunctis una congregatis, undecim videlicet et aliis septuaginta, Iesum fuisse conspectum. Immo Paulus a multo pluribus visum Servatorem post resurrectionem narrat, quam rem ab aliis auditu acceperat. Visus est, inquit, Cephae, deinde duodecim, postea quingentis, tum Iacobo, exin apostolis cunctis, novissime autem omnium etiam mihi. Viden quot hominibus et quoties post resurrectionem apparuerit? Sic etiam latentibus intra Hierusalem apparuit; et ante hos Cleopae socioque Emmauntem euntibus; et primo virorum quidem Simoni, feminarum autem Magdalenae. Hinc Lucas in actibus, quoniam saepe Iesus se discipulis manifestaverat, considerate dicit: per dies qua-

ὦφθαι αὐτὸν οὐκ ἐν τῷ ὄρει τῆς Γαλιλαίας, ἀλλὰ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἱστορεῖ.

Τρίτον μὲν ἀληθῶς τοῦτο σύμφημι καὶ αὐτὸς τὸν σωτῆρα ὦφθαι τοῖς μαθηταῖς, τὸ μὲν πρῶτον κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, καθ' ἣν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρωΐας αὐτὸν ἑώρακε· ταύτην δὲ τὴν πρώτην ὀπτασίαν καὶ Λουκᾶς ἱστορεῖ· δεύτερον δὲ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, δηλαδὴ τῇ ἑτέρᾳ κυριακῇ, καθ' ἣν αὖθις ἐπιφανεὶς ὁ σωτὴρ τὸν Θωμᾶν τῆς ἀπιστίας θεραπεύει, δείξας αὐτῷ τὴν πλευρὰν καὶ τὰς χεῖρας· ἐπεὶ δὲ κεκελευσμένοι ἦσαν ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ὁμοῦ ἀπαντᾷν, ἔπραττόν τε μετὰ τῶν λοιπῶν οἱ ἕνδεκα τὸ κελευσθὲν, καὶ ὁ καθεῖς αὐτῶν ἐπισυνήγετο, μήπω τῶν ἕνδεκα ἠθροισμένων, ἀλλ' ἔτι μελλόντων, τὸ τρίτον παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐ τοῖς ἕνδεκα φαίνεται, ἀλλὰ μόνοις ἑπτὰ τοῖς ὑπὸ Ἰωάννου δεδηλωμένοις· οὗτοι δὲ ἦσαν Πέτρος καὶ Θωμᾶς καὶ Ναθαναὴλ, δύο τὲ οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο· τοῦτο δὴ οὖν τρίτον τούτοις ἀληθῶς ὤφθη, οὔπω ἕνδεκα συνηγμένων· διόπερ ἀκριβῶς οὐκ ἀποκλείων καὶ τοὺς λοιποὺς ὁ Ἰωάννης τῆς τοῦ σωτῆρος ὀπτασίας, ἐπεσημήνατο μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ὀπτασίαν, τὴν τρίτην μόνοις τοῖς κατωνομασμένοις πεποιῆσθαι αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας· οὐκ ἀπεικὸς δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον καὶ ἄλλοτε καὶ πολλάκις ὦφθαι αὐτόν· διὸ οὐδὲ περιγράφει ὁ Ἰωάννης πάσας τοῦ σωτῆρος τὰς πράξεις· προϊὼν δὲ ἑξῆς φησὶ, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· μετὰ γοῦν τὸ ὦφθαι αὐτὸν τοῦτο τρίτον τοῖς εἰρημένοις ἑπτὰ, τετάρτην ὀπτασίαν οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεποιῆσθαι ἀνέγραψε· καὶ μετὰ τούτους οὐκ ἂν σφαλείης ὁμοῦ κατὰ ταυτὸν συνηγμένοις ἅμα τοῖς ἕνδεκα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα αὐτὸν ὦφθαι εἰπών· ὁ δὲ Παῦλος καὶ ἔτι τούτων πλείοσιν ἑωρᾶσθαι τὸν σωτῆρα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ, τοῦτο παρ' ἑτέρων μαθών· ὤφθη γάρ φησι Κεφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα *, ἔπειτα πεντακοσίοις, ἔπειτα Ἰακώβῳ, ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν, ἔσχατον δὲ πάντων φησὶ κἀμοί *· ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπτομένοις ὤφθη· καὶ πρὸ αὐτῶν τοῖς περὶ Κλεόπαν ἀπιοῦσιν ἐπὶ Ἐμμαοῦν· καὶ πρό γε πάντων, ἀνδρῶν μὲν Σίμωνι, γυναικῶν δὲ τῇ Μαγδαληνῇ· ἔνθεν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπεὶ πολλάκις ἑαυτὸν ἐδείκνυ τοῖς μαθηταῖς, ἐπιτηρεῖ λέγων, ὡς ἄρα δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα

* ita cod.

* I. Cor. XV. 5-8.

ἐπταινόμενος αὐτοῖς καὶ συναυλιζόμενος, τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ παρεδίδου μαθήματα, παρῄνει τὲ ὁρμᾶν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖ κηρύττειν Ἰουδαίοις πρώτοις τὸν λόγον· μηδὲ πρότερον ἀναχωρεῖν τῆς πόλεως, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον διαληψόμεθα 1).

draginta apparens eis atque conversans, regni Dei disciplinam tradebat; monuitque ut Hierusalem pergerent, ibique praedicarent Iudaeis ante omnes doctrinam; neque urbe abscederent, sed expectarent promissionem patris; de qua nos paulo post disseremus.

SUPPLEMENTA MINORA.

Ex chronicis ineditis Georgii Hamartoli et Iohannis siculi 2).

α΄. Εὐσέβιος ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον τοιάδε φησί. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία δύο βίους νομοθετεῖ καὶ τρόπους· τὸν μὲν ὑπερφυῆ καὶ τῆς κοινῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιΐας, οὐ περιουσίας ὕπαρξιν παραδεχόμενον, ἀλλ᾽ ὅλον δι᾽ ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τῶν βιωτικῶν ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον, καὶ μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ θεραπείᾳ προσῳκειωμένον, καθ᾽ ὑπερβολὴν ἔρωτος οὐρανίου· οἱ γὰρ τόνδε μετιόντες τὸν τρόπον τεθνᾶναι δοκοῦντες, τὸν θνητὸν βίον καὶ αὐτὸ μόνον τὸ σῶμα περιφέροντες ἐπὶ γῆς, φρονήματι δὲ τὴν ψυχὴν εἰς οὐρανοὺς μετενηνεγμένοι, οἷά τινες οὐράνιοι, τὸν τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶσι βίον, ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἀφιερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ· οὐ βουθυσίαις καὶ αἵμασιν, οὐδὲ σπονδαῖς καὶ κνίσαις, ἀλλὰ δόγμασιν ὀρθοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ ψυχῆς διαθέσει κεκαθαρμένης, καὶ προσέτι τοῖς κατ᾽ ἀρετὴν ἔργοις τὲ καὶ λόγοις· οἷς τὸ θεῖον ἐξιλεούμενοι, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν ὁμογενῶν ἀποτελοῦσιν ἱερουργίαν· καὶ ὁ μὲν ἐντελὴς καὶ πρῶτος τῆς κατὰ χριστιανισμὸν πολιτείας τρόπος, τοιόσδε καθέστηκεν· ὁ δὲ δεύτερος καὶ ὑποβεβηκὼς, ἀνθρωπινώτερος, καὶ τῷ πρώτῳ λίαν ἀσύγκριτος· ὃς καὶ γάμοις συγκατιέναι σώφροσι καὶ παιδοποιΐαις, οἰκονομίας τὲ τῆς κατὰ τὸ δίκαιον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ στρατευομένους, καὶ τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, ἀγρῶν τε, καὶ ἐμπορίας, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικωτέρας ἀγωγῆς, μετὰ τοῦ θεοσεβοῦς φροντίζειν· οἷς καὶ ἀσκήσεων καιροὶ, μαθητείας τὲ καὶ τῶν θείων λογίων ἀκροάσεως ἡμέραι ἀφωρίσθησαν, καὶ δεύτερος εὐσεβείας ἀπενεμήθη βαθμὸς, κατάλληλον τῷ τοιῷδε βίῳ παρέχων τὴν ὠφέλειαν 3).

1. Eusebius in opere ad Marinum sic ait. Duo constituta sunt in Christi ecclesia vitarum genera; unum quidem eximium, et communem hominum consuetudinem excedens, quod neque nuptiis neque liberis operam dat, neque opum retinet possessionem, totoque ut ita dicam caelo a communi et vulgari saecularium hominum more differt, atque unice Dei famulatui vacat, eximio caelestium rerum amore impulsum. Reapse qui hoc vitae genus sectantur, velut iam mortui, mortificatam vitam et tantum corpore praeditam in terra circumferentes, spiritu autem iam in caelum translato, caelicolarum instar humanas res spectant, quum sint ipsi pro communi salute Deo consecrati; neque cruentis victimis vel libamentis aut adipibus, sed rectis religionis verae dogmatibus animique habitu et operibus verbisque rectis purificati: quibus rebus Deum sibi conciliantes, pro se et ceteris sacerdotio funguntur. Atque hoc perfectum primariumque est christianae vitae genus. Alterum porro vitae genus deterius est, atque humana fragilitate laborans, idque omnino cum superiore comparari nequit: siquidem et modestis indulget nuptiis liberorumque procreationi, et rei familiaris cum aequitate curam gerit, et militibus officia imperat, et agriculturam, mercaturam, ac cetera publica negotia non sine pietate exercet. Hi ceteroquin homines certa habent religiosi cultus et eruditionis tempora, et divinorum eloquiorum auditioni vacant: atque his secundus adtributus est pietatis gradus, qui congruam huic vitae utilitatem praebet.

1) Nempe inferius n. 9. 10. ubi Christi sermones et dona ante ascensionem.

2) Perpetuus admirator Eusebii Georgius certe fuit; nam et eius chronicon non semel citat, et quidem cum insigni laude auctoris v. gr. cod. vat. f. 19. 40. b. 124. b. Ὁ πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος διακριβεστάτην τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ποιησάμενος. Item: ὁ πολυμαθὴς etc. ἐκ τοῖς χρονικοῖς κανόσι.

3) Habent fragmentum hoc brevius Suidas voc. Εὐσέβιος, et Cedrenus ed. paris. p. 201.

Ex graeco scholiaste ad Marcum apud Rich. Simonium in historia critica interpretum novi testamenti cap. VI.

2. Propheticum dictum hoc Malachiae est, non Isaiae. Mendum ergo librarii est, ut ait Eusebius caesariensis in libro ad Marinum de apparente in evangeliis dissonantia circa resurrectionem.

β'. Τοῦτο τὸ προφητικὸν ῥητὸν Μαλαχίου ἐστὶν, οὐκ Ἡσαΐου 1)· γραφέως τοίνυν ἐστὶ σφάλμα, ὡς φησὶν Εὐσέβιος ὁ Καισαρείας ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας.

Ex Possini catena in Marcum p. 343. ubi de Cyrenaco crucem Domini baiulante.

3. Neque enim Iudaeorum quisquam in urbe dignus erat, ut ait Eusebius capite XIII. ad Marinum, qui trophaeum de diabolo, crucem scilicet, ferret. Quare delectus ille est qui ex agro veniebat, neque ullo modo in Christi necem conspiraverat.

γ'. Οὐ γὰρ ἦν ἄξιός τις ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων, ὥς φησιν Εὐσέβιος κεφαλαίῳ ιγ' *a*) πρὸς Μαρῖνον, τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον τὸν σταυρὸν βαστάσαι· ἀλλ' ὁ ἐξ ἀγροῦ, ὃς μηδὲν ἐπικεκοινώνηκε τῇ κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίᾳ 2).

Ex Corderii catena in Iohannem p. 436.

4. Eusebius caesariensis, qui Pamphili appellatur, in quaestionibus ad Marinum de Servatoris passione ac resurrectione, hoc quoque expendit, quod divus scilicet evangelista Marcus ait, hora tertia Christum Deum ac Servatorem cruci fuisse suffixum; theologus autem summus Iohannes hora sexta ait Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui appellabatur lithostrotos ad dicendam adversus Iesum sententiam Porro Eusebius contendit, amanuensis id esse erratum, quod ii qui principio evangelia exscripserunt haud senserint. Nam quum littera gamma (Γ) *tertiam* significet horam; episemon (ϛ) autem *sextam;* quumque hi characteres permultam habeant inter se similitudinem; mendose elementum gamma,

δ'. Εὐσέβιος ὁ καισαρεὺς ὁ Παμφίλου προσαγορευόμενος, ἐν ταῖς πρὸς Μαρῖνον ἐπὶ τοῦ *b*) σωτηρίου *c*) πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως ζητήσεσι καὶ ἐπιλύσεσι, καὶ ταῦτα προὔθηκεν εἰς ἐξέτασιν, τὸ τὸν μὲν θεῖον εὐαγγελιστὴν Μάρκον εἰπεῖν ὥραν εἶναι τρίτην καθ' ἣν ἐσταυρώθη Χριστὸς ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν· τὸν δὲ θεολογικώτατον Ἰωάννην κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν 3) γράψαι προκαθεσθῆναι τὸν Πιλάτον ἐπὶ τοῦ βήματος ἐν τῷ λιθοστρώτῳ τῷ καλουμένῳ, καὶ ἀνακρίνειν τὸν Ἰησοῦν· καὶ φησὶ γραφικὸν εἶναι τοῦτο σφάλμα, παροραθὲν παρὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπογραψαμένων τὰ εὐαγγέλια· τοῦ μὲν γὰρ γάμμα στοιχείου τὴν τρίτην ὥραν σημαίνοντος, τοῦ δὲ ἐπισήμου τὴν ἕκτην, καὶ πολλὴν ἐμφέρειαν ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους τούτων τῶν χαρακτήρων, κατὰ

a) Notandus est vigilanter lectori hic numerus, quo docemur quodammodo (nisi est mendum κεφαλ' ιγ. pro καισαρεύς) quanta pars operis eusebiani ad Marinum nobis desit ante illas postremas de resurrectione quaestiones. Certe Eusebium hoc libro ad Marinum complexum fuisse quaestiones non solum circa resurrectionem, verum etiam circa passionem, perspicue cognoscimus ex sequente corderianae catenae loco. Nisi forte suspicari placet, Eusebii istud de Cyrenaeo dictum obiter potius occurrisse in postrema quavis quaestione. Neque sane intelligere licet eo numero Marci capitulum, quod quidem in vetere stichometria est CCVIIII, in nova divisione est XV. Certe ubi in nostra hac editione p. 255. dicit Eusebius in libri exordio ἤρωτας δὲ πρῶτον, cavebit admodum eruditus lector ne intelligat primam fuisse libri ad Marinum quaestionem illam quae sequitur *de sero sabbatorum.* Breviator quippe, resecata, ut videtur, ingenti priore parte, ad postrema operis capita properavit. — *b*) Tam editio, quam codex vat. habent ἐπὶ ταῖς τοῦ. — *c*) Vocabulum σωτήριος apud Eusebium nostrum non tam adiectivo sensu *salutaris*, quam substantivo obliquo *Servatoris*, pleromque esse intelligendum, plurimis in locis patet. Id facit etiam Ambrosius apud nos p. 304, qui ait *Domini salutaris*, pro *domini Salvatoris.*

1) Sermo est de prophetico loco apud Matth. III. et Marc. I. *parate viam Domini rectas facite semitas eius.* Eusebium vero nostrum legisse se declarat Hieronymus in comm. ad Matth.: *quum testimonium de Malachia Isaiaque contextum sit, quaerit Porphyrius quomodo velut ab uno Isaia exemplum putemus assumtum? cui ecclesiastici viri plenissime responderunt. Nos autem nomen Isaiae putamus additum scriptorum vitio.* Eandem quaestionem versat Hieronymus epist. LVII. 9.

2) Eusebii hunc locum exprimit Ambrosius in comm. ad Luc. lib. X. 107: *non iudaeus est qui crucem portat, sed alienigena atque peregrinus.*

3) Quaestionem hanc de tertia et sexta hora legebam etiam in codice quodam vaticano, olim card. Sirleti; unde aliquam emendationem accersivi; quamquam ne hic ipse quidem codex sine ullo mendo est. Eadem quaestio legitur in parisiacis quoque codicibus, teste Harlesio in Fabricii bibliotheca T. VII. p. 402.

πλάνην τὸ γάμμα στοιχεῖον τὸ τῆς τρίτης ὥρας δηλωτικὸν, κυρτωθείσης τῆς ἀποτεταμμένης εἰς μῆκος εὐθείας, εἰς τὴν τοῦ ἐπισήμου μεταχωρῆσαι σημασίαν, τοῦ τῆς ἕκτης ὥρας δηλωτικοῦ· τῶν γὰρ τριῶν εὐαγγελιστῶν, τοῦ τε Ματθαίου καὶ Μάρκου καὶ τοῦ Λουκᾶ συμφώνως λεγόντων ὡς ἀπὸ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐφ᾽ ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης *a*), πρόδηλον ὡς ὁ κύριος καὶ θεὸς Ἰησοῦς πρὸ τῆς ἕκτης ὥρας *b*), πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸ σκότος, ἐσταύρωτο, δηλαδὴ κατὰ τὴν τρίτην ὥραν, ὡς ὁ Μάρκος ἱστόρησε· καὶ τοῦ Ἰωάννου τὸν ὅμοιον τρόπον τὴν ὥραν τρίτην εἶναι ἐπισημηναμένου, καὶ τῶν ἀπογραψαμένων τὸ γάμμα μεταθέντων εἰς τὸ ἐπίσημον.

quo demonstratur hora tertia (curvata, quae porrigebatur in extensum, recta) ad episemi figuram redactum fuit, quod sextam indicat horam. Sane quum evangelistae tres, Matthaeus, Marcus atque Lucas concorditer adfirment, ab hora sexta tenebras factas esse in universa terra usque ad nonam; patet omnino, dominum ac Deum Iesum ante horam sextam, priusquam scilicet fierent tenebrae, in crucem esse sublatum, nempe circa horam tertiam, ut Marcus narrat. Quare et Iohannes aeque tertiam horam prodidit; quamquam postea amanuenses gamma in episemon commutaverunt.

Ex Possini catena in Marcum p. 364.

ε'. Ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· ταύτην Εὐσέβιος ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον ἑτέραν λέγει Μαρίαν παρὰ τὴν θεασαμένην τὸν νεανίσκον· ἢ καὶ ἀμφότεραι ἐκ τῆς Μαγδαληνῆς ἦσαν.

5. Apparuit primo Mariae Magdalenae. Hanc Eusebius in opere ad Marinum diversam esse ait Mariam ab illa quae iuvenem vidit. Vel etiam ambae Magdalo oriundae erant.

Ex Ioh. Xiphilino patriarcha in homilia inedita quam habuit in dominica de mulieribus aromata ferentibus cod. vat. p. 160.

ϛ'. Εὐσέβιος φησὶν ὁ Καισαρείας ὡς Μαρία μὲν ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου, ἡτοίμασαν ἀρώματα· οὐκ αὗται δέ εἰσιν αἱ πρωῒ ἐλθοῦσαι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ἀλλ᾽ ἄλλαι ἀνώνυμοι· πολλαὶ γὰρ ἦσαν αἱ συναναβᾶσαι τῷ σωτῆρι ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας· ὅθεν οὐδὲ νύκτα παραγίνονται, ἀλλὰ πρωΐ· καὶ ἀκούσασαι ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς καὶ τῷ Πέτρῳ ἔφυγον, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ· ὡς γὰρ μετὰ ἀνατολὴν ἡλίου ἐπιστᾶσαι, οὐδὲ τὸν σωτῆρα θεάσασθαι καταξιοῦνται· οὐδὲ οἷόν τε ἦν τὴν Μαγδαληνὴν μετὰ τοσαύτας θέας, ἡλίου ἀνατείλαντος ἀπορεῖν καὶ ἀγνοεῖν τίς ἀποκυλίσει τὸν λίθον.

6. Eusebius vero caesariensis ait, Mariam quidem Magdalenem, et Mariam Iacobi unguenta paravisse; neque tamen easdem esse quae mane venerunt orto iam sole, sed anonymas alias: multae enim ex Galilaea cum Servatore ascenderant. Quamobrem hae neque noctu illuc adfuerunt, sed mane; eaedemque mandato audito ut discipulis Petroque rem nunciarent, fugerunt nemini quicquam dicturae, quia extimuerant. Proinde etiam quia post solis ortum advenerant, videre Servatorem haud dignae fuerunt. Neque demum fieri potuit, ut Magdalene post tot tantasque visiones, sole orto, adhuc dubitaret, nesciens quisnam lapidem foret revoluturus.

Ex Anastasio sinaita quaest. CLIII.

ζ'. Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον 1). Τρεῖς γοῦν τὰς πάσας Μαρίας τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν εὑρίσκομεν· πρώτην μὲν θεοτόκον, δευτέραν δὲ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μαρίαν τὴν τοῦ Κλεωπᾶ, καὶ τρίτην τὴν Μαγδαληνήν· τινὲς δὲ φασὶν ἐξ αὐτῶν δύο εἶναι Μαγδαληνάς· μίαν μὲν, τὴν ὀψὲ σαββάτων

7. Eusebii ex opere ad Marinum. Tres igitur omnino Marias passioni Christi cum feminis aliis praesentes deprehendimus; primam Deiparam, secundam huius sororem Mariam Cleopae, tertiam Magdalenem. Quidam vero interpretes aiunt duas esse Magdalenas, unam quae sero sabbatorum apud Matthaeum, al-

a) Male cod. ἀναστάσεως pro ἐννάτης. — *b*) Deest in cod. ὥρας.

1) Hanc quoque quaestiunculam cum codice columnensi, nunc vaticano, utiliter contuli.

teram quae apud Iohannem mane ad monumentum venit. Eandem hanc esse, de qua et Marcus loquitur, et de qua daemonia septem eiecta fuerant. Namque aliam, inquit Eusebius, non hanc, Magdalenem prae oculis habens Marcus ait: « quum autem surrexisset, » mane una sabbatorum apparuit primo Mariae Magdalenae, de qua septem daemonia eiecerat. » Atque haec videtur quae audiit, ne me tangas, non quae apud Matthaeum. Nam ut verissimum sit, illam quoque Magdalo fuisse oriundam, haud tamen paria probra de ea narrat scriptura. Quod si unam eandemque Magdalenem quis dicat, adhuc tamen veridica sunt sacra evangelia, neque ullo modo inter se discrepant; siquidem eandem exhibent Mariam Magdalenem et non tangentem primo Iesum cum erat incredula, et deinde tangentem statim ac iussa est gaudere cum alia Maria. Quippe illum postremo ut Deum adoravit, non hominis instar habuit, velut initio cum flebat eratque incredula.

παρὰ τῷ Ματθαίῳ· ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωΐας ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαν, ταύτην δὲ εἶναι τὴν καὶ Μάρκῳ δηλουμένην, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· ὡς γὰρ οὔσης καὶ ἑτέρας, φησὶν, οὐ τοιαύτης Μαγδαληνῆς, ἐτήρησεν ὁ Μάρκος τοῦτο εἰπών· ἀναστὰς δὲ, πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἐφάνη Μαρίᾳ πρῶτον τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· καὶ ταύτην ἴσως εἶναι τὴν ἀκούσασαν, μή μου ἅπτου, ἀλλ' οὐ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κἀκείνη ἀπὸ τῆς Μαγδαληνῆς ὡρμᾶτο, ἀλλ' οὐ τὰ ὅμοια καὶ αὐτῆς ἡ θεία κατηγορεῖ γραφή· εἰ δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Μαγδαληνὴν *a*) φήσειέν τις, καὶ οὕτως ἀληθεύοι ἂν τὰ ἱερὰ εὐαγγέλια, κατ' οὐδένα λόγον διαφωνοῦντα· τὴν αὐτὴν δὲ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν εἰσάγονται μὴ ἁπτομένην πρότερον τοῦ κυρίου, ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει· καὶ ἁπτομένην αὐτοῦ, ὅτε χαίρειν μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ὑπ' αὐτοῦ κελεύεται· ἐπειδὴ γὰρ ὡς θεὸν αὐτὸν προσεκύνησεν ἔσχατον, καὶ οὐχ ὡς ἄνθρωπον, ὡς πρότερον ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει.

Ex eodem Anastasio ibidem.

8. Eusebii ex opere ad Marinum. Iam quod ambigitur, quomodo Matthaeus visum narret discipulis Dominum in Galilaeae monte, Iohannes autem circa mare Tiberiadis; aio equidem, haud semel et iterum, sed multoties Iesum esse conspectum. Quare minime errabis si quartam visionem esse illam putaveris, quae apud Matthaeum fit. Hanc quippe haud circa mare Galilaeae spectantibus eum, sed in monte discipulis undecim contigisse scribit Matthaeus: « undecim autem » discipuli perrexerunt in montem, prout » condixerat illis Iesus, quem ibi conspectum adoraverunt. » Post haec sine errore dices, iisdem undecim discipulis congregatis, nec non aliis septuaginta, Iesum apparuisse. Immo apostolus multo adhuc pluribus visum esse Dominum post resurrectionem his verbis narrat: « quia surrexit tertia » die secundum scripturas, visusque Petro » est, tum duodecim, deinde plus quingentis fratribus simul. » Viden quoties et quot hominibus post resurrectionem conspectus fuerit? Sic enim apparuit latitantibus intra Hie-

η'. Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον· Περὶ δὲ τοῦ ἐπαπορεῖν πάλιν πῶς παρὰ τῷ Ματθαίῳ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ὦφθαι τὸν κύριον τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Τιβεριάδος, ἐροῦμεν ὅτι οὐ μόνον ἅπαξ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ὦφθαι αὐτόν· διὸ τετάρτην ὀπτασίαν οὐχ ἁμάρτοις τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν οὐ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐδὲ τοῖς ὀπτανομένοις, ἀλλ' ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεποιῆσθαι ἀνέγραψεν ὁ Ματθαῖος, εἰπών· οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν· καὶ μετὰ τοῦτο οὐκ ἂν σφαλείης εἰπὼν ὁμοῦ κατ' αὐτὸ συνηγμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς ἅμα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὦφθαι αὐτόν· ὁ δὲ ἀπόστολος καὶ ἔτι τούτων πλείοσιν ἑωρᾶσθαι τὸν κύριον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ λέγων* « ὅτι » ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, » καὶ ὤφθη Κηφᾷ, ἔπειτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα » ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· » ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπταζομέναις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, καὶ πρό γε

* I. Cor. XV. 4.

a) Deest in codice columnensi Μαγδαληνήν.

πάντων ἀνδρῶν Σίμωνι τῷ Πέτρῳ, γυναικῶν δὲ ταῖς ἀμφὶ τὴν Μαγδαληνήν· ὅθεν καὶ ὁ Λουκᾶς φησὶ « δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμε- » νος καὶ συναυλιζόμενος αὐτοῖς, τὰ τῆς βασι- » λείας τοῦ θεοῦ παρεδίδου μαθήματα. »

rosolyma propter metum a Iudaeis; et primo virorum Simoni Petro, feminarum autem Magdalenae. Quare et Lucas ait « per dies qua- » draginta apparens eis, cum iisque conver- » sans doctrinam de regno Dei tradidit. »

Ex eodem Anastasio quaest. CXLVIII.

θ'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον *a*). Καὶ τὸ μὲν ὑπὸ Χριστοῦ ἐμπνευσθὲν πνεῦμα ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις, λυτικὸν καὶ συγχωρητικὸν ἦν *b*) πάσης ἁμαρτίας· τὸ δὲ ἐπηγγελμένον τὸ βαπτισθήσεσθαι αὐτοὺς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ μετασχεῖν δυνάμεως ἐνεργημάτων, ἐνεργητικῆς μὲν τῶν μελλόντων δι' αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι θαυμάτων, ἐνστατικῆς δὲ καὶ καρτερικῆς τῶν μελλόντων αὐτοῖς ἐπανίστασθαι κινδύνων· πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως κηρύττειν αὐτοὺς τοῖς ἔθνεσιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ περιμένειν αὐτὴν ἐξ ὕψους μετασχεῖν· τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος τὸ χάρισμα ἰδίως ἀφορίζων τῶν λοιπῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐδίδασκε λέ-
* I. Cor. XII. 10. γων *· « ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων »· καὶ ἡ
* Ps. LXVII. 12. προφητεία φησὶ *· « κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγ- » γελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· » ἧς δυνάμεως ὅτε μήπω μετεῖχον, ἠρνήσαντο αὐτὸν οἱ πάντες καὶ ἐσκανδαλίσθησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους· ὅτε δὲ μετέσχον αὐτῆς, πάντες ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις τὲ καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν· ἀνακαινίζων γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ θεοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδοὺς, ἐνεφύσησεν εἰς τὰ πρόσωπα τῶν μαθητῶν λέγων « λάβετε πνεῦμα ἅγιον. »

9. Eusebii ex opere ad Marinum. Spiritus sanctus a Christo in apostolos per flatum immissus, peccati omnis solvendi dimittendique vim habebat. Iam promissio, fore ut baptizarentur sancto Spiritu, significabat compotes eos futuros facultatis rerum gerendarum, cuius ope patraturi erant miracula, vimque etiam recepturi atque constantiam adversus ea quae instabant pericula. Ante enim hanc acceptam virtutem noluit eos gentibus praedicare; sed praestolari iussit atque manere, donec eam ex alto reciperent. Donum hoc etiam apostolus satis a reliquis sancti Spiritus operationibus discernere se significat dum ait: « alii opera- » tiones virtutum. » Tum prophetia dicit: « Do- » minus dabit verbum evangelizantibus vir- » tute multa. » Qua virtute cum nondum erant potiti, negaverunt eum omnes, et scandalo passionis tempore lapsi sunt: illa autem impetrata, cuncti protinus confessionibus testimoniisque pro Christo editis inclaruerunt. Renovat enim hominem Deus: ita ut quam gratiam homo amiserat, Dei olim inspiratione conlatam, eidem hanc rursus Deus attribuerit, in faciem discipulorum inspirans his verbis: « accipite Spiritum sanctum. »

Ex Macarii Chrysocephali 1) *florilegio apud Villoisonum anecdot. T. II. p.* 74.

ι'. Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ 2) οὕτως ἐξηγεῖται τὸ προτεθὲν, ὅτι διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ πάλιν· ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις πρὸς τὸ συμφέρον· ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα *c*) δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεῖαι, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσ-

10. Eusebius Pamphili in epistola ad Marinum quaestionem sic explicat, quod nempe divisiones gratiarum sunt, ut ait apostolus, idem autem Spiritus. Rursusque, quod unicuique lumen prout opus fuerit adtribuitur; alii quidem sermo scientiae secundum eundem Spiritum; alii fides in eodem Spiritu, alii prodigiorum virtus, alii prophetiae, alii discretiones spirituum, alii linguarum multitudo: quae tamen omnia operatur unus

a) Verba ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον desunt in codice columnensi. — *b*) Deest ἦν in codice. Sed tamen cetera pleraque meliora sunt in codice quam in gretseriana Anastasii editione, quae plurimis heu mendis laborat. — *c*) Xiph. ἐνεργήματι.

1) Est hic idem Macarius Chrysocephalus, qui mihi S. Cyrilli fragmenta commentariorum ad Lucam non contemnenda obtulit. Eiusdem Macarii locos dogmaticos protuli identidem in meis ad Nicephorum scholiis.

2) Xiphilinus in dominica Thomae cod. vat. p. 149. recitat hoc ipsum Eusebii fragmentum.

idemque Spiritus, dividens singulis prout vult. Demonstrat enim apostolus unius eiusdemque spiritus multas esse virtutes, diversorum operum effectrices. Cogita igitur utrum nunc Christus singularem aliquam gratiam discipulis contulerit, haud quidem ad mortuos suscitandos prodigiaque efficienda, sed ad dimittenda peccata. Sunt enim, ut diximus, diversa Spiritus dona. Quamobrem nunc addidit: quorum remiseritis peccata, remittuntur, etc. quibus verbis ostendit a se hoc genus gratiarum nunc illis esse conlatum. Post eiusdem vero ascensionem, Spiritus superveniens miraculorum quoque et omnimodae gratiae vim virtutemque ipsis adtulit. Quare nunc sine articulo (πνεῦμα pro τὸ πνεῦμα) ait: accipite Spiritum sanctum; significans; partem se quandam efficacis Spiritus adtribuere. De ipso autem Spiritu ait, accipietis virtutem supervenientis in vos Spiritus.

σῶν· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν μὲν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· σαφῶς γὰρ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος, πολλὰς εἶναι παρέστησε δυνάμεις, διαφόρων πραγμάτων ἐνεργητικάς· ὅρα τοίνυν μήπως ἐνταῦθα ἐξουσίαν τινὰ μερικὴν καὶ χάριν πνευματικὴν δέδωκεν αὐτοῖς· οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ δυνάμεις ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα· διάφορα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος· διὸ καὶ συνάπτει λέγων, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· καὶ τὰ ἑξῆς· δεικνὺς ὅτι τοῦτο τὸ εἶδος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων αὐτοῖς ἐδωρήσατο· μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτὸ τὸ πνεῦμα κατελθὸν, καὶ τῶν σημείων καὶ παντὸς ἑτέρου χαρίσματος τὰς δυνάμεις δὴ a) καὶ ἐνεργείας αὐτοῖς ἐχορήγησε· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μὲν ἄνευ ἄρθρου εἶπε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, δηλῶν ὅτι μερικήν τινα τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν δίδωσιν αὐτοῖς· περὶ b) δὲ ἐκείνου φησί· λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς 1).

Deinde prosequitur apud Xiphilinum Eusebius iisdem verbis quibus in praecedente fragmento apud Anastasium; nempe πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως *etc. usque ad* καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν.

a) Deest δὴ apud Xiphilinum. — b) Xiphilinus παρά.

1) Hactenus supplementa posuimus ex iis tantummodo locis, in quibus opus Eusebii nominatim ad Marinum laudatur. Ceteroquin quanta pars eusebianarum quaestionum tum ad Stephanum tum ad Marinum in commentario S. Ambrosii ad Lucae evangelium supersit, item quanta in Hieronymi ad Matthaeum commentario occurrat, in subsequentibus paginis, partim saltem, demonstrabimus. Legendus quoque Augustinus de consensu evangelistarum, et in quaestionibus evangelicis; item anonymum opus quaestionum veteris et novi testamenti; nec non seu falsus Chrysostomus seu Titus bostrensis; tum Hesychius hierosolymitanus, ac Iohannes thessalonicensis, in quaestionibus aeque evangelicis; qui auctores omnes eusebiano a fonte multifariam et affatim hausisse videntur. Sed enim nos multo plures eusebianarum quaestionum credibiliter expilatores, vel certe imitatores, in praefatione recensuimus. Porro ab his veterum lucubrationibus medii quoque et infimi aevi interpretes solutiones suas prout libitum fuit derivaverunt.



EX QUAESTIONIBUS EUSEBII EXCERPTA

APUD SS. AMBROSIUM ET HIERONYMUM.

Euseb. quaest. p. 220. seqq.

Lib. II. 1-3. Latent quidem divina mysteria; sed tamen ex ceteris factis atque praeceptis Domini salutaris possumus intelligere et hoc perpensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pareret, quae erat desponsata viro. Cur autem non ante quam desponsaretur, impleta est? fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio. - Quin etiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur; qui posset et delere iniuriam, et vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Quid quod etiam fides Mariae verbis maior adsciscitur, et mendacii causa removetur? Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta praegnans. Causam autem mentiendi indesponsata non habuit; cum coniugii praemium et gratia nuptiarum, partus sit feminarum. Non mediocris quoque causa est, ut virginitas Mariae falleret principem mundi, qui cum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem principis mundi fuisse consilium, ipsius Domini verba declarant, cum apostoli iubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur gloriari de remedio, cum daemones praecipiuntur silere de Dei filio.

Lib. III. 1. De generationibus dicturi, quarum nonnullam videmus in evangelio secundum Matthaeum, vel in Luca, cuius interpretationem habemus in manibus, esse distantiam; quoniam non est credibile adversantia sibi sanctos viros potuisse dicere, de gestis praesertim domini Salvatoris; quanto studio possumus, non dixisse eos discrepantia, demonstremus.

3. Cur Ioseph magis quam Mariae generatio describatur, cum Maria de Spiritu sancto generaverit Christum, et Ioseph a generatione Domini videatur alienus, dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quae semper viri originem quaerit. Sic enim habes. Phares fuit filius Iudae principis tribus: *hic generavit Hesron, et Hesron generavit Aram, et Aram generavit Hamminadab, et Hamminadab generavit Nahasson* etc. Viri enim persona quaeritur, qui etiam in senatu et reliquis curiis civitatum generis adserit dignitatem. Quam deforme autem, si relicta viri origine, origo feminae quaereretur, ut videretur patrem non habuisse ille totius mundi populis praedicandus?

Quaest. p. 227.

4. Sed etiam alibi diverso ordine generationem doceamus esse decursam; ne hic quoque evangelistae discrepare videantur, qui veterem ordinem sunt secuti. Sic enim habes: *fuit homo ex Arath, et nomen eius Helcana, filius Hieremiel, filius Heli, filius Ozi de monte Ephraim.* Vides et a patribus ad filios, et a filiis ad patres originis descriptionem veteri more contextam. Vides ubique familiam per virorum generationes esse decursam. Noli mirari si Matthaeus ab Abraham usque ad Ioseph, Lucas a Ioseph usque ad Adam, et ad Deum generationum ordinem percurrit. Noli mirari quod Ioseph origo descripta est. (Quaest. p. 219) Etenim secundum carnem natus, usum debuit sequi carnis: et qui in saeculum venit, saeculi debuit more describi; maxime cum in Ioseph origine, etiam origo sit Mariae. Nam cum vir iustus fuerit Ioseph, utique ex tribu sua et ex patria sua accepit uxorem: nec potuit iustus facere contra id quod lege praescriptum est. Sic enim habes, quia unusquisque in hereditatem tribus suae patriae adhaerebunt filii Israhel, nec de tribu ad tribum transibunt: et omnis filia quae habet hereditatem tribuum filiorum Israhel, uni ex populo et ex tribu patris sui erit uxor. Itaque et census tempore adscendit Ioseph de domo et de patria David, ut profiteretur cum Maria uxore sua. Quae ex eadem domo et ex eadem patria professionem defert, utique eiusdem tribus et eiusdem patriae se esse designat.

5. Cognata quoque Mariae inducitur Elisabeth: primo quod omnes Iudaei cognati, quemadmodum et apostolus docuit dicens: *optabam enim anathema esse ipse pro fratribus meis secundum carnem, qui sunt Israelitae.* Cognatae ergo, quia ambae israelitae erant: simul et cognatae quia ambae erant ex tribu Iuda. Didicisti ex tribu Iuda Mariam, disce et Elisabeth 1). *Nam exsurgens Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem,* inquit, *Iudae, et intravit in domum Zachariae.* Cum enim intra tribus suas Moyses habitare unumquemque praescripserit; utique cum in civitate Iudae manserit, erat et in tribu Iuda; maxime cum ex genere Elisabeth fuerint sacerdotes, quorum Deus portio est. Simul quam pulcrum, ut cum illa praenuntium Christi, Christum ista generaverit: et altera de Spiritu sancto conceperit, altera sancto repleta Spiritu prophetaverit; secundum carnem quoque videantur fuisse cognatae, quae secundum Deum spiritualis cognationis consortio non carebant! Quod si omnis feminae caput vir, secundum sanctum apostolum, et sunt duo in carne una secundum legem divinam; utique ii qui una caro erant et unus spiritus, quomodo poterat fieri ut viderentur patriam et tribum habere divisam? Accedit illud quod etiam angelus Gabriel de Domino pronuntiaverat, quod *dabit illi Deus sedem David patris sui.* Certum est igitur etiam Mariam de David generatione manasse. (Quaest. p. 224. 277.)

6. Simul etiam discimus nihil referre quo ordine generationis series exprimatur, cum iter hinc atque inde sit pervium. Cur autem sanctus Matthaeus ab Abraham generationem enumerare coeperit Christi, sanctus vero Lucas a Christo usque ad Deum perduxerit, explanandum videtur. Sed prius cur sanctus Matthaeus cum ab Abraham coeperit generationis ordinem, non ita posuerit: *liber generationis Abrahae;* sed, *liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Et cur hos duos potissimum nominaverit, nequaquam praetereundum puto. Non enim otiose fidelissimi auctores generis eliguntur; ut intelligamus quod in ipsa generatione carnis, spiritualis magis successio requiratur. Duo sunt enim isti viri, in quos manaverunt promissa divina. (Quaest. p. 22[illegible] sqq.)

7. Prior Abraham qui ante Moysis legem et ante populum Iudaeorum propria derelinquens, et cognoscens Deum, meruit fidei testimonium; quia *credidit Deo, et reputatum est ei ad iustitiam:* qui etiam a Deo accepit oraculum dicente sibi: *exi de terra tua* etc. *et benedicentur in te omnes tribus terrae.* Vides igitur congregatio-

1) Deflectit aliquantum Ambrosius ab Eusebio, cuius tamen verior sententia est dicentis Elisabetham de levitico genere, quia sacerdotis uxor erat. Sed enim de hac cognatione videsis sis rursus Eusebium in scholio ad Lucam, quod ex vaticano codice nos protulimus p. 277.

nes gentium et sacrosanctum ecclesiae coetum oraculo divino huic esse primo promissum. Et ideo is auctor generis debuit designari, qui instaurandae ecclesiae sponsionem primus emeruit.

Quaest. p. 232, et p. 277.

8. David quoque merito et ipse auctor generis declaratur, quia cum iureiurando responsum, quod ex ipso secundum carnem Christus futurus esset, accepit. Sic enim scriptum est: *iuravit Dominus David veritatem, et non paenitebit eum: ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam* Et alibi: *semel iuravi in sancto meo, si David mentiar: semen eius in aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo.* Et in paralipomenis etc. Per Esaiam quoque etc. 1).

9. Omnia convenire de Christo evidentibus signatur oraculis, nec posse divinae fructum potentiae ad Salomonis gratiam derivari, qui David filius fuit, cuius finis haud dubie cognoscitur. - Numquid in saeculum regnavit Salomon, qui annis tantummodo quadraginta regnavit? *Ego ero*, inquit, *ei in patrem, et ille mihi in filium.* Quis est iste proprius Dei filius, nisi cui dictum est: *filius meus es tu, ego hodie genui te?* - At vero Salomonem fortasse ideo errasse tam graviter, ne errarent homines, et ad ipsum crederetur manasse promissum, divinarum serie cognovimus lectionum. Aedificavit enim templum Astartae idolo propter amorem mulieris, et indignatus est Dominus in Salomonem. - Igitur vides quoniam promissi series Christum spopondit.

Quaest. p. 234.

10. Et ideo istos duos generis auctores evangelista delegit: unum qui promissum accepit de congregatione populorum; alterum qui de generatione Christi oraculum consecutus est. Et ideo licet ordine sit successionis posterior, prior tamen quam Abraham in Domini generatione describitur; quia plus est promissum accepisse de Christo, quam de ecclesia; quoniam ecclesia ipsa per Christum. Ergo unus princeps generis secundum carnem, alter princeps generis secundum spiritum: alter secundum seminis gratiam, alter secundum populorum fidem; potior enim qui salvat eo qui salvatur.

Quaest. p. 229. 270. 272.

11. Unde et Lucas ad Deum putavit originem eius referendam; quod verus Christi generator Deus sit, vel secundum veram generationem pater, vel secundum lavacri regenerationem mystici muneris auctor. Et ideo non a primo generationem eius coepit describere; sed postea quam baptismum eius explicuit, auctorem omnium Deum per baptismum cupiens demonstrare, Christum quoque a Deo manasse ordine successionis adseruit.

Quaest. p. 245.

12. Hic quoque aliqui solent inserere quaestiones, quod Matthaeus ab Abraham usque ad Christum quadraginta duas generationes enumeraverit, Lucas vero quinquaginta; et quod per alias personas Matthaeus, per alias Lucas generationem manasse descripserit: in quo iam potes illud probare quod diximus, quia cum alios Matthaeus maiores dominici generis, alios vero Lucas in ordine generationis texuerit, ab Abrahamo tamen et David reliquos auctores generis uterque signavit.

Quaest. p. 228.

13. Quod vero per Salomonem Matthaeus generationem derivandam putavit, Lucas vero per Nathan; alter regalem, alter sacerdotalem familiam videtur ostendere. Quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius; sed alter alteri pari fide et veritate concordet. Fuit enim vere et secundum carnem regalis et sacerdotalis familiae: rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus: licet oraculum non de carnalibus sed de caelestibus exprimatur.

Quaest. p. 246. seq.

14. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucam successiones usque ad Christum sunt, pauciores secundum Matthaeum; cum per alias personas generationem fatearis esse decursam: potest enim fieri ut alii longaevam transegerint vitam, alterius vero generationis viri immatura aetate decesserint; cum videamus complures senes cum suis nepotibus vivere, alios vero vero viros statim filiis suis obire susceptis.

Quaest. p. 223. sqq.

15. Illud quoque advertimus, quod sanctus Matthaeus Iacob, qui fuit pater Ioseph, filium Mathan esse memoraverit. Lucas vero Ioseph, cui desponsata erat Maria, filium Heli. Heli autem filium Melchi esse descripserit. Quomodo unius duo patres, id est Heli et Iacob? quomodo etiam duo paterni avi Mathan et Melchi? Sed si vere quaeris, invenies, quod iuxta praescriptum legis veteris duo fratres diversos filios uterinos ex una uxore generaverint. Traditur enim Mathan, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, et uxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit uxorem, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli, fratre sine liberis decedente, copulatus est fratris uxori, et generavit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur; quoniam semen fratris defuncti frater iuxta legis veteris seriem suscitabat. Ita duorum filius dictus est.

Quaest. p. 245.

16. Non absurdum autem videtur, quod quater denas generationes dividendas sanctus Matthaeus putavit, ab Abraham usque ad David, a David usque ad transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis usque ad Christum, in quo vices mutationum pariter designavit. Ab Abraham enim usque ad David tempora, sine regibus fuit populus Iudaeorum; regnum enim iustum a David coepit 2): deinde per reges actum genus omne est Iudaeorum, et intemerata usque ad transmigrationem eorum regna manserunt. Post transmigrationem vero in occasum degenerantis populi nobilitas circumcisa vergebat.

17. Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famosae, ut illis videtur Matthaeus commemorationem in dominica generatione contexendam putavit? Cur etiam Ruth? cur eius quoque mulieris quae Uriae uxor fuit, et occiso marito in David nuptias commigravit? cum praesertim Sarrae et Rebeccae et Rachel sanctarum feminarum nusquam fecerit mentionem.

Quaest. p. 231. seq.

18. Primum, si veris intendas animum, haec mulier (Thamar) non tam famosa quam iusta; non enim temporalis usum libidinis requisivit, sed successionis gratiam concupivit. Erat enim deforme liberos non habere. Promiserat eam filio suo Iudas, et diu pactarum foedera distulerat nuptiarum. Per moram promissi defunctus est sponsus. Dolens se sine filiis remansisse, dolum studio generationis commenta est, et Iudam consilio praevertit; ut se eidem offerret ornatam, postea quam defunctam eius coguovit uxorem. Vides utique mulieris vitam probari, quod non alienum praeripuit torum, non meretricio studio quasi meretrix adornata est: non enim vagam captavit libidinem, sed diu soceri fraudata promissis, ex ea familia quam delegerat, converso dolo, fructum voluit successionis adipisci. Quis itaque castior, illa quae tamdiu expectavit promissum, an ille qui amorem ferre non potuit oblatum? illa quae sponsi familiam non refugit, an iste qui meretricem putavit? illa quae horam sui corporis volentibus non permisit ad copulam, an iste qui quod studio coepit erroris, ad successionis gratiam castitate mulieris consummavit? Denique ipse confessus est dicens: *iu-*

1) Divinaveram olim in principe mea editione p. 102. adn. 1, fore ut si integrior Eusebius aliquando inveniretur, hi quoque paralipomenon et Esaiae loci apud eum apparerent; quod reapse nunc accidisse videmus in plenioribus Eusebii partibus p. 271.

2) Haec particola in Eusebio desideratur, videturque Ambrosii glossa.

stificata est Thamar magis quem ego; propter quod non dedi eam Selon filio meo. Denique numquam postea virum experta est; iste unius horae impatiens, qui annos a puella exegerat castitatis etc.

19. Sed non ita illam defendimus, ut istum accusemus: immo utrumque excusemus; non autem nos, sed mysterium quod copulae illius fructus expressit: generavit enim mulier Phares et Zaram filios, generavit geminos. Unde non otiose Matthaeus utrumque signavit, cum Phares tantummodo commemorationem posceret. *Phares enim genuit Esron; Esron genuit Aram:* deinde per ordinem singuli. Cur autem cum Isaac duos generaverit, Iacob plures, singulorum tantummodo quos successionis dominicae causa poscebat, fecit scripturae series mentionem, horum autem utrumque memoravit, nisi quia hic in utroque mysterium est?

20. Tractavimus moralem locum; tractemus historicum et mysticum. Cum generaret Thamar, legisti quia unus de utero eius praemisit manum, quam corripiens obstetrix, coccum ligavit dicens: *hic exiet prior.* Ut autem manum revocavit puer in matris uterum, statim exivit frater eius. Dixit autem obstetrix: *quid incisa est per te sepis? et vocavit nomen eius Phares. Et post ipsum exivit frater eius, in cuius manu erat coccum, et vocavit nomen eius Zaram.* Vides quanta aenigmata mysterium prodant etc.

21. Cur autem alter manum praemisit ex utero, alter genitali praecessit exortu, nisi quia per geminorum mysterium gemina describitur vita populorum? una secundum legem, altera secundum finem: una secundum litteram, altera secundum gratiam. Prior gratia, quam lex; prior fides, quam littera: et ideo gratiae typus manum ante praemisit; quia gratiae actus ante praecessit, qui fuit in Iob, Melchisedech, Abraham, Isaac, et Iacob, qui per fidem sine lege vivebant. *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam.* Praevenientes enim legem patriarchae sancti, praescriptorum vinculis absoluti, libera et consimili nobis gratia refulserunt.

22. Prior Zara, qui interpretatione significat oriens: lux enim pietatis veri splendor orientis est 1), illius utique qui dixit, oriens nomen est mihi: cuius in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primi vitae suae actum in hoc saeculo praemiserunt. - Sed media tamquam sepis obiecta legis est observatio, et quodammodo vita maiorum videtur incisa etc.

24. Itaque postea quam manum reduxit, quasi incisione facta sepis, exivit frater eius, quem quasi medium parietem sepis vel maceriae apostolus nominavit, atque ipse de incisione nomen accepit: Phares enim divisio est; unde pharisaei nuncupati, eo quod a multorum se coniunctionibus separarent. Beatius autem et multo melius fuisset non incidi sepem, sed unam eandem et indivisam permanere. Quod fieri potuit si ei vitae quae prior manum misit, hoc est actum ostendit suum, consequens fuisset eius vitae militia quae secuta est. Multo enim melius, si circumcisus populus vitam maiorum voluisset imitari: sic enim fuisset una sepis, una maceria, una aedificatio priorum ac sequentium. Sed quia primum illum vitae actum posterioris infirmitas non potuit implere, incisione sine dubio facta sepis eius sive maceriae, quae secundum Deum aedificata erat, tamquam medius paries interiectus est.

26. Ergo dominus Iesus, qui postea secundum carnem venit in lucem, veteris illius munitionem sepis instaurans, in maiorum nos actum et antiquam simplicitatem fidei reformavit. Unde de eo et propheta dixit: *vocaberis aedificator sepis.* Tulit enim illum obicem qui unitatem mentis et corporis, seriemque vitae simplicis dividebat; atque ipse factus est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem sepis solvit. Quem parietem exponit apostolus inimicitias esse in carne. Has ergo inimicitias tulit Dominus, et pacem refudit, legemque mandatorum in decretis evacuavit. Dominus enim sabbati, superstitionem tulit sabbati corporalis, et quasi medium solvit legis parietem: qui nos ab ea pietate, quae secundum Deum est, decretorum difficultate prohibebat: eo quod iuxta Moysis legem non erat facile atque possibile gentibus militare Deo, cum inanis superstitio Iudaeorum purum affectum gentium a subeunda observatione revocaret.

29. Hic est Dominus, cuius in Zara typus ante praecessit, eo quod ex tribu et ex semine illius Zarae dominus Iesus secundum carnem non solum a femina, sed etiam sub lege generatus est, ut eos qui sub lege erant redimeret.

30. Ruth quoque sine dubio pari ratione minime praetermissam aestimare debemus: de qua sensisse videtur apostolus sanctus, cum alienigenarum vocationem gentium spiritu praevideret per evangelium esse celebrandam, dicens quod lex non sit iustis posita sed iniustis. - Haec enim cum sit alienigena et moabitis (praesertim cum lex Moysis prohiberet has nuptias Moabitasque excluderet ab ecclesia; sic enim scriptum est: *Moabitae non intrabunt in ecclesiam Domini usque ad tertiam et quartam generationem, et usque in saeculum*); quomodo intravit in ecclesiam, nisi quia sancta et immaculata moribus supra legem facta est? Si enim lex impiis et peccatoribus posita est, utique Ruth, quae definitionem legis excessit, et intravit in ecclesiam, et facta est israhelitis, et meruit inter maiores dominici generis computari, propter cognationem mentis electa non corporis, magnum nobis exemplum est, quia in illa nostrum omnium qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in ecclesiam Domini figura praecessit. Hanc igitur aemulemur; ut quia haec moribus hanc praerogativam meruit adsciscendae societatis suae, sicut historia docet; nos quoque propter morum electionem in ecclesiam Domini, meritis suffragantibus, adlegemur. Quaest. p. 2

33. Recte igitur sanctus Matthaeus per evangelium gentes ad ecclesiam vocaturus, auctorem ipsum Dominum gentilis congregationis, alienigenarum generationem secundum carnem adsumsisse memoravit; ut iam tunc esset indicium quod illa generatio ederet gentium vocatorem, quem sequeremur omnes ex alienigenis congregati, relinquentes paterna. - Ergo Ruth, sicut Lia et Rachel, oblita populum suum et domum patris sui, solvens vinculum legis, ingressa est in ecclesiam.

35. Quam vero commemoratio eius dominicae prosapiae fuerit inserenda, declarat mysterii altioris expressio, qua prophetatum est ex genere eius in Ephratha Christum esse generandum, cum dicitur: *det tibi Dominus facere virtutem in Ephratha, et sit nomen in Bethleem.* Quae est enim virtus, nisi quae per Christum gentium populos congregavit? quod autem nomen, nisi illud quod Bethleem patria Domini secundum carnem nascentis est facta?

37. David quia praesumptione virtutis elatus dixerat: *ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in aeternum;* slatim insolentiae huius poenam subiisse se memoravit dicens: *avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* - Si ergo David insolentiam damnat, humilitatem induit, recte in historia uxoris Uriae magisterium istud affectandae humilitatis adsciscitur. Quaest. p.

1) Paulo aliter videtur Ambrosius legisse verba Eusebii p. 237. n. 6. φωτὸς γὰρ εὐσεβείας αἱ πρῶται τῆς ἀνατολῆς αὐγαί.

Quaest. p. 241. 273. 39. Ergo cum David Bersabee historiam non praetermiserit in suis psalmis, ut in ea vel mysterium vel actum perfectae paenitentiae nos doceret, iure videmus etiam in generationibus dominicis non praetermissam. - Alterum mysterium ad ecclesiam pertinet quod dixit: *ecce audivimus eam in Ephratha.*

Quaest. p. 272. 273. 40. De Achab 1) autem satis claret, cui uxor Iezabel: et de Iechonia, de quo satis idoneus auctor est Hieremias, maximi reum esse delicti, cui etiam quod habuit nomen eripuit. Et ideo qui Ioacim in regnorum libris dicitur, Iechonias ab Hieremia est nominatus, dicente eo: *abiectus est Iechonias ut vas, non est usus in eo; propter quod proiectus est ipse et semen eius. Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum istum abdicatum; quia non exsurget ex semine eius sedens in throno David, princeps adhuc in Iuda.* Eo enim regnante, Iudaeam Babylonii vastaverunt, neque postea umquam de semine eius regnum quisquam in Iudaea potuit obtinere. Postea enim populus de captivitate dimissus, sub sacerdotibus et tetrarchis fuit. Unde etiam usque ad Christi generationem mansere tetrarchae; ne ipsi quidem, quantum historia docet, regalis dignitatem generis reservantes 2).

42. Tamen ipsum regem secundum honorem saeculi non accepimus Christum. Quomodo ergo *ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam?* quomodo et angelus de eo dicit, quod *dabit illi dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob?* Quomodo regnare promittitur, nec ostenditur? aut quomodo ex semine Iechoniae nullus regnaturus dicitur per prophetam? Si enim Christus regnavit, ex semine autem Iechoniae Christus est, propheta mentitus est, mentita sunt et oracula. Sed illic futuros ex semine Iechoniae posteros non negatur; et ideo de semine eius est Christus: et quod regnavit Christus, non contra prophetiam est; non enim saeculari honore regnavit, nec in Iechoniae sedibus sedit, sed regnavit in sede David.

Quaest. p. 274. 43. Verum cum ipse Iechonias David sederit sedem, quemadmodum solvitur quod dictum est, quia David sedem Iechoniae posteri non sedebunt, cum eadem sedes fuisse videatur amborum? Itaque et nos sedem Davidis fuisse negare non possumus; non eandem tamen regis David sedem Christus, quam Iechonias, sedit: immo nec quisquam alius ex genere David sedem eius potuit sedere, quam Christus; quia nec in alio semen eius aeternum est, sed in Christo, sicut Deus ipse iuravit dicens: *semel iuravi sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo.* Quem igitur dicit hic? non Salomonem utique, non Roboam, non Nathan, sed illum de quo solo potest dicere: *ipse invocabit me, pater meus es tu. Ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronus eius sicut dies caeli.* Hic est, de quo dicit angelus ad Mariam: *et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur; et dabit illi dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.*

44. Excitemus Christum, ipsum interrogemus, ipse respondeat. Invenimus quia regnum Domini non est de hoc mundo; ipse enim dixit: *regnum meum non est de hoc mundo.* Qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum. Quaest. p. 251.

45. Illud quoque non praetermittendum putamus, quod a David temporibus usque ad Iechoniam, hoc est usque ad captivitatem, cum decem et septem fuerint reges Iudaeae, quatuordecim generationes sanctus Matthaeus posuerit: et rursus ab Iechonia usque ad Ioseph cum viritim generationes duodecim computentur, postea quatuordecim generationes descriptas esse memoraverit. Et primum oportet cognoscere posse plures esse successiones et pauciores generationes. Possunt enim diutius vivere aliqui et serius generare, aut certe penitus exsortes generationis existere. Itaque non quae regum, eadem generationum tempora. Unde et Matthaeus eos, quos ad generationem non putavit pertinere, praeteriit. Nam si propositum esset ei successiones describere, rationabiliter moveremur, cur cum in regnorum libris et paralipomenis conveniat, quod post Ioram Ochozias regnaverit, et Iodam et Amasias; Amasiae autem successerit Ozias; sanctus Matthaeus illos reges praeterierit, Ochoziam, Iodam et Amasiam, et post Ioram Iosaphat subiecerit. Sed non eum in regum successione, sed in generatione subiecit. Denique generationum relatorem se fuisse memoravit: potuit enim fieri ut et Ioram tardius generaverit, et Iosaphat serius perceperit regnum; atque ita Ioram patri suo, cui in potestatem non successit, in generatione successerit. Quaest. p. 246.

46. Quod vero post Iechoniam duodecim generationes enumerasse videtur evangelista, si diligenter advertas, hic quoque quatuordecim generationum poteris invenire rationem. Duodecim enim usque ad Ioseph numerantur, non usque ad Christum: tertius decimus est Christus. Duos Ioachim, hoc est duos Iechonias fuisse historia indicat; unum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione generatum, id est patrem et filium. Ergo pater inter generationes superiores est computatus, qui successit Iosiae; filius inter posteriores, qui successit patri, id est nepos Iosiae. Duos autem fuisse regnorum libri indicant: *et imperavit Pharao super Israhel (etc. ut apud Euseb.)* Vides igitur quod alius fuerit Osiae filius, alius nepos: filius ille, cui Hieremias nomen imposuit: nepos iste, qui patris vocatus est nomine. Et bene sanctus Matthaeus a propheta noluit discrepare; ut non Ioachim sed Iechoniam nominaret. Simul maiorem fructum dominicae pietatis adstruxit, si generis nobilitatem non in omnibus Dominus requisivit, sed de captivis et peccatoribus congrue nasci voluit, qui remissionem veniebat praedicare captivis 3). Quaest. p. 247.

48. Qui sunt isti Magi, nisi qui, ut historia quaedam docet, a Balaam genus ducunt, a quo prophetarum est: *orietur stella ex Iacob?* Quaest. syr. p. 281.

50. Haec tibi, frater, de generatione Christi non incognita putavi prolixius persequenda, ne quis cum ista in evangelio minus attento animo recenseret, aliquatenus fluctuaret etc. Quaest. p. 254.

1) Desideratur apud Eusebium mentio Achabi; idque accidisse puto, quia breviator hanc cum aliis partem eusebianam omiserit.

2) Exin exponit Ambrosius Herodis magni nativitatem patrisque historiam. Quare suspicor hanc quoque partem repetivisse Eusebium (a breviatore deinde omissam) in quaestionibus ex historia sua t. 7. sive ex Africano, uti repetiit quaest. IIII. ad Steph, partem illam de Iosephi genealogia.

3) Pergit Ambrosius quaerere ac respondere cur evangelista quorumdam meminerit, ut Iosephi, Iudae, Simeonis, Levini, Nathani, Noachi, Mathusalae, Enochi, Sethi, Adami; alios vero praetermiserit v. gr. Caioum. Quae omnia sumi ex Eusebio existimo, quamquam in breviatis eius quaestionum eclogis iam non occurrunt. Sic autem concludit librum Ambrosius, ut ad clausulam, qua Eusebius alloquitur Stephanum, sine dubio respiciat.

EX LIBRO X.

Quaest. p. 255 seqq. Item p. 283. seqq.

147. *Mane autem sabbati venerunt valde tempore ad monumentum.* Magna oritur hoc loco plerisque dubitatio; nam etsi non videntur evangelistae dixisse contraria, tamen diversa dixerunt. Siquidem Lucas *mane valde tempore;* Marcus *valde mane;* Matthaeus *vespere sabbati;* Iohannes *prima sabbati cum adhuc tenebrae essent*, mulieres ad monumentum venisse dixerunt. Deinde hic duos viros, Marcus unum iuvenem in albis sedentem, Matthaeus unum angelum, Iohannes duos angelos in albis sedentes visos esse memoraverunt. Postremo, quod vix enodabile videatur, Iohannes scripsit dictum Mariae Magdalenae: *noli me tangere; nondum enim adscendi ad patrem meum;* Matthaeus occurrisse Dominum scripsit Mariae Magdalenae et alteri Mariae, et illas accepisse et tenuisse pedes eius et adorasse, evidentissima descriptione digessit.

148. Quomodo ergo solvendum, nisi quatuor evangelistas de diversis quatuor putes dixisse temporibus; ut et personas alias mulierum, et alias coniicias visiones? Denique aliae cum unguento primo sabbati veniunt, aliae sine unguento vespere sabbati. Istarum nomen exprimitur, illae de Galilaea secutae Dominum designantur.

150. Primum igitur illud spectandum est, quod scriptum est: *vespere sabbati quae lucescit in prima sabbati*, resurrexisse Dominum. Sic enim habes, quia *vespere sabbati venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum, et ecce terrae motus factus est magnus.* Non enim die sabbati, sed post sabbati diem, nocte utique resurrexit. Denique quae mane venerunt, licet valde tempore, tamen iam Dominum resurrexisse cognoverunt.

151. Sic igitur temperandum est, ut neque mane dominica quae est prima post sabbatum, neque sabbato resurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum compleretur? non ergo vesperascente die, sed noctis vespere resurrexit. Denique graecus sero dixit, hoc est ὀψέ. Sero autem et horam signat in occasu diei, et cuiusque rei significat tarditatem. Est et sero tempus noctis profundum.

152. Unde et mulieres ad monumentum accedendi habent facultatem, iam utique custodibus quiescentibus. Postremo etiam principes sacerdotum congregati cum senioribus nocte id factum esse confirmant, dicentes custodibus: *dicite quia discipuli eius nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus* etc.

Quaest. p. 300.

153. Si plures Mariae, plures fortasse etiam Magdalenae, cum illud personae nomen sit, hoc locorum.

154. Denique alteram esse cognosce. Illa admittitur pedes Domini tenere, tangere Dominum ista prohibetur. Illa angelum videre meruit, haec primo quando venit neminem vidit. Illa discipulis Dominum resurrexisse nuntiavit, ista raptum esse significat. Illa gaudet, haec plorat. Illi in gloria sua iam Christus occurrit, haec adhuc mortuum quaerit. Illa Dominum vidit et credidit, haec non potuit agnoscere cum videret. Illa fideli adorabat in spiritu, haec dubio maestificabatur affectu.

Quaest. p. 301.

155. Merito nimirum prohibetur tangere Dominum; non enim corporali tactu Christum, sed fide tangimus: *nondum enim*, inquit, *adscendi ad patrem meum;* hoc est, nondum tibi adscendi, quae viventem cum mortuis quaeris.

161. Itaque quid intersit inter illam et hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit ut Iesum videat, haec retrorsum convertitur: illa salutatur, haec redarguitur. Denique sic habes: *dicit ei Iesus, mulier.* Quae non credit, mulier est, et adhuc corporei sexus appellatione signata.

180. Spiritum autem sanctum vel illis undecim quasi perfectioribus insufflavit, et reliquis postea tribuendum esse promittit; vel iisdem ibi insufflavit, hic spopondit. Nec videtur esse contrarium, cum divisiones sint gratiarum; *alii enim datur sermo sapientiae* etc. *alii operatio virtutum* etc. Ergo aliam insufflavit ibi operationem, hic aliam pollicetur; ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur angustius, et ideo insufflatur a Christo. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam describit affusam. Denique ibi habes *accipite Spiritum sanctum.* — Quaest. p. 294. seqq. et p. 302.

182. Cur secundum Matthaeum et Marcum mandat discipulis, *praecedam vos in Galilaeam, ibi me videbitis:* secundum Lucam vero et Iohannem etiam intra conclave obtulit se videndum? Et quidem quod se videndum frequenter obtulerit, et plusquam quingentis fratribus et Petro et Iacobo, etiam apostolico probavimus testimonio. Et Lucas in actibus apostolorum docuit, quod discipulis *manifestaverit se vivere post passionem suam, in multis argumentis apparens his, et disputans de regno Dei.* Ergo quia saepius et diversis apparuit, cum in Galilaea quando sit visus, nequaquam praescriptum ac definitum tempus scriptum signaverit, in Hierusalem quando se obtulerit, et diem et horam expresserit; timidiores intra coclavia revisuntur, fortiores ad montem convenerunt. — Quaest. p. 295. et p. 301.

183. Denique intra conclave, ostiis clausis, inducit Iohannes discipulos congregatos propter metum Iudaeorum: quos non undecim Lucas, sed plures scripsit fuisse: istos autem Matthaeus undecim solos in Galilaea convenisse non siluit: *undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam, in montem ubi constituerat illis Iesus, et videntes eum adoraverunt.* Undecim quoque discumbentibus discipulis et Marcus in fine apparuisse scribit.

184. Unde hoc convenientius arbitror, quod Dominus quidem mandaverit discipulis ut in Galilaea se viderent; sed illis metu intra conclave residentibus, primo se obtulisse, postea vero confirmatis animis, undecim illos Galilaeam petisse. Vel certe (hoc quoque diligentibus scriptoribus placuisse reperio) nihil obstat si dicamus pauciores intra conclave, in monte complures fuisse.

EX HIERONYMI COMMENTARIO AD MATTHAEUM.

Filii David, filii Abraham etc. Ideo, ceteris praetermissis, horum filium nuncupavit, quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio ad Abraham *etc.* — Quaest p. 232.

Notandum in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura reprehendit; ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Unde et in consequentibus Ruth moabitis ponitur, et Bethsabee uxor Uriae. — Quaest. VII. VI IX.

Cernis quod secundum fidem historiae tres reges in medio fuerint, quos hic evangelista praetermisit. Quia evangelistae propositum erat tres tessaracedecades in diverso temporum statu ponere *etc.* — Quaest. p. 24

Si voluerimus Iechoniam in fine primae tessaracedecadis ponere, in sequenti non erunt quattuordecim sed tredecim. Sciamus igitur, Iechoniam priorem ipsum esse quem et Ioacim; secundum autem, filium, non patrem: quo-

1) Hactenus S. Ambrosius, tacito ut veteres saepe solent auctoris nomine, evangelicas Eusebii quaestiones excerpsit. De hoc autem Ambrosii more latius nos in praefatione diximus.

1) Habemus hanc Iuliani imp. obiectionem apud S. Cyrillum in opere contra eundem Iulianum libro VIII. circa initium.

rum prior per *c* et *m*, sequens per *ch* et *n* scribitur: quod scriptorum vitio et longitudine temporum, apud graecos latinosque confusum est.

Hoc loco obiecit nobis Iulianus Augustus 2) dissonantiam evangelistarum, cur evangelista Matthaeus Ioseph dixerit filium Iacob, et Lucas eum filium appellaverit Heli: non intelligens consuetudinem scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente praeceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris vel propinqui sui. Super hoc et Africanus temporum scriptor, et Eusebius caesariensis in libris διαφωνίας εὐαγγελιῶν plenius disputarunt. (aest. III. IV. m suppl.)

(uaest. p. 247.) Numera a Iechonia usque ad Ioseph, et invenies generationes tredecim; quarta decima ergo generatio in ipsum Christum reputabitur.

(Quaest. I.) Quaerat diligens lector et dicat: quum Ioseph non sit pater domini Salvatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus usque ad Ioseph? cui respondebimus primum, non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuisse Ioseph et Mariam: unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam: et quod simul censetur in Betleem, ut de una videlicet stirpe generati.

(Quaest. I.) Quare non de simplici virgine sed de desponsata concipitur? Primum ut per generationem Ioseph, origo Mariae monstraretur: secundo ne lapidaretur a Iudaeis ut adultera: tertio ut in Aegyptum fugiens haberet solatium mariti. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit; ut partus, inquiens, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine sed de uxore generatum.

Non ab alio inventa est nisi a Ioseph, qui paene licentia maritali futurae uxoris omnia noverat. (Quaest p. 277.)

Quomodo Ioseph quum crimen celet uxoris, iustus scribitur? sed hoc testimonium Mariae est, quod Ioseph sciens illius castitatem, et admirans quod evenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat. (Quaest. p. 221.)

Notandum quod Ioseph filius esse dicatur David, ut Maria quoque de stirpe David monstraretur. (Quaest. p. 1. seqq.)

Oritur in oriente stella, quam futuram Balaam, cuius successores Magi erant, vaticinio noverat. (Quaest. syr. pag. 281)

EX EODEM HIERONYMO CIRCA FINEM.

Quod diversa tempora istarum mulierum in evangeliis describuntur, non mendacii signum est, ut impii obiiciunt, sed sedulae visitationis officium, dum crebro abeunt ac recurrunt, et non patiuntur a sepulcro Domini diu abesse vel longius. (Quaest ad Mar.)

Istae accedunt et tenent pedes eius, quia adoraverunt eum. Ceterum illa quae quaerebat viventem cum mortuis, et nesciebat adhuc filium Dei surrexisse, merito audit: *ne tangas me, nondum enim adscendi ad patrem meum.* (Quaest. p. 301.)

MONITUM DE SEQUENTE THEOPHANIAE FRAGMENTO.

Rursus mihi iucunda res accidit, quod dum Eusebii locos, quotquot sunt in Nicetae ad Lucam catena ms., ex graecis latinos facerem, feliciter agnovi, postremum praedicti Eusebii locum, in penultimo scilicet atque ultimo codicis folio scriptum, pertinere totidem verbis ad Theophaniae librum IV. capp. 8. et 9, prout in anglica cl. Samuhelis Lei ex syriaco idiomate interpretatione legitur, ab initio paginae 224. usque ad initium item paginae 229. Nunc vero repertum a nobis originale graecum fragmentum, in nostra quidem Theophaniae editione graeca inter quintum sextumque numerum p. 121. collocandum erit. Porro Nicetam Theophaniae partes modo cum ipso operis titulo, modo tantum Eusebii adscripto nomine (ut heic fecit) recitare in catena ms. solitum, iam alibi non semel diximus. Quare et nos, ante cognitas seu anglicam seu syriacam operis editiones, locos nudo Eusebii nomine praeditos, Theophaniae adscribere non potuimus; quod nunc anglici libri beneficio effecimus: ut anglus vicissim editor, graeca nostra originalia in librum suum, cum ei commodum erit, libenter ut remur transferet. Nequid vero heic repetamus, lectores nostros ad disputata superius in monitis p. 108, et p. 157-159, itemque in adnotationibus sparsim dicta, ablegamus. Certe hinc apparet, citatum aliud a cl. Sam. Leo p. 224. in adn. fragmentum nostrum (apud nos p. 136. fin.) ad hunc Theophaniae locum, ut ipse vellet, trahi non posse.

EUSEBII CAESARIENSIS

THEOPHANIAE GENUINUM FRAGMENTUM

EX NICETAE CATENA MS. AD LUCAM.

Cod. A. f. 319. b. Theoph. lib. IV. 8. ed. angl. p. 224.

α΄. Ἐπειδήπερ ἐν προφητείαις ἀναγράπτοις εἰς αὐτοῦ πρόσωπον εἴρηται προφητικῶς, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, διὰ τοῦτο ὡς ἂν τῆς προφητικῆς μαρτυρίας ἔργῳ νῦν πληρωθείσης φησὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον *, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν*, ὅτι δεῖ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη· τῶν μὲν γὰρ κατ' οὐρανὸν ἐξ αἰῶνος ἐπεῖχε τὴν βασιλείαν, τῶν δ' ἐπὶ γῆς νῦν αὐτῷ δεδόσθαι φησὶ τὴν ἀρχήν· πάλαι μὲν γάρ, ὡς Μωϋσῆς μαρτυρεῖ *, ἄγγελοι θεοῦ ἦσαν τοὺς ἐπὶ γῆς ἐγκεχειρισμένοι· διατραπείσης δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ἐπὶ τὴν πολύθεον πλάνην, καὶ τῶν ἐπιστατούντων ἀγγέλων μηδὲν πρὸς τοῦτο ἐπικουρεῖν δυναμένων, αὐτὸς δὴ λοιπὸν ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ διὰ τῆς αὐτοῦ θεοφανείας, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην διδάσκει, ὅτι μηκέτ' ἀγγέλοις, ἀλλ' αὐτῷ πρὸς τοῦ πατρὸς ἡ τῶν ἐπὶ γῆς ἐθνῶν ἐξουσία δέδοται· διὸ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς οὐ πρότερον ἀλλὰ νῦν παρεκελεύσατο περιελθεῖν καὶ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη. Ἀναγκαίως δὲ προστίθησι τὸ μυστήριον τῆς ἀποκαθάρσεως· ἐχρῆν γὰρ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστραφέντας, παντὸς μολυσμοῦ καὶ μιάσματος διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀποκαθαίρεσθαι ἐκ τῆς δαιμονικῆς καὶ ἰδωλολάτρου πλάνης, μιάσμασί τε παντοίοις ἐνισχημένους, ἄρτι τὸ πρῶτον ἐξ ἀκολάστου καὶ παρανόμου βίου μεταβεβλημένους· τούτους δὲ καὶ διδάσκειν παραινεῖ μετὰ τὴν ἀποκάθαρσιν τὴν διὰ τῆς αὐτοῦ μυστικῆς διδασκαλίας οὐ τὰ ἰουδαϊκὰ παραγγέλματα οὐδὲ τὰ παρὰ Μωϋσεῖ νόμιμα, ἀλλ' ὅσα αὐτοῖς ἐνετείλατο φυλάττειν· ταῦτα δ' ἦν ἃ δὴ συμφώνως οἱ πάντες ἐκπεριελθόντες πάντα τὰ ἔθνη παραδεδώκασι ταῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίαις· ἀναγκαίως δὲ αὐτοὺς προτρέπει, καὶ προθυμοτέρους ἀπεργάζεται ἐπὶ τὸ θηρεῦσαι περιελθεῖν τε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ

* Matth. XXVIII. 18.

* Luc. XXIV. 47.

* Deut. XXXII. 8.

Cod. A. f. 220.

1. Quia in scriptis vaticiniis de ipsius persona prophetice dictum est: « postula a me, » et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et » possessionem tuam terminos terrae » propterea tamquam si propheticum testimonium nunc iam in rem collatum fuisset, dicit discipulis suis, secundum Matthaeum quidem, data est mihi omnis potestas in caelo et in terra; secundum vero Lucam, ait praedicari oportere in nomine eius paenitentiam et remissionem, ad omnes gentes. Nam caelestium quidem ab aeterno dominationem tenebat; terrestrium autem, nunc sibi datum principatum dicit. Olim quippe, teste Moyse, angelis Dei commissa erat terrae incolarum cura: sed quum genus humanum ad polytheismi errorem deflexisset, nemoque ex praepositis angelis opem ullam hac in re praestare posset, ipse deinde omnium Servator divina sua manifestatione, post relatam de morte victoriam docet, haud iam diutius angelis, sed ipsi a patre potestatem in terrae gentes datam. Idcirco discipulis suis haud antea, sed nunc, mandavit circumire atque erudire omnes gentes. Necessario autem purgationis mysterium adiicit: oportebat enim conversos ex ethnicis, omni macula et inquinamento per ipsius virtutem purgari, diabolico nimirum et idololatrico errore et abominationibus cunctis olim devinctos; nunc autem primo ex impura scelestaque vita revocatos. Atque ut his suadeant admonet, post post purgationem, mystici magisterii vi peractam, haud iam praecepta iudaica, neque Moysis legitima, sed quae ipse iis praeciperet, observare. Haec videlicet uno ore cuncti dum per gentes discurrerent tradebant constitutis in universo orbe ecclesiis. Atque ut opus erat, hortatur, et alacriores efficit ad adeundas venatorum more gentes, et universum hominum genus eru-

diendum, addita promissione: ecce ego vobiscum sum. Secundum vero Lucam, Spiritum spondens. Haec autem promissionis verba re ipsa cumulavit: nam divina virtute cuique adstans, inspirans simul et cooperans, negotii successum confirmavit, eosque magistros apud omnes gentes traditae a se religionis constituit.

2. Hac illi promissione nixi, opere ipso illius verba complebant: protinus enim nihil morantes omni cum alacritate ad gentium magisterium discurrebant. Tum ipso rei eventu persuasi, oculisque eum viventem cernentes qui paulo antea extinctus fuerat, et quem cum iureiurando, propter ea quae acciderant, negaverant; hunc inquam spectantes evidenter personaliterque praesentem, et more solito adloquentem, et ea quae iam nos diximus promittentem: in tantum, ut a promisso se excidere haud posse cognoscerent, propter oblatam oculis apparitionem. Quae nisi ita se haberent, profecto ad praecepta illa torpuissent, rusticitatis suae et idioticae loquelae conscii, cuius causa officium fortasse detrectassent; recte cogitantes fieri haud posse ut homines lingua syri, et praeter artem piscatoriam omnium ignari, magistri constituerentur Graecorum simul et Romanorum, Aegyptiorum et Persarum, aliarumque gentium barbararum; legesque ferrent coram legumlatoribus regibusque, contrarias iis opinionibus quae de primariis diis ex omni aevo extiterant. Sed haec versare animo non licebat illis, qui vocem Dei dicentis audierant: ecce ego vobiscum sum; quoniam evidenter aspexerant loquentis divinitatem, morti superiorem apparuisse. Hinc eos inobedientiae timor incessit, ideoque periculis se obiectabant, accepta a magistro arrha vitae post mortem vivendae; magnoque animo cunctas gentes obibant, magistri sui promissiones opere confirmantes 3): quibus etiam dixerat: vos estis horum testes, mortis videlicet ac resurrectionis.

3. Quum ergo semel declarasset oportere in nomine eius praedicari paenitentiam in cunctis gentibus; nisi facta verbis postea consensis-

τεῦσαι πᾶν γένος ἀνθρώπων, δι' ἧς πεποίηται πρὸς αὐτοὺς ὑποσχέσεως εἰπὼν, καὶ ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν· κατὰ δὲ Λουκᾶν, τὸ πνεῦμα ἐπαγγειλάμενος· τούτῳ δὲ τῷ τῆς ἐπαγγελίας λόγῳ ἔργον ἐπιθεὶς, θεϊκῇ τὲ δυνάμει ἑκάστῳ συνὼν, συμπνέων τὲ αὐτοῖς καὶ συνεργῶν, ἐπιστώσατο τὸ κατόρθωμα, διδασκάλους τὲ αὐτοὺς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης θεοσεβείας ἀποδεικνύμενος·

β'. Ταύτῃ γοῦν ἐπιθαρσήσαντες τῇ ἐπαγγελίᾳ, ἔργῳ τοὺς αὐτοῦ λόγους ἐπλήρουν· αὐτίκα μηδὲν ὑπερθέμενοι σὺν πάσῃ προθυμίᾳ περιῆλθον ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν διδασκαλίαν· ἔργῳ μὲν αὐτῷ παραλαβόντες 1), καὶ ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες ζῶντα τὸν πρὸ μικροῦ θανόντα, καὶ ὃν ἐξωμόσαντο ἀρνησάμενοι διὰ τὰ συμβεβηκότα, τοῦτον αὐτὸν ἐναργῶς καὶ αὐτοπροσώπως παρόντα καὶ συνήθως προσδιαλεγόμενον, ἐπαγγελλόμενόν τε αὐτοῖς τὰ προλελεγμένα· οὐκ ἔχοντες δὲ ὅπως ἂν ἀποστήσωσι τῆς ἐπαγγελίας διὰ τὴν θεωρουμένην ὄψιν· ἦ γὰρ ἂν καὶ ἀπώκνησαν πρὸς τὸ ἐπίταγμα, ἀγροικίαν ἑαυτοῖς καὶ λόγων ἰδιωτείαν συγγινώσκοντες δι' ἣν τάχα ἂν καὶ παρῃτήσαντο, εἰκότως λογισάμενοι ὡς οὐχ οἷόν τε ἦν σύρους τὴν γλῶτταν, καὶ πλέον ἁλιείας μηδὲν ἐπισταμένους, διδασκάλους ὁμοῦ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων, Αἰγυπτίων τὲ καὶ Περσῶν καὶ τῶν λοιπῶν βαρβάρων ἐθνῶν καταστῆναι, ἀντινομοθετῆσαι τὲ τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς νομοθέταις τὲ καὶ βασιλεῦσι, τἀναντία τοῖς περὶ τῶν πρώτων θεῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος δεδογμένοις· ἀλλ' οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ταῦτα διανοεῖσθαι, ἀκούσασι μὲν θεοῦ φωνῆς λεγούσης αὐτοῖς, ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, ὁρῶσι δὲ ἐναργῆ τὴν τοῦ λαλοῦντος θεότητα· κρείττονα θανάτου φανθεῖσαν· διὸ καὶ δέος αὐτοῖς τῆς παρακοῆς εἰσῄει 2)· ἔνθεν ὁμόσε τοῖς κινδύνοις ἐχώρουν, τῆς μετὰ θάνατον ζωῆς παρὰ τοῦ διδασκάλου λαβόντες τὰ ἐχέγγυα· προῆλθον τὲ εὐθαρσῶς ἐπὶ τὴν τῶν ἁπάντων ἐθνῶν περίοδον, τοῦ σφῶν διδασκάλου τὰς ὑποσχέσεις ἔργοις πιστούμενοι· οἷς καὶ ἔφη, ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων, τοῦ θανάτου δηλαδὴ καὶ τῆς ἀναστάσεως.

γ'. Ἅπαξ οὖν ἀποφηναμένου δεῖν κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, εἰ μὴ τοὔργον ἐπικολούθηκε τῷ λόγῳ, μη- Theoph. IV. 9. Angl. p. 228.

1) Aliter heic interpungit, consequenterque interpretatur editor anglus.

2) Abit in alium prorsus sensum anglica ex syriaco interpretatio: *respecting wich however they had entertained fear.* (Syriaco textu me carere, non semel alibi dixi.)

3) Heic praetermittitur a Niceta eclogario pars aliquanta eusebiani textus, quae legitur in anglicana editione p. 227.

δὲ τὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναβιώσεως αὐτοῦ πιστευέσθω· εἰ δὲ εἰσέτι καὶ νῦν τὰ τῆς προῤῥήσεως εἰς ἔργον χωρεῖ, ὅ τε λόγος αὐτοῦ ζῶν καὶ ἐνεργῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται, ὥρα μηδὲ τῷ τὸν λόγον προεμένῳ ἀπιστεῖν· οὗ γὰρ ἡ δύναμις ζῶσα καὶ ἐνεργὴς ὁρᾶται, τοῦτον ἀνάγκη πᾶσα πολὺ πρότερον ζῆν, καὶ θεοῦ ζωὴν τοῦτον ἐκτελεῖν 1), οὗ ζῶντα τὰ ἔργα σύμφωνα ταῖς φωναῖς ἀποδείκνυται· πᾶσαν γοῦν ἀκοὴν παντοίων ἐθνῶν 2) οἱ αὐτοῦ λόγοι διῆλθον μεταβαλλόμενοι καὶ μεθερμηνευόμενοι εἰς παντοίαν γλῶτταν ἑλληνικήν τε καὶ βάρβαρον· ὡς ἐξάκουστον αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι γενομένην, εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν ἀγαγεῖν μυρία πλήθη τῶν πρότερον ἐν πολυθέῳ πλάνῃ καὶ ἰδωλολατρείᾳ πλημμελῶς καὶ ἀσέμνως βιούντων· οὐ πρότερον δὲ ἄφεσιν, εἶτα μετάνοιαν· ἀλλὰ μετάνοιαν πρῶτον, εἶτα τὴν ἄφεσιν κηρύττειν παρακελεύεται· τοῖς γὰρ γνησίοις πρότερον κακῶν μετάνοιαν ἐνδειξαμένοις ἡ σωτήριος χάρις τὴν συγχώρησιν τῶν πεπραγμένων ἐδωρήσατο· δι' οὓς καὶ τὸν θάνατον ἀνεδέξατο, λύτρον ἑαυτὸν ἐπιδοὺς καὶ ἀντίψυχον τῶν μελλόντων δι' αὐτοῦ σωθήσεσθαι· οὕτω δῆτα οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ἄνδρες ἄπειροι λόγων ὄντες καὶ πάμπαν ἰδιῶται, πένητές τε καὶ εὐτελεῖς τὸ σχῆμα 3), τῇ δυνάμει τοῦ μετὰ θάνατον θεωρουμένου καὶ ἐμφανῶς αὐτοῖς συναυλιζομένου ἐπιθαρσήσαντες, ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ πόλεως ἀρξάμενοι κατὰ τὰς αὐτοῦ παρακελεύσεις, ἵνα ἀναπολόγητα εἴη τοῖς Ἰουδαίοις ἀπιστήσασιν, ἐπὶ πάντα προῆλθον τὰ ἔθνη, καὶ τὰ προστεταγμένα ἐποίουν, κηρύττοντες μετάνοιαν τοῖς πᾶσι καὶ λύσιν τῶν πρότερον τῆς ψυχῆς ἀμπλακημάτων.

sent, ne illum quidem a mortuis revixisse crederemus. Sin potius ad hanc usque diem et nunc etiam praedictio in rem convertitur; eiusque verbum, vivum et efficax per universum orbem conspicimus, sequitur ut ne verbi quidem auctori fidem derogemus. Nam cuius vis vivens et effectrix cernitur, hunc necesse est et multo potius vivere, et Dei vitam hunc praestare, cuius viva opera verbis consonantia monstrantur. Ad omnium itaque quantumlibet variarum gentium auditum sermones eius devenerunt translati in quamlibet linguam atque explanati sive graecam sive barbaricam: ut nempe doctrina eius cunctis populis innotesceret, quò converterentur ac resipiscerent innumerae multitudines, quae antea in polytheismi errore et idolorum cultu impie turpiterque vivebant. Neque antea dixit remissionem, postea paenitentiam, sed paenitentiam primo loco, deinde remissionem praedicare iussit. Nam fidelibus qui antea peccatorum paenitentiam prae se tulerint, Servatoris gratia veniam praeteritorum donat. Etenim propter illos mortem ipse excepit, pretium semet conferens ob animarum redemptionem quae salvandae sunt. Sic demum eius discipuli, homines linguarum ignari et omnino idiotae, pauperes vilique specie, virtuti illius quem post mortem spectaverant, quique manifeste cum ipsis conversatus fuerat, confidentes, capto abs Hierosolymis initio, secundum ipsius iussa, ut iam deinceps excusatione carerent Iudaei increduli, ad cunctas gentes devenerunt, et mandata sibi effecerunt, praedicantes omnibus paenitentiam, et priorum animae criminum absolutionem.

1) Potest etiam dici: *et Dei vitam vivere*, id est *parem divinae vitam degere*, Christum scilicet. Paulo aliter anglicus textus; *and that he bring to effect the living things of God.*

2) Non videtur legisse syrus voc. ἐθνῶν, ideoque anglus: *these his words then being varied.*

3) Ambiguus mihi est aliquantum ex syro anglus: *needy (as) they were in their character.*





Codices prophetarum Specimen 1

ΗCΑΙΑC ΠΡΟΦΗΤΗC

[illegible]

ΙΕΖΕΚΙΗΛ

[illegible]

EUSEBII CAESARIENSIS RELIQUIAE ALIAE.

Demonstrationis evangelicae scriptos fuisse ab Eusebio caesariensi libros omnino viginti, testes certissimi sunt sanctus Hieronymus de vir. ill. cap. 81, et Photius in bibliotheca cod. X. p. 11. Et nequid evidentiae veritati desit, idem Hieronymus librum XVIII. in praef. ad Oseam sic memorat: « Eusebius caesariensis in octavo decimo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως *quaedam de Osee propheta disputat. » Atqui in editionibus huius operis nonnisi decem priores extant libri; reliquos eruditi iamdiu desiderant. Nobis interim in patrum ad Danihelem catena, quam ex vaticano codice edidimus, bonum huius deperditi operis segmentum se obtulit; quod graece simul latineque ceteris Eusebii nostro labore editis scriptis heic adiungimus. Iam quod et in nostro hoc segmento, et in memorato apud Hieronymum loco, prophetarum oraculis Eusebius utatur, id consentaneum ceterae operis parti est.*

Fragmentum libri XV. demonstrationis evangelicae, ex catena patrum ad Danihelem (cap. II. 31.) a nobis edita Script. vet. T. I.

1. Necessarium putavi Eusebii caesariensis, cognomento Pamphili, adscribere verba, quae in ·XV· demonstrationis evangelicae libro extant. Is nempe universum visum explicans, sic ait. - Existimo hoc visum minime differre ab ipsius prophetae visione. Sicut enim propheta vidit mare magnum, sic rex ingentem statuam. Rursusque ut propheta vidit feras quatuor, quas interpretans in quatuor regna convertit; ita rex auro argento aere et ferro quatuor regna significabat. Denuoque ut propheta in postrema belua cornua decem divisa videbat, triaque cornua ab uno contrita; similiter rex in statuae extremitatibus partem ferri videbat partemque testae. Insuper ut propheta post quatuor regnorum visionem, filium hominis aspexit summo imperio ac potestate regnoque potientem; ita rex lapidem cernere sibi videbatur, qui universam contereret statuam, fieretque mons magnus, ita ut mare oppleret. Apte id quidem. Rex quippe vitae fastu irretitus, sensibiliumque rerum pulchritudinem tamquam coloriam tabulam titulis adiectis mirans, congruum erat, ut magnae statuae cunctorum hominum vitam compararet: prophetam autem decebat, multam hanc et magnam vitae fluctuationem, lato mari similem dicere. Regem, inquam, par erat pretiosa in hominum aestimatione metalla aurum argentum aes ferrumque suspicientem, conferre cum his materiis praepotentes variis temporibus inter homines dynastias: prophetam vero non dedecuit, fe-

α'. Ἀναγκαῖον ἐλογισάμην Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, τοῦ ἐπίκλην Παμφίλου, παραθέσθαι φωνὰς εἰρημένας ἐν πεντεκαιδεκάτῳ τόμῳ τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως· οὗτος γὰρ πᾶσαν ἐκθέμενος τὴν ὅρασιν οὕτως φησί.-Ἡγοῦμαι ταῦτα μηδὲν διαφέρειν τῆς προφήτου θεωρίας· ὡς γὰρ ὁ προφήτης θάλασσαν ἑώρα μεγάλην, οὕτως ὁ βασιλεὺς εἰκόνα πολλήν· καὶ πάλιν ὡς ὁ προφήτης ἑώρα δ' θηρία, ἅπερ ἑρμηνεύων μετέβαλεν εἰς δ' βασιλείας, οὕτως ὁ βασιλεὺς τὰς διὰ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, τέσσαρας βασιλείας ἠνίττετο· καὶ αὖθις ὡς ὁ προφήτης τῶν τοῦ ὑστάτου θηρίου κεράτων δέκα διαίρεσιν ἑώρα, καὶ τρία κέρατα ὑφ' ἑνὸς συντριβόμενα· καὶ ὁ βασιλεὺς ὡσαύτως ἐπὶ τῶν τελευταίων τῆς εἰκόνος μέρος τί σιδηροῦν καὶ μέρος ὀστράκινον ἐθεώρει· καὶ ἐπὶ τούτοις ὡς ὁ προφήτης μετὰ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλειῶν ὅρασιν ἑώρα υἱὸν ἀνθρώπου τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ βασιλείαν παρειληφότα· οὕτως καὶ ὁ βασιλεὺς λίθον συντρίβοντα τὴν εἰκόνα πᾶσαν καὶ γινόμενον εἰς ὄρος μέγα καὶ πληροῦν θάλασσαν ἐδόκει ὁρᾶν· καὶ εἰκότως· ἔπρεπε γὰρ τῷ μὲν ἠπατημένῳ περὶ τὴν τοῦ βίου φαντασίαν βασιλεῖ, καὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν οἷα χρωμάτων ὡραιότητα, ἐπιγραφῆς ἀνακειμένης θαυμάζοντι, εἰκόνι μεγάλῃ τὸν πάντων ἀνθρώπων ἀπεικάζειν βίον· τὸν δὲ προφήτην τὸν πολὺν καὶ μέγαν σάλον τοῦ βίου μεγάλῃ θαλάσσῃ παραβάλλειν· καὶ τῷ μὲν βασιλεῖ τὰς παρὰ ἀνθρώποις πολυτελεῖς γενομένας ὕλας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χαλκοῦ τε καὶ σιδήρου θαυμάζοντι, τὰς κατὰ χρόνους ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπι-

κρατεῖς βασιλείας ταύταις ἀφομοιοῦν ταῖς ὕλαις· τῷ δὲ προφήτῃ ἐν μορφαῖς θηρίων τὰς αὐτὰς βασιλείας καταλλήλως τῷ τῆς ἀρχῆς τρόπῳ διαγράφεσθαι· καὶ πάλιν τῷ μὲν βασιλεῖ μέγα ὡς εἰκὸς ἐφ' ἑαυτῷ φρονοῦντι, καὶ ἀλαζονευομένῳ ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων βασιλείᾳ, ἡ τῶν πραγμάτων μεταβολὴ δείκνυται, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν τὸ τέλος· εἰς καθαίρεσιν τοῦ ἐν αὐτῷ τύφου, καὶ εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι βέβαιον τὸ ἐν ἀνθρώποις, ἢ μόνον τὸ ἐπὶ πάντων τέλος τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας· ἔσεσθαι γὰρ μετὰ τὴν πρώτην Ἀσσυρίων ἀρχὴν, ἣν ὁ χρυσὸς ᾐνίξατο, δευτέραν τὴν τῶν Περσῶν, τὴν διὰ τοῦ ἀργύρου δεδηλωμένην· ἔπειτα τρίτην τὴν Μακεδόνων, ἣν ὁ χαλκὸς ἐσήμανε· μεθ' ἣν τετάρτην διαδέξασθαι τῶν Ῥωμαίων, κραταιωτέραν οὖσαν τῶν πρὸ αὐτῆς· διὸ καὶ σιδήρῳ παρεβάλλετο· εἴρητο γοῦν καὶ περὶ αὐτῆς, καὶ βασιλεία τετάρτη ἔσται ἰσχυρὰ ὡς σίδηρος· ὃν τρόπον ὁ σίδηρος λεπτύνει καὶ δαμάζει πάντα, οὕτως πάντα λεπτυνεῖ καὶ δαμάσει· καὶ μετὰ τὰς εἰρημένας ἁπάσας, τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν διὰ τοῦ συντρίβοντος τὴν πᾶσαν εἰκόνα λίθου παρισταμένην· καὶ ὁ προφήτης τούτων ἀκολούθως τὴν ἐπὶ τέλει τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ βασιλείαν οὐ πρότερον θεωρεῖ, ἢ τὰς εἰρημένας τέσσαρας δυναστείας διαγράψαι τὸν λόγον διὰ τῶν τεσσάρων μόνων καὶ οὐδὲ ἑτέρων ἡγοῦμαι τὰς ὁράσεις καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ προφήτῃ δεδεῖχθαι, διὰ τὸ ταύταις καταδουλωθῆναι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου χρόνων.

rarum figuris eadem regna designare, congruenter nimirum imperiorum moribus. Denique regi, ut fit, superbo et maiorum suorum diutina dominatione elato, rerum conversio ostenditur, regnorumque terrestrium finis: scilicet ob eius animi curandam tumiditatem, atque ut is nihil in hominibus stabile iudicaret, praeter divini super omnes mortales regni consummationem. Nam primam Assyriorum dominationem, quam aurum portendebat, excepturum erat secundo loco Persarum imperium argento demonstratum. Deinde tertium Macedonum regnum, quod aere significabatur. Post quod Romanorum quartum, ceteris quae praecesserant fortius: quare et ferro comparatur: diciturque de eo: quartum erit regnum validum ferri instar. Ac veluti ferrum omnia extenuat domatque, ita hoc regnum omnia comminuturum ac subiugaturum. Post haec omnia Dei regnum in lapide totam statuam conterente agnoscere est. Tum et propheta his consonans, universale Dei postremo loco futurum regnum haud ante videt, quam praedictae quatuor dynastiae quatuor beluarum figuris expressae in sermone fuerunt. Horum ergo quatuor regnorum tantummodo, et non aliorum, arbitror visiones tum regi tum prophetae oblatas fuisse, quia nimirum ab his regnis Iudaeorum populus servitio fuit oppressus, capto a temporibus prophetae initio.

Eusebii eiusdem fragmenta alia ex eadem catena patrum ad Danihelem.

Dan. III. 49. β'. Εὐσεβίου Καισαρείας ῥητοῦ προκειμένου, φωνὴ κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός 1)· Διεκόπη μὲν ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἡ φλὸξ τοῦ πυρὸς διακοπεῖσα τῷ προστάγματι τοῦ θεοῦ· ἐδέξατο ἐν αὐτῇ ἡδίστην ἀναπνοὴν καὶ ἀναψυχὴν, ὥσπερ ἐν σκιᾷ τινὶ φυτῶν ἐν εἰρηνικῇ καταστάσει παρεχομένη τοῖς παισίν· ἐγένετο γὰρ φησὶ ὡσεὶ πνεῦμα δρόσου διασυρίζον.

2. Eusebii caesariensis, dicto illo proposito: vox Domini intercidentis flammam ignis. Intercisa est Babylone flamma ignis, intercisa scilicet Dei iussu, in iucundissimam versa est recreationem; ac veluti in umbra arborum quietaque statione adulescentulis exhibuit oblectationem. Facta est enim ceu roscidae aurae sibilus.

Dan. VII. 13. γ'. Ὡσεὶ υἱὸς ἀνθρώπου. Εὐσεβίου Καισαρείας 2). Σαφῶς ἡγοῦμαι δηλοῦσθαι τὴν καθόλου κρίσιν, ὅτε πάντες οἱ ἐξ αἰῶνος ἄνθρωποι παραστήσονται τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ· μετὰ δὲ τὴν τῶν τετελευτηκότων ἀναβίωσιν, καὶ μετὰ τὴν κατὰ πάντων κρίσιν, ὁ ἑωραμένος τῷ Δανιὴλ υἱὸς ἀνθρώπου ἐπιστήσεται ἐπὶ νεφελῶν, τὴν κατὰ πάντων τῶν λαῶν καὶ φυλῶν ὑπὸ

3. *Quasi filius hominis.* Eusebii caesariensis. Manifeste nunciari arbitror universale iudicium, cum omnes ab orbe condito homines ante Christi tribunal sistentur. Porro autem post mortuorum resurrectionem, dictamque in omnes sententiam, ille, qui visus Daniheli fuit, filius hominis in nubibus aderit,

1) Quin hic locus ex Eusebii commentario in psalmum XXVIII. sumatur, vix dubitandum videretur; attamen is neque in Corderii ad psalmos catena patrum, neque in vulgato a Maurinis Eusebii ad psalmos commentario apparet.

2) In hanc Danihelicam visionem filii hominis commentatur idem Eusebius, sed aliis verbis, hist. eccl. I. 2.

ut indeficientem aeternamque omnium populorum tribuumque potestatem ac regnum a patre accipiat. Sicut ipse Servator de se noster ait: tunc sedebit in throno gloriae suae, et congregabuntur coram eo omnes gentes; et reliqua. Haec igitur consonant testimoniis, quae nunc habemus in manibus, Danihelis prophetae, apud quem dicitur: et ecce aderat filius hominis in nubibus caeli. Item, donec antiquus dierum venit; oblatumque ac datum est ei imperium et honor et regnum; et reliqua.

4. *Tradita estis ipsi potestas.* Eusebii. Haud solum filii hominis regnum propheta vaticinatur, verum et alias res de quibus verba facit.

5. *Et regnum suscipient.* Eusebii caesariensis. Nempe ipsi quoque cum Deo regnabunt. Quinam vero sunt hi, nisi heredes Dei, coheredes autem Christi? quibus item caelorum regnum promissum a Christo est, quod regnum nempe consurget post illa quatuor per visum prophetae oblata; de quibus breviter modo disseruimus. Hinc divum apostolum Paulum cepisse occasionem arbitror de secundo Christi adventu scribendi haec: in iussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo; et reliqua. Porro idem apostolus extremum quoque Antichristi adventum sive perditionem, posteaque gloriosam Servatoris nostri praesentiam, consentaneus vaticinio exhibet dicens: nemo vos ullo modo decipiat; nisi certe prius evenerit apostasia, et revelatus fuerit homo peccati seu perditionis filius, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tamquam sit Deus. Nonne meministis, me adhuc apud vos versantem haec dicere? et reliqua. Haec mirificus ait apostolus in sua de fine humani generis oratione; Danihelis prophetae vaticinio de Antichristo, et de glorioso Servatoris nostri regno, fidem adstruens.

6. *Delebitur unctio.* Eusebii. Vanam iam et praeter legem unctionem coarguens: quod idem de sacrificiis et de foedere factum dices. Haec enim recte legitimeque peragebantur ante Servatoris nostri passionem, quia virtus adhuc caelestis loca sancta obsidebat. Verum eadem mox sublata fuerunt, pro-

τοῦ πατρὸς ἐξουσίαν τὴν καὶ βασιλείαν ἀγήρω καὶ
ἀτελεύτητον παραληψόμενος· ὡς καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ
ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ διδάσκει λέγων *· ὅτε δὲ ἔλθῃ ὁ * Matth. XXV. 31
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ
ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης
αὐτοῦ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα
τὰ ἔθνη· καὶ τὰ ἑξῆς· συνᾴδει γοῦν ταῦτα ταῖς ἐν
χερσὶν μαρτυρίαις τῆς τοῦ Δανιὴλ προφητείας, καθ'
ἣν λέλεκται· καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ
ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν· καὶ προσηνέχθη αὐτῷ,
καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία·
καὶ τὰ ἑξῆς.

δ'. Αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχή. Οὐ μόνον τὴν τοῦ υἱοῦ Dan. VII. 14.
ἀνθρώπου βασιλείαν ὁ προφήτης θεσπίζει, ἀλλὰ
καὶ πλείονα, περὶ ὧν φησι.

ε'. Καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν. Εὐσεβίου Dan. VII. 18.
Καισαρείας. Συμβασιλεύοντες δηλαδὴ καὶ αὐτοὶ τῷ
θεῷ· τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι, ἢ οἱ κληρονόμοι τοῦ θεοῦ,
συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ; οἷς καὶ επηγγελται, τὴν
βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, βασιλείαν ἐπιστησομένην
τὴν μετὰ τέσσαρας βασιλείας τὰς τῷ προφήτῃ ἑωραμένας, περὶ ὧν ὡς ἐν βραχέσιν ἀρτίως διειλήφαμεν· ἐντεῦθεν οἶμαι τὸν ἱερὸν ἀπόστολον Παῦλον
ὁρμᾶσθαι περὶ τῆς δευτέρας ἀφίξεως τοῦ Χριστοῦ
γράφοντα τοιάδε *· ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι * I. Thess. IV. 16.
ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς· ὁ δ' αὐτὸς ἀπόστολος καὶ τὴν ὑστάτην τοῦ ἀντιχρίστου ἄφιξιν τὴν
καὶ ἀπώλειαν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν τοῦ σωτῆρος
ἡμῶν ἔνδοξον παρουσίαν ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ
παρίστησι λέγων *· μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μη- * II. Thess. II. 3.
δένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον,
καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς
τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ υπεραιρόμενος
ἐπὶ πάντα λεγόμενα θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν
εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός· οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς
ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; καὶ τὰ ἑξῆς· τοσαῦτα ὁ
θαυμάσιος ἀπόστολος ἐν τοῖς περὶ συντελείας τοῦ
βίου διεξῆλθε λόγοις, τὰ διὰ τοῦ προφήτου Δανιὴλ
περὶ τοῦ ἀντιχρίστου, καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
ἐνδόξου βασιλείας τεθεσπισμένα πιστούμενος.

ς'. Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα. Εὐσεβίου. Τὸ Dan. IX. 26.
ἄκριτον καὶ παράνομον αὐτῶν διαβάλλουσα· οὕτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς θυσίας καὶ τῆς σπονδῆς συμβεβηκέναι φήσεις· ὀρθῶς μὲν καὶ κατὰ νόμον πρὸ
τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελουμένης διὰ
τὴν εἰς ἔτι τότε τὰ τῶν ἁγίων τόπων ἐφρουροῦσαν
δύναμιν· περιαιρεθείσης δὲ αὐτίκα μετὰ τὴν αὐτοῦ

τελειαν καὶ θεοπρεπῆ θυσίαν, ἣν προσήνεγκεν αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· αὐτός τε ὢν ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου εἰς θυσίαν πᾶσιν ἀνθρώποις· κατὰ τὰ καινὰ μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης παραδοθείσης, τὰ τῆς παλαιᾶς περιῄρετο· ὁμοῦ γὰρ τὸ πληροῦσθαι τὸ φάσκον λόγιον, καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης περιῄρετο.

pter illud perfectum Deoque dignum sacrificium, quo semet ipse obtulit pro peccatis nostris. Est enim is agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, hostia nimirum pro cunctis hominibus. Novis mysteriis novo foedere inito, antiquum exolevit. Simul ac enim oraculum illud completum est « et roborabit foe» dus multis hebdomada una » antiquum foedus desiit.

Ex catena ms. vat. ad proverbia Salomonis.

ζ'. Πλήσωμεν δὲ οἴκους ἡμετέρους σκύλων. Εὐσεβίου. Σκυλεύουσιν οὓς νικῶσιν οἱ δαίμονες, λαμβάνοντες ἀπ' αὐτῶν τὴν τοῦ θεοῦ πανοπλίαν, ἤγουν τὴν περικεφαλαίαν καὶ θώρακα καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος· οἶκοι δὲ αὐτῶν αἱ τῶν κακούργων ἐκκλησίαι, ἃς καὶ ἐμπλῆσαι βούλωνται σκύλων, ἤτοι καρπῶν ὧν ἐκ τῶν δικαίων ἁρπάζουσι· πῶς δὲ καὶ σκῦλα προσαγορεύεις τὰ μὴ πολέμου νόμῳ ληφθέντα, ἀλλ' ἐκ γυμνῆς τῆς ἀδικίας κακῶς σοι περιγενόμενα;

7. *Impleamus domos nostras spoliis.* Eusebii. Spoliant daemonia illos quos vicerint: auferunt scilicet ab ipsis Dei armaturam, id est galeam, loricam, et gladium spiritus. Sunt autem daemoniorum domus, maleficorum hominum congregationes, quas etiam implere vellent spoliis, id est bonis quae iustis eripiunt. Atqui quomodo spolia appellas ea, quae haud belli iure cepisti, sed sola iniquitate male tibi parta sunt?

η'. Καὶ κλοιὸν χρύσεον περὶ τῷ τράχηλῳ. Εὐσεβίου. Ὥσπερ δὲ κεφαλὴ καὶ τράχηλος τὸν νοῦν δηλοῦσιν, οὕτω καὶ κλοιὸς καὶ στέφανος τὴν γνῶσιν.

8. *Et torquem aureum circa collum tuum.* Eusebii. Sicuti caput et collum denotant mentem, ita etiam torquis et corona scientiam.

Plurimos et doctissimos Eusebii caesariensis pro christiana religione labores nemo satis mirari potest. Ecce enim in codice etiam vindobonensi ·LV· ineditum aliud memoratur, partimque superest, Eusebii nostri opus τῆς καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς, generalis elementariae introductionis, *(Fabric. B. G. ed. nov. T. VII. p.* 314. *ex Lambecio cum Kollario lib. I. et III. Item Munter. fragm. PP. gr. fasc. I.) libris saltem decem comprehensum, quorum in quatuor continentur eclogae propheticae de Christo domino, quae diserte pars operis superfuit incolumis in praedicto codice vindobonensi: namque et eius prologum, vel potius prologi pericopem, vulgavit Kollarius T. II. seu lib. III. col.* 205, *in quo dicit Eusebius se id opus post illud suum* πάνυ *chronicon adornavisse. Iam in postremo, seu decimo, operis libro de impiis haeresibus tractaverat auctor, ut patet ex verbis quae sumit a Lambecio Fabricius loc. cit.* ἐν τῷ δεκάτῳ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀθέων αἱρέσεων τὸν λογισμὸν ἀποβεβλαμμένοις ἑτέραν ἁρμόττουσαν ἔφοδον παρασχεῖν πειρασόμεθα. *Ecce autem nobis in libro sacrarum rerum Leontii ac Iohannis, quem edidimus Script. vet. T. VII, quatuor occurrerunt eusebiani operis* εἰσαγωγῆς *fragmenta; primum ex primo libro; secundum ex quarto; postrema duo ex decimo, in quo de haeresibus, uti dictum est, auctor scripserat. Immo quia apud nos constanter inscribitur introductio* prima, *sequitur ut saltem duae fuisse videantur. Verum utcumque ea res se habet, en fragmenta.*

Ex Leontii et Iohannis rerum sacrarum libro. Script. vet. T. VIII. p. 95. *et* 100.

θ'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ α' τῆς α' εἰσαγωγῆς.

9. Eusebii ex primo introductionis primae.

Ἔλεγχος ἀνδρὸς ἤθους ἡ μετὰ τοιῶνδε συνουσία· ὅ τε γὰρ φαῦλος ἐξ ἀνάγκης τοῖς ὁμοίοις

Viri morem demonstrat sodalium qualitas. Pravus enim necessario cum sui similibus so-

ciatur. Vicissimque vir temperans atque sapiens, ad sui moris participes accedit.

10 Eusebii ex quarto introductionis primae.

Sicut oculorum natura habet quidem in se ipsa visualem vim; neque tamen per se ipsa potest res visibiles percipere, nisi aliquid externum eam illuminet, et oculorum usui cooperetur, lumen conferens ob rerum sensibilium visionem; sic etiam intellectualis rationalisque natura se habet ad sacrum Dei verbum.

11. Eusebii ex decimo introductionis primae.

Natura ipsa hominum genus comparavit ad virtutis et malitiae semina dignoscenda: et alterutrius ex his dedit voluntati optionem; etenim hominem suimet dominum iudicemque constituit: ita tamen, ut quia is a natura sortitus est virtutis ac malitiae primigeniam ideam, etiamsi in improbitatis barathrum se aliquando demergat, haud tamen possit conscientia eius non revereri virtutem, quamquam vitium elegerit. Huius rei demonstratio argumentumque est, quod nemo propriae malitiae fieri accusator audet; immo contra celare et contegere pro viribus nititur, si quid praeter honestum clam egerit. Item eiusdem rei testis est uniuscuiusque animus, qui non aeque est affectus erga sibi benivolos, atque adversus eos qui sibi nocere conantur. Igitur spontanea magistra unicuique est ad boni malique scientiam lex naturae; dum vetat nos cuilibet facere, quod nos ab aliis pati nollemus.

12. Eusebii ex decimo introductionis primae tamquam a Platone.

Contingere potest, o puer, ut aliquis bene dicat, quum malus sit: veruntamen aliquem bene facere, qui pravus sit, impossibile.

13. Eusebii ex primo capitulo epistolae primae.

Nulla Deum vis cogit.

συνέστη· ὅ τε αὖ πάλιν σώφρων καὶ σοφὸς τοῖς τὰ αὐτὰ αὐτῷ μετιοῦσιν.

ι'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ δ' τῆς α' εἰσαγωγῆς.

Ὃν τρόπον ἡ τῶν ὀφθαλμῶν φύσις ἔχει μὲν ἐν ἑαυτῇ τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, οὐχ ἱκανὴ δὲ καθ' ἑαυτὴν πέφυκεν πρὸς τὴν τῶν ὁρατικῶν κατάληψιν, μὴ οὐχὶ ἑτέρου τινὸς ἔξωθεν φωτίζοντος καὶ συνυπουργοῦντος τῇ τῶν ὀφθαλμῶν χρήσει, τῷ συμβαλλομένῳ φωτὶ πρὸς τὴν τῶν αἰσθητῶν θέαν, οὕτως καὶ ἡ νοερὰ καὶ λογικὴ φύσις ἔχει πρὸς τὸν ἱερὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

ια'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ ι' τῆς α' εἰσαγωγῆς.

Ἡ φύσις αὕτη τὸ τῶν ἀνθρώπων κατέσπειρεν γένος εἰς τά τε τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας σπέρματα γινώσκειν· θατέρου τε τούτων συνεχώρησεν μετέχειν τῷ λογισμῷ, αὐτοκράτορα καὶ κριτὴν ἡγεμόνα τε καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ καταστήσασα· ὃς οἷα δὴ ὑπὸ τῆς φύσεως τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς κακίας προτερήματα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἂν δύναιτο, κἂν εἰς αὐτὸν τῆς κακίας βυθὸν καταπέσοι ποτὲ, μὴ οὐχὶ συμνύνειν τὴν ἀρετὴν καταπταῖσον τὸ συνειδὸς, εἰ προέλοιτο τὸ χεῖρον· καὶ τούτων ἀπόδειξις καὶ ἔλεγχος ἐναργὴς, τὸ μηδένα τολμᾷν τῆς ἑαυτοῦ κακίας γενέσθαι κατήγορον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων ὡς ἡ δύναμις, ἐπικρύπτειν καὶ σκέπειν ἅπερ δὴ ὂν παρὰ τὸ καθῆκον λαθραίως ἐπιχειρῇ· καὶ αὕτη δὲ ἡ ἑκάστου διάθεσις, μὴ ὁμοίως διακειμένου πρός τε τοὺς εὐεργετοῦντας καὶ πρὸς τοὺς βλάπτειν αὐτὸν ἐπιχειροῦντας· αὐτομαθὴς διδάσκαλος γίνεται ἑκάστῳ τῆς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἐπιστήμης, ὁ τῆς φύσεως νόμος, ταῦτα τινὰς δρᾷν ἑτέροις ἀπαγορεύων, ἅπερ τίς αὐτὸς παρ' ἑτέρων οὐκ ἂν ἕλοιτο παθεῖν.

ιβ'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ ι' τῆς α' εἰσαγωγῆς.

Ἐνδέχεται μὲν, ὦ παιδίον, λέγειν μὲν εὖ, φαῦλον δὲ ὑπάρχειν· πράσσειν τάδε εὖ, φαῦλον εἶναι, ἀδύνατον.

ιγ'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ α' τῆς α' ἐπιστολῆς [1].

Βία θεῷ οὐ πρόσεστιν

1) Ita prorsus scribitur in illo codice vat. (p. 119. b.) unde nos sumpsimus Leontii et Iohannis sacrarum rerum librum, Script. vet. T. VII. Quare sequitur ut existimemus extitisse volumen epistolarum in plures libros distinctum; quarum saltem nonnullas ob prolixitatem (puta de rebus dogmaticis) intercapitari opus fuerit.

DE CURIS BIBLICIS

EUSEBII CAESARIENSIS.

Dum Eusebii reliquiis sedulo colligendis curam impenderem, fieri non poterat quin ad codicem quoque illum insignem respicerem olim in Gallia claromontanum, nunc vaticanum, prophetas omnes, cum Pamphili Eusebiique recensione, continentem; de quo olim Curterius in praefatione ad Procopium in Esaiam, et deinde peritius Montfauconius in graeca palaegraphia p. 224. seq. locutus est. Is codex, nescio quo rerum eventu, anno 1785. Romam delatus, palatii apostolici impensa, scutatis nummis trecentis, emptus fuit, et bibliothecae vaticanae addictus, bibliothecario Card. Zelada, praefecto Iosepho Regio, ut in authentica venditionis syngrapha legitur. Quanta sit codicis calligraphia et antiquitas, iudicabunt eruditi ex specimine fidelissimo, quod aere excusum heic apponimus. Nam fol. 84. ante Esaiam graece (ut in nostro cuso specimine) scribuntur ea, quae latine sic habent. *Desumptus fuit Esaias ab exemplari patris Apolinarii coenobiarchae, cui haec erant subiuncta: desumptus fuit Esaias ex editionibus hexaplaribus. Collatus est autem etiam cum altero hexaplari codice hanc adnotationem habente: emendatae fuerunt diligenter cunctae editiones; etenim collatae fuere cum Esaia tetraplari, nec non cum hexaplari. Tum etiam ab initio usque ad visionem Tyri, accuratius adhuc emendatus fuit. Copiam enim habuimus, usque ad finem visionis Tyri, tomorum in Esaiam exegeticorum Origenis: seduloque animadvertentes, quo sensu ille singulas dictiones pro viribus explicavisset, omnem ambiguitatem secundum illius mentem correximus. Praeterea comparatione instituta cum septuaginta virorum editione, et cum adnotatis ab Eusebio ad Esaiam, in dissonantibus locis sensum rimati sumus, atque ad illius normam emendationem curavimus.* Tum fol. 280. b. ante Ezechielem legitur graece (ut pariter in nostro specimine) quod latine sic interpretamur. *Desumptus fuit* (Ezechiel) *ab exemplari patris Apolinarii coenobiarchae, in quo haec erant subiuncta: desumptus fuit ex editionibus hexaplaribus, emendatusque ad eiusdem Origenis tetrapla, quae manu ipsius emendata fuerant et scholiis praedita. Unde ego Eusebius scholia addidi. Pamphilus et Eusebius emendaverunt.*

Vides codicem aedepol praestantissimum. Vides Eusebii erga divinos libros merita, et quam recte de eo Hieronymus de vir. ill. cap. 81. dixerit: *Eusebius Caesareae Palaestinae episcopus in scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecae divinae, cum Pamphilo martyre, diligentissimus pervestigator.* Revera Constantinus ipse imperator (vit. lib. IV. 36. 37.) Eusebio munus imposuit praestantissima ss. bibliorum exemplaria quinquaginta conficiendi, quae diversis ecclesiis distributa fuerunt. Iam si codicis pleniorem notitiam optas, eam breviter sic trademus. Fol. 1-5 Vitae breves prophetarum auctore nominatim Eusebio, quas Curterius edidit. Fol. 5-11. Obitus et sepulturae prophetarum, sine auctoris nomine, de quibus postea dicemus. Fol. 12-83. Prophetae minores duodecim. Fol. 84. Illa inscriptio ante Esaiam quae in nostro specimine prima est. Praecedit illic notitia de Esaia, eiusque parentis Amosi nomine, et tempore vaticinii. Fol. 85-166. Esaias. Fol. 168-280 Hieremias, Baruch, Threni. Fol. 280. b. est inscriptio secunda nostri speciminis, pertinens ad Ezechielem. Fol. 281-376. Ezechiel. Fol. 377-412, id est usque ad finem codicis Danihel, in quo hymnus quoque trium puerorum scribitur f. 390; et initio, id est fol. 381, historia Susannae. Textus omnium prophetarum integerrimus est. Iuxta tam venerabilem antiquitate criticisque regulis textum, extant in margine antiquis aeque litterulis scriptae lectiones variae hexaplares ·LXX· virorum, Aquilae, Symmachi, Theodotionis, et aliorum aliquot, puta Origenis. Haec scholia, modo rarescunt, modo nulla sunt, modo adeo frequentia et copiosa, ut

alicuius quandoque interpretis latam sectionem habeamus. Horum nos scholiorum alio tempore specimen cusum exhibebimus. Praeter vero haec sane pretiosa, alia passim margines obruunt scholia recentiora, quorum nunc nullam, atque haud scio an ne postea quidem, rationem habebimus: sicuti ne brevium quidem recentiorum vitis additionum in spatiis vacuis rudi manu obtrusarum.

Ergo ad Eusebium quae pertinent, de quo nunc agimus, tria in codice sunt 1. Sacri textus facta ab eo cum Pamphilo emendatio. 2. Scholiorum adiectio. 3. Prophetarum vitae. Et tertium quidem Curterius satis, ut supra diximus, curavit, vitis illis prophetarum brevibus editis. Primum ac secundum a me, ut spero, quantum opus erit, praestabitur, cum hunc textum in meis biblicis lucubrationibus, vel integrum vel accurate collatum, exscribam; scholia autem, vel potius hexaplares lectiones, quatenus saltem incognitae adhuc fuerint, non praetermittam. Nam Montfauconius (hexapl. T. II. p. 87.) quatridui tantum spatio concessum sibi codicis usum fuisse dolens ait. (Sed tamen Esaiam Curterius antea contulerat.) Itaque festinanter trepideque ob angustias temporis nonnisi ex tribus maioribus prophetis, omisso Danihele et reliquis, lectionum hexaplarium varietatem excerpsit. Interim nos uno oblato folio, rem philologis philocalisque pergratam facere scimus.

Iam vero quia dixi, ante Esaiam in codice prologum quendam esse, is ita se habet. Ὅρασις ἣν ἴδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς. Οἰηθείη μὲν ἄν τις τὸν Ἀμὼς τοῦτον, ἤτοι ὁμώνυμον εἶναι τοῦ ἐν τοῖς δώδεκα, ἢ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον· χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὁ μὲν πατὴρ Ἡσαΐου, παρ' ἡμῖν τελευταῖον σῖγμα ἔχει, τὸ παρ' Ἑβραίοις καλούμενον σὲν, ὅπερ οἱονεὶ δασύ ἐστι σῖγμα· ὁ δὲ ἐν τοῖς δώδεκα, λήγει εἰς τελευταῖον στοιχεῖον τὸ καλούμενον σαδὴ, ὅπερ οἱονεὶ ψιλούμενόν ἐστι σῖγμα· 1) ἔχουσι δὲ Ἑβραῖοι καὶ τρίτον, παρὰ τὰ δύο ταῦτα, σῖγμα τὸ καλούμενον σαμχὰθ, ὅπερ ἴσον δύναται τῷ εἰπεῖν σῖγμα.—Ἤρξατο μὲν ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου προφητεύειν ὁ Ἡσαΐας, καὶ παρατείνει μέχρι Ἐζεκίου· τὰ δὲ τούτων ἔτη ἀπὸ τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν * ἐστι ταῦτα· Ὀζίας ὁ καὶ Ἀζαρίας 2) ἔτη πεντήκοντα δύο· μετὰ τοῦτον Ἰωάθαμ ἔτη δεκαέξ· μετ' αὐτὸν Ἄχαζ ἔτη δεκαέξ· μετ' αὐτὸν Ἐζεκίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη εἰκοσιεννέα· ἐπειδὴ φέρεται προφητεία Ἡσαΐου ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει Ἐζεκίου εἰρημένη, χωρὶς τῶν γε Ὀζίου χρόνων ἀδήλων ὄντων, καὶ τῶν μετὰ τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον Ἐζεκίου, τὰ μεταξὺ τούτων τῆς προφητείας ἔτη γίνεται τεσσαρακονταέξ· ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ τοῦ Ὡσηὲ γεγένηται προφητεία.

* II. Paralip. XXVI. seq.


Visio quam vidit Esaias filius Amos. Existimabit fortasse aliquis, hunc Amos vel homonymum esse illi qui est ex duodecim numero, vel immo eundem hominem. Sciendum vero est, Esaiae patris nomen desinere in illud sigma, quod Hebraei appellant sen, quodque est veluti asperum sigma. Illum autem qui est ex numero duodecim, habere postremum elementum quod sade dicitur, quodque instar lenis sigmatis est. Habent Hebraei, praeter haec duo, tertium quoque sigma, dictum samchath, quod idem est ac si dicas sigma.— Regnante Ozia coepit prophetare Esaias, pervenitque usque ad Ezeciam. Iam horum anni in quarto regnorum libro hi sunt. Ozias, qui et Azarias, annis quinquaginta duobus. Post hunc Ioatham annis sexdecim. Deinde Achaz annis item sexdecim. Postea Ezecias filius eius annis viginti novem. Quoniam igitur Esaiae prophetia fieri adhuc dicitur anno quartodecimo Ezeciae, omissa etiam Oziae parte illa annorum quae incognita est, et illis quoque Ezeciae annis qui post quartum decimum fuere, prophetiae hoc intermedio tempore factae fiunt anni quadraginta sex. Intra hoc autem spatium Oseae quoque extitit prophetia.

1) Vel legit hunc graecum textum Hieronymus, vel certe cum eo consentit, comment. in Esaiam sub initio: *Amos pater Esaiae, non ut plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius; diversisque apud Hebraeos scribuntur litteris. Iste primam et extremam litteram habet* ALEPH *et* SADE; *ille* AIN *et* SAMECH.

2) Cod. 1. manu Ζαχαρίας, mox ibi emendatum Ἀζαρίας. Reapse S. Hieronymus loc. cit. *Ozias ipse est qui et Azarias, duplici nomine.*

Adhuc unum de hoc codice adnotandum superest. Post eusebianas prophetarum vitas, quas supra memoravimus, sequuntur aliae eorumdem ampliores, ut item diximus, eadem manu vetere, iisdemque litterarum formis, cum titulo: ὀνόματα προφητῶν, καὶ πόθεν εἰσὶ, καὶ ποῦ ἀπέθανον, καὶ πῶς καὶ ποῦ κεῖνται: *nomina prophetarum, et ipsorum patriae, et ubinam mortui, et quomodo et quo loco sepulti fuerint.* Mirum porro est quod neque Curterius neque Montfauconius ullam huius scripti mentionem fecerint (diversa enim sunt lemmata illa quae manu recentiore scripta Montfauconius neglecta a Curterio dicit.) Ceteroqui legenti mihi haud aegre innotuit, has esse illas prophetarum vitas, quarum cinnus quidam peractus fuit in libris editis; tum videlicet Epiphanii in editione petaviana gr. lat. T. II; tum in Chronico paschali ed. paris. p. 146. seqq.: quamquam graecus textus et in Chronico valde est mendosus, et in Epiphanio non parum variat. Denique hae vitae sub Dorothei tyrii nomine extant in lugdunensi patrum bibliotheca T. III. p. 422, latine tantummodo. Ceteroqui frustra propemodum ait Cavaeus graecum Dorothei textum esse ineditum, quandoquidem in paschali Chronico paene totus legitur. Nunc propter codicis vaticani antiquitatem ac bonitatem, haud scio an scripti huius nova editio meliorque aliquando molienda sit. Exemplo gustuique sit narratio miraculorum Elisaei, quae deest in Chronico p. 161, ubi brevis eiusdem vita legitur, prout in codice nostro est, sed reliqua non item, quae sunt in codice fol. 10. 11. sic. Τὰ δὲ σημεῖα ἃ ἐποίησεν, εἰσὶ ταῦτα. Ἐπάταξε καὶ αὐτὸς τὸν Ἰορδάνην τῇ μηλωτῇ τῇ Ἡλιοῦ, καὶ διῃρέθη τὸ ὕδωρ, καὶ διέβη καὶ αὐτὸς ξηρῷ τῷ ποδί. Τὰ ὕδατα ἐν Ἱεριχῷ πονηρὰ ἦν καὶ ἄγονα· καὶ ἀκούσας παρὰ τῶν τῆς πόλεως, ἐπεκαλέσατο τὸν θεὸν, καὶ εἶπεν· ἴαμαι τὰ ὕδατα ταῦτα, καὶ οὐκ ἔσται ἔτι ἐκεῖθεν θάνατος καὶ ἀτεκνουμένη· καὶ ἰάθησαν τὰ ὕδατα ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Παίδων ἀτακτούντων κατ᾽ αὐτοῦ κατηράσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξελθοῦσαι δύο ἄρκοι ἐνέῤῥηξαν ἐξ αὐτῶν μβ΄. Γυνὴ προφήτου τελευτήσαντος ὀχλουμένη παρὰ δανιστῶν, καὶ μὴ ἔχουσα ἀποδοῦναι, προσῆλθε τῷ Ἐλισαίῳ, καὶ ἐνετείλατο αὐτῇ συναγαγεῖν ἀγγία καινὰ ὅσα δύναται, καὶ τὸ ἔχον ὀλιγοστὸν ἔλαιον ἐκκενοῦν εἰς αὐτὰ ἕως ἀποσχῇ τὰ ἀγγία, καὶ τοῦτο ποιήσασα ἐπλήρωσε τὰ ἀγγία, καὶ ἀποδέδωκε τοῖς δανισταῖς, καὶ τὸ περισσεῦον ἔσχεν εἰς διατροφὴν τῶν παίδων. Εἰς Σουμᾶν ἀπελθὼν ἔμεινε παρά τινι γυναικὶ, καὶ μὴ ποιοῦσαν αὐτὴν παιδίον, ἐπυθυμοῦσαν δὲ σχεῖν, εὐξάμενος πεποίηκε συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν· εἶτα ἀποθανόντα τὸν παῖδα, εὐξάμενος πάλιν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Εἰς Γάλγαλα ἐλθὼν κατήχθη παρὰ τοῖς υἱοῖς τῶν προφητῶν, καὶ ἑψεθέντος προσφαγίου καὶ θανατικῆς βοτάνης συνεψεθείσης τῷ προσφαγίῳ, καὶ παρ᾽ ὀλίγον κινδυνευόντων πάντων, πεποίηκεν ἀβλαβὲς καὶ ἡδὺ τὸ βρῶμα. Τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν κοπτόντων ξύλα παρὰ τὸν Ἰορδάνην, ἐξέπεσε τὸ δρέπανον καὶ κατεποντίσθη· ὁ δὲ Ἐλισαῖος εὐχόμενος πεποίηκεν ἐπιπολᾶσαι τὸ δρέπανον. Ναμᾶν ὁ σύρος δι᾽ αὐτοῦ ἐκαθαρίσθη * ἀπὸ τῆς λέπρας. Τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἐλισαῖος λεγόμενον Γιεζεὶ ἀπελθόντα κρυφᾶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς Ναμᾶν καὶ αἰτήσαντα ἀργύριον, ὕστερον ἐλθόντα καὶ ἀρνούμενον ἤλεγξε καὶ κατηράσατο αὐτὸν, καὶ γέγονε λεπρός· βασιλέως Συρίας πολεμοῦντος τὸν Ἰσραὴλ, ἠσφαλίζετο τὸν βασιλέα Ἰσραὴλ ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὰς σκέψεις τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας πέμπει δύναμιν ἀγαγεῖν τὸν προφήτην· ὁ δὲ εὐξάμενος πεποίηκεν αὐτοὺς παταχθῆναι ἀορασίᾳ, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Σαμάρειαν παρὰ τοὺς ἐχθροὺς, ἀβλαβεῖς τε αὐτοὺς φυλάξας διέσωσε καὶ ἔθρεψεν· τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας ἐπαύσατο τοῦ πολεμεῖν. Μετὰ θάνατον Ἐλισαίου ἀποθανών τις καὶ θαπτόμενος ἐῤῥίφη ἐπὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, καὶ μόνον ὡς ἥψατο τῶν ὀστῶν τοῦ Ἐλισαίου, ὁ νεκρὸς εὐθὺς ἀνέζησεν.

* cod. ἐκαθερίσθη.



DE NICETAE BYZANTINI OPERE

MONITUM EDITORIS.

Fridericus Sylburgius in praefatione libelli sui, quem saracenica *inscripsit, ediditque anno* 1595, *sic scribit. « Romae in vaticana bibliotheca extare dicitur Nicetae byzantini philosophi contra Mohamedem liber, et epistolae ab Agarenis missae confutatio, ad Michaëlem Theophili filium, imp. constantinopolitanum. Sed quoniam neque illius neque huius exemplaria graeca nancisci nobis licuit, alia eorum edendorum expectanda fuit occasio. » Vides annos* 250. *et amplius effluxisse; ex quo Sylburgius, facto vaticani codicis indicio, optavit hunc byzantinum Nicetam edere, quem nos demum post tantam temporis intercapedinem in sempiternam lucem protrahimus. Ceteroqui Sylburgii dictum, ut fit in rebus absentibus, non est undique exactum: nam non una sed duae sunt Agarenorum epistolae, hasque ad Michaëlem imp. missas titulus dicit, non autem diserte quod Nicetas ipsarum refutationem ad Michaëlem scripserit. Decennio post Sylburgium Ant. Possevinus in apparatus principe editione veneta T. II. p.* 477, *et T. III. in catalog. p.* 16. *pleniorem et accuratiorem operis nicetiani titulum recitavit, eatenus tantum mendose, quatenus pro* Theophili *utroque in loco scripsit* Theophylacti. *Reliquos, qui ex praedictis hausere, praetermitto bibliographos; excepto tamen Leone Allatio, qui in calce prioris tomi Graeciae orthodoxae diserte contendit Nicetam hunc byzantinum eundem esse, qui et Nicetas David, et Paphlago, et Dadybrorum etiam episcopus, appellatur. « Floruit, inquit, Michaëlis, Basilii, et Leonis, impp. aetate, ut colligitur ex prooemio vitae S. Ignatii patriarchae, quam ille neque indocte neque ineleganter concinnavit, et aliis eiusdem scriptis: » quo postremo dicto (de scriptis aetatem Nicetae designantibus) intelligi ab Allatio puto refutationem praesertim quam fecit Nicetas noster epistolarum ab Agarenis ad Michaëlem imp. missarum. Pergit ibi Allatius Nicetae scripta recensere, quorum prope extrema ponit haec adversus Mohamedem et Agarenos dictata; neque tamen codicem vaticanum, qui ea continet, nominat aut se novisse demonstrat. Habuit sane Allatius aliud Nicetae egregium opusculum pro concilio chalcedonensi ad Armeniae principem; idque in praedictum Graeciae orth. tomum inseruit, indubitanter adfirmans unius eiusdemque byzantini Nicetae foetum esse; id quod ego verissimum iudico, quia praeter ceteram stili similitudinem, clausula certe praedicti opusculi eadem omnino est, quae in duarum ad Michaëlem imp. epistolarum refutatione conspicitur. De hoc demum Niceta eiusque scriptis uberius dixit Allatius in inedita adhuc dissertatione sua de viginti Nicetis, cuius ego particulam de nostro loquentem vulgavi in praef. ad T. IX. Scriptorum veterum; neque tamen hanc ipsam dissertationis particulam dedi integram, quia id tunc praeter argumenti mei propositum erat. De vetere operis nicetiani notitia hactenus. Cur autem byzantinum hunc Nicetam nonnulli bibliographi in ·XII· saeculo collocent, equidem nescio, neque eius rei documenta ulla adferri video; nisi forte tot Nicetarum copia perturbationem, ut fit, in ipsorum historiam invexit. Sed ut iam propius ad rem accedam, ego quidem quamquam nondum inspexeram Sylburgii, Possevini, et Allatii testimonia, nihilominus in meis ante complures annos bibliothecae vaticanae cui praeeram perlustrationibus, hunc codicem observaveram sub numero* 681, *pulcrum sane, antiquum, membraneum, integerrimum. Attamen aliis editionibus occupatus, Nicetam plus nimio distuli: sed nunc demum de codicis ut reor unici incertis fatis cogitans, qui casu aliquo perire aliquando posset; tum etiam rei sine dubio bonae dulcedine et utilitate illectus, exscribendum manu propria, latinum quoque labore meo ut cetera omnia faciendum, et typis mora omni abrupta tradendum iudicavi.*

Nunc de ipso opere breviter praefandum est. Ludovicus Maraccius, qui philarabes cunctos refutati Alcorani laude superavit, queritur in praefatione ad prodromum de illorum exiguo numero, saltem veterum, qui contra Mohamedem eiusque librum calamum strinxerunt, et pauca certe nomina recitat, Ioh. nempe damascenum, Ioh. Cantacuzenum, Petrum Cluniacensem, et Chaldaeos duos. Atqui dilatare hunc numerum parumper poterat, citato Euthymio Zygabeno cum aliis brevibus eiusmodi scriptis, edente Sylburgio; Theodoro Abucara, edente Gretsero, quamquam hic prae Zygabeno valde tenuis est. Sed enim in romanis gr. codicibus erant. 1. Eiusdem Zygabeni dialogus adversus Mohamedem, quem nos vulgabimus. 2. Nicetae choniatae capitulum in panoplia, quod nos in romanum iam spicilegium intulimus. Sed quod omnem copiam superat, erant arabici codices vaticani, quorum catalogum a nobis ex Assemani schedis editum qui legerit, numerosam adversus Alcoranum christianorum scriptorum instructam aciem conspiciet; videlicet in codicibus arabicis 99, 112, 113, 114, 118, 119, 127, 128, 135, 141, 143, 180, 504, 545. 550, 645, *et fortasse aliis. Utique magnus Maraccius in praedicta praefatione p.* 7. *globatim memorat arabicos codices diversarum romanae urbis bibliothecarum, qui ei adiumento fuerunt, ut in scholiis et in polemicis disputationibus postea demonstravit, ubi lautas arabum de hac controversia scriptorum opes exposuit; rectius tamen fecisset, vel certe hodiernae methodo accommodatius, si singulorum, quibus usus est codicum nominatim catalogum vel notitiam perscripsisset.*

Iam vero fructus huius nostrae Nicetae editionis multiplex, ut spero, futurus est. 1. *Christianae religionis nova defensio, et mohamedanae superstitionis fraudisque accusatio atque subversio.* 2. *Theologiae apud Graecos scholasticae seu speculativae imaginem genuinam heic aspicimus, et qua methodo, quo acumine, quibus dialecticae et communium notionum, sive sensûs, viribus, Trinitatis praesertim perdifficile perobscurumque mysterium apud ethnicos mohamedanosque christiani adprobarent: in qua profecto disputationis parte Nicetas noster mirabilis est; graecique ingenii et doctae solidaeque subtilitatis insigne exemplum suppeditat.* 3. *In singulorum satanici libri capitum confutationibus, recitatur graece Mohamedis textus, vel ipso Niceta interprete, vel ex cuiusvis graeci hominis translatione, quam nunc neque in libris editis, neque in ipsis ut arbitror manuscriptis codicibus videre est. Certe Graecos Alcoranum non semel tantummodo, sed fortasse pluries, ad linguam suam transtulisse, dubitari nequit; quum immanem sectam in prospectu, immo et in imperii visceribus receptam haberent, et cum eius doctoribus necessario contenderent; id quod graeca monumenta superstitum disputationum testantur. Nunc itaque festivum est videre, quantopere interdum graecus Alcorani textus apud Nicetam ab arabico, quem vulgo legimus, differat: quam rem, partim ex interpretis graeci imperitia, partim ob polysema arabicae linguae vocabula, partim denique propter ipsius Alcorani editionum varietatem, contigisse credendum est. Nam septem criticas diversasque Alcorani arabici editiones nominat Herbelotius, medinenses duas, praetereaque meccanam, cufensem, bassorensem, syriaticam, et κοινὴν sive vulgatam: quarum varietas coranicis Arabum interpretibus uberrimam disserendi copiam obtulit. Porro quod nulla apud Graecos Alcorani translatio superesse nunc videatur, odio rei scilicet factum credo. Ecce enim ne latini quidem Alcoranum habuerunt usque ad Petrum Cluniacensem, qui illum in Hispania per Robertum Retenensem, rudi licet opere, ex arabico interpretandum curavit, atque ad divum clarevallensem Bernardum misit, et Theodorus Bibliander anno* 1550. *apud Helvetios praelo commisit. Ante hanc tamen editionem Alcoranum Itali lingua propria ex latino Retenensis textu vulgaverant anno* 1547. *editore Andrea Arrivabenio typographo veneto; quem nitidum priscumque librum, nec facile obvium, multi quos inter ipse Maraccius ignorant. Longe recentiores sunt Ryerii et Savarii sermone gallico editiones, itemque duae lingua germanica, quas Bern. Rubeus, magister olim meus, in lexico auct. arab. memorat. Sed nostri demum Maraccii anno* 1698, *interpretatio optima lucem aspexit, cui philarabes cuncti fasces submiserunt. Quamquam vero haec operis Nicetae editio multas postulare videbatur tum criticas tum historicas adnotationes, et quandoque etiam grammaticales in dissidentibus ab arabico sensibus; ego quidem ad alia properans suspenso propemodum aut certe levi pede omnia transiliam; nisi forte per otium postea locus aliquis paulo accuratius exponendus videbitur.*

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΗΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΡΑΒΟΣ ΜΩΑΜΕΤ 1)

ΠΛΑΣΤΟΓΡΑΦΗΘΕΙΣΗΣ ΒΙΒΛΟΥ.

NICETAE BYZANTINI PHILOSOPHI

CONFUTATIO FALSI LIBRI QUEM SCRIPSIT

MOHAMEDES ARABS.

PROGRAMMA.

1. Quum tantus supraque nostram aestimationem sit meritorum cumulus dilectissimi Deo imperatoris, verbis quidem illorum sublimitatem ornare, aut mensura aliqua eorundem infinitatem comprehendere, prorsus non valebimus. Sed enim ille qui omnem mentem ad admirandum rapit stupor, et ad praedicandos excelsi animi viros palamque commendandos impellit, is me quoque humi repentem mortalem ad hoc opusculum componendum adegit. Neque tamen de gestis omnibus dicam, hoc enim nullatenus fieri potest, sed de uno ipsius principali facinore; neque laudibus imperatorem coronabo; namque undenam mihi aureorum verborum copia, ut splendorem ac suavitatem virtutum eius, quae prati instar variis floribus luxuriantis sunt, auro conscribam? Quid enim de eius sapientissima regnandi arte dicam? quid de ecclesiae inperturbata et pacifica administratione? quid de generali reipublicae recta legislatione? quid de eius patientiae ab benignitatis pelago? quid de beneficentiae ac liberalitatis imbribus? quid de orthodoxo fidei dogmate? quid demum de apostolica ut ita dicam evangelii Christi praedicatione? Etenim non contentus imperator infausta barbarorum corpora in fugam vertere, nisi etiam rebelles Deo animas, ceu gla-

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

α΄. Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων πάντων π[ρεσβεί]ων * τῷ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ, λόγοις γεραίρειν αὐτὰ διὰ τὸ μέγεθος, καὶ μέτρῳ περιορίζειν διὰ τὸ ἄπειρον, οὐχ οἷοί τε ἐσόμεθα τὸ παράπαν· ἀλλ' ἡ τοῦ θαυμάζειν παρασκευάζουσα πᾶσαν διάνοιαν ἔκπληξις, καὶ τοὺς ὑψηλοὺς τὸν νοῦν κηρύττειν καὶ διαγγέλλειν σαφῶς ἐξείργουσα, τοῦτο * τὸ ἔργον ἡμᾶς τοὺς χαμαιζήλους ποιεῖν κατηνάγκασεν· οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ, τοῦτο γὰρ ἦν παντελῶς καὶ ἀμήχανον, ἀλλ' ἐφ' ἑνὸς αὐτοῦ προτερήματος· οὐδ' ὅπως δι' ἐγκωμίων αὐτὸν καταστέψωμεν· ποῦ γάρ μοι τοσαύτη χρυσέων ἐπῶν περιουσία, ὡς ἂν χρυσογραφήσαιμι 2), τὰς δίκην πολυάνθους λειμῶνος ἐξανθούσας τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ λαμπρότητας καὶ τερπνότητας; ποῦ γὰρ θήσω τὴν τῆς βασιλείας πάνσοφον πηδαλιουχίαν; ποῦ δὲ τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρηναίαν τε καὶ ἀτάραχον διαγωγήν; ποῦ δὲ τὴν τῆς πολιτείας καθολικὴν εὐνομίαν; ποῦ δὲ τὸ τῆς ἀνεξικακίας καὶ προσηνότητος πέλαγος; ποῦ δὲ τοὺς τῆς εὐποιΐας καὶ εὐεργεσίας ὄμβρους; ποῦ δὲ τὸ ὀρθόδοξον τοῦ τῆς πίστεως δόγματος; ποῦ δὲ τὸ ἀποστολικὸν ὡς εἰπεῖν τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα; οὐκ ἀνεχόμενος γὰρ βάρβαρα σώματα μόνον τροποῦσθαι πανάθλια, εἰ μὴ καὶ ψυχὰς θεομάχους ὡς διστόμῳ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ διχάσειεν, μετακαλεῖται καὶ τοὺς Ἄραβας πρὸς εὐσέβειαν

Cod. vat. 681. f. 1.

* vocabulum evanidum.

* cod. τουτων τό ἔργων.

cod. f. 2.

1) In codicibus scribitur Μωάμεδ, Μωάμεθ, Μωάμετ, Μαχουμεθ. Primam scripturam in latinitate mea sequor (in quam incidit et secunda, ut ex θεός *Deus*) quamquam Nicetas tertiam tenet.

2) Respicit morem scribendi auro in pergamenis, regii praesertim argumenti aut divini, cuiusmodi splendida exemplaria in codicum bibliothecis supersunt.

διὰ τοῦ ἐξ ἀληθείας λόγων ἐλέγχου τὴν παράλογον καὶ ἠπατημένην κατατοξεύων ἀσέβειαν· ἅτε δὴ πεποιθὼς ἐπὶ τὸν νικοποιὸν Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν τὸν παρ' ἐκείνων βλασφημούμενον, ὅτι τῷ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἀνατροπῶν ἐλέγχῳ τῆς αὐτῶν βλασφημίας, καὶ ἡ κατὰ τῶν παρανόμων αὐτῶν στρατευμάτων, διὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγημάτων ἐπακολουθήσει νίκη· ὅθεν τὸ ἔργῳ περατωθὲν τῷ θεόφρονι βασιλεῖ, λόγοις ἡμεῖς οἱ νοθεῖς γυμνάσαι προήχθημεν· καὶ ὅπερ αὐτῷ διὰ πραγμάτων ὁσημέραι κατορθοῦται, καὶ γυμνοῖς λόγοις ἡμεῖς
cod. f. 3. μεγαλοφώνως σαλπίζειν προεθυμήθημεν· ἀλλ' ὁ παντὸς ἀγαθοῦ ταμίας καὶ πάροχος κύριος τῷ μὲν φιλοχρίστῳ βασιλεῖ τὰ σωτήρια ψυχῇ τε καὶ σώματι δαψιλεύσοιτο, ἐκτάσει ζωῆς χρόνων, καὶ νίκαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐπιστέφων, καὶ τὴν ἡμῶν γλῶσσαν νευρώσειεν, τῆς μὲν τῶν χριστιανῶν εὐσεβοῦς πίστεως εἰπεῖν τι ἐπάξιον, τὴν δὲ βάρβαρον ἀπελέγξαι δυσσέβειαν· πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων γένοιτο· ἀμήν.

τέλος τοῦ προοιμίου.

dio ancipiti, veritatis verbo disseceet; Arabes quoque ad veram religionem vocat, doctrinae verae argumentis absurdam fallacemque vulneraus impietatem: confidens scilicet auctori victoriarum Christo Deo nostro, quem illi maledictis pulsant, fore ut post illorum blasphemiae refutationem, de impiis quoque ipsorum exercitibus, militaribus suis expeditionibus triumphet. Quamobrem id, quod imperator opere efficiet, ignavi nos tamquam in palaestra verbis ludemus: et quod ille quotidie factis peragit, nuda nos sed maguisonante oratione praedicare proposuimus. Utinam vero bonorum omnium arcarius et dator Dominus, Christi amanti imperatori salutem animae corporisque largiatur, ut diu vivat et de hostibus victorias referat; nostramque simul linguam roboret, ut prout pia Christianorum fide dignum est loquatur, et barbaricam impietatem refellat. Quod precibus gloriosissimae Deiparae et omnium sanctorum fiat! Amen.

Finis prooemii.

β'. ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩιΔΕ ΤΩι ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ.

Κεφ. α'. Ἔκθεσις μετὰ ἀποδείξεως προηγουμένως τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου ἡμῶν τῶν χριστιανῶν πίστεως· καὶ καταδρομὴ πασῶν τῶν ἐμφερομένων δυσφημιῶν τῇ τοῦ ἄραβος Μωάμετ βίβλῳ· καὶ ἔλεγχος κατὰ ταυτὸ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ κακῶς δοκούντων αὐτῷ.

Κεφ. β'. Ἐλεγκτικοὶ τῶν ψευδωνύμων αὐτοῦ λόγων δέκα ἕξ.

cod. f. 4. Κεφ. ιη'. Ἔκθεσις καὶ θρίαμβος τῶν κατ' εἶδος αὐτῷ σποράδην ἐν τοῖς ἑξῆς ἅπασιν ἀσεβῶς κινηθέντων μιαρῶν λόγων.

ιθ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ λόγου ὑπολήψεως.

κ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα τῆς ἁμαρτίας αἴτιον εἶναι τὸν θεόν.

κα'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα κατὰ συζυγίαν βιοῦντας ἀνθρώπους μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

κβ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα θηλείας εἶναι ἀγγέλους.

κγ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων πρεσβείας.

κδ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα ὁ θεὸς ὁλόσφαιρός ἐστιν.

κε'. Ἀπόδειξις ὅτι ξένος τῆς τοῦ θεοῦ διαθήκης ὁ ἰσμαηλίτης λαός.

κϛ'. Πρὸς Ἀγαρηνοὺς ὑπὲρ τῆς περιτομῆς.

2. HAEC SUNT IN PRAESENTI OPERE.

Cap. I. Expositio et demonstratio in primis nostrae verae et orthodoxae Christianorum fidei; et insectatio omnium blasphemiarum, quae Mohamedis arabis libro continentur; confutatioque simul pravorum eius dogmatum in primo capitulo.

Cap. II. Confutationes falsorum eius capitulorum sexdecim.

Cap. XVIII. Expositio et profligatio impie ab eo dictorum specialiter in subsequentibus sparsim cunctis impuris capitulis.

Cap. XIX. Adversus eundem, de vocabuli VERBUM notione.

XX. Adversus eundem dicentem, Deum esse peccati causam.

XXI. Adversus eundem dicentem, homines in coniugio victuros post resurrectionem.

XXII. Adversus eundem dicentem angelos esse feminas.

XXIII. Adversus eundem de angelorum intercessione.

XXIV. Adversus eundem dicentem, Deum sphaericum esse.

XXV. Demonstratio, quod alienus a Dei foedere sit populus ismahelíticus.

XXVI. Adversus Agarenos de circumcisione.

XXVII. De eodem argumento.

XXVIII. De Deo Mohamedis

XXIX. Quod, etiamsi hi erronei putent se progenitoris Abrahami unicum Deum colere, non tamen oporteat Agarenos a nobis dici Dei cultores.

XXX. Adversus Agarenos de iactantia ipsorum.

CAPUT I.

3. Expositio, cum argumentis et demonstratione, christiani dogmatis, ex communibus notionibus, et dialectica methodo, nec non naturalibus argumentis, varioque syllogistico artificio, deducta. Confutatio simul et eversio atque coargutio insulsissimi ac nefandissimi ab arabe Mohamede conficti libri, sive pseudonymae Agarenorum fidei.

Inter tot bona virtutis opera, ad Dei gloriam redundantia, quae ab optimo et christianissimo imperatore nostro quotidie fiunt, praecipue circa verum Dei cultum, haec quoque serenissimae eius maiestati peculiaris cura inest, ut coarguatur mendaxque et portentosa demonstretur erronea illa et absurdissima doctrina, quae fallaci libro Mohamedis arabis nomen gerente continetur. Quamobrem nostram indignitatem, ceu clari aliquantulum nominis, et qui eius a Deo electae maiestati devoti sumus, hortatus est, ut pro viribus diffamaremus, atque a veritate abhorrentem doctrinam hanc demonstraremus, non solum in manifestis circa Deum conceptibus, verum etiam in communibus et universo hominum generi facile obviis notionibus. Igitur imploratis eiusdem christophili domini nostri, magni imperatoris, Deo acceptis mundoque salutaribus precibus, cum Spiritus sancti virtute, fidei lorica tecti, spei scuto sumpto, galeaque salutis muniti, mandatum eius exsequi adgredimur. Et quia duplex est antirrheticae orationis pars, una quae proprium adsumptum comprobat, altera quae contrarium refutat; nos quidem piam nostram Christianorum fidem naturalibus ratiociniis qua maiore fieri poterit evidentia ostendemus; deinde argumenta quae impiae doctrinae favere videntur, coarguere conabimur; modo naturaliter ex communibus de Deo notionibus, modo scripturae testimoniis, quam ipse

κζ′. Εἰς τὸ αὐτό.

κη′. Περὶ τοῦ θεοῦ τοῦ Μωάμετ.

κθ′. Ὅτι οὐ δεῖ, κἂν δοκῇ τοῖς πεπλανημένοις τὴν τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ μοναρχίαν πρεσβεύειν, λέγειν ἡμᾶς θεοσεβεῖς Ἀγαρηνούς.

λ′. Πρὸς Ἀγαρηνοὺς περὶ τῆς αὐτῶν ἀλαζονείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α′.

γ′. Ἔκθεσις κατασκευαστικὴ μετὰ ἀποδείξεως [cod. f. 5.] τοῦ χριστιανικοῦ δόγματος, ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίῤῥησις καὶ ἀνασκευὴ καὶ ἔλεγχος τῆς ἀλογωτάτης καὶ μυσαρωτάτης βίβλου τῆς παρὰ τοῦ ἄραβος Μωάμετ πλαστογραφηθείσης, ἤτοι τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ψευδωνύμου πίστεως.

Πολλῶν ἤδη τῶν εἰς δόξαν θεοῦ συντρεχόντων ἀρετῆς κατορθωμάτων παρὰ τοῦ φιλαγάθου καὶ χριστιανικωτάτου ἡμῶν βασιλέως ὁσημέραι διαπραττομένων, μάλιστα δὲ περὶ τὴν εὐσεβῆ εἰς θεὸν λατρείαν, ἓν καὶ τοῦτο σπουδῆς εἶδος τῷ γαληνοτάτῳ κράτει καθέστηκεν, τὸ ἀπελεγχθῆναι τὴν ἠπατημένην καὶ ἀλογωτάτην δόξαν τὴν πλαστογραφηθεῖσαν ἐν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ ἄραβος Μωάμετ βίβλῳ· ὅθεν τὴν ἡμετέραν ἀναξιότητα, οἷα δὴ ἐλλόγιμον πως οὖσαν, καὶ εὐνοϊκῶς πρὸς τὴν αὐτοῦ θεοσυγκρότητον βασιλείαν προσκειμένην, προετρέψατο καθ' ὅσον οἷοί [cod. f. 6.] τε ἐσμὲν, στηλιτεῦσαι καὶ δεῖξαι μακρὰν τῆς ἀληθείας ὑπάρχουσαν, οὐ μόνον ἐν ταῖς περὶ τὸ θεῖον σαφέσιν ὑπολήψεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς παρὰ τοῦ κοινοῦ τῆς ἀνθρωπότητος γένους ῥᾳδίως γινωσκομέναις· τὰς τοίνυν θεοδέκτους καὶ σωτικόσμους εὐχὰς τοῦ αὐτοῦ φιλοχρίστου δεσπότου ἡμῶν καὶ μεγάλου βασιλέως ἐπικαλεσάμενοι, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῷ θώρακι τῆς πίστεως φραξάμενοι, καὶ τοῦ θυρεοῦ τῆς ἐλπίδος δραξάμενοι, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου περιβαλόμενοι, τὴν αὐτοῦ προτροπὴν ἐκτελέσαι προήχθημεν. Ἐπειδὴ δὲ διττός ἐστιν ὁ τῆς ἀντιῤῥήσεως λόγος, τοῦ μὲν τὸ οἰκεῖον κατασκευάζοντος, τοῦ δὲ τὸ ἀντίπαλον ἀνατρέποντος, πρότερον τὴν εὐσεβῆ ἡμῶν τῶν χριστιανῶν πίστιν ἐκ φυσικῶν λογισμῶν ὡς ἐφικτὸν μετ' ἀποδείξεως ἐκθέμενοι, τὸ τηνικαῦτα τὰ δοκοῦντα συνηγορεῖν τῷ δυσσεβεῖ αὐτοῦ δόγματι ἀπελέγξαι πειρασόμεθα· τῇ μὲν, φυσικῶς ἐκ τῶν περὶ θεοῦ κοινῶν ἐννοιῶν· τῇ δὲ, καὶ γραφικῶς [cod. f. 7.]

ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς ὁ τῆς τοιαύτης βίβλου πλαστογράφος δοκεῖ καταδέχεσθαι· ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν.

δ'. Ὁ πάνσοφος καὶ φιλάγαθος ἀπειροδύναμός τε καὶ πανάγιος Θεὸς, τὴν τοῦ κόσμου σύστασίν τε καὶ οὐσίωσιν ἐξ οὐκ ὄντων παράγων, ἤτοι ἐν δυνάμει δυνατὸς ὢν ταύτην ἐδημιούργησέν τε καὶ παρήγαγεν, ἢ οὐκ ἐν δυναμει δυνατὸς ὤν· εἰ μὲν οὐκ ἐν δυνάμει, ψευδεῖς αἱ κατειθισμέναι περὶ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀκριβεῖς καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, λεγόμεναί τε καὶ κρατούμεναι· καὶ πῶς ἂν ὁ αὐτὸς τὰ τῇδε συνέδησέν τε, καὶ συνήρμοσεν, καὶ εἰς οὐσίωσιν παρέστησεν; ἢ πῶς ὁ αὐτὸς παρακτικός τε καὶ δημιουργὸς ἂν εἴη, καὶ τὸ τῆς δημιουργίας ὄνομα, ἤτοι τῆς τοιᾶσδε ἐνεργείας, ἀραρότως ἐπ' αὐτὸν ἐπιτεθείη, ἐπ' ἂν αὐτὸς ἐν ἀδυναμίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ φύσεως περιγράφηται, καὶ ὡς ἀδύνατος Θεὸς λογίζηται τε καὶ πιστεύηται; τὸ γὰρ θεὸς ὄνομα, οὐκ ἄλλου τινὸς, ὡς ἐγώ γε οἶμαι, ἀλλ' ἢ τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας σημαντικόν τε καὶ παραστατικὸν ἂν εἴη· εἴπερ τὸ θεῖον κατὰ τὸν τουτί ἐστι λόγον, ἀκατονόμαστόν τε
cod. f. 8. καὶ ἀνέκφραστον καὶ ἀνερμήνευτον καθίσταται· κἂν τοῖς πολλοῖς ἰδιαζόντως ἐπὶ τῆς Θείας φύσεως τουτὶ τὸ Θεὸς ὄνομα, ὥσπέρ τι κύριον σημαντικὸν, οὐ προσφυῶς ἐξείληπται, ἐξ οὗ ὀνόματος πάντως καὶ δύνασθαι ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης συναναφύεται· εἴπερ πᾶσα ἐνέργεια μετὰ δυνάμεως· [1] καὶ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα· εἰ οὖν ὁ Θεὸς, ὡς ὑπετέθη, οὐκ ἐν δυνάμει τὸν κόσμον παρήγαγεν, φανερὸν ὅτι ἐστέρηται τοῦ δύνασθαι· ὁ δὲ ἐστέρηται τοῦ δύνασθαι, ἐστέρηται καὶ τοῦ παράγειν· ὃ δὲ ἐστέρηται τοῦ παράγειν καὶ δημιουργεῖν, ἐστέρηται καὶ τοῦ εἶναι Θεός τε καὶ λέγεσθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ θεὸς οὐ θεός· ὅπερ ἀσεβές.

ε'. Καὶ ἄλλως. Εἰ τὸ ποιεῖν, μετὰ δυνάμεως, τὸ μὴ ἐν δυνάμει, οὐδὲ πέφυκε ποιεῖν· ὃ δὲ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ πέφυκεν, οὐδὲ παράγει· ὁ δὲ οὐ παράγειν πέφυκεν ἐκ μὴ ὄντων, οὐδὲ Θεός· ὁ Θεὸς ἄρα οὐ θεός· ὅπερ ἐστὶ πάσης βλασφημίας ἀνάμεστον. Εἰ οὖν τὸ μὴ ἐν δύναμει τὸν θεὸν παάγειν ὁ λόγος ἔδειξεν ἀδύνατόν τε καὶ βλάσφημον, λείπεται τὸ ἐν δυνάμει δυνατὸς ὢν ἀλη-
* ita cod. θές τε καὶ βέβαιον· καὶ μάρτυς ἡ ἐνάργεια *· ἐπεὶ οὖν ἐν δυνάμει ὁ Θεὸς τὸν κόσμον παρήγα-
cod. f. 9. γεν, καὶ τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ τὸ πᾶν διακυβερ-

huius falsi libri auctor videtur admittere. Hinc autem initium capiam.

4. Sapientissimus et bonitatis amator, omnipotens et sanctissimus Deus, qui mundi huius constitutionem et existentiam ex non extantibus produxit, vel potentia praeditus hanc effecit creationem et productionem, vel ea potentia carebat. Atqui si potentia caruit, falsae sunt consuetae illae hominibus de Deo accuratae et communes notiones, quae dici solent et vulgo dominantur. Nam quomodo is mundana haec compegisset et conformasset, et ad existentiam perduxisset? Vel quomodo idem operator esset atque creator, eique creationis et quidem tantae operationis denominatio congruenter attribueretur, si impotentia naturaeque infirmitate limitaretur Deusque impotens reputaeetur et crederetur? Nam Dei nomen, haud alius rei, ut ego arbitror, nisi creatricis efficaciae significativum est et demonstrativum. Quoniam ipsa certe deitas, hac ratione considerata, innominabilis est, inenarrabilis, atque inexplicabilis. Etiamsi enim multis peculiariter in divina natura Dei nomen tamquam proprium videtur, haud apte ita accipitur: namque ex hoc nomine prorsus et potentiae idea necessario in nobis conficitur: siquidem omnis operatio haud absque potentia est, ut facta testantur. Si ergo Deus, ut supponitur, absque potentia mundum produxit, exploratum est eum potentia carere. Qui autem potentia caret, idem a creando prohibetur: qui vero a producendo et creando prohibetur, idem etiam quominus Deus sit dicaturque prohibetur. Concluditur ergo ut Deus minime Deus sit; quod est irreligiosum.

5. Et aliter. Si agere, non sine potentia est; id quod potentia caret, agendi quoque vi naturali caret; quod autem naturaliter non potest agere, ne producit quidem; quod autem vi propria ex nihilo non producit, ne Deus quidem est: ergo Deus non est Deus; quod omni blasphemia plenum est. Si itaque Deum absque potentia creasse, sermo noster impossibile blasphemumque demonstravit; superest ut verum firmumque sit, eum propria potentia posse, cuius rei testis est evidentia. Quoniam

1) Reapse in Etymologico magno. *Θεός παρὰ τὸ θῶ, τὸ κατασκευάζω καὶ ποιῶ· ὁ πάντων ποιητής, καὶ τῆς τῶν πάντων κατασκευῆς αἴτιος, γίνεται θὸς καὶ θεός. Deus a verbo θῶ, quod est construo et facio. Rerum omnium factor, et omnis constructionis auctor, fit θὸς et θεός.*

itaque cum potentia Deus mundum produxit, suaque sapientia omnia gubernat, ut ipsi etiam Agareni prorsus concedent; exploratum est, eum esse potentem. Omnis vero potens, potentiam habet qua potens est, et qua tamquam potens agit, et cuius causa is potens dicitur. Conficitur ergo, ut quia Deus cum potentia mundum produxit, potentiam habeat, qua potens est, et qua agit, et cuius causa potens esse videtur. Quod si ita est, utique potentia quae habetur, diversa ab habente erit. Nulla enim res, et habere simul et haberi secundum idem dicitur; sicuti non est idem qui videt, et res visa; neque qui pulsat, et qui pulsatur; nec qui cognoscit, idem est ac cognitus; nec qui scribit, idem est quod scribitur. Quare patet, haud ipsum Deum quodammodo dici potentiam, qua potens est, quatenus potentiam habet, et quatenus per illam agit ut actor atque creator. Quod si hoc verum est, uti reapse verum est, ergo per unam solam simplicemque potentiam, universum mundum Deus existentia donavit creavitque. Porro haec potentia vel limitata est, vel infinita; vel etiam plures sunt, haeque limitatae aut infinitae. Si ergo egit per unam, solam ac limitatam, evidens est absurditas, quod limitata potentia Deus res mundanas produxerit et conservet. Atqui omne quod cum limitata potentia producit, termino mensuraque contineri necesse est, tam quantitate scilicet factae rei quam qualitate. Quod si ita se habet, deficiet etiam aliquando. Nam quod limitatum est, id infinito tempore perdurare nequit.

6. Et aliter. Si ergo Deus limitata unaque potentia creat omnia quae facta sunt, patet eum ipsum nonnisi ex limitata potentia existentiam propriam habere videri. Quod si ita est, non est sempiternus. Colligitur ergo Deum non esse sempiternum; quod est absurdum. Sin vero Deus per plures limitatas potentias creaturam omnem producit, nulla in Deo infinita potentia est, eòdemque ut antea argumentum recidit in utraque hypothesi; conficiturque ut Deus nulla in re sit omnipotens. Quia ergo aeternitas est quaedam veluti infinita potentia, vel infinitum quoddam spatium, ut sapientibus et ipsi veritati placet, constat id quod aeternum est, idem esse etiam omnipotens. Sic itaque argumentari licet. Si quod aeternum est, idem omnipotens; sequitur ut quod non habet po-

νᾷ, ὡς καὶ αὐτοὶ πάντως οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ φήσαιεν, φανερὸν ὅτι δυνατός ἐστιν· πᾶς δὲ δυνατὸς δύναμιν ἔχει καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ ὡς δυνατὸς, καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸ δύνασθαι λέγεται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ ἐν δυνάμει Θεὸς τὸν κόσμον πράξας, δύναμιν ἔχει καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ τὸ δύνασθαι ἐπ' αὐτὸν λέγεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἑτέρα πως ἂν εἴη ἡ ἐχομένη δύναμις τοῦ ἔχοντος· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ κατὰ ταυτὸν, ἔχειν τε καὶ ἔχεσθαι δοκεῖ· ὥσπερ οὐδὲ τὸ αὐτὸ ὁρῶν τε καὶ ὁρώμενον, τύπτον τε καὶ τυπτόμενον, γινώσκον τε καὶ γινωσκόμενον, γράφον τε καὶ γραφόμενον· ὥστε δῆλον ὅτι τρόπον τινα, οὐκ αὐτός τε ὁ Θεὸς δύναμις λέγεται, καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, ὡς ἔχων δύναμιν, καὶ δι' ἧς ποιεῖ ὁ ποιητής τε καὶ δημιουργός· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἀληθὲς, ἀρά γε κατὰ μίαν μόνην καὶ ἁπλῆν δύναμιν, πάντα τὸν κόσμον ὁ Θεὸς οὐσίωσεν τε καὶ δεδημιούργηκεν· καὶ ταύτην πεπερασμένην, ἢ ἄπειρον· ἢ κατὰ πλείονας, καὶ ταύτας πεπερασμένας ἢ ἀπείρους. Εἰ μὲν οὖν κατὰ μίαν μόνην καὶ πεπερασμένην, σκοπεῖν ἐστι τὸ ἄτοπον· ὁ Θεὸς πεπερασμένῃ δυνάμει, τὰ τῇδε παρήγαγέν τε καὶ περισώζει· πᾶν δὲ τὸ πεπερασμένῃ δυνάμει παράγον, συνορίζεσθαι cod. f. 10. ἀνάγκη καὶ συμμετρεῖσθαι, τῷ τε ποσῷ καὶ ποιῷ τῶν γινομένων· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ συνεκλείψει· τῷ γὰρ πεπερασμένῳ, ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ διαρκεῖν οὐ πρόσεστιν.

ϛʹ. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν ὁ Θεὸς πεπερασμένῃ καὶ μιᾷ δυνάμει δημιουργεῖ πάντα τὰ γενητὰ, δῆλον ὅτι καὶ πεπερασμένῃ δυνάμει ἐν τῷ εἶναι χαρακτηρίζεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐκ ἀΐδιος· συνάγεται ἄρα ὁ Θεὸς οὐκ ἀΐδιος, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον· εἰ δ' οὖ κατὰ πλείονας πεπερασμένας δυνάμεις ὁ Θεὸς παράγει πάντα τὰ γενητὰ, κατ' οὐδέν ἐστι τὸ θεῖον ἀπειροδύναμον· καὶ εἰς ταυτὸν συνδρομεῖται τῇ προτέρᾳ ὑποθέσει, δι' ἑκατέρας ὑποθέσεως· καὶ συνάγεται τὸ κατὰ μηδὲν εἶναι τὸ θεῖον ἀπειροδύναμον. Ἐπεὶ οὖν ὁ αἰὼν οἱονεὶ δύναμίς ἐστιν ἄπειρος, ἢ οἱονεὶ διάστημα ἄπειρον καθὰ τοῖς ἐπιστήμοσιν καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, φανερὸν ὅτι τὸ αἰώνιον, καὶ ἀπειροδύναμον· ἔστιν οὖν συλλογίσασθαι οὕτως· εἰ τὸ αἰώνιον ἀπειροδύναμον, ὅπερ οὖν οὐκ ἔχει δύναμιν ἄπειρον,

τοῦτο οὐδὲ αἰώνιόν ἐστιν· εἰ οὖν κατ᾽ οὐδεμίαν τῶν ἑκατέρων ὑποθέσεων, ὁ Θεὸς ἄπειρον ἔχει δύναμιν, κατ᾽ οὐδέν ἐστιν αἰώνιος· εἰ δὲ μὴ ἐστὶν αἰώνιος, ὑπὸ χρόνον ἐστὶν ἐξ ἀνάγκης· τῶν γὰρ ὄντων τὰ μεν ἐστιν αἰώνια, τὰ δὲ ὑπὸ χρόνον· καὶ πῶς ὑπὸ χρόνον
cod. f. 11. ὁ τῶν χρόνων δημιουργός; εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀρχὴν ἔχει καὶ τέλος· καὶ ἄλλό τι αὐτῷ ἔσται τοῦ εἶναι καὶ τῆς ὑπάρξεως αἴτιον· καὶ περὶ ἐκείνου τὰ αὐτὰ ἀπορήσομεν· καὶ τοῦτο ἐπ᾽ ἄπειρον, ὅπέρ ἐστιν ἄτοπον· λείπεται ἄρα τῶν λοιπῶν δύο τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι, τῆς φασκούσης μίαν καὶ ἄπειρον, καὶ τῆς πολλάς τε καὶ ἀπείρους· αλλ᾽ ὅτι μὲν πλείονας δυνάμεις καὶ ἀπείρους, δι᾽ ἃς δημιουργεῖ τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, λέγειν ἐπὶ Θεοῦ ἀνοίκειόν ἐστιν διὰ τὴν παντελῆ τοῦ θεοῦ ἁπλότητα, φανερὸν ὅτι μίαν καὶ ἄπειρον καὶ κατὰ πάντα ἀπειροδύναμον, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἀληθές ἐστι, καὶ ταῖς κοιναῖς ἐπὶ Θεοῦ ἐννοίαις ἁρμόττον· ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν καὶ ἡμῖν κατειθισμένων καὶ δι᾽ ἐπιστημονικῶν ἐπιχειρήσεων, ἔδειξεν ὅτι κατὰ μίαν μόνην καὶ ἁπλῆν καὶ κατὰ πάντα ἀπειροδύναμον δύναμιν, ὁ Θεὸς τὸ δυνατὸς εἶναι ἔχει, καὶ δι᾽ αὐτῆς ποιεῖ ὃ ποιεῖ, καὶ τὸν κόσμον οὐσίωσέν τε καὶ παρήγαγεν, καὶ ἐπ᾽ αὐτὸν τὸ δύνασθαι λέγεται· αὕτη οὖν ἡ δύναμις, ἢ ποτέ ἐστιν ἐν τῷ Θεῷ, ἢ ἀεί· ἀλλ᾽ εἰ μὲν ποτὲ, ἔσται ὁ Θεός ποτε ἀδύναμος καὶ ἀνίσχυρος τοῦ δημιουργεῖν τε καὶ παράγειν· καὶ γὰρ ἐφ᾽ ὧν ἡ δύναμις ποτὲ οὐ πρόσεστιν, τούτων καὶ τὸ ποτὲ ποιεῖν διακεκώλυται· εἰ δὲ
cod. f. 12. τοῦτο, καὶ οὐ σύνδρομον τὸ δύνασθαι θέλειν, καὶ πῶς διοίσει τῆς γενητῆς φύσεως, ἐπ᾽ ἂν τὸ δύνασθαι αὐτῷ οὐκ ἀεὶ πρόσεστιν; ἀλλὰ καὶ μάτην ἡ κοινὴ ἔννοια ἐπερειδομένη τοῦτο κατέχει, τὸ πάντα τὸν Θεὸν δύνασθαι, καὶ ὅτε θέλει καὶ ὅτε βούλεται.

tentiam infinitam, idem ne aeternum quidem sit. Si ergo in neutra hypothesi Deus infinitam habet potentiam, nullo modo est aeternus. Quod si non est aeternus, necessario tempori obnoxius est. Nam rerum existentium aliae aeternae sunt, aliae tempore circumscriptae. Quomodo autem tempore sit circumscriptus, is qui temporum est creator? Quod si ita sit, et initium habet et finem; et aliud aliquid ei erit existentiae subsistentiaeque causativum: et rursus de hoc ipso eodem modo ambigemus; et hoc in infinitum; quod est absurdum. Reliquum est igitur, ut alterutra ex duabus vera sententia sit; id est vel illa quae unam dicit immensamque potentiam; vel altera quae plures et immensas. Sed enim quia plures potentias et immensas dicere, quibus mundum Deus condiderit, Deo improprium est, propter omnimodam deitatis simplicitatem; profecto patet unam immensamque esse potentiam, et quaqueversus omnipotentem; quod et verius est, et communibus de Deo notionibus congruum. Quoniam itaque sermo noster ex communibus nobisque consuetis notionibus, scientiaeque argumentis ostendit, unam, solam, simplicemque, et quaqueversus omnipotentem esse facultatem illam, qua Deus potens est; et qua id agit quod agit, mundoque subsistentiam contulit; haec inquam potentia, vel aliquando in Deo est, vel semper. Sed si aliquando tantum, Deus erit aliquando impotens et invalidus ad creandum ac producendum. Nam quibus in rebus interdum ei potentia deest, eas quominus faciat interdum prohibebitur. Quod si ita est, neque semper comitatur voluntatem potentia, quomodo Deus a creata natura differet, quandoquidem ei potentia haud semper adest? Temere igitur communis notio hoc mordicus tenet, videlicet Deum omnia posse quotiescumque ita vult ac decernit.

ζ΄. Καὶ ἄλλως. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς, ὡς ἔφαμεν, ποτὲ ἔχει τὴν αὐτοῦ δύναμιν, δῆλον ὅτι ἐπίκτητον αὐτὴν εἰσδέχεται, εἴπερ ὁ Θεὸς ἀεί ἐστιν· πᾶν δὲ τὸ ἐπικτήτως δεχόμενόν τι, ὕστερον τοῦ εἶναι αὐτὸ δέχεται, καὶ κατὰ προκοπὴν καὶ ὡς ἐλλιπὲς τοῦτο δέχεται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς ἔσται ποτὲ ἀτελὴς καὶ κατὰ προκοπὴν τελειούμενος· ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγειν καὶ ἐννοεῖν ἐπὶ Θεοῦ βλάσφημον. Καὶ ἄλλως. Εἰ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ποτε πρόσεστιν, ὕστερον αὐτὴν εἴληφεν· εἰ δὲ τοῦτο, ἤτοι

7. Et aliter. Si ergo Deus, ut diximus, aliquando tantum potentiam suam habet, apparet hanc adquisitam recipere; quandoquidem Deus semper est. Iam omnis qui adquisitum aliquid recipit, nonnisi postquam ipse est, illud recipit; et quidem incrementi instar, quod antea desiderabat. Colligitur itaque Deum esse aliquando imperfectum, et incrementis perfici; quod de Deo dicere et cogitare blaphemum est. Item aliter. Si Dei potentia, ipsi aliquando tantummodo inest, hanc nonnisi deinde accepit.

Quod si ita est, vel a se ipso eam accepit, vel ab alio. Iam si a se ipso accepit, vel tamquam iam habens eam accepit, vel secus. Sed siquidem tamquam non habens, numquam hanc accipiet. Nam qui est ineptus ad faciendum aliquid, hoc ipsum scilicet facere non potest. Quod si tamquam habens accepit; primo quidem quid obstat, ut quoniam sempiternus erat, potentia quoque praeditus esset? Deinde hinc existeret potentia potentiae; multaeque in Deo potentiae fierent; quod aeque manifeste negandum est. Iam si a se ipso hanc potentiam non accepit, superest ut ab alio. Sed si ab alio, utique vel ab aequali vel a minore vel a meliore. Quod quidem a nemine acceperit, inde constat, quia quod perficitur, a meliore perficitur: quod autem minus est, deterius est; et aequale, similiter. Atqui nemo Deo melior est, nam si hoc quisquam fieri posse concedat, erit Dei Deus, itemque alius Deus; idque in infinitum procedet. Igitur nequaquam Deus ab alio potentiam suam recepit.

8. Quoniam itaque Deus neque a se ipso, multoque minus ab alio potentiam suam recipit, patet ipsum habere illam congenitam. Est autem ipse semper; ergo et ipsius sapientia, qua potens est, et qua operatur, semper est. Quod si aeterna, est etiam perpetua et intemporalis. Iam quod semper est, id aeternum est et perpetuum et intemporale et increatum et non factum. Colligitur ergo, potentiam Dei, qua potens est, et qua agit, et sine qua nihil agit, infectam esse atque increatam. Iamvero non factum a non facto, quatenus non est factum; et increatum ab increato, quatenus non est creatum, naturâ nihil inter se different; quod si non differunt, idem sunt; et si idem, eiusdem quoque naturae sunt, consubstantialia, et quidquid eiusmodi est. Atqui Deus est infectus et increatus; ergo aeque potentia eius. Porro unum est infectum natura et increatum, sicut communes notiones accurate tenent: colligitur ergo, ut Dei potentia, qua dicitur potens, et qua agit, et sine qua nihil agit, consubstantialis et eiusdem naturae cum Deo sit. Quae si ita se habent, ipsa quoque potentia Deus est. Age vero quod ex his haud duo dii consurgant, ut Agareni stulte nobis inclamant, subsequens nostra oratio demonstrabit; cum ipsum quoque Spiritum, qui in Deo est, tamquam eius-

παρ' ἑαυτοῦ ταύτην εἴληφεν, ἢ παρ' ἑτέρου· ἀλλ' εἰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ, ἤτοι ὡς ἔχων δύναμιν ταύτην εἴληφεν, ἢ ὡς μὴ ἔχων· ἀλλ' εἰ μὲν ὡς μὴ ἔχων, οὐδέποτε ταύτην λήψεται· καὶ γὰρ τὸ ἀδυνάτως ἔχον πρὸς τὸ ποιεῖν τι, ἀδύνατόν ἐστι τοῦτο ποιεῖν· εἰ δὲ ὡς ἔχων. πρῶτον μὲν τί τὸ κωλύον ἐξότε ἦν ἀΐδιος, μὴ καὶ τὸ δύνασθαι ἔχειν; ἔπειτα καὶ εὑρεθήσεται τῆς δυνάμεως δύναμις, καὶ πολλαὶ δυνάμεις ἐπὶ θεοῦ, ὅπερ καὶ τοῦτο σαφῶς ἐλήλεγκται· οὐκ ἄρα παρ' ἑαυτοῦ ταυτην εἴληφεν, λείπεται παρ' ἑτέρου· ἀλλ' εἰ μὲν παρ' ἑτέρου, ἤτοι cod. f. 13. ἀπὸ ἴσου ἢ ἀπ' ἐλάττονος, ἢ ἀπὸ κρείττονος· ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀπ' οὐδενὸς τοῦτο ἐνδέχεται, ἐντεῦθεν δῆλον· τὸ μὲν γὰρ τελειούμενον, ἀπὸ κρείττονος τελειοῦται· τὸ δὲ ἔλαττον, χεῖρόν ἐστι· καὶ τὸ ἴσον ὅμοιον· κρείττων δὲ πάλιν θεοῦ οὐκ ἔστιν· εἰ γὰρ τοῦτο δοίη τις, ἔσται τοῦ θεοῦ θεὸς, καὶ πάλιν ἄλλος θεὸς, καὶ τοῦτ' εἰς ἄπειρον· οὐκ ἄρα ὁ θεὸς παρ' ἑτέρου τὴν αὐτοῦ δύναμιν εἴληφεν.

η'. Ἐπεὶ οὖν ὁ θεὸς οὔτε παρ' ἑαυτοῦ, οὔτε πολλῷ μᾶλλον παρ' ἑτέρου τὴν αὐτοῦ δύναμιν εἰσδέχεται, δῆλον ὅτι σύμφυτον αὐτὴν ἔχει· ἔστι δὲ αὐτὸς ἀεὶ, καὶ ἡ αὐτοῦ δύναμις, καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, ἀεί ἐστιν· εἰ οὖν ἀεί ἐστι, καὶ αἰώνιός ἐστι· εἰ δὲ αἰώνιος, καὶ ἀΐδιος καὶ ἄχρονος· πᾶν δὲ τὸ ἀεὶ ὂν, καὶ αἰώνιον καὶ ἀΐδιον καὶ ἄχρονον καὶ ἄκτιστον καὶ ἀγένητόν ἐστι· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ καθ' ἣν ἐστι δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἀγένητος καὶ ἄκτιστός ἐστιν· ἀγένητον δὲ ἀγενήτῳ, καθ' ὃ οὐ γέγονεν· καὶ ἄκτιστον ἀκτίστῳ, καθ' ὃ οὐκ ἔκτισται, κατὰ φύσιν οὐδὲν διοίσει· εἰ δὲ οὐδὲν διοισει, ταυτόν ἐστιν· εἰ δὲ ταυτὸν, καὶ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια· ἔστι δὲ καὶ ὁ θεὸς ἀγένητος καὶ ἄκτιστος, ἔστι δὲ καὶ ἡ αὐτοῦ δύναμις· cod. f. 14. ἓν δὲ τὸ ἀγένητον καὶ ἄκτιστον τῇ φύσει, ὡς αἱ κοιναὶ ἔννοιαι ἀκριβῶς ἔχουσι· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ καθ' ἣν λέγεται δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ὁμοούσιός ἐστι καὶ ὁμοφυὴς τῷ θεῷ· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ αὐτὴ θεός· καὶ ὅτι κἀκ τούτων οὐ δύο θεοὶ, ὡς αὐτοὶ ἀλόγως ἡμᾶς ἐπιφημίζουσι, παρακατιὼν ὁ λόγος δείξει, ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα καὶ αὐτὸ ἐν τῷ θεῷ ὡς ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον τῷ τε θεῷ καὶ τῇ αὐτοῦ

δυνάμει, ἡ καὶ σοφία καὶ λόγος Θεοῦ λέγεται, τρανῶς διαγορεύσειεν· ἀλλ' ὅτι μὲν καὶ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ καθ' ἣν λέγεται δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἡ καὶ λόγος λέγεται τοῦ Θεοῦ καὶ σο-
* Sur. IV. 169. φία, ὡς καὶ τὸ ὑμέτερον μαρτυρεῖ γράμμα *, οὐχ ἑτεροϋπόστατός ἐστιν ὡς συμβεβηκὸς ὡς ὑμεῖς φατε, ἀλλ' ὁμοφυής τε καὶ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ ὡς ἀγέννητος καὶ ἄκτιστος, καὶ ὧδέ ἐστι δῆλον.

θ'. Ὁ Θεὸς ἁπλούστατός ἐστι, καὶ πάσης συνθέσεως καὶ συνθετικῆς ἐννοίας ἐπέκεινα, ὡς καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι ἡμῖν διαγορεύουσι· πᾶν δὲ δὴ συμβεβηκὸς μετὰ τοῦ ᾧ συμβέβηκε, σύνθετον τέ ἐστι καὶ λογίζεται.
cod. f. 15. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ διαλυτὸν, ἤτοι ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει, τουτέστιν ἢ λόγῳ ἢ ὑπάρξει· διό ἐστι συλλογίσασθαι οὕτως. Ὁ Θεὸς ἁπλούστατός ἐστι· πᾶν δὲ συμβεβηκὸς μετὰ τοῦ ᾧ συμβέβηκεν, οὐχ ἁπλοῦν ἐστι καὶ λογίζεται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς ἀνεπίδεκτός ἐστι συμβεβηκότος· ἔχει δὲ δύναμιν ὡς καὶ τοῦτο δέδεικται· καὶ αὕτη ἄρα οὐ συμβεβηκός· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο συμπεράναι οὕτως. Ὁ Θεὸς ἀνεπίδεκτός ἐστι συμβεβηκότος· ὁ Θεὸς δύναμιν ἔχει· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ οὐ συμβεβηκός· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἐνυπόστατος καὶ καθ' ἑαυτὴν τὸ εἶναι ἔχουσα, καὶ μηδενὸς ἄλλου δεομένη· ἔστι δὲ καὶ ἀεὶ, ὡς καὶ τοῦτο δέδεικται· τὸ δὲ ἀεὶ ὂν, οὔτε ἀρχὴν χρονικὴν ἔχει οὔτε τέλος· πᾶν δὲ τὸ ἐνυπόστατον, μήτε ἀρχὴν ἔχον χρονικὴν μήτε τέλος, ἄκτιστόν ἐστι καὶ ἀγέννητον· εὑρίσκεται ἄρα ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνυπόστατος, ἡ καὶ λόγος καὶ σοφία παρὰ τῶν θείων γραφῶν τρανῶς λέγεται, ἄκτιστός ἐστι καὶ ἀγέννητος· τὸ δὲ ἄκτιστον καὶ
cod. f. 16. ἀγέννητον, καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι οὐκ ἐπ' ἄλλου τινὸς εἰώθασι λέγειν, ἀλλ' ἐπὶ Θεοῦ· ἡ δύναμις ἄρα τοῦ Θεοῦ, ἥπερ καὶ σοφία καὶ λόγος αὐτοῦ καὶ υἱὸς ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν προσαγορεύεται, Θεός τέ ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ κατὰ πάντα ὅμοιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ παρὰ τῶν καλῶς δοξαζόντων χριστιανῶν πιστεύεται καὶ λογίζεται· ἀλλ' ὅτι μὲν τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ καθ' ἣν λέγεται δυνατὸς, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ ὁ Θεὸς, Θεὸν ὁ λόγος καὶ ὁμοούσιον αὐτὴν καὶ ὁμοφυῆ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς μετ' ἀκριβοῦς ἀποδείξεως ἔδειξε, φανερόν.

dem naturae et consubstantialem Deo eiusque potentiae, quae et sapientia et verbum Dei dicitur, perspicue edisseret. Iam quod Dei potentia, qua dicitur potens, et qua agit, et sine qua nihil agit, quaeque et verbum Dei et sapientia dicitur, ut vestra quoque scriptura testatur; quod haec, inquam, potentia, non sit alienae substantiae, ac veluti accidens, ut vos dicitis, sed eiusdem potius naturae et consubstantialis Deo, utpote non facta et increata, id hac ratione fit evidens.

9. Deus simplicissimus est, et cuilibet compositioni compositaeve notioni superior, ut communis sensus nos docet. At omne accidens, aeque ac ea res cui accidit, compositum est et sic reputatur. Quod si ita se habet, dissolubile quoque est, vel virtute vel potentia, id est rationaliter vel substantialiter. Sic itaque argumentari licet. Deus simplicissimus est: quodlibet autem accidens, aeque ac ea res cui accidit, non est simplex nec reputatur. Colligitur ergo, Deum accidentis esse incapacem. Atqui potentiam habet, uti demonstratum est: ergo haec quoque accidens non est; quod ita pariter ad conclusionem deducitur. Deus accidentis incapax est; Deus potentia praeditus est: colligitur ergo Dei potentiam non esse accidentem: quod si ita se habet, est haec Deo enhypostatica, et per se subsistentiam habet, et alio nemine eget. Sed et eadem semper est, quod item demonstratum fuit. Quod autem semper est, ne temporale quidem initium habet neque finem. Omne vero quod enhypostaticum est, neque temporale habet initium vel finem, id inquam increatum est et infectum. Comperitur itaque, Dei potentiam, quae enhypostatos et verbum atque sapientia a divinis scripturis liquido appellatur, esse increatam atque infectam. Quod autem increatum infectumque est, id communes quoque notiones de alio nemine quam de Deo dicere solent. Ergo Dei potentia quae et verbum et sapientia ipsius dicitur, et a nostris filius appellatur, Deus verus est, et per omnia similis Deo patri; et a cunctis recte sentientibus christianis creditur ac reputatur. Nunc ergo, quod Dei potentiam, qua is dicitur potens, et qua agit, et sine qua nihil agit Deus, sermo noster et Deum esse, et Deo patri consubstantialem atque homogeneam evidenti demonstratione ostenderit, palam est.

10. Quod vero eadem et Dei filius sit et verbum atque sapientia, quodque eam iure meritoque nos christiani confiteamur atque credamus, sic fere manifestum fiet. Deus, siquidem verus Deus et dicitur atque creditur et ab omnibus recte sentientibus glorificatur et praedicatur, Deus inquam vel ex his quae sunt secundum ipsum, id est ex eius substantia, cognoscitur, quatenus ex his glorificatur praedicatur et creditur quod sit; vel potius ex iis quae circa ipsum sunt, id est ex creaturis eius. Sed enim ex his quae secundum ipsum sunt, id est ex eius substantia, ipsum cognosci, hoc angelicis quoque virtutibus impossibile esse, nedum naturae humanae, vel communes notiones satis nos docent. Nam Deus quod adtinet ad suae substantiae rationem, innominabilis est, ineffabilis, et anonymus, ut divinae quoque scripturae et communes notiones tradunt: cuius rei perspicuum argumentum, si quis volet, cernet, quod nempe nullum ex eius nominibus substantiam eiusdem manifestat. Nam singula nomina quae a nobis adhibentur quasi ad divinam naturam ducentia, propriam unum quodque habent involutam notionem; neque ullum comperies sine quadam mentis cogitatione vocabulum, inter illas quae magis Deum decent denominationes. Si ergo illum ex propria substantia cognoscere, impossibile est, ut diximus, constat quod ex iis quae circa ipsum sunt, cognoscendus sit, sicuti rectus quidam textus patefacit: namque ex magnitudine et pulcritudine creaturarum congruenter creator agnoscitur. Certe si hoc aliquis minime concedat, Deum ex externis rebus, id est nostris, agnosci; quandoquidem ex iis quae in ipsius natura sunt minime eum cognoscimus; necessario consequeretur, ut nos in summa Dei ignoratione versaremur; quod est absurdum. Si ergo ex rebus nostris cognoscitur Deus, sine dubio ex his quae in nobis sunt potiora et honoratiora ipsum describimus, absque omnino iis quae nobis accidentia sunt: haec enim a Dei adtributis excludimus. Quamobrem quae sunt optima in nobis, ea de illo adfirmamus, vel potius omnia de eo negamus. Neque adfirmationes repugnare arbitramur negationibus, quia non ex iisdem ambae sumuntur. Atque ut clarior sermo noster fiat, sic loquar.

ι'. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὴ υἱὸς θεοῦ καὶ λόγος καὶ σοφία ἐστὶν, καὶ εἰκότως παρ' ἡμῶν τῶν χριστιανῶν ὡμολόγηταί τε καὶ πεπίστευται, ὧδέ πως ἔστι δῆλον. Ὁ θεὸς, εἴπερ ἐστὶ θεὸς ἀληθινὸς καὶ λέγεται καὶ πιστεύεται καὶ παρὰ τῶν εὐφρονούντων δοξάζεται καὶ κηρύττεται, ἤτοι ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἔγνωσται, ἐν οἷς δοξάζεται καὶ κηρύττεται καὶ πιστεύεται ὅτι ἔστιν, ἢ ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, τουτέστι τῶν αὐτοῦ κτισμάτων· ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον ἐγνῶσθαι αὐτὸν καὶ ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι, μὴ ὅτι γε τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσι· καὶ γὰρ τὸν θεὸν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ἀκατονόματον καὶ ἀνέκφραστον ἡμῖν καὶ ἀνώνυμον καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ καὶ αἱ κοιναὶ ἔννοιαι πα- cod. f. 17.
ραδιδόασι· καὶ τούτου πίστις ἐναργὴς, εἰ θέλοι τις συνορᾷν, τὸ μηδὲν τῶν αὐτοῦ ὀνομάτων τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι δηλωτικὸν, αὐτῇ· καὶ γὰρ ἕκαστον τῶν ὀνομάτων πρὸς ὁδηγίαν. τῆς θείας φύσεως ἡμῖν λαμβανομένων, ἰδίαν ἔχει ἕκαστον ἐμπεριειλημμένην διάνοιαν· καὶ οὐκ ἂν χωρὶς νοήματός τινος, οὐδεμίαν εὕροις φωνὴν ἐν τοῖς θεοπρεπεστέροις τῶν ὀνομάτων· εἰ οὖν ἐκ τῆς οὐσίας ἀμήχανον αὐτὸν ἐγνῶσθαι ὡς ἔφαμεν, φανερὸν ὅτι ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν καθὰ καὶ ὀρθός τις λόγος ἐμφαίνει *· * Rom. 1. 20.
ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς γνωρίζεται· εἰ γὰρ καὶ τοῦτο οὐ δοίη τις τὸ ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, τουτέστιν ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν γινώσκεσθαι, αὐτὸν δὲ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον οὐδέποτε ἐγνώκαμεν, ἀνάγκη ἐν παντελεῖ ἀγνωσίᾳ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ καθίστασθαι, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Εἰ οὖν ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν ἔγνωσται ὁ θεὸς, φανερὸν ὅτι ἐκ τῶν ἀξιολογωτέρων καὶ τιμιωτέρων ἡμῖν αὐτὸν διαγράφομεν, ἄνευ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν συμπτωμάτων· ταῦτα γὰρ ὑφεξαιροῦμεν ἀπὸ τῶν ἐπὶ θεοῦ λεγομένων· διὸ cod. f. 18.
καὶ πάσας αὐτὸν τῶν ἐν ἡμῖν κρειττόνων τὰς καταφάσεις καταφάσκομεν, καὶ πάσας αὐτῶν κυριώτερον ἀποφάσκομεν· καὶ οὐ μαχομένας τὰς καταφάσεις ταῖς ἀποφάσεσιν οἰόμεθα· οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἀμφότεραι ἐλήφθησαν· καὶ ἵνα σαφὴς ἡμῖν ὁ λόγος γένηται, ὧδέ πως ἐρῶ.

ια'. Ἐν ἡμῖν μὲν πολλῶν καὶ διαφόρων καί τινών πως ἀντικειμένως λαμβανομένων, καὶ τῶν μὲν ἀξιωτέρων τε καὶ κρειττόνων ὄντων, τῶν δὲ τὴν τῶν χειρόνων μοῖραν ἐχόντων, φανερὸν δήπουθεν ὅτ' ἂν ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν πρὸς χειραγωγίαν Θεοῦ ποδηγώμεθα, ἐκ τῶν κρειττόνων ἡμῖν καὶ τιμιωτέρων αὐτὸν διαγράφομέν τε καὶ καταφάσκομεν. Εἰ οὖν ἐν ἡμῖν ἐστι φῶς καὶ σκότος, ζωὴ καὶ θάνατος, θνητότης καὶ ἀθανασία, δικαιοσύνη τε καὶ ἀδικία· καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ τῶν κρειττόνων μοίρᾳ τέτακται, οἷον ζωή τε καὶ ἀθανασία, δικαιοσύνη τε καὶ ἀγάπη· τὰ δὲ ἐν τῇ τῶν χειρόνων, οἷον θάνατος θνητότης, ἀδικία τε καὶ ἔχθρα, φανερὸν ὅτι ζωήν τε καὶ ἀθανασίαν, δικαιοσύνην τε καὶ ἀγάπην, καὶ ὅσα τούτοις σύστοιχα, ταῦ α τῷ Θεῷ ἀνατίθεμεν, καὶ διὰ τούτων αὐτὸν διαγράφομέν τε καὶ καταφάσκομεν· καὶ κυριώτερον εἰ-
cod. f. 19. πεῖν, ταῦτα ἐξ αὐτοῦ ἀποφάσκομεν· καὶ γὰρ ὁ Θεός ἐστιν ὑπὲρ φῶς, ὑπὲρ ἀθανασίαν, ὑπὲρ δικαιοσύνην, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια· ὡσαύτως ἐστὶν ἐν ἡμῖν ὅρασις καὶ τύφλωσις· τὴν τύφλωσιν ἀφέντες, τὸν Θεὸν φήσομεν ὁρατικὸν ἀπαθῶς, ἤτοι ἄνευ τῶν ἐν ἡμῖν συμβαινόντων παθημάτων τῇ ὁράσει· ἐν πᾶσι γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀπαθής· εἰ γὰρ καὶ μηδέποτε γραφὴν ἐδεξάμεθα, τοῖς τοιούτοις ἴχνεσί τε καὶ τρόποις τὸν Θεὸν ἰχνηλατοῦμεν. Ἐπεὶ οὖν ἐν ἡμῖν ἐστι γόνιμόν τε καὶ ἄγονον, γέννησίς τε καὶ στείρωσις, καρπός τε καὶ ἀκαρπία, βλάστησίς τε καὶ ἡ ταύτης στέρησις· καὶ τὰ μὲν κρείττονα, οἷον γέννησίς τε καὶ γόνιμον, βλάστησίς τε καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια· τὰ δὲ χείρονα, οἷον ἄγονον, στείρωσις, ἀκαρπία καὶ ἡ τῆς βλαστήσεως στέρησις· τὸν δὲ Θεὸν διὰ τῶν κρειττόνων καταγράφομεν καὶ καταφάσκομεν, ἄνευ τῶν ἐν ἡμῖν συμβαινόντων συμπτωμάτων, ὥσπερ ἔφαμεν, φανερὸν ὅτι γόνιμον γέννησιν ἔχοντα, βλαστὸν, καρπὸν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια φησόμεθα. Εἰ γὰρ καί τις ἐν τούτοις φιλονεικοίη, φιλονεικήσω κἀγὼ, ὅτι ὁ θάνατος τῆς ζωῆς κρείττων, καὶ τὸ σκότος τοῦ φωτὸς, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον· ὥστε φανερὸν ὅτι ὁ Θεὸς γόνιμός τέ ἐστιν, καὶ γεννητικὸς λόγου·
cod. f. 20. πάσης γὰρ ἀντιλογίας ἀργούσης, τιμιώτερον ἡ γέννησις τῆς στειρώσεως καὶ ἀκαρπίας· εἰ δὲ τοῦτο, φανερὸν ὅτι ὁ Θεὸς υἱὸν ἔχει· ἔστι γὰρ συλλογίσασθαι οὕτως.

ιβ'. Τὸν Θεὸν ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν κρειττόνων γεννητικόν τε καὶ γόνιμον βλαστάνοντα προσφυῶς διαγράφομεν· πᾶν δὲ τὸ οὕτως ἔχον, πρὸς υἱὸν ἢ βλαστὸν ἢ καρπὸν ἢ γόνον τὴν ἀναφορὰν ἔχει·

11. In nobis quidem multa ac diversa sunt, et quae contrario veluti sensu accipiuntur: alia nempe digniora ac meliora, alia vero deteriorem conditionem habentia. Sine dubio itaque cum ex nostris adtributis ad Dei notitiam iter facimus, secundum meliora nostra Deum describimus ac definimus. Quia ergo in nobis lux est ac tenebrae, vita ac mors, mortalitas et immortalitas, iustitia et iniquitas; priora quidem in melioribus a nobis collocantur, veluti vita, atque immortalitas, iustitia, caritas; posteriora autem in deterioribus, veluti mors, mortalitas, iniquitas, odium. Porro exploratum est, vitam et immortalitatem, iustitiam et caritatem, et quae his sunt consentanea, haec a nobis Deo adtribui, et his ipsum a nobis describi ac definiri; immo si magis proprie loquendum est, nostra haec in eo esse negamus. Etenim Deus supra lucem est, supra immortalitatem, supra iustitiam, et quidquid huiusmodi est. Pariter in nobis est visus et caecitas; scilicet omissa caecitate, Deum dicimus impassibiliter visualem, id est absque iis quae nostrae accidunt visuali vi: nam in cunctis Deus est impassibilis. Etiamsi enim haec scripta minime habeamus, his nihilominus vestigiis Deum indagamus. Atque ita, quia in nobis foecunditas est ac infoecunditas, generatio et sterilitas, fructificatio et infructuositas; meliora quidem, sunt generatio et foecunditas, germinatio et his similia: peiora autem, infoecunditas, sterilitas, infructuositas, et germinationis negatio. Deum vero melioribus describimus ac definimus, absque iis quae in nobis sunt accidentia, ut diximus; id est indubitanter, iis quae generationem foecunditatem fructumque habent et his similibus. Iam si in his quisquam contendet, contendam et ego, nempe mortem vita esse meliorem; tenebras luce; quod est ridiculum. Quare constat Deum esse foecundum et Verbi genitivum. Extra enim omnem controversiam est, potiorem esse genitivam vim quam sterilitatem et infructuositatem. Quod si ita se habet, perspicuum est, Deum habere filium. Sic enim argumentari licet.

12. Deum ex iis, quae in nobis sunt potiora, genitivum et foecundum et germinantem esse, apte definimus: atqui cuncta huiusmodi vocabula ad filium, aut germen, aut fructum,

aut genituram referuntur: colligitur ergo, Deum congrue ex nostris rebus definiri solitum, filium quoque habere (idque a nobis recte credi et existimari) nempe illud quod enypostatice et impassibiliter, et sine ullo fluxu genitum Verbum est. Quod si ita est, perspicuum fit etiam illis qui exiliter cernere queunt, enhypostaticam Dei potentiam atque sapientiam, qua potens est, et qua agit, et sine qua nihil agit, quam etiam sermo noster consubstantialem Deo patri, et per omnia similem demonstravit, excepta generatione, filium esse Dei atque sapientiam et Verbum, idque merito nos christianos confiteri et credere. Iam si hoc verum est, ceu reapse verum demonstratum est; temere prorsus barbarus stolidusque Mohamedes, in suo falso libro nos tamquam communicarios et adsociantes irridet; quasi Deum alium, Dei patris filium, praeter unum naturalem vereque Deum, extrinsecus invehamus. Si ergo sermo noster ex communibus notionibus, logicisque methodis, Dei potentiam, qua potens est, et qua agit, et sine qua nihil agit, quae etiam sapientia verbumque Dei patris est ac dicitur, enhypostaticam et consubstantialem et per omnia similem Deo patri, eandemque esse filium, ut bene a nobis creditur; si haec inquam sermonis nostri series lucide demonstravit, indubitanter vos procul abegit dispulitque, mendacesque coarguit, qui dum praeter naturae unitatem, proprietatem quoque sive hypostasim confitemini, patrem filiumque consubstantiales, et per omnia eosdem, excepta innativitate et generatione, non recipitis. Propterea nobis quidem videbatur perfectus argumentationis nostrae sermo, et siquidem hi vellent, nihil desiderandum relinquere; quatenus ex communibus notionibus, physicisque argumentis, res quae supra naturam sunt, demonstrationem patiuntur: nemque quod Deus pater filium habet similem sibi per omnia; quem impassibiliter et intemporaliter et sine ullo fluxu, genuit; qui et verbum et sapientia et potentia enhypostatica Dei est, recteque a nobis creditur.

13. Sed quia Spiritus quoque qui a Deo patre procedit, et cum filio mundum vivificat et reformat, et ad meliorem vitam transmutat, homogeneus est et consubstantialis patri ac filio et aeque honorabilis, unius verae deitatis perso-

συνάγεται ἄρα, ὅτι ὁ θεὸς πρεπόντως ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν διαγραφόμενος, υἱόν τε ἔχει (καὶ παρ᾽ ἡμῖν καλῶς πιστεύεται καὶ δοξάζεται) τὸν ἐξ αὐτοῦ ἐνυποστάτως καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀρεύστως γεννηθέντα λόγον· εἰ δὲ τοῦτο, φανερὸν καὶ τοῖς ἀμυδρῶς συνορᾶν ἰσχύουσιν, ὅτι ἡ ἐνυπόστατος δύναμις τοῦ θεοῦ καὶ σοφία, καθ᾽ ἣν ἔστι δυνατὸς, καὶ δι᾽ ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἣν καὶ ὁ λόγος ὁμοούσιον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον ἔδειξεν, χωρὶς τῆς γεννήσεως, υἱός τέ ἐστι θεοῦ καὶ σοφία καὶ λόγος, καὶ εἰκότως παρ᾽ ἡμῶν τῶν χριστιανῶν ὡμολόγηταί καὶ πεπίστευται· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἀληθὲς, ὡς δέδεικται, μάτην ἄρα ὁ βάρβαρος καὶ ἄλογος Μωάμετ ἡμᾶς ἐν τῇ παρ᾽ αὐτοῦ πλαστογραφηθείσῃ βίβλῳ ὡς κοινωνήτας καὶ ἑταιριστὰς διακωμῳδεῖ, ἤγουν ὡς ἕτερον θεὸν τὸν υἱὸν τοῦ cod. f. 21.
θεοῦ καὶ πατρὸς, παρὰ τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθείᾳ θεὸν, ἔξωθεν παρεισκρίνοντας. Εἰ οὖν ὁ λόγος ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν καὶ λογικῶν μεθόδων τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ, καθ᾽ ἣν ἐστιν ὡς ἔχων δύναμιν, καὶ δι᾽ ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἣ καὶ σοφία καὶ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ πατρός ἐστι τὲ καὶ λέγεται, ἐνυπόστατόν τε καὶ ὁμοούσιον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ υἱὸν τὴν αὐτὴν εἶναι, ὡς καλῶς παρ᾽ ἡμῖν πιστεύεται, τρανῶς ἔδειξεν· ἀριδηλότατα πόῤῥω που ἐξωστράκισε, καὶ ἀπεσείσατο, καὶ ψευδεῖς ἐνέφηνεν ὑμᾶς τοὺς ἐπὶ τῇ θεότητι τὸ μετὰ τὸ ἑνιαῖον τῆς φύσεως, καὶ τὸ ἐν τῇ ἰδιότητι ἤτουν ὑποστάσει ὁμολογοῦντας· καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ὁμοουσίους καὶ κατὰ πάντα ταυτοὺς, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως μὴ προσιεμένους· διὸ τέλειος ἂν ἡμῖν ὁ λόγος τῆς κατασκευῆς κατεφαίνετο, καὶ οὐδενὸς δεόμενος τοῖς ἐθέλουσιν, ὅσον κατὰ τὸ δυνατὸν ἐκ κοινῶν τε ἐννοιῶν καὶ φυσικῶν ἐπιχειρήσεων, τῶν ὑπὲρ φύσιν τὰς ἀποδείξεις δέχεσθαι· ὅτι ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἔχει υἱὸν ὅμοιον αὐτῷ κατὰ πάντα, ὅν περ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως καὶ ἀρεύστως γεγέννηκεν· ὃς καὶ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις ἐνυπόστατος τοῦ θεοῦ ἐστιν, καὶ καλῶς παρ᾽ ἡμῶν πιστεύεται. cod. f. 22.

ιγ´. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ σὺν υἱῷ τὸν κόσμον ζωογονοῦν καὶ ἀναπλάττον καὶ πρὸς τὴν ἀμείνω ζωὴν μεταστοιχειοῦν, ὁμοφυές τέ ἐστι καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ ἰσότιμον, τῆς

μιᾶς ἀληθοῦς θεότητος μία ὑπόστασις πεφυκός· καθ' ὃ καὶ παρ' ἡμῶν τῶν χριστιανῶν καλῶς πιςεύεταί τε καὶ κηρύττεται· φέρε καὶ περὶ ἐκείνου τὸν λόγον ποιήσομαι, καὶ τὰς ἀποδείξεις μᾶλλον ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν παραστήσομαι, καὶ ἐκ γραφικῶν ῥήσεων· ἵν' ὁ τῆς ἁγίας τριάδος κατὰ τὰς ἰδιότητας ἤτουν ὑποστάσεις, καὶ τὴν μίαν θεότητα καὶ κυριότητα καὶ ἐξουσίαν καὶ μοναρχίαν πιστευτικὸς λόγος, βέβαιος καὶ ἀσφαλὴς εἴη, καὶ παρὰ μηδενὸς ἑτεροπίστου παρακρουόμενος· ἀρξόμεθα δὲ καὶ περὶ τούτου ὧδε. Ἐπειδὴ πίςις ἡμῖν ἐναργὴς ἡ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ὑποτέθειται χρῆσις, ὑπὲρ δὲ ταύτης ἡ τῶν προφητῶν ἔμπνευσις διὰ τοῦ θείου πνεύματος καθίςαται, αὕτη δὲ σαφῶς ἡμῖν διαγορεύει, ὅτι ὁ θεὸς τὴν δημιουργίαν ἅπασαν φρουρεῖται τε καὶ ἐπιθάλπει, ζωογονεῖ τε καὶ ἐμπνεύσεις θείας καὶ χαρισμάτων τρόπους καὶ ἁγιασμοὺς
cod. f. 23. τοῖς ἀξίοις παρέχει, καθ' ἃ καὶ τὸ ὑμέτερον γράμμα συνῳδὰ τούτοις φθέγγεται, φανερὸν ὅτι ὁ θεὸς πολλῷ πρότερον ἅγιός ἐστι καὶ ἐν ἁγιωσύνῃ θείᾳ τὸν κόσμον φρουρεῖ τε καὶ ἐπιθάλπει καὶ πρὸς τὴν κρείττονα διαγωγὴν διεξάγει· εἰ γὰρ καί τις τοῦτο ἀφραίνων οὐ δοίη, τὸν θεὸν φήσειε παντελῶς ἐστερῆσθαι ἁγιωσύνης· καὶ πῶς ἂν ὁ αὐτὸς τοῖς θέλουσιν ἅπασι τὸν πλοῦτον τῆς θείας χάριτος ἀρύεσθαι ἀπροσπαθῶς ἐντίθησιν, εἴπερ ὁ αὐτὸς ἄμοιρός ἐστιν ἁγιότητος; εἰ οὖν αὐτὸς ἄμοιρός ἐςιν ἁγιότητος, οὐδὲ ἁγιάσει· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, ὅπερ οὐ κέκτηται παράσχῃ τινὶ, καὶ οὗ πένεται ἄλλους καταπλουτίσει. Εἰ οὖν ὁ θεὸς ἄμοιρός ἐστιν ἁγιότητος, δῆλον ὅτι καὶ ἡ κτίσις ἅπασα πολλῷ μᾶλλον ἐρήμη ἂν εἴη χαρίσματός τε καὶ θείου τρόπου· ἀλλὰ μὴν ἡ κτίσις οὐ παντελῶς ἐρήμη θείου χαρίσματος καὶ ἁγιωσύνης καὶ ἀσφαλείας καθίσταται· πῶς γὰρ ἂν καὶ συνείχετο; δῆλον ὅτι καὶ ὁ ταύτης μεταδοτικὸς, ὅπέρ ἐστι θεὸς, πολλῷ πλέον οὐσιώδους ἀνάπλεώς ἐστιν ἁγιότητος, καὶ ἐν ἁγιασμῷ τὸν κόσμον διευθετίζει. Εἰ οὖν ὁ θεὸς ἐν ἁγιωσύνῃ ἅγιος ὢν, τὸν κόσμον ἁγιάζει καὶ διευθετίζει, καὶ θείων ἐμπνεύσεων καὶ μυήσεων καὶ
cod. f. 24. χαρισμάτων ὄντα ἐμπίμπλησι, φανερὸν ὅτι ἁγιότητα ἔχει· πᾶν δὲ τὸ ἔχον ἁγιότητα, ἢ θετῶς ταύτην ἔχει ἢ φύσει· ἀλλ' εἰ μὲν θετῶς ἔχει, σκοπεῖν ἐστι διὰ συλλογισμοῦ τὸ ἄτοπον· ὁ θεὸς θετὴν ἔχει τὴν αὐτοῦ ἁγιότητά τε καὶ ἔμπνευσιν· πᾶν δὲ τὸ οὕτως ἔχον, ἐκ προκοπῆς τελειοῦται· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ θεὸς κατὰ προκοπὴν τελειοῦται· ὅπέρ ἐστιν ἐπὶ θεοῦ λέγειν βλάσφημον.

na singularis existens, sicut a nobis christianis recte creditur ac praedicatur; agesis de illo quoque sermonem instituam, immo potius demonstrationes ex communibus notionibus exhibebo, nec non e scripturae testimoniis; ut fidei docrina de sancta Trinitate secundum proprietates id est personas, unicamque divinitatem ac dominationem et potestatem atque monarchiam, sarta tectaque sit, et a nemine alterius fidei homine repellatur. Quoniam fidei evidentis nobis instar est communium notionum usus; praeter hunc autem, prophetarum inspiratio a divino spiritu suppeditatur, eaque manifeste nobis enarrat, Deum omne creatum conservare ac fovere, vivificare, et divinos instinctus, charismatum varias rationes et sanctificationes dignis praebere, sicut vestra quoque scriptura consonat; exploratum est, Deum multo prius et sanctum esse, et ex divina consuetudine mundum custodire ac fovere, et ad meliorum morum conditionem deducere. Nam si forte hoc aliquis vesanus non concedat, is Deum omni carentem sanctitate diceret. Quomodo autem ille volentibus omnibus divinae gratiae divitias ad hauriendum sine ulla sui imminutione proponit? nam si ipse sanctitate caret, certe ne sanctificabit quidem: nemo enim quod non habet dat cuiquam; vel cuius ipse rei paupertate laborat, eâdem alios ditabit. Si Deus itaque non est sanctitatis particeps, sine dubio creatura universa multo magis desertissima erit a gratia et a divino munere. Atqui creatura haud omnino destituitur gratia et sanctitate ac praesidio; quomodo enim secus subsisteret? itaque manifestum est, illum qui haec tribuit, id est Deum, substantialis sanctitatis multo esse pleniorem, et cum sanctitate mundum gubernare. Si ergo Deus in sanctitate versans mundum sanctificat et dirigit, eumque existentem divinis inspirationibus et doctrinis atque charismatibus implet, patet eum sine sanctitate non esse. Porro omne quod sanctitatem habet, eam vel adoptivam habet vel naturalem. Iam si adoptivam habet, vel uno syllogismo rei absurditatem cognoscere licet. Deus adoptivam habet sanctitatem suam atque inspirationem: atqui omne quod ita habet, proficiendo perficitur: concluditur itaque ut Deus proficiendo perficiatur. Quod de Deo sine blasphemia dici nequit.

14. Item aliter. Si Deus adoptivam habet sanctitatem suam atque inspirationem, patet eum extrinsecus illam accepisse: atqui omnis qui ita acceperit, ab alio accepit: nulla enim res existens ipsa per se et sibi dat et datur, sanctificat et sanctificatur, illuminat et illuminatur; sicut idem homo non docet et docetur. Si ergo Deus sanctitatem ab alio accepit, vel a pari accepit, vel a minore, vel denique a maiore. Sed enim quod ab horum nemine acceperit, hinc constat. Nam qui sanctitatem ab aliquo accipit, ut sanctificetur accipit: qui autem accipiendo sanctificatur, a maiore accipit et sanctificatur. Porro horum alter est deterior, alter aequalis; nam meliorem Deo neminem esse communis nobis sensus suadet. Igitur Deus ab alio sanctitatem suam non accepit. Quod si nequaquam ab alio, constat quod nec extrinsecus. Quod si minime extrinsecus, ne adoptive quidem: omne enim adoptivum ita se habet.

traditum a Deo hoc scriptum adfirmat: eiusque rei causam addit, quod ab hoc confirmentur illa superiore tempore tradita, lex videlicet atque evangelium, directio nempe hominibus atque salus. Observate ergo, utrum secundum hanc promissionem fulcrum legis atque evangelii deinde factis suis semet demonstret, atque illa praeclare sancire, et bene se habere ut in scripto iacent; vel saltem defectiva supplere. Quod si nihil huiusmodi in eo fuerit, aut cernatur, certe mentitur, et mendaci ore haec effutit, et a mendacii parente provenire convincitur. Abunde itaque in sequentibus pro more suo iocatur de quadam Iambrae concubina, quae alicunde prodierit; eiusque precem et supplicem gratiarum actionem refert propter Mariae conceptionem, quae fuit, inquit, mater Iesu; et quod hanc in templo [mater] praesentaverit, et quod a Domino, inquit, recepta sit, et a Zacharia suscepta. Eoque aliquando in templum ingresso, et apud eam divino cibo conspecto, sciscitatum esse unde hic provenisset. Illam, a Deo dixisse; ipsumque illic postulasse a Deo filium; factamque ei pollicitationem quod Iohannem filium habiturus esset virum iustum atque prophetam. Illo mox dubitante quomodo iam senex filium esset suscepturus, poenam retulisse silentium tridui. Deinde angelos introducit Mariae dicentes: te Deus elegit prae cunctis a saeculo mulieribus. Id autem ait ex incogniti negotii narratione Mohamedi facta: nempe quod ille qui sibi loquebatur dixerit: hoc ad te detulimus, qui illic non eras; cum suas angeli ulnas explicuerunt, quisnam eorum Mariam esset suscepturus. Tu vero non eras illic. Angelos autem ei dixisse; Deus, inquit, nuncium tibi mittit verbum suum. Hic est Christus Iesus Mariae filius existens in hac vita et in futura, unus de propinquantibus [Deo], sermocinans ad homines, iam inde ab incunabulis aetate adulta, et ex probis. Postea introducit illam scire volentem, quomodo sibi filius erit absque viro? Illos autem dixisse: quod Deus vult, hoc fit. Atque ab angelis ipsum didicisse ait sapientiam, et scripturam, ac legem et evan-

εὐθὺς δὲ ἐξ εἰσόδου τὸ ἐκ θεοῦ δεδόσθαι τὸ Sur. III. 3.
τοιοῦτον γράμμα ἀποφαίνεται· καὶ αἰτίαν τούτου
προστίθησι, τὸ εἶναι βεβαιωτικὸν τῶν πρὸ αὐ-
τοῦ κατενεχθέντων· τὰ δὲ κατενεχθέντα πρὸ αὐ-
τοῦ, ὁ νόμος φησίν ἐστι καὶ τὸ εὐαγγέλιον, ὁ-
δήγησις τοῖς ἀνθρώποις καὶ σωτηρία· σκοπεῖτε
οὖν εἰ ἄρα κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, βε-
βαιωτικὸν τοῦ νόμου καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ἐν τοῖς
ἑξῆς διὰ πραγμάτων δειχθήσεται· ἤτοι ἐκεῖνα
κυροῦν καλῶς καὶ ἀνενδεῶς ἔχειν ὡς γέγραπται,
ἢ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦν· ὡς εἴ γε μηδὲν
τούτων ἐπ' αὐτοῦ, ἢ τοιοῦτον θεωρηθείη, ψεύ-
δεται· καὶ ἐκ ψευδοῦς προεληλυθὼς στόματος,
καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους ἀπελέγγχειτο. Ἱκα- Sur. III. 35.
νῶς οὖν ἐφεξῆς τὰ συνήθη ἀδολεσχήσας, ἑται-
ρίδος τινὸς Ἰαμβρᾶ, ἥτις καὶ ὤπται πώποτε
ἀπὸ μέρους, καὶ τὴν ταύτης εὐχὴν καὶ εὐχα-
ριστίαν ἱκέτιν ἐποιήσατο ἐπὶ τῇ συλλήψει Μα- cod. f. 69.
ρίας τῆς μητρὸς φησὶν Ἰησοῦ· καὶ ὅτι ἐν τῷ ναῷ
ταύτην ἀνέθετο· καὶ παρὰ τοῦ κυρίου φησὶν ἀπο-
δέδεκται, καὶ ὑπὸ τοῦ Ζαχαρίου προσείληπται·
καί ποτε αὐτοῦ εἰσελθόντος ἐν τῷ ναῷ, καὶ τρο-
φὴν θείαν παρ' ἑαυτῇ ἑωρακότος, καὶ ἐπερωτή-
σαντος πόθεν ἐληλύθει, παρὰ θεῷ φάναι, αὐ-
τόν τε ἐκεῖσε αἰτῆσαι παρὰ θεοῦ τέκνον· καὶ
ἐπαγγελθῆναι λαβεῖν Ἰωάννην ἄνδρα δίκαιον καὶ
προφήτην· ἀμφιβάλλοντος δὲ αὐτοῦ πῶς ἐπὶ γή-
ρως ἕξει υἱόν, ἐπιτίμιον λαβεῖν σιωπὴν ἡμερῶν
τριῶν· ἐφεξῆς δὲ τοὺς ἀγγέλους εἰσάγει πρὸς Μα- Sur. III. 42.
ρίαν εἰρηκότας, ὅτι σὲ ὁ θεὸς ἐξελέξατο ὑπὲρ τὰς
ἀπ' αἰώνων γυναῖκας· τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἐξηγήσεως
τοῦ ἀφανοῦς πράγματος φησὶ πρὸς τὸν Μωάμετ,
ὡς αὐτὸς λέγει ὁ πρὸς αὐτὸν λαλῶν ὅπερ κατ-
ηνέγκαμεν εἰς σὲ, σοῦ μὴ ὄντος ἐκεῖσε, ὅτ' ἂν Sur. III. 44.
ἥπλωσαν αὐτῶν τὰς ἀγκάλας 1) ἄγγελοι, ποῖος ἐξ
αὐτῶν προσδέξεται τὴν Μαρίαν· καὶ οὐκ ἦς ἐκεῖ-
σε· τοὺς δὲ ἀγγέλους πρὸς αὐτὴν φάναι· ὁ θεὸς
φησὶν εὐαγγελίζεταί σε τὸν λόγον αὐτοῦ· Χριστὸς
Ἰησοῦς υἱὸς Μαρίας ἐπιτυγχάνων ἐν τῷ βίῳ
τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ὑπάρχων, ὢν ἐκ τῶν
ἐγγιζόντων, καὶ λαλῶν τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ σπαρ-
γάνων φησὶν ὑπάρχων πρεσβύτης καὶ ἐκ τῶν cod. f. 70.
χρησίμων· εἶτα εἰσάγει ταύτην πειρωμένην μα- Sur. III. 47.
θεῖν πῶς ἔσται ταύτῃ υἱὸς ἄνευ ἀνδρός; τοὺς
δὲ φάναι· ὃ βούλεται ὁ θεὸς, τοῦτο καὶ γίνε-
ται· καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων δὲ λέγει αὐτὸν με-
μαθηκέναι τὴν σοφίαν καὶ τὴν γραφὴν καὶ τὸν

1) Ita evidenter codex. Maraccius vocabulum arabicum أقلام *calamum* explicat, et fabellam narrat de calamis seu virgis sortiendi causa iactis, quisnam angelorum Mariae curam susciperet. Cur vero Nicetas dicit ἀγκάλας? Fortasse mendum scripturae est pro ἀστραγάλους, *tales lusorios*, vel pro καλάμους. Hoc enim postremum postulat vox arabica.

νόμον καὶ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀπεστάλθαι ἀπόστο-
Sur. III. 48. λον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Εἶτα εἰσάγει τὸν Χρι-
στὸν ὄρνεα ἐκ πηλοῦ πεποιηκότα, ἐμφυσήσαντα, καὶ
ζωώσαντα ταῦτα· καὶ τυφλοὺς καὶ λεπροὺς ἰασά-
μενον, καὶ νεκροὺς ἀναστήσαντα, καὶ προγνώστην·
καὶ ὅτι θεὸν αὐτοῦ τὸν θεὸν τῶν ἀνθρώπων ἐκάλει·
v. 54. καὶ ὅτι ἐξελέξατο ἑαυτῷ τοὺς ἀποστόλους· καὶ ὅτι
εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός· ἐγώ σε ὑποβάλλω θανάτῳ,
κἀγώ σε ἐνυψῶ πρός με, καὶ καθαρίσω σε ἐκ τῶν
ἀρνησαμένων· καὶ καταστήσω τοὺς ἀκολουθήσαν-
τάς σοι ἐπάνω τῶν ἀρνησαμένων ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς
ἀναστάσεως· τοὺς δὲ ἀρνησαμένους κολάσω κόλα-
σιν βαρεῖαν ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ οὐκ ἔστιν αὐ-
τοῖς ἔκδικος· τὸ δὲ εἶδος τῆς ὁμοιώσεως Ἰησοῦ
v. 58. φησὶν εἶναι κατὰ τὸ εἶδος τοῦ πρώτου Ἀδὰμ ὃν
ἔπλασεν ὁ θεός· καὶ προστίθησι λέγων· αὕτη
ἐστὶν ἡ ἐξήγησις ἡ ἀληθινή.
v. 59. μβ'. Ἀληθινὴν δὲ ταύτην εἰπὼν, δηλονότι
τῶν θείων εὐαγγελίων, ὡς ψευδῆ ἀπεκρούσατο·
cod. f. 71. ποῦ γὰρ παρὰ τοῖς θείοις εὐαγγελίοις Ἰαμβρᾶ
τῆς θεοτόκου γεννήτωρ καταγγέλλεται; Τί δὲ
ποιήσομεν τοὺς παρὰ τῷ Λουκᾷ κειμένους ἐννέα
τῆς σιωπῆς Ζαχαρίου μῆνας, καὶ τρεῖς ἡμέρας
μόνας τούτου ταύτην γεγενῆσθαι λέγοντος; ποῦ
δὲ ὄρνεα ἐκ πηλοῦ παρὰ τῷ Ἰησοῦ πλαττόμενα
καὶ ψυχούμενα; ἀλλ' ὄντως ὡς ἀληθῶς ἐκ τοῦ
ἀφανοῦς διακένου τῆς αὐτοῦ παρανοίας ταῦτα πέ-
πλασται· αὕτη ἐστὶν βεβαιωτικὴ τῶν πρὸ αὐ-
τῆς γραφή; ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἐπελάθετο ὧν ἐπήγ-
γελτο· ἢ τάχα κακουργεῖ κἀνθάδε, κἂν μὴ διέ-
λαθεν· δύο γὰρ αὐτῷ περὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰη-
σοῦν Χριστὸν προκειμένων τρόπων, καθ' οὓς τὸ
θεὸς ἀληθὴς εἶναι ἀναιρεῖν πειράσεται, ἑνὸς
μὲν τοῦ μηδαμὴ μηδαμῶς αὐτὸν ἐληλυθέναι ἀπο-
δεῖξαι σπουδάσαι, ἑτέρου δὲ τοῦ ἐληλύθοτος
μὴ θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον ψιλὸν ἐπιφημίσαι, ὡς
δυσχεροῦς αὐτῷ πρὸς ἀνασκευὴν τοῦ πρώτου λίαν
ὑπάρχοντος, πρὸς φανερὸν οὕτως ἀπομαχόμενος
πρᾶγμα, ἐπὶ τὸ δεύτερον καταφεύγει· καὶ τὸν
λόγον καταδραμὼν τῆς ἐνανθρωπήσεως, διὰ τοῦτο
τὸ θεὸς εἶναι ἀνελεῖν ἤλπισε, μηδενὸς τῶν τὴν
αὐτοῦ θεότητα κηρυττόντων μνημονεύσας· διὸ καὶ
ἀκόλουθα τοῖς προθεῖσιν αὐτὰ περὶ τῆς ἀνθρωπό-
cod. f. 72. τητος Χριστοῦ τὰ ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων. « Ἄε [1]) οἱ
Sur. III. 63. » οἰκεῖοι τῆς γραφῆς· (τοὺς ὑπὸ τὸ εὐαγγέλιον τε-
» λοῦντας ἐνταῦθα καλῶν·) δεῦτε εἰς τὸν λόγον
» τὸν στοιχοῦντα μέσα ἡμῶν καὶ ὑμῶν τοῦ μὴ
» δουλεύειν εἰ μὴ τὸν θεὸν, καὶ τοῦ μὴ θεῖναι

gelium, atque legatum ad Israëlis filios missum. Deinde Christum introducit aviculas ex luto facientem, flatuque vivificantem, caecosque et leprosos sanantem, ac mortuos resuscitantem, et praesagum; et quod hominum Deum, Deum proprium appellaret; et quod apostolos sibi delegerit; et quod dixerit ei Deus; ego te morti subiicio, et ego te extollam ad me, teque a negantibus expiabo, constituamque adseclas tuos supra illos qui te negaverunt, in die resurrectionis. Verumtamen negantes poena gravi puniam in futuro saeculo, neque erit illis vindex. Speciem vero Iesu ait esse secundum speciem primi Adami, quem Deus formavit. Concluditque: haec est vera narratio.

42. Iam vero dum hanc veram ait, sine dubio divinorum evangeliorum historiam ceu falsam reiicit. Ubinam quippe apud divina evangelia Iambra Deiparae genitor nunciatur? Quid faciemus novem mensium silentio Zachariae apud Lucam memoratorum, quum Mohamedes tres tantum ei silentio dies statuat? Ubinam aviculae abs Iesu ex luto formatae et animatae? Revera ex ipsius arcana vanaque dementia haec sunt conficta. Haeccine est priorum se confirmatrix scriptura? Sed ut videtur, promissi sui oblitus est: vel potius heic etiam malitiose agit, etiamsi nos non latet. Quum enim duo sint ei propositi circa dominum nostrum Iesum Christum modi, quibus eius divinitatem destruere conatur; unus, quo demonstrare studet, eum nullo modo advenisse; alter, quo pernegat, etiamsi Christus advenerit, Deum fuisse, nihilque praeter hominem extitisse vult; quum primus modus difficilis admodum ei esset, tam evidens nempe negotium oppugnandi, ad secundum confugit; omissaque incarnationis historia, hoc pacto divinitatem eius evertere speravit, dum nullum ex his qui eius divinitatem praedixerat memoravit. Hinc fit, ut consentanea dictis a se superius, res Christi humanati pergat dicere « Hem qui familiares scripturae estis (sic appellat hoc loco illos qui sub evangelio degunt) adeste ad sermonem qui inter nos vosque vertitur, ut ne serviamus nisi Deo, neque illi

1) Ita graecus auctor pronunciat interiectionem arabicam يا.

umquam quidlibet adsociemus. » Quia enim, eo quem diximus modo, humilia de Christo dixerat, et quod Deum hominum ipse quoque appellaverat Deum suum, hortatur nunc ex communi unius Dei invocatione, qui Christi et hominum simulque Christianorum et Agarenorum Deus est, hortatur inquam ne participem Christum patris maiestatis confiteamur, idest neque consubstantialem neque pari solio considentem. Quod si concedatur, nihil vetat quominus Christiani ad Agarenos accedant. Eo scilicet apud eum recidunt Mariae annunciatio per angelos, et patris ad Christum verba et miracula.

43. Sed quidnam nostrum de hominis dementia stuporem superabit, qui Moysis sororem dicit Christi matrem? et cum Moyse Christianos in deserto fuisse? insuperque in Salomonis templo, Zachariae aetate, virgini ab angelis partum Christi praedictum? ita ut ex his narrationibus res contrarium ordinem habere cogitandum sit; Salomonem Moyse antiquiorem; Moysem vero, Mariam, et Zachariam contemporales; et post plurimos a templi aedificatione annos Moysem in deserto erravisse. O daemoniacum! O atheismi crapula ebrium! O infelices barbaros, qui librum mendacia talia continentem divinum credunt! Interrogent alienos a nostra fide homines, Samaritanos inquam atque Iudaeos, interrogent Persas, interrogent Graecos auctores et historicos, hi vesani et omnis logicae ignari, et mentis oculos obtenebratos gerentes; atque ab iis discant Moysem Salomone antiquiorem, non posteriorem. Nam si antiquior est Salomone Moyses, posterior autem Salomone Christus, profecto Moysi non fuit contemporalis Christus. Quod si contemporalis Moysi non fuit Christus, neque Mariae Moysis sororis filius, quam iam fidem merebitur, qui tale tantumque mendacium contra veri Dei veritatem pronunciavit? Vere caeca est, velit nolit, improbitas.

44. More suo rursus dolosus ac mendax, primam sacram aedem positam dicit hominibus apud Macech; ibique signa manifesta esse in

» αὐτῷ κοινωνόν τί ποτε. » Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς αὐτῷ ἐδόκει, καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον, ταπεινὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηκε, καὶ ὅτι θεὸν ἑαυτοῦ τὸν θεὸν τῶν ἀνθρώπων καὶ αὐτὸς ἀπεκάλει, παραινεῖ νῦν ἐκ τῆς κοινῆς τοῦ μόνου θεοῦ ἐπικλήσεως, Χριστοῦ καὶ ἀνθρώπων καὶ Χριστιανῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ μηκέτι κοινωνὸν ὁμολογεῖν τῆς τοῦ πατρὸς δόξης τὸν Χριστὸν, τουτέστι μήτε ὁμοούσιον, μήτε σύνθρονον· εἰ δὲ τοῦτο δοθείη, οὐδὲν κωλύει Χριστιανοῖς ἀγαρίζειν· εἰς τοῦτο αὐτὸν ὁ τῆς Μαρίας εὐαγγελισμὸς παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ αἱ πρὸς Χριστὸν τοῦ πατρὸς ὁμιλίαι, καὶ τὰ θαύματα φέρει τὸ τέλος.

μγ'. Ποίαν δὲ ἐκπλήξεως ὑπερβολὴν ἡ τοῦ ματαίου τούτου ἄνοια οὐ παρατρέχει; Μωϋσέως ἀδελφὴν τὴν μητέρα Χριστοῦ καλοῦντος 1)· καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ σὺν Μωϋσῇ τοὺς Χριστιανοὺς εἶναι; καὶ αὖθις ἐν τῷ ναῷ Σολομῶντος ἐπὶ Ζαχαρίου τὴν παρθένον τοῦ Χριστοῦ τόκον εὐαγγελισθῆναι παρ' ἀγγέλων· ὡς ἐκ τούτου ἀνάπαλιν τὰ πράγ- cod. f. 73. ματα ἀκολουθῆσαι νοεῖν ἀρχεγονώτερον Μωϋσέως εἶναι τὸν Σολομῶντα, Μωϋσέα δὲ καὶ Μαρίαν καὶ Ζαχαρίαν ὁμοχρόνους, καὶ μετὰ πλείστους τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ χρόνους εἰς ἔρημον τὸν Μωϋσέα πλανᾶσθαι· ὢ ἀπὸ τοῦ δαιμονιώδους· ὢ ἀπὸ τοῦ μεμεθυσμένου τῷ τῆς ἀθεΐας κάρῳ· ὢ ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος τὴν θείαν γραφὴν τὰ πηλίκα ταῦτα ψευδῆ πιστευσάντων βαρβάρων· ἐρωτάτωσαν τοὺς τῆς ἡμῶν πίστεως ξένους, Σαμαρείτας φημὶ καὶ Ἰουδαίους· ἐρωτάτωσαν Πέρσας, ἐρωτάτωσαν συγγραφεῖς καὶ ἱστοριογράφους Ἑλλήνων οἱ ἀνόητοι, οἱ ἀδιαλόγιστοι, οἱ ἐσκοτισμένοι τὰς τῆς γνώσεως ὁράσεις, καὶ παρ' αὐτῶν μαθέτωσαν ὅτι Μωϋσῆς Σολομῶντος προγενέστερος καὶ οὐ μεταγενέστερος· εἰ δὲ καὶ προγενέστερος μὲν Σολομῶντος Μωϋσῆς, μεταγενέστερος δὲ Σολομῶντος Χριστὸς, οὐκ ἄρα ὁμόχρονος Μωϋσέως ὁ Χριστός· εἰ δὲ οὐχ ὁμόχρονος Μωϋσέως ὁ Χριστὸς, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς αὐτοῦ Μαρίας υἱὸς, τίνος ἄξιος ἔσται ὁ τὸ τοσοῦτον ψεῦδος κατὰ τῆς ἀληθείας τοῦ ὄντως cod. f. 74. θεοῦ ἐπιφημίζων; ὄντως ἐπεὶ καὶ ἀληθῶς τυφλὸν ἡ πονηρία, καὶ ἑκοῦσα καὶ ἄκουσα.

μδ'. Συνήθως δὲ πάλιν ὁ δόλιος ψευδόμενος, πρῶτον οἶκον ἱερὸν τεθεῖσθαι λέγει τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ Μάκεχ, καὶ ὅτι εἰσὶ σημεῖα ἐν αὐ- Sur. III. 96.

1) Dixi iam p. 347. adn. 2. defendi ab aliquibus hoc loco Mohamedem; non enim is dicit (sur. XIX. 27.) Mariam sororem Aaronis et Moysis, sed Aaronis tantummodo. Porro non unus credibiliter fuit apud Hebraeos Aaron. Et quidem apud Lucam I. 5. Elisabetha erat de filiabus Aaron. Nonnisi igitur ex coniectura propriaque opinione addit noster Nicetas Moysem, et Christianos cum illo in deserto errantes. Ceteroqui tam Herbelotus quam Relandus ultro fatentur, crassum eiusmodi errorem a Mohamedis inscitia non abhorrere.

* ita cod. τῷ φανερὰ ἐν τῷ στόματι * Ἀβραάμ· οὐδὲν δὲ τούτων εὕρηται μέχρι δεῦρο ὡς οἱ βαπτιζόμενοι ἐξ αὐτῶν ὁμολογοῦσιν· ἠπάτα δὲ ταῖς ματαίαις αὐτοῦ κενοφωνίαις ὁ ἄθεος τοὺς βαρβάρους· ὄντως ἐφώνησε πέρδιξ, συνήγαγεν ὠὰ ἃ οὐκ ἔτεκεν· εἶτα μετὰ μακρὰς φλυαρίας περὶ ἑαυτοῦ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἐν αὐτῷ ἐμπνεύσαντος ἀγρίου
Sur. III. 144. δαίμονος, τάδε φησί. « ὁ δὲ Μωάμετ οὐκ ἔστιν » εἰ μὴ ἀπόστολος. » Ὡς ἔοικε γὰρ διὰ τὰς μυρίας ψευδηγορίας πεφόβηται μή τις μείζονα δόξαν περὶ αὐτοῦ ὑπολάβοι, καὶ ἤτοι ἀρχάγγελον ἢ ἄγγελον αὐτὸν ὑποτοπάσαι· ὁ δὲ Μωάμετ οὐκ ἔστιν εἰ μὴ ἀπόστολος· παρῆλθον δὲ καὶ πρὸ αὐ-
v. 144. τοῦ ἀπόστολοι. « Ἐὰν ἀποθάνῃ, ἡ σφαγὴ ἀπο» στρέφεται εἰς τὰ ὀπίσω (1)· » θαυμαστὸς ὁ τοῦ βαρβάρου θεὸς, μὴ εἰδὼς ἐντελῶς τὸ ἐκβησόμενον περὶ τὸν αὐτοῦ ἀπόστολον· ἀλλ' ἐὰν ἀποθάνῃ, ἡ σφαγὴ, φησιν ἀποστρέφεται εἰς τὰ ὀπίσω· εἶτα ἀκριβῶς φησίν· οἱ βάρβαροι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ αὐτῶν φυλάξαντες, ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ὀπίσω· ἀλλ' ἔδει ἐκ τούτων συνιδεῖν τὴν περιενεχθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἀπαταιῶνος πλάνην· καὶ δυοῖν θάτερον λογισαμένους δόξαι κατέχειν, ἢ ὅτι τύχῃ τινὶ περιγέγονεν ἡμῖν τὸ κατάρξαι τοσαύτης χώρας· οὐδὲν γὰρ θαῦμα βαρβάρους ὄντας τοῦτο ὑπονοῆσαι· ἢ ὅτι ἄξιοι μυρίων αἰκισμῶν οἱ προκατέχοντες τοὺς τόπους τούτους δι' ἁμαρτίας ἐτύγχανον· καὶ λόγον ἐκτίσεως αὐτοῖς παρ' ἡμῶν ὁ Θεὸς ἀπαιτῶν, κατακρατεῖν ἡμᾶς πεποίηκε· καὶ οὐδὲ τοῦτο τῷ Μωάμετ διαφέρει, κἂν αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς μέσον προέῤῥηξε, καὶ ἔδοξέ τις εἶναι μηδὲν ὤν· ἀλλ' ὄντως ἀνὴρ ἄφρων
* Ps. XCI. 7. οὐ γνώσεται, καὶ ἀσύνετος οὐ συνήσει *· ἄρχεται
Sur. III. 147. δὲ ἐφεξῆς εἰς πόλεμον τοὺς βαρβάρους ἐκστρατεύειν, καὶ ἑτοίμους ἀεὶ πρὸς τοῦτο εἶναι παραινεῖ·
v. 151. καὶ ὅτι ἐὰν ὑμεῖς ἐν τούτῳ πυκτεύητε, ἡ δειλία τοὺς ὑπεναντίους καθέξει· ταῦτά τε καὶ τούτοις ὅμοια παραινέσας, καὶ πρὸς ἀνθρωποκτονίαν αὐτοὺς παραθήξας, τὸν φλήναφον ἔπαυσεν.

Abrahami ore. Nihil vero huiusmodi invenitur usque ad hunc diem, ut qui baptizantur ex eorum numero, fatentur. Decipiebat autem stulto suo vanarum locutionum genere atheus homo barbaros. Vere clamavit perdix, congregavit ova quae non peperit. Deinde post longas naenias de se ipso, tamquam ex persona spirantis in eo saevi daemonis, haec ait: « Mohamedes vero non est nisi legatus » Videtur enim propter innumeras suas falsas dictiones timere, ne quis maiorem de eo opinionem suscipiat, et vel archangelum vel angelum esse suspicetur. Mohamedes itaque non est nisi legatus. Attamen praeterierant etiam ante ipsum legati. « Si morietur, caedes retro convertitur. » Mirus est barbari Deus, qui non satis cernit quid sit apostolo suo eventurum « Si si morietur, caedes inquit retro » convertitur. Deinde diserte dicit: barbari, » qui Dei mandatum servaverant, retro cesserunt. » Atqui ex his oportebat intelligere creatum illis a deceptore errorem; habitaque consideratione, alterutrum arbitrari debuerant; nempe vel fortuna aliqua tanta nos regione potitos: non est enim mirandum barbaros ita suspicatos: vel quia digni innumeris cruciatibus erant ob sua peccata ii qui antea haec loca tenebant, ideoque poenas ab ipsis Deus manu nostra exigens, victoriam nobis concesserit. Nihil vero hoc adtinet ad Mohamedem, etiamsi semet in medium coniecit, visusque est aliquid qui nihil erat. Sed revera vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget. Incipit postea barbaros ad bellum instruere, paratosque ad id semper esse monet. Nam si vos, inquit, in hoc dimicabitis, metus adversarios corripiet. His et aliis huiusmodi traditis monitis, barbarisque ad hominum caedem exacutis, finem nugacis fabulae facit.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Γ'.

με'. Ὁ τρίτος τῆς μυθοεπείας τῷ Μωάμετ
cod. f. 76. λόγος ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὰς γυναῖκας· διατάττει δὲ αἷς δεῖ μίγνυσθαι καὶ αἷς οὐ δεῖ
v. 21. ἀπὸ συγγενείας, οὐ μακρὰν τοῦ παλαιοῦ νόμου· μετέπειτα δὲ τοῦ προνοουμένου αὐτοῦ πάλιν δράττεται κεφαλαίου, τοῦ μὴ δεῖν τοὺς βαρβάρους

CONFUTATIO III.

45. Tertium falsi libri capitulum inscribitur a Mohamede MULIERES. Decernit autem quibuscum sint nuptiae contrahendae, vel secus propter cognationem, parum a vetere lege abludens. Postea composito a se capitulo rursus insistit, ut caveant barbari exi-

1) Intelligit caedem Mohamedanorum in Ohod, (ut in sequentibus illic versiculis) audito falso de Mohamede occiso rumore, ut adnotat ex Gelaleddino Maraccius ad hunc Alcorani locum.

stimare humana haec esse scripta, sed potius altissimae naturae: exploratque nudando illorum cogitationes dicens: quod si, ut verisimile est, ambigitis aientes: unde sciemus utrum a Deo sit haec scriptura? nihil, inquit, molestiae vobismet creetis, scripta scrutando, vel cum aliis comparando; sed reservate diei iudicii, ibique discetis, utrum vera an falsa haec sint. Quasi dicat: nihil habeatis eorum, ex quibus homo Dei imago esse dignoscitur; bruta fiatis; excaecate mentis vestrae oculos, meque caeci sectemini; nolite de boni malique discrimine laborare. Quippe omnino ipse sciebat nihili esse pendendas nugas suas, neque a dementium sibilis discrepare, si certe cum divina conferantur scriptura, vel etiam humano ingenio examinentur.

46. Quod autem in prima quoque fabula dictum fuit, nempe causam pereuntibus esse huiusce hominis Deum, nunc quoque dicit: « vultis utique duces viae fieri homini, quem » Deus fecit errare. Atqui ei quem Deus fecit » errare, nequaquam invenietur via.» Decebat sane talis Dei talem esse praeconem! Quod si nostro sermoni abnuant hi qui dolosi huius praeda sunt, sic eos clementer alloqui licet: vos quasi deceptorem dicitis Deum: atqui universalis Deus deceptor non est: Deus enim veritatis, et est, et ita a divina scriptura appellatur. Mendacium autem est deceptio: tum mentiri ne pii quidem hominis est, nedum eius qui hominem scientiam docet. Quod si quia vester legatus deceptorem dicit Deum, idem hoc vobis quoque videtur; vere et nos dicimus illius esse Deum, qui eundem talia scribere iussit. Quod si excandescunt dicentibus nobis, diversum esse Mohamedis Deum a vero Deo; hoc haud nostro praedicamento fit, sed ex eiusdem confessione conficitur. Deceptorem enim esse oportet illum, qui male facere palam nequit; vel etiam punire quos vellet, publice non valet: quorum neutrum in Deum verum cadit. Quamobrem recte dicimus diversum esse Deum Mohamedis a vero Deo. Et certe deceptorem esse, constat ex omnibus Mohamedis scriptiunculis: insuperque ex hac vehementi accusatione Dei. Nam si a Deo hanc dicamus profectam vocem, semet accusat Deus deceptorem. Quod si hoc fieri nequit, vere autem loqui opor-

οἴεσθαι ἀνθρώπινα τὰ γεγραμμένα εἶναι, ἀλλὰ v. 15.
τῆς ὑπερτάτου φύσεως· καὶ γυμνάζειν δοκιμάζει
λογισμοὺς, ὅτι εἰ καὶ ὡς εἰκὸς διαπορεῖτε πό- v. 37.
θεν εἰσόμεθα εἰ τοῦ θεοῦ ἐστιν αὕτη ἡ γραφὴ, μηδέν τι φορτικὸν ἑαυτοῖς ἐπαγάγοιτε, ἐξετάζοντες τὰ γεγραμμένα, ἢ συγκρίνοντες πρὸς ἕτερα, ἀλλ' ἀπόδοτε πρὸς τὴν τῆς κρισεως ἡμέραν, κἀκεῖ μαθήσεσθε, εἴτε ἀληθῆ εἴτε ψευδῆ ταυτά εἰσιν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, μηδὲν τῶν χαρακτηριζόντων τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ ἔχετε· ἄλογα γίνεσθε, πηρώσατε τοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν ὀφθαλμοὺς, καὶ τυφλοί μοι ἀκολουθεῖτε· μὴ ἐξασκήσετε τὴν τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διάκρισιν· ᾔδει γὰρ ᾔδει ὡς οὐδενὸς ἀξιολόγου τὰ παρ' αὐτοῦ ληρούμενα τυγχάνει, καὶ τῶν μαινομένων εἰς μηδὲν διαλλάττοντα ποππυσμάτων *, εἰ τῇ θείᾳ παρατεθείεν γρα- * cod. πομπ. cod. f. 77.
φῇ, ἢ καὶ ἄλλως ἀνθρωπίνῃ συνέσει ἐξετάζοιντο.

μς'. Ὅπερ δὲ κἀν τῷ πρώτῳ μύθῳ ἐλέγετο ὅτι αἴτιος τῶν ἀπολλυμένων ὁ τούτου θεὸς, καὶ νῦν φησιν. « Θέλετε ἄρα ὁδηγῆσαι τὸν ἐπλάνη-
» σεν ὁ θεός· καὶ τὸν πλανᾷ ὁ θεὸς, οὐ μὴ Sur. IV. 87.
» εὑρεθῇ αὐτῷ ὁδός. » Ἔδει γὰρ, ὡς εἰκὸς, τοιούτου θεοῦ τοιοῦτον εἶναι τὸν κήρυκα· εἰ δὲ ἀπαναίνοιντο οἱ τῇ τούτου ζωγρηθέντες ἀπάτῃ πρὸς τὸν ἡμέτερον λόγον, ἠπίως φάναι ἔςι πρὸς αὐτούς· ὡς εἰ μὲν πλάνον λέγετε θεὸν, ὁ τῶν
ὅλων θεὸς πλάνος οὐκ ἔστι· θεὸς γὰρ τῆς ἀλη- v. 106.
θείας καὶ ἔστιν καὶ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὀνομάζεται· ψεῦδος γάρ ἐστιν ἡ ἀπάτη· ψεύδεσθαι δὲ οὐδὲ εὐλαβοῦς ἀνθρώπου, μή τι γε τοῦ διδάσκοντος ἄνθρωπον γνῶσιν· εἰ δὲ διὰ τὸ φάναι τὸν ὑμέτερον ἀπόστολον πλάνον τὸν θεὸν, τοῦτο καὶ ὑμῖν δοκεῖ, ἀληθῶς τὸν αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς φαμεν τὸν τὰ τοιαῦτα γράφειν αὐτὸν προστάσσοντα· εἰ δὲ ἔτι ἐκκαίοιντο ἡμῶν λεγόντων ἕτερον εἶναι τῷ Μωάμετ παρὰ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν, οὐ παρὰ τὴν ἡμῶν κατηγορίαν φαμὲν, ἀλλὰ παρὰ τὴν αὐτοῦ ὁμολογίαν τοῦτο δείκνυται· πλάνον γὰρ δεῖ εἶναι τὸν κακουργεῖν εἰς τὸ προφανὲς μὴ ἰσχύοντα, ἢ καὶ ἄλλως ἀμύνασθαι οὓς βούλεται εἰς τὸ φανερὸν οὐ δυνάμε-
νον· ὅπερ ἐπὶ τοῦ ὄντως θεοῦ χώραν οὐκ ἔχει· cod. f. 78.
ὥστε καλῶς λέγομεν, ὅτι ἕτερος θεὸς ὁ τοῦ Μωάμετ παρὰ τὸν ἀληθῆ θεὸν, ἐπειδὴ καὶ πλάνος ἐστὶν, καὶ δῆλον ἐκ πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ σκιογραφηθέντων· ἔτι γε μὴν καὶ ἐκ τῆς σφοδρᾶς ταύτης κατηγορίας τοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ παρὰ θεοῦ ταύτην φῶμεν εἰρῆσθαι τὴν φωνὴν, ἑαυτοῦ καταμαρτυρεῖ ὁ θεὸς ὅτι πλάνος ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατόν ἐστιν, ἀληθεύειν δὲ δεῖ

τὸν ἀπόστολον, λείπεται εἶναι φωνὴν τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμετ, ὥστε πλάνος ἐστὶν ὁ Θεὸς τοῦ Μωάμετ· εἰ δὲ πλάνος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, ψεύδεται ἄρα Μωάμετ, πλάνον εἶναι λέγων τὸν Θεὸν αὐτοῦ· ψευδόμενον δὲ προφήτην καὶ ἀπόστολον, ὡς πλάνον δεῖ μὲν ἀναιρεῖσθαι παρόντα, ἀπόντα δὲ καταθεματίζεσθαι· ὥστε καὶ ἀληθεύων Μωάμετ, ἄθεος· καὶ ψευδόμενος, ἀποτρόπαιος.

μζ'. Προελθὼν δὲ ὕθλους τινὰς καὶ βαττολογίας πάλιν ὑπὲρ τοῦ μὴ διαπιστηθῆναι διαλαμβάνει· καὶ φόβον ἐπανατείνεται τοῖς ταλαιπώροις βαρβάροις εἰ πειραθεῖεν πληροφορίας τυχεῖν ὡς ταῦτα παρὰ θεοῦ ἐλαλήθη· εἰδὼς γὰρ ὅτι αὐτοῦ λέγοντος ταῦτα ἐκ Θεοῦ ἐδεξάμην, ἔσται τὶς πάντως διαμφιβάλλων, καὶ πρὸς τελείαν πίστωσιν ἐξαιτούμενος καὶ λέγων, ὅτι ἀληθῶς ταῦτα ἐκ Θεοῦ ἐδέξω, καὶ φίλος σου ὁ θεὸς, δύναται
cod. f. 79. πάντως καὶ ἡμῶν βλεπόντων αἰτήσασθαι τοιοῦτον, καὶ λαβεῖν φησὶν ὡς ἐκ τοῦ ἐμπνεύσαντος
Sur. IV. 152. αὐτῷ Πύθωνος. « Αἰτοῦνταί σε οἱ οἰκεῖοι τῆς γραφῆς, τοῦ κατενέγκαι ἐπάνω αὐτῶν γραφὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ γὰρ ᾐτήσαντο τὸν Μωϋσῆν μεγαλώτερα τούτων, καὶ εἶπον· δεῖξον ἡμῖν τὸν θεὸν φανερῶς· καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς τὸ θεῖον διὰ τὰς ἀδικίας αὐτῶν. » Καί τοί γε οὐ γέγραπται ὅτι ἀνῃρέθησαν διὰ θείου, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον παρῃτήσαντο μὴ ὀφθῆναι αὐτοῖς τὴν τοῦ Θεοῦ δό-
* Exod. XX. 19. ξαν*· ἀλλ' ὁ πεφαλσευμένος οὗτος πάντα πρὸς τὴν οἰκείαν πλάνην καὶ ἀπώλειαν τὰ τῆς θείας γραφῆς κατέστρεφεν· τοιγαροῦν τοὺς τὴν ψυχὴν στρεβλωθέντας διὰ τοῦ στρεβλοῦ αὐτοῦ μύθου κατέπειθεν, ὡς εἰ καὶ παρ' αὐτοῦ τι τοιοῦτον ζητήσειαν οὗτοι, πάντως ἀπολοῦνται· ἕτερόν τινα τοιοῦτον τρόπον ἔχοντα δύο τῶν παρ' αὐτοῦ σπουδαζομένων πιθανότητας ὡς ἐδόκει, μίαν μὲν εἰς τὸ αὐτὸ τοῦτο συνάδουσαν, τὸ μὴ δεῖν αὐτὸν ἀπιστηθῆναι τοιαῦτα παραφρονοῦντα· ἑτέραν δὲ τὸ ὅλον μυστήριον τῆς Χριστιανῶν ἐλπίδος ἀποκενοῦσαν· διαβάλλειν γὰρ δῆθεν δοκῶν Ἰουδαίους ὡς ἀπειθεῖς Θεοῦ γεγονότας καὶ προφητοκτόνους,
cod. f. 80. τὸ ἀσφαλὲς ἑαυτῶν ἐκ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀγανακτήσεως τοῦ Θεοῦ ἐνόμισεν· φησὶ γάρ. « Διὰ τὴν
Sur. IV. 151. ἀδικίαν τῶν ἰουδαϊσάντων, ἐκωλύσαμεν ἐπάνω αὐτῶν ἅπερ ἐξ ὧν αὐτοῖς εἶπαν· καὶ ἡτοιμάσαμεν ἐξ αὐτῶν κόλασιν σφοδράν· καὶ διὰ τὸ φονεῦσαι αὐτοὺς τοὺς προφήτας ἄνευ δικαίου. »

μη'. Ἡ δὲ κατὰ τοῦ μυστηρίου τῆς χριστιανικῆς εὐσεβείας σκαιωρία ἔστιν αὕτη· προσποιεῖται δῆθεν προΐστασθαι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν

tet legatum; superest, ut hoc reapse effatum sit Dei Mohamedis. Est ergo deceptor Deus Mohamedis. Quod si Deus ipsius non est deceptor, mentitur certe Mohamedes, qui deceptorem dicit Deum suum. Atqui falsum prophetam et legatum, ceu deceptorem interficere oportet praesentem, anathemati autem subiicere absentem: adeoque si verax est Mohamedes, fit atheus: si mentitur, exsecrandus est.

47. Mox progrediens, ineptias quasdam et battologias, quominus ei discredatur, recinit; metumque iniicit miseris barbaris, si forte velint sibi comprobari, quod haec ab ore Dei loquatur. Sciens enim, se dicente: haec a Deo accepi; fore aliquem prorsus dubitantem, et absolutam rei probationem postulantem dicentemque: si haec revera a Deo accepisti, tibique familiaris Deus est, potes facile vel nobis spectantibus eadem ab eo postulare atque accipere; ipse tamquam a Pythone inspiratus ait: « petunt a te scripturales, ut » descendere super eos facias de caelo librum. » Et quidem his maiora a Moyse postularunt, » dixeruntque: ostende nobis Deum manifeste. Quamobrem corripuit eos sulphur pro» pter iniquitates ipsorum. » Ceteroqui scriptum non est, eos sulphure fuisse interfectos; sed potius quod deprecati fuerint ne sibi Dei gloria appareret. Quamquam falsarius iste cuncta ad fraudem suam atque ad perniciem divinae scripturae testimonia detorquet. Quamobrem iis qui animo torquebantur circa tortuosam eius fabulam persuadebat, quod si aliquid huiusmodi ab eo exquirerent, omnino essent perituri; alio quodam modo, duo persuasionis genera ut putabat curans; unum huc pariter spectans, non oportere sibi discredi; alterum, ut universum christianae spei mysterium vanum redderet. Hinc enim incusare Iudaeos putans, ceu Deo incredulos, et prophetarum interfectores, patrocinium rei ex ira Dei contra illos existimat consequi, dicens: «propter iudaizantium iniquitatem, pro» hibuimus ab eis illa quae super illis di» cta fuerant; et grave illis supplicium paravimus; etiam quia prophetas occiderant contra fas.

48. Iam adversus christianae religionis mysterium malitia eius huiusmodi est. Simulat Christo patrocinari, et iniuriam illi abs Iudaeis

illatam crucis necisque de medio tollere, ut postquam ipse visus fuerit erga Christum benivolus, atque ita creditus, resurrectio deinde evanescat: qua nec facta nec credita, vana Chistianorum spes fiet. Ait igitur: « quod vero » Iudaei dicunt, nos occidimus Christum Iesum Mariae filium, legatum Dei; reapse » non occiderunt eum neque crucifixerunt, » sed eius rei similitudo obiecta fuit ipsis. » Certe qui ex ambiguitate de eo dubitant, » non habent circa ipsum scientiam, sed tantum opinionis sectationem: neque eum vere » occiderunt, sed Deus potius ad se illum sustulit. » Hinc scilicet discimus, diabolum se in angelum lucis transformare; neque esse mirandum, quod eius quoque famuli idem agant. Et quidem nunc tempus est, ut verborum Domini reminiscamur, nempe quod si fieri potest in errorem inducentur etiam fideles. Cernitis enim benivolentiam insidiosam, accusatoriam defensionem, et sententiam quae universam Dei oeconomiam subvertit. Esto enim quod Mohamedes Christum resurrexisse non annuat tamquam filium Dei; cur non saltem tamquam Dei legatum, ut eundem ipsemet nominat? Hoc duplicem ob causam facit, primo quia putat fore ut me quoque a mortuis resurgere, aeque ac illum, barbari postulent, siquidem et ego Dei legatus sum: quod si mihi non eveniet, ossa mea simul et scripta exurent. Altera causa fuit, quod si annueret credi resurrectionem, non satis erit sermoni meo ut legatum ipsum appellet. Nam si vere resurrexit, quaecumque etiam dixit credentur. Iam si dixerit: filius Dei est; agarismum totum perimit, quia in huius personae fraude tota fabula nititur. Annuebat itaque ipsum tamquam alterum Eliam potius adsumptum, quam e mortuis excitatum. Talis est diaboli malitia!

19. Et paulo post, denuo hic stultus sibi infamiam concilians, nec quid patiatur sentiens, ait: « Christus Iesus, Mariae filius, » legatus Dei est, et eiusdem Verbum quod » in Mariam immisit, et Spiritus ex eo. » O amens et insane! si Verbum Dei est Christus, ut tu ais, veraciter omnia dicet. Atqui dicit se filium Dei: etenim evangelium

εἰς αὐτὸν παρὰ Ἰουδαίων γεγενημένην ἀναιρεῖν ὕβριν, τοῦ τε σαυροῦ καὶ θανατου· ὡς ἂν τούτου ὡς παρὰ εὐνοουμένου παραδεχθέντος καὶ πιστευθέντος, ἡ ἀνάστασις ἐπιλειψῃ· ταύτης δὲ μήτε πραχθείσης μήτε πισευθείσης, εἰς κενὸν αἱ τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδες οἰχήσονται· φησὶ γοῦν. « Καὶ τοῦ λέγειν Ἰουδαίους, ἡμεῖς ἐφονεύ- v. 156.
» σαμεν τὸν Χριστὸν τὸν Ἰησοῦν υἱὸν Μα-
» ρίας ἀπόστολον θεοῦ· οὐκ ἐφόνευσαν αὐτὸν οὐ-
» δὲ ἐσαυρωσαν αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὡμοιώθη αὐτοῖς 1)·
» οἵ τινες δὲ ἀμφιβάλλουσι δισαγμῷ ἐξ αὐτοῦ,
» οὐκ ἔχουσιν εἰς αὐτὸν εἴδησιν εἰ μὴ ἀκολου-
» θίαν τοῦ νομίζειν· καὶ οὐκ ἐφόνευσαν αὐτὸν
» ἐν ἀληθεια, μᾶλλον ὕψωσεν αὐτὸν ὁ θεὸς
» πρὸς ἑαυτόν. » Ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὅτι ὁ διάβολος μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός· cod. f. 81.
καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ οἱ αὐτοῦ θεράποντες τοῦτο ποιοῦσιν· καὶ τῶν τοῦ κυρίου δὲ ῥημάτων νῦν εὔκαιρον μνημονεῦσαι, ὅτι εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς πιστοὺς ἀπατῆσαι*· ὁρᾶτε γὰρ εὔνοιαν ἐπιβουλῆς πλήρη, καὶ ἀπολογίαν κατηγορίας μεστὴν, καὶ δόγμα ἀναστρέφον τὴν ὅλην τοῦ θεοῦ οἰκονομίαν· ἔστω γὰρ μὴ παραχωρεῖν αὐτὸν ὡς υἱὸν θεοῦ ἀναστῆναι, διὰ τί μὴ ὡς ἀπόστολον θεοῦ, ὡς αὐτὸς αὐτὸν ὀνομάζει; τοῦτο δίδωσι διὰ δύο αἰτίας· μίαν μὲν, οἰηθεὶς ὅτι πάντως κἀμὲ ἀναστῆναι ἀπαιτήσουσιν, ὡς αὐτὸν, οἱ βαρβαροι, εἴπερ κἀγὼ ἀπόστολός εἰμι θεοῦ· τούτου δὲ μὴ γενομένου περὶ ἐμὲ, καύσουσι πάντως καὶ τὰ ὀστᾶ μου καὶ τὰ γεγραμμένα παρ᾽ ἐμοῦ. Ἑτέραν δὲ, ὅτι εἰ δοθείη πιστωθῆναι τὴν ἀνάστασιν, οὐχ ἵσταταί μου ὁ λόγος μέχρι τοῦ ἀπόστολον αὐτὸν ἀποκαλεῖν· εἰ γὰρ ἀληθῶς ἀνέστη, καὶ ὅσα λέγει πισευθήσεται· λέγων δὲ ὅτι υἱός ἐσι θεοῦ, τὸν ἀγαρισμὸν παντάπασιν ἀναιρεῖ, μονοπρόσωπόν τινα πλάνην μυθευόμενον· ἠνέσχετο οὖν κατὰ τὸν Ἠλίαν αὐτὸν ἀναληφθέντα φᾶναι, ἢ ἐκ νεκρῶν ἀνασῆναι· τοιαύτη ἡ τοῦ διαβόλου κακουργία.

*Matth. XXIV 24.

μθ΄. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα πάλιν ἑαυτὸν ὁ ματαιος καταισχύνων, καὶ μηδὲ αἰσθόμενος ὅπερ ἔπασχε, φησίν. « Ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς υἱὸς Μαρίας ἀπό- Sur. IV. 169. cod. f. 82.
» στολος θεοῦ ἐστι καὶ λόγος αὐτοῦ, ὃν ἔῤῥι-
» ψεν πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ. » Ἀνόητε καὶ παράφρον· εἰ λόγος θεοῦ ὁ Χρισὸς, ὡς σὺ φῂς, ἀληθεύσει πάντα λέγων· λέγει δὲ ὅτι υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ· τὸ γὰρ εὐαγγέλιον σὺ

1) Cantacuzenus orat. III. cod. vat. 348. f. 279. b. sic recitat hunc locum. Φησὶν ὁ Μωαμεθ μὴ ὑπὸ τῶν ἰουδαίων τὸν Χριστὸν ἀναιρεθῆναι μήτε σταυρωθῆναι, ἀλλά τινα ἕτερον ἐκείνῳ ὅμοιον· καὶ κατὰ φαντασίαν ἐδόκει τὸν Χριστὸν ἐσταυρῶσθαι, Μανιχαίοις ἀκολουθῶν.

αὐτὸς εἴρηκας ἐκ θεοῦ αὐτὸν μαθεῖν· πιστευθῆναι αὐτὸν δεῖ· πιστευθέντος δὲ αὐτοῦ, ἡ σὴ δυσσέβεια ἐκ τῆς σῆς μαρτυρίας ἀνατραπήσεται· τοῦτο δέ ἐστιν θαυμάσαι ὅτι καὶ θεοῦ λόγον τὸν Χριστὸν καλῶν, καὶ τὸ πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ λέγων, οὐ δεδύνηται τὰ ἐκ τῆς οὐσίας προερχόμενα τοῦ θεοῦ, καὶ ἰδιοσύστατα ὄντα ὁμοούσια αὐτοῦ νοῆσαι, καὶ οὕτως ἕνα θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνῆσαι· ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον τυφλοποιῶν ἀπαιδευσίας καὶ ἐν βραχείαις ἑτέραις φλυαρίαις, καταπαύει τὸν φλήναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Δ'.

ν'. Ὁ τέταρτος τῆς μυθολογίας τῷ Μωά-
Sur. V. 2. μετ, ἐπιγέγραπται μὲν λόγος εἰς τὴν τράπεζαν,
παραλαλεῖ δὲ περὶ βρώσεως κρεῶν τῶν διὰ μα-
cod. f. 83. χαίρας, πλὴν χοιρείου· ὡς δῆθεν ἐκ τούτου κα-
θαροὺς ἀποφῆναι τοὺς βαρβάρους ἐπαγγελλόμε-
Sur. V. 6. νος· καὶ ἐπιορκίαν δὲ καὶ πορνείαν καταδικάζει,
τὸ δόξαι ἀγαθὸς εἶναι νομοθέτης· ἐπελάθετο δὲ
ὡς πρότερον ἔλεγεν, ὅτι συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς
ὑμῶν· καὶ καθαρίζειν αὐτοὺς εἰς εὐχὴν ἰόντας
v. 7. βούλεται, εἰ μὲν πάρεστιν, ὕδατι· εἰ δὲ οὐ πάρ-
εστιν, χώματι· ὅπερ πᾶσι δῆλόν ἐστιν οὐ κα-
θαρτικὴν ἀλλὰ πινκρὰν ἔχον φύσιν. Παλιν δὲ
τῆς περὶ φόβου αὐτοῦ ὑποθέσεως διατάττεται·
ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, τέλος
* Matth. XI. 13. προφητῶν εἶναι τὸν Ἰωάννην*· καὶ τοῦ ἀποστόλου
εἰπόντος, πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην
* Rom. X. 4. παντὶ τῷ πιστεύοντι*, φοβηθεὶς μή τινων πρὸς
αὐτὸν λεγόντων, οὐκ ἔχομεν ἐπαγγελίαν ἑτέρου
προφήτου μετὰ Χριστόν· πόθεν οὖν σὺ ἑαυτὸν
ἀπόστολον θεοῦ καὶ προφήτην ὀνομάζεις; δόξει
ψευδὴς εἶναι, ὁμολογεῖ καὶ αὐτὸς οὕτω ταῦτα
ἔχειν εἰδέναι· αἰτίαν δὲ τίθησιν τῆς ἐλεύσεως
αὐτοῦ, τοῦ μὴ λέγειν ὑμᾶς φησὶν, οὐκ ἦλθεν
ὑμῖν ὁ εὐαγγελιζόμενος· κατασκευάζων ἐντεῦθεν
ὅτι διὰ τὸ ὑμῶν συμφέρον ὁ Χριστὸς ἐψεύσατο·
ψεύσασθαι δὲ αὐτὸν συνέβη πάντως τὰ μέλλον-
τα μὴ εἰδότα· ὥστε ἐμοῦ ἐλθόντος, ἐκεῖνος
cod. f. 84. ἐψεύσατο· ψευσάμενος δὲ, οὐδὲ θεὸς ἂν εἴη·
τοιοῦτον τὸ φιλάνθρωπον τοῦ ἀπανθρώπου σχῆμα,
καὶ ἡ σκηνὴ τοῦ μυθαρίου αὐτοῦ· ἐλέγχεται δὲ
ἐκ τοῦ μηδέν τι προφητικὸν σημεῖον παρ' αὐτοῦ
εὑρίσκεσθαι.

Sur. V. 37. να'. Τὰ εἰωθότα δὲ αὐτῷ ψευδηγορῶν κατὰ τῆς θείας γραφῆς, μνημονεύει τοῦ θανάτου Ἄβελ, καὶ κόρακα λέγει αὐτοῦ σῶμα θάψαι ὁρῶντος τοῦ Κάϊν, καὶ ἐκ τούτου, εἰς κατάνυξιν ἐληλυθέναι·

tu ipse dixisti ipsum a Deo didicisse: credendum itaque Christo est. Porro fide ei adhibita, irreligiositas tua, te ipso teste, corruet. Hoc vero mirabile est, quod quum Dei Verbum appellet Christum, et Spiritum ex eo esse dicat, haud valuit intelligere, ea quae ex Dei substantia proficiscuntur, et ei propria coëxistunt, esse consubstantialia; atque ita unum Deum in tribus personis adorandum. Sed nihilo secius rudi ignorantia caecutiens, paucis additis adhuc nugis, fabulam claudit.

CONFUTATIO IV.

50. Quartum mohamedicae mythologiae capitulum inscribitur MENSA. Blaterat autem de carnium esu ferro caesarum, porco excepto; ut hinc barbaros mundos esse declaret. Periurium et scortationem damnat, ut bonus videatur legislator. Oblitus est autem ante dictorum, nempe: congredimini ex animorum vestrorum sententia. Eosdem purificari vult ad orationem euntes, si copia sit, aquâ; sin ea desit, pulvere; qui quidem, ut omnes sciunt, non purgandi sed sordidandi vim habet. Rursus autem timori suo consulit; quia enim audierat Christum dixisse, finem prophetarum esse Iohannem; itemque apostolum pronunciantem: plenitudo legis Christus ad iustificationem omni credenti; metuens ne forte aliqui ei dicerent: non est nobis alius propheta promissus post Christum; cur ergo tu legatum te Dei ac prophetam nominas? metuens, inquam, ne mendax videretur, fatetur se quoque scire rem ita se habere: causam vero ponit adventus sui, ne vos inquam diceretis neminem evangelistam ad vos venisse: probans hinc, Christum propter vestram utilitatem mentitum: contigit autem illi prorsus esse mendaci, quia quod futurum erat nescivit: quamobrem me adveniente, ille mendax evasit: qui autem mentitur, ne Deus quidem est. Haec est benigna inhumani hominis species, et fabulae ab eo confictae scena. Sed inde convincitur quod nullum propheticum indicium apud eum comperiatur.

51. Iam vero consueta sibi mendacia contra divinam scripturam blaterans, Abelis mortem memorat, et a corvo dicit traditum sepulturae cadaver eius, spectante Caino, qui

idcirco compunctione tactus fuerit. Haec sunt ludentium in scena, et ebriorum aut amentium propria. Tum ut corda barbarorum demulceat ad suas excipiendas blaphemias, Christi iterum meminit atque evangelii, nec quod se ipsum evertat videt. Ait enim: «Misimus autem post » vestigia horum, omnium videlicet prophe- » tarum, Iesum Mariae filium, ut veritatem » testaretur illius quae ante ipsum fuit legis; » eique tradidimus evangelium, in quo est » directio, lux, et iustitia, secundum vires » legis ante eum latae, ad directionem et com- » monitionem timoratorum, atque ut iudi- » cium exerceant evangelii adseclae. Ideo id » demisit huic Deus. Et qui (non) iudicaverint, » de illis quae Deus tradidit, hi sunt prae- » varicantes. » Ain vero, putasne ipsummet cognoscere quae dicit hic stultus? Si enim ob confirmandam veritatem legis quae eum praecessit, Christus venit; et si evangelium lucem directionemque, ut tu fateris, suppeditavit, et ipse iudicium facturus est; quid tibi superest conferendum hominibus? Nihil aliud, nisi ut ore tuo teste, falsa demonstres quae ante te extiterunt, et tenebras fallacemque ducatum hominibus praebeas, et iudicii tempore cum iis qui te admiserunt condemneris.

52. Tum paucis interiectis, in suam veluti relabens insaniam, haec ait: « O vos credentes (ad barbaros clamat) ne sitis suscepto- » res Iudaeorum et Christianorum. Quisquis » vestrum eis patrocinatur, hic est ex ipsis. » Hos, populo sub evangelico Christi ducatu degenti, ut aiebas, pietatis causa erga Deum, honores tribuis. Condigne quidem; quid enim aliud diabolus et huius satellites inimicis suis exhibebunt? Esto velit Christianos, qui omnium rerum creatricem vivificamque Trinitatem confitentur, hanc pati a se contumeliam; Iudaeis vero, qui se fidem Abrahami sartam tectam tenere dicunt, cur parem iniuriam facit? Atqui ne hoc quidem malitiae eius extraneum est. Novit enim, Christi divinitatem a lege demonstrari: idcirco utrisque inimicos iubet esse suos, quia ipse generatim Deum oppugnat. Quod autem haec non sine delirio scribat, nec non priora, vel potius omnia, hinc constabit. Subtexit enim his alia similia, et Iudaeos atque Christianos ita alloquitur. « O scripturales, nihil vos estis, quamdiu

τῶν ἐπὶ σκηνῆς ταῦτα καὶ μεθυόντων ἢ μαινομένων. Ὁμαλίζων δὲ τὰς τῶν βαρβάρων καρδίας πρὸς τὸ παραδέξασθαι τὰς αὐτοῦ βλασφημίας, μέμνηται πάλιν Χριστοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἑαυτὸν ἀνατρέπων οὐ συνορᾷ· φησὶ γάρ. « Ἀπε- v. 54.
» στείλαμεν δὲ ἀκόλουθον τούτων, πάντων δηλαδὴ τῶν προφητῶν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τῆς » Μαρίας εἰς τὸ ἀληθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ » τὰ τοῦ νόμου, καταγαγόντες αὐτῷ καὶ τὸ » εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁδήγησις, φῶς, καὶ » δικαιοσύνη, κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸ αὐτοῦ » νόμου, εἰς ὁδήγησιν καὶ ἐπαγγελίαν τοῖς φο- » βουμένοις, καὶ εἰς τὸ κρίναι τοὺς τοῦ εὐ- » αγγελίου· ἕνεκεν τῶν, κατήγαγεν ὁ Θεὸς ἐν » τούτῳ· καὶ ὅστις ἂν κρίνῃ εἰς ἅπερ κατή- cod. f. 85. *arab. μὴ κρίνῃ*
» γαγεν ὁ Θεὸς, οὗτοί εἰσι παράνομοι. » Ἆρα γε ἐπεγίνωσκεν ἅπερ παρελάλει ὁ μάταιος; εἰ γὰρ ἀληθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ τὰ τοῦ νόμου, ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ εὐαγγέλιον φῶς καὶ ὁδήγησιν τοῖς ἀνθρώποις δέδωκεν, ὡς σὺ ὁμολογεῖς, καὶ τὸ κρίσιν αὐτὸς ποιεῖν μέλλει, σοὶ τί περιλείπεται εἰσενεγκεῖν τοῖς ἀνθρώποις; οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἢ κατὰ τὸ σὸν στόμα, ψευδοποιῆσαι τὰ πρὸ σοῦ, καὶ σκότος καὶ παροδηγίαν δοῦναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐν τῇ κρίσει τοῖς σὲ παραδεδεγμένοις καταδικασθῆναι.

νβ΄. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὥσπερ εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανασφήλας μανίαν, τάδε φησίν. « Ὦ v. 59.
» ὑμεῖς οἱ πιστεύσαντες (πρὸς τοὺς βαρβάρους » φωνῶν) μὴ γίνεσθε ἀντιλήπτορες Ἰουδαίων ἢ » Χριστιανῶν· ὅστις γὰρ ὑπερασπίζεται αὐτῶν » ἐξ ὑμῶν, οὗτος ὑπάρχει ἐξ αὐτῶν· » Ταῦτα τῷ ὁδηγηθέντι λαῷ παρὰ τοῦ εὐαγγελίου Χριστοῦ ὡς ἔλεγες τῆς εἰς Θεὸν ἕνεκεν εὐσεβείας ἀποδίδως τὰ γέρα, εἰκότως γε· τί γὰρ καὶ ἄλλο ὁ διάβολος καὶ οἱ τούτου θεράποντες παρέξουσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν; ἔσω Χριστιανοῖς μὲν τὴν παντουργὸν καὶ ζωαρχικὴν ἁγίαν τριάδα ὁμολογοῦ- cod. f. 86.
σι, ταῦτα ὑπομένειν κελεύει· Ἰουδαίοις δὲ τοῖς ἐπαγγελλομένοις τὴν τοῦ Ἀβραὰμ πίστιν ἀποσώζειν, διὰ τί τὰ αὐτὰ προξενεῖ; οὐκ ἔξω τῆς κακοφροσύνης αὐτοῦ καὶ τοῦτο· ᾔδει γὰρ ὅτι τὴν Χριστοῦ θεότητα ὁ νόμος ἀποδείκνυσι· διὰ τοῦτο ἀμφοτέροις ἐχθραίνειν κελεύει, καθ᾽ ὅλου θεομάχος ὑπάρχων· ὅτι δὲ ταῦτα παραπαίων ἔγραφεν, ἢ τὰ πρότερον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὰ πάντα, ἐντεῦθεν δῆλον. Ἐπισυνάπτει γὰρ τούτοις ἕτερα ὅμοια καὶ προσφωνεῖ Ἰουδαίους τε καὶ Χριστιανοὺς λέγων « Ὦ οἰκεῖοι γραφῶν, οὐδέν ἐστε v. 77.

» ἕως ἂν ἐξακολουθῆτε τῷ νόμῳ, καὶ τῷ εὐ-
» αγγελίῳ, καὶ τοῖς κατενεχθεῖσι παρὰ τοῦ
» κυρίου ὑμῶν· προστίθεται γὰρ ἐκ τῶν κατεν-
» εχθέντων ἡμῖν παρὰ τοῦ κυρίου πλάνη καὶ
» ἄρνησις. » Τί οὖν λοιπὸν εἴπωμεν ἡμεῖς, ἀδελ-
φοί, ἐπὶ τούτοις; ὄντως πρὸς μαινομένους ἡμῖν
ὁ λόγος, ἐπί τε καλοῖς καὶ κακοῖς ἀναισθητοῦ-
σιν· ὡσαύτως πρὸς τούτοις ἕτερα πάμπολλα ψευ-
σάμενος καὶ ματαιολογήσας, δόξας τε διαβάλ-
v. 84. λειν ἐκ τῶν ταπεινῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν
v. 97. Χριστὸν, μοναχῶν τε καὶ ἱερέων κατηγορήσας,
cod. I. 87. v. 92. ὅτι πολλῆς κατανύξεως καὶ δακρύων πληροῦνται,
ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς αὐτοῦ γραφῆς, ὅπερ πα-
ράλογον, πάλιν ἐπαναλαβὼν περὶ Χριστοῦ, καὶ
εἰσαγαγὼν αὐτὸν παρὰ Θεοῦ ὑπομιμνησκόμενον,
ὧν περ δι' αὐτοῦ φησι πεποίηκε σημείων· καὶ
Sur. V. 125. ἐρωτώμενον εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ μη-
τέρα θεοὺς ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους ἐπέτρεψεν, καὶ
διαρνούμενον δῆθεν, ὡς ἐκ τούτου αὐτὸν διαρνη-
σάμενον φᾶναι ἀποδεῖξαι ὅτι θεὸς οὐκ ἔστι· καὶ
ἀποπαῦσαι Χριστιανοῖς θεὸν ὁμολογεῖν τὸν Χρι-
στόν· ποῦ δὲ ταῦτα ἀνέγνω ὁ ἀμαθέστατος;
ἢ διὰ ποίας θεοφανείας ἐπέγνω; μᾶλλον δὲ
οἰκειότερον εἰπεῖν, ὅτι οὔτε ἀνέγνω οὔτε ἐπέγ-
νω τι τῶν δεόντων· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἔνδειξιν
τῶν αὐτοῦ λημμάτων, μανιχαϊκῆς ἰλύος καὶ
σκότους ἀναμαξάμενος, τὴν δυσωδίαν τούτων
ἐξώζεσεν, ἐν τούταις τὸν τέταρτον ὕθλον ἀπέ-
παυσεν.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ε'.

cod. I. 88. νγ'. Ὁ πέμπτος μῦθος τοῦ Μωάμετ περὶ
κτηνῶν ἐπιγέγραπται· δοκεῖ γὰρ καὶ αὖθις περὶ
Sur. VI. 142. καθαρῶν διαλαμβάνειν ζώων καὶ ἀκαθάρτων· καὶ
προτρέπεται τοὺς βαρβάρους τὰ πάντα ζῷα ἐσθίειν,
πλὴν χοίρου· ἐπί τοι τά τε ἀχθοφόρα, ὄνους τε
καὶ ἡμιόνους καὶ καμήλους καὶ παντὸς τετραπό-
δου ἀδεῶς μετέχειν· καὶ μὴ ἐξακολουθῆτε φησὶ
τῇ ὁδῷ τοῦ σατανᾶ· σατανᾶν δηλονότι τὸν γρά-
ψαντα τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν, ἤτοι καὶ τὸ εὐ-
αγγελικὸν κήρυγμα· ὅλος δὲ αὐτοῦ λοιπὸν ὁ σκο-
πὸς σχεδὸν ἐν τούτῳ τῷ ὕθλῳ ἀγωνίζεται μὴ
διαπιστηθῆναι, ὅτι ἐκ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα τερατί-
σματα δέδεκται· εἰσὶ δὲ αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα τοῦ-
το συνιστᾷν λογύδρια, οὐ μόνον μὴ δεικνύντα
ἀλλὰ καὶ ἐκτρεπόμενα διὰ τὸ ἐξ ἀμαθίας ταῦτα
προέρχεσθαι· καὶ ἄλλως ἀφωτίστου διανοίας καὶ
ἀμεθέκτου θείας ἐλλάμψεως, καὶ οὐδὲ τοῦ πράγ-
ματος φύσιν ἔχοντος συστῆναι· παλιλογία τε γὰρ

» legem et evangelium sectamini, et id quod
» traditum a Deo vestro est. Additur enim ex
» iis quae tradita sunt nobis a Domino, er-
» ror et infidelitas. » Quid iam nobis dicen-
dum de his superest, fratres? Vere cum de-
mentibus loquimur, et qui nec bonae rei nec
malae quicquam intelligunt. Praeter haec pa-
riter, multa alia mentitus, et stulte locutus,
visus quoque vituperare incarnationis Christi
humilitatem, et monachos sacerdotesque in-
cusare, quia non sine dolore multo ac lacry-
mis scripturam eius legunt; quod est absur-
dum; denuo ad Christum revertens, eumque
tamquam a Deo derivans, a quo commemo-
rantur ea quae per illum fecit signa; et inter-
rogatur Iesus, num ipse se ipsum matremque
suam sinat haberi ab hominibus loco deorum?
quo negante, ceu si ipse semet abnegaverit,
ait demonstrasse iam non esse Deum; ideo-
que vult Christianos desinere a confitendo
Christi deitatem. Ubinam vero legit haec ho-
mo inscitissimus? ex qua Dei manifestatione
id cognovit? Immo ut magis proprie loqua-
mur, neque hic legit quicquam, neque bonae
frugis aliquid novit. Verumtamen dum nugas
suas demonstrare studet, manichaicum coe-
num fuliginemque manibus tractans, horum
gravem expirat odorem. Atque in his quar-
tum suum garritum finit.

CONFUTATIO V.

53. Quinta a Mohamede fabula inscribitur
PECUDES: videtur enim de mundis animalibus
agere et de immundis; hortaturque barbaros
cuncta animalia comedere, excepto sue, et
iumenta omnia, asinosque ipsos et mulos et
camelos, et quolibet prorsus quadrupede ve-
sci. Et ne sectemini, inquit, viam Satanae.
Satanam videlicet (dicit) eum qui veterem le-
gislationem tradidit; immo et evangelicam quo-
que doctrinam. Ceteroqui totus eius scopus in
hac vanitate vertitur, ne quis discredat quomi-
nus hac praestigiae a Deo sint. Quae vero opi-
niones eius confirmant, nihil aliud sunt praeter
dictabolaria quaedam, quae non solum nihil
demonstrant, sed assensum etiam avertunt,
quia de fonte ignorantiae manant, id est de ob-
scurato intellectu, et divini luminis experte, et
quidem rei ipsius natura non subsistit: sunt

enim verborum repetitiones; et idem secundum idem, idemque ad idem revertens. Et de ipso Christo mentionem inferens, haud diversa, quam diximus, ratione loquitur. Atque ita vana verba effutiens, nugacem fabulam concludit.

CONFUTATIO VI.

54. Sexta a Mohamede fabula inscribitur COGNITIONES, id est de signis comprobantibus et de demonstrationibus, quod nempe a Deo haec ipsi tradita scriptura fuerit. Statimque ab initio id ei occinit allatrator daemon, ut et ipse videatur Mohamedi mandare, talia loqui, atque ita fraudis suspicionem vitet. Docet enim illum primigeniam hominum originem, quod nempe ex luto ad imaginem (Dei) facti fuerint: et quod omnibus angelis imperatum fuerit, ut Adamum adorarent: cumque ceteri adorassent, solum Beliar noluisse obsequium exhibere: rogatum autem cur non adoraret, causam intulisse, quod ille ex luto extitisset, ipse autem ex igne. Tum increpitum fuisse a Deo, ipsumque Deo contradixisse, et Adamo simul comminatum, suscepto adversus eum odio, nonnisi paucos ex eius posteris salvos fore. Pergit narrare paradisi historiam, et Adami exilium. Verumtamen quicumque sacris scripturis innutriti fuistis, devios deceptoris excursus stultasque additiones probe cognoscitis.

55. Scopus autem eius huc collineat, ut divini praecepti violatores perire dicat, morigeros autem salvari. Atqui illorum seriem continuat, ex Adamo et deinceps contexens; nimirum hinc sperans sermonum suorum traditioni fidem accessuram. Mox itaque introducit incognitas nescio quas nugas obscurarum et sine nominibus personarum, quae ad praedicandum ante Noë venerint, et quatenus illis creditum fuit, divinam benedictionem conferentium; quatenus autem discreditum, gravissimam maledictionem. Post Noë Zaletum quendam prophetam legatumque introducit, fratrem Thamothi hominem qui numquam extitit, atque a nemine umquam nominatus fuit; attamen ad idem officium venit; institutaque praedicatione, is quoque illis qui sibi crediderunt Deum propitiavit; illi autem qui fuerunt increduli, perie-

πάλιν τὰ αὐτὰ κατὰ ταὐτὰ, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπὶ τὰ αὐτά· καὶ τοῦ Χριστοῦ δὲ μνημονεύσας οὐδὲν ἧττον τῷ τρόπῳ ᾧ εἰρήκαμεν μέμνηται· καὶ οὕτως βατταρίζων περικόπτει τὸν φλήναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ϛʹ.

νδʹ. Ὁ ἕκτος τῷ Μωάμετ μῦθος ἐπιγέγραπ- cod. f. 89 Sur. VII.
ται μὲν εἰς τὰ γνωρίσματα 1), τουτέστιν εἰς τὰ
παραστατικὰ σημεῖα καὶ τὰς ἀποδείξεις, ὅτι ἐκ
θεοῦ δῆθεν αὐτῷ ἡ τοιαύτη δέδοται γραφή· καὶ
εὐθέως ἐκ προοιμίων τοῦτο κατεπᾴδει αὐτῷ ὁ πρὸς
αὐτὸν ὑλακτοδαίμων, ἵνα δόξῃ καὶ αὐτὸς ὡς εἰ-
κὸς κελευόμενος ταῦτα λέγειν, καὶ ἀνύποπτος
πρὸς ἀπάτην γένηται· διδάσκει γὰρ αὐτὸν τὴν v. 10. seq.
ἀρχέγονον τῶν ἀνθρώπων ὑπόστασιν, ὅτι ἐκ πη-
λοῦ κατ᾽ εἰκόνα γεγένηνται, καὶ ὅτι προστέτακ-
ται τοῖς ἀγγέλοις πᾶσι προσκυνῆσαι τῷ Ἀδάμ·
καὶ τῶν λοιπῶν προσκυνησάντων, ὁ Βελίαρ μό-
νος οὐ προσεκύνησε· καὶ ὅτι ἐρωτηθεὶς διὰ τί μὴ
προσεκύνησεν, αἰτίαν ἀποδίδωσι τὸ ἐκεῖνον μὲν
ἐκ πηλοῦ γενέσθαι, ἑαυτὸν δ᾽ ἐκ πυρός· καὶ ὅτι
ἐπετιμήθη παρὰ θεοῦ, καὶ ὅτι ἀντέλεξε τῷ θεῷ
ἐπαπειλούμενος τῷ Ἀδὰμ διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγα-
νάκτησιν, τοῦ μὴ περιλιπεῖν αὐτὸν πλὴν ὀλίγων τῶν
ἐξ αὐτοῦ σωζομένων· καὶ τὴν ἱστορίαν τὴν κατὰ τὸν
παράδεισον, καὶ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἐξορίαν· οἱ οὖν
τῆς θείας γραφῆς τρόφιμοι συνίετε πάντως τὰς
προτροπὰς καὶ ματαίας προσθήκας τοῦ ἀπαταιῶνος.

νεʹ. Ὁ δὲ σκοπὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἀφορᾷ, ὅτι cod. f. 90.
δὴ οἱ θεοῦ ἀθετοῦντες ἐντολὴν, φησὶν, ἀπόλ-
λυνται· οἱ δὲ φυλάττοντες, σώζονται· τὸ δὲ τέ-
λος ἑαυτῶν συντηρεῖ· κατασκευάζει δὲ αὐτὸ ἀπὸ
Ἀδὰμ καὶ τῶν καθεξῆς· ὡς ἐκ τούτου τῶν
αὐτοῦ λόγων τὴν παραδοχὴν πιστευθήσεσθαι
ἐλπίσας· εὐθὺς οὖν παρεισάγει ἀδιάγνωστά τινα v. 54. 60.
ληρήματα ἐκ ἀφανῶν προσώπων καὶ ἀνωνύμων
εἰς κήρυγμα πρὸ τοῦ Νῶε ἐλθόντων· καὶ ἐν οἷς
μὲν ἐπιστεύθησαν θείαν εὐλογίαν προξενηκότα·
ἐν οἷς δὲ ἠπιστήθησαν κατάραν μεγίστην. Μετὰ
Νῶε Ζάλετ τινὰ προφήτην καὶ ἀπόστολον εἰσ-
ηγεῖται ἀδελφὸν Θαμὼθ, τὸν οὔτε γεγονότα
οὔτε παρ᾽ ἄλλου ὀνομασθέντα πώποτε· ἐπὶ τὸ
αὐτὸ τοῦτο παραγενόμενος καὶ κηρύξας· καὶ ἐφ᾽
οἷς μὲν ἐπιστεύθη καὶ αὐτὸς τὸν θεὸν εὐμενῆ
παρέσχεν· ἐφ᾽ οἷς δὲ ἠπιστήθη, διεφαυλίσθησαν
φησὶ διὰ σεισμοῦ ἐν ταῖς αὐλαῖς αὐτῶν ἐξαρω-

1) Ita graecus auctor interpretatur vocabulum arab. الأعراف *alaraph*, quod aliter explicatur apud Maraccium p. 271. in adnotationibus.

μενοι· Μετὰ δὲ τοῦτον ἕτερον λέγει προφήτην
v. 86. καὶ ἀπόστολον καὶ κήρυκα, μαδιανίτην τῷ ἔθνει αὐτοῦ ἀποσταλῆναι, Σαὶκ ὄνομα αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ τοῦτον διαμαρτυράμενον καὶ ποιήσαντα κατὰ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, οὓς οὔτε Μωϋσῆς, οὔτέ τις τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν ἐπίσταται· καὶ
cod. f. 91. ἐπὶ τούτοις μέμνηται Μωϋσέως θεὸν κηρύξαν-
v. 104. τος· καὶ ὅτι ἐν οἷς μὲν φησὶν ὑπηκούετο, αἱ τοῦ θεοῦ ἀντιλήψεις προέφθαζον· ἐν οἷς δὲ παρηκούετο, ἡ δίκη τοὺς ὑπευθύνους ἀνήλισκε· καὶ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ κεχρημένος ἐξ ἑτοίμου περὶ αὐτοῦ λέγει.

runt inquit terrae motu in habitaculis suis maledicti. Post hunc, alium dicit prophetam, madianitem legationis et praedicationis causa ad gentem suam missum; eique nomen fuisse Saico. Hunc pari modo contestatum esse, et similia prioribus egisse. Quos tamen homines neque Moyses neque quisquam illustrium auctorum agnoscit. Postremum memorat Moysem, aitque quatenus obeditum ei fuit, Dei patrocinium adfuisse; quatenus vero restitum illi est, vindictam reos persecutam. Atque hac via sibi strata, statim de se ipso dicit.

v. 159. νς'. « Ἄε ἄνθρωποι· ἐγὼ ἀπόστολός εἰμι θεοῦ » πρὸς ὑμᾶς πάντας. » Καλῶς γε ἔργον μὲν θείας δυνάμεως ἐπιφερόμενος οὐδὲν, οὔτε σοφίας, οὔτε ἀρετῆς ἀξιολόγου, αὐτοχειροτονήτως δὲ καὶ πάσης ἀποδείξεως δίχα καὶ προαγγελίας, τὸ τοῦ ἀποστόλου ἀξίωμα δι' αὐτοῦ ἀπενεγκάμενος· καὶ τίς τοῦτο ποιεῖν οὐ δύναται, τῶν πάνυ ἀφρονεστάτων καὶ ἀγνωσίαν θεοῦ ἐχόντων; διότι Μωϋσῆς νομοθέτης, καὶ διὰ τί μὴ καὶ Φαραὼ νομοθέτης; ἀλλ' ὃ ποιεῖν εἰ καὶ κακῶς, ὅμως γοῦν ποιεῖν ἐνόμιζες, τούτου ὡς εὐκόλου μέμνησαι· ὃ δὲ προβλέψαι οὐκ εἶχες, παρεσιώπησας· ἐγὼ δέ σε καὶ τοῦτο ὑπομνήσω· Μωϋσῆς μετὰ τοῦ νομοθέτης εἶναι, καὶ προφήτης ἐστί· καὶ τῆς προφητείας ὁσήμεραι τὰς ἐκβάσεις θεωροῦμεν· σοῦ δὲ τί καὶ θαυμάσομεν; τὰς ἀσωτείας; τὰς σφαγάς; τοὺς ἐμπρησμούς; τὰς λεηλασίας; τὰς δυσ-
100. Quum plane in confesso sit Deum esse immaterialem et incorporeum, spectatum tamen per analogiam in eius operibus, ex eiusque simul sermonibus agnitum, cum verba operibus consonant; celebratum insuper ab eius magnificis voluntatibus, cum eae ab ipso manifestantur, quae pariter et verbo et opere scopum suum persequuntur; si quid horum contrarium ceteris comperiatur, is qui huic errori adhaereat, prorsus a recta Dei religione excidisse videbitur. Nunc id observemus in Arabe, de Pharaone marique rubro narrante; nescio cur, nisi forte ut ego arbitror, dictum illud « cadent in retiaculum suum peccatores » ipse quoque expertus est. Eius autem, qui mare divisit, legem abiicit: nimirum post sermones, voluntates quoque repudians, aperte alium Deum propria electione sibi constituit,

εἰδώλῳ ὄντι τῆς Ἀφροδίτης; μὴ δὴ τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ σεμνυνόμενοι, ἀπεναντίας τῷ θεῷ Ἀβραὰμ φρονοῦντες ἀπατάσθωσαν, ὡς τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ οἰκεῖον καὶ εὐμενῆ ἑαυτοῖς ἔχοντες· παραδειγματίσθησαν γὰρ ὄνομα μόνον, τοῦ πράγματος χωρὶς, ἑτέρῳ ἀπεοικότι τεθειμένον ψευδῶς σέβοντες· καὶ ἐκ τῶν περὶ τὸ πρᾶγμα τὸ γνώριμον ἔχειν ἐξαπατώμενοι· ἐκ δὲ τῶν καθ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὴν ἀλλοτρίωσιν πάσχειν ἐξεληλεγ- cod. f. 155. χόμενοι· εἰ μὴ ἄρα ἡμεῖς φανῶμεν ἑαυτοῖς βιαζόμενοι ἕνα θεὸν ἔχειν· δύο ἐκείνων ὁμολογούντων ἐναντιωτάτους θεοὺς, ἀληθῆ καὶ ψευδῆ· ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, οὐδέτερον ἐχόντων.

ΚΗ. Ἀπόδειξις ὅτι οὐ τὸν ὄντως ἀληθινὸν Θεὸν εἰσηγεῖται ὁ Μωάμετ· οὐδὲ αὐτῷ οἱ Ἀγαρηνοὶ λατρεύουσιν, ἀλλὰ τὸν ἀποστάτην δαίμονα σφετερισάμενον εἰς ἑαυτὸν τὴν θείαν προσηγορίαν.

ϙθ'. Πάντων τῶν ὄντων ὑπεροχικῶς ἐξῃρῆσθαι τὸ θεῖον, εἰ καί τι ἄλλο τό γε ἀναλλοίωτον καὶ ἄτρεπτον χαρακτηρίζει σαφῶς, κατ' αὐτό τε τὸ εἶναι, καὶ τὸ διανοεῖσθαι, καὶ λέγειν, [καὶ] ποιεῖν· ὡς τὸ, πάντες ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ *· καὶ τὸ, ἡ βουλὴ τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει· καὶ τὸ, εἰς τὸν αἰῶνα κύριε ὁ λόγος σου διαμένει· καὶ τὸ, πάντα τὰ ἔργα σου ἀληθινά· θειοτέρως δηλονότι ἢ ἀνθρωπινωτέρως τούτων νοουμένων· ἐπισκεπτέον νῦν εἴ γε ταῦτα συντετηρῆσθαι τῷ θείῳ, ὁ καμηλώδης τοῦ πονηροῦ ἀπόστολος συγχωρεῖ, τὴν τρίτην καὶ νεωτέραν διαθήκην μυθολογούμενος.

*Ps. CI. 28. XXII. 11. CXVIII. 89. CX. 7.

ρ'. Τοῦ θείου τοίνυν ὁμολογουμένου πάντῃ ἀΰλου καὶ ἀσωμάτου, θεωρουμένου δὲ ἀναλόγως καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ἔργων, ἐπιγινωσκομένου τε ἐκ τῶν θείων λόγων ὅτ' ἂν συμφωνῇ τοῖς ἔργοις τὰ ῥήματα, ὑμνουμένου τε ἐκ τῶν θεοπρεπῶν θελημάτων· ὅτ' ἂν παρ' αὐτοῦ ἐμφανίζωνται, ἐχο- cod. f. 156. μένων δηλαδὴ καὶ αὐτῶν τοῦ κατὰ τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα σκοποῦ· ὅτ' ἂν ἕν τι τούτων ἀντικειμένως εὑρεθῇ ἔχον πρὸς τὰ λοιπὰ, τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἐκπεπτωκὸς ἂν ἐλέγχοιτο ἀσεβείας, ὁ ταύτης ἀντεχόμενος τῆς ἀπάτης· σκοπείσθω δὲ οὖν τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἄραβος· τὰ κατὰ τὸν Φαραὼ καὶ Sur. VII. τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὡς δέ γε ἐγὼ νοεῖν δύναμαι, κατὰ τὸ ἐμπεσεῖσθαι τῷ ἰδίῳ ἀμφιβλήστρῳ τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰρημένον *, καὶ αὐτὸς ἀπεδέξατο· τὸν δὲ τοῦ τεμόντος * Ps. CXL. 10. τὸ πέλαγος νόμον, ὡς οὐδὲν ἀποπέμπεται, δηλονότι μετὰ τῶν λόγων, καὶ τὰ θελήματα ἐκ-

ποιούμενος· φανερὸν ὅτι χειροτόνητόν τινα ἑαυτῷ θεὸν εἰσποιεῖται, ἀλλ' οὐχὶ τὸν ὄντως θεόν· ὁ γὰρ ἐκεῖνο ῥήξας τὸ πέλαγος, δι' ἄλλο οὐδὲν ἢ διὰ τὸ τοὺς αὐτοῦ φυλάττεσθαι λόγους τοῦτο πεποίηκεν· ὁ γοῦν ἀθετῶν τοὺς αὐτοῦ λόγους, πρότερον αὐτὸν ἀθετεῖ· αὐτὸν δὲ ἀθετῶν, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὸ θαῦμα ἀθετεῖ· γεγενημένον τε ὅλως τὸ θαῦμα ὁμολογῶν, παρ' ἄλλου πάντως αὐτὸ γεγενῆσθαι λέγει, οὐ παρὰ τοῦ γεγραφότος τοὺς λόγους ἐν οἷς καὶ τοῦτο γέγραπται τὸ θαῦμα· ὥστε διττὴ αὐτοῦ ἡ ἀσέβεια, μᾶλλον δὲ καὶ τριττή, ὅτι τε ἀφαιρεῖσθαι τοῦ πεποιηκότος θεοῦ τὸ θαῦμα· καὶ ὅτι μὴ τῷ πεποιηκότι χαρίζεται· (cod. f. 157·) τίς δέ ἐστιν ὁ ἐξ ἀρχῆς κατὰ τῆς θείας ἐπαιρόμενος δόξης, σαφῶς οἴδαμεν· τοῦτον οὖν ἄρα πάντως ἀνάγκη σέβεσθαι ταῦτα φρονοῦντα· ἢ ἠλλοίωται κατ' αὐτὸν τὸ θεῖον καὶ τέτραπται, καὶ οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα ὁ λόγος αὐτοῦ διαμένει, οὐδὲ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινά· ἀλλ' ἀπερρίφθω εἰς κεφαλὰς τῶν αἰτίων τῆς βλασφημίας τὸ ἄτοπον· εἰ δὲ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον διαμένει τὸ θεῖον, αὐτὸς μὲν ἀνατετραμμένος ὑπάρξει ὡς δυσσεβὴς μεταβαλλόμενον καὶ μετατρεπόμενον βλασφημῶν τὸ θεῖον, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἠθετηκὼς λόγους· μεθέξομεν δὲ τῆς αὐτοῦ ἀτρεψίας χάριτι οἱ καὶ τὸ θαῦμα προσδεδεγμένοι, καὶ τοὺς νόμους πληροῦντες καὶ τελειοῦντες, καὶ τὰς θεοπρεπεῖς ἐξ αὐτῶν παιδευόμενοι μαθητείας τε καὶ προφητείας περί τε Χριστοῦ καὶ πάντων τῶν ὄντων καὶ ἐσομένων.

ρα'. Συνῆκται τοίνυν ἐκ τούτων φωραθῆναι αὐτὸν λέγοντα, ἢ τὸν θεὸν μὴ εἶναι θεόν, ἀλλ' ἕτερον εἶναι θεόν· ἢ ὄντα, μὴ τὸν αὐ- (Sur. III. 47. XXI. 91. LXVI. 13.) τὸν ἀεὶ διαμένειν ὡσαύτως ἔχοντα, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, τῆς ἑαυτοῦ ἐξισταμένου ἕξεως, τῷ χρόνῳ μεταβαλλόμενον· ὧν τὸ ἀσεβὲς ὁπόσον, συνιδεῖν εὔκολον· τούτῳ οὖν τῷ κανόνι κεχρημένος πᾶς ὅστις ἂν φιλαληθέστατος, κἂν ἄλλο τι τῆς παλαιᾶς παραδέξηται ἢ καὶ νέας· τολμᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν παρθενικὸν καὶ μὴ βουλόμενος ὁμολογεῖν (cod. f. 158.) τόκον, ἐκ τῆς αὐτοῦ ὁμολογίας τοῦτον περιτρεπέτω· λίαν γὰρ ἀμαθὴς ὁ βάρβαρος καὶ ἀπαίδευτος.

ΚΘ. Ὅτι σφάλλονται οἱ λέγοντες τὴν εἰς τὸν θεὸν καὶ πατέρα σώζειν εὐσέβειαν τὸ Ἀγαρηνῶν ἔθνος.

ρβ'. Ἀληθείας κεκλημένου καὶ ὑπάρχοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνάγκη τοῖς

verum Deum tamen nequaquam. Nam qui mare illud divisit, nullam aliam ob causam fecit, quam ut ipsius observarentur sermones. Igitur qui eius sermones abolet, ipsum auctorem abolet: qui auctorem abolet, negat simul factum ab eodem miraculum. Atqui cum Mohamedes miraculum illud confiteatur, utique ab alio Deo factum dicit, non ab illo qui auctor est sermonum, quibus hoc miraculum ipsum narratur. Quamobrem duplex est Mohamedis impietas, immo et triplex; quia Deo auctori eripit miraculum; et quia illi tribuit, a quo non est factum. Quisnam porro sit qui iam inde ab initio adversus divinam gloriam se extulit, satis scimus. Hunc ergo coli a Mohamede ita cogitante, necesse est. Vel certe immutatus est et conversus, ex Mohamedis sententia, Deus; neque iam in aeternum sermo eius permanet, neque omnia eius opera vera. Verum iactetur in capita sontium absurda blasphemia. Quod si inconvertibilis et immutabilis Deus perseverat; Mohamedes potius perversus esto, qui mutatum conversumque Deum impie blasphemat, eiusque sermones delet. Participemus autem nos divinae firmitatis gratiam, qui miraculum eius admittimus, eiusque leges observemus et exsequamur, atque Deo dignas inde condiscamus disciplinas ac vaticinia et de Christo et de rebus cunctis praesentibus ac futuris.

101. Ex his ergo concluditur Mohamedem convinci dicentem, aut Deum non existere, aut certe diversum esse Deum; aut si est, in statu suo non permanere, sed ut fit nascentibus et postea corruptionem patientibus, a suo vitae habitu discedere, tempore immutatum: cuius sententiae quanta sit impietas facile dignoscitur. Hac itaque regula utatur quisquis veritatem apprime amat: etiamsi Mohamedes aliud quidquam admittat sive veteris testamenti sive novi; audet enim ipse quoque, invitus licet, virgineum partum confiteri; ex ipsa eiusdem confessione hunc convincat. Vade enim indoctus est barbarus et ineruditus.

XXIX. Falli eos qui dicunt gentem Agarenorum Dei patris cultum retinere.

102. Quum dominus noster Iesus Christus veritas appelletur et sit, necesse est cre-

dentes ei, haud concedere, quod Deus Abrahami, et Deus Moysis, et Deus Aaronis, ab Agarenica gente colatur. Ait enim Dominus: qui non honorificat filium, ne patrem quidem honorificat: ceu cuncti videlicet sancti illi patriarchae et prophetae filium Dei commemoraverint coluerintque praecognitum. Abrahamus enim, inquit Christus, pater vester, exultavit ut videret diem meum; vidit, et gavisus est. Moyses de eo scripsit; et subsequentes prophetae, partim opere partim verbis eundem mystice revelarunt. Quomodo igitur impia haec gens, quae ad internecivam filii destructionem anhelat, patrem eius colat? Aut quomodo patietur ipse pater, suum vere filium et Verbum ac Deum ab horum blasphemo ore negari? Nullus certe pater, inimicorum unigeniti sui amicus est. Praeter quam quod si patrem rite colerent, is eisdem filium suum revelaret. Ait quippe Dominus: nemo novit filium nisi pater, et cui ipse revelaverit; quod veteribus sanctis contigisse videmus, qui suam filii notitiam fidemque in libris quoque et quasi cippis scriptam reliquerunt. Insuper, quomodo possint patrem cognoscere, filio eis non revelante? Nemo novit patrem nisi filius: adeo ut cuncti veteris testamenti inclyti iustique homines, Dei patris cultores, filii simul notitia imbuti fuerint, aliosque vicissim imbuerint.

103. Atque hoc dedit filius signum evidens quod illi et posteri eorum patrem colerent, si nempe filium honorificarent. Sic enim rem ita se habere videmus tum in lege tum etiam in gratia. Exploratum igitur est, nequaquam Abrahami et Moysis Deum, patrem domini nostri Iesu Christi, ab Agarenis coli, qui Unigenitum agnoscere renuunt; sed eos mendacii patrem potius necessaria sequela adorare, quoniam veritatis patrem non colunt. Nam qui ab altero discedit, in alterum offendit. Neque fallit filii sermo, nempe eum qui filium non honorificat, ne patrem quidem honorificare. Necessario igitur iis qui Christo credunt dicere non licet, verum Deum ab Agarenis coli. Aut si hoc dicent, cogentur dicere Abrahamum ac Moysem verum Deum non coluisse; et Dominum mentiri; quod fieri ab innata veritate nequit: neque item antiquas scripturas plurifariam significasse

τοῦτο πεπιστευκόσι, μὴ δεῖν κατατίθεσθαι ὡς
τὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ θεὸν Μωϋσέως καὶ
Ἀαρὼν ϖαρὰ τοῦ Ἀγαρηνοῦ λατρεύεσθαι ἔθ-
νους· φησὶ γὰρ ὁ κύριος *· ὁ μὴ τιμῶν τὸν * Ioh. V. 23.
υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα τιμᾷ· ὡς πάντων δη-
λονότι τῶν ἁγίων ἐκείνων πατριαρχῶν καὶ προ-
φητῶν, τὴν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μεμνημένων
καὶ σεβασθέντων ἐπίγνωσιν· Ἀβραὰμ γὰρ, φη-
σὶν, ὁ πατὴρ ἡμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν
ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη *· Μωϋ- * Ioh. VIII. 56.
σῆς ἔγραψε, καὶ οἱ καθεξῆς προφῆται ἤτοι ἔρ-
γῳ ἢ λόγῳ περὶ αὐτοῦ μυστικῶς ἐνεφήναντο *· * Matth. XXIV. 27.
ϖῶς οὖν τὸ ἀσεβὲς τοῦτο ἔθνος τὴν ϖαντελῆ
τοῦ υἱοῦ ἀναίρεσιν πρεσβεῦον, τὸν αὐτοῦ πα-
τέρα σεβάζοιτο; ἢ πῶς ἂν ὁ αὐτὸς ἀποδέξαι-
το ϖατὴρ τὸν αὐτοῦ ὄντως ὄντα υἱὸν καὶ λό-
γον καὶ θεὸν εἰς ἀνυϖαρξίαν ὑϖ᾽ αὐτῶν ὁρῶν
βλασφημούμενον; οὐδεὶς ϖατὴρ φίλος ἐστὶ τῶν
ἐχθρῶν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ· εἰ γὰρ τὸν ϖα-
τέρα ἔσεβον, αὐτὸς ἂν ὁ ϖατὴρ αὐτοῖς τὸν
υἱὸν ἀπεκάλυψε· φησὶ γὰρ ὁ κύριος *· οὐδεὶς γινώ- * Matth. XI. 27.
σκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ ᾧ ἂν αὐ-
τὸς ἀποκαλύψῃ· ὅπερ ἐπὶ τῶν πάλαι ἁγίων ὁρῶ- cod. f. 159.
μεν γεγενημένον· οἱ τὴν ἑαυτῶν ϖερὶ τοῦ υἱοῦ
γνῶσιν καὶ ϖίστιν, καὶ ἐν γράμμασιν ὡς ἐν
στήλαις κατέλιπον· ἄλλως τε ϖῶς ἂν δύναιντο τὸν
ϖατέρα ἐπιγινώσκειν, μὴ αὐτοὺς ἀποκαλύπτοντος
τοῦ υἱοῦ; οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ
υἱός· ὥστε πάντες οἱ τῆς παλαιᾶς ἔγκριτοι καὶ
δίκαιοι ἄνδρες, τὸν θεὸν καὶ πατέρα σέβοντες, τὴν
τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐμνήσθησαν καὶ ἐμύησαν γνῶσιν.

ργ΄. Καὶ τοῦτο σημεῖον ἐναργὲς ὁ υἱὸς δέδω-
κεν αὐτῶν τε καὶ τῶν μετ᾽ ἐκείνους τῷ πατρὶ
προσκυνούντων, τὸ τὸν υἱὸν τιμᾶν· καὶ γὰρ ὁρῶ-
μεν ἀληθῶς οὕτως ἔχον ἔν τε νόμῳ καὶ χάριτι·
φανερὸν ἄρα ὅτι οὐ τὸν τοῦ Ἀβραάμ καὶ Μωϋ-
σέως θεὸν τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦν
Χριστὸν προσκυνοῦσιν Ἀγαρηνοὶ, καὶ τὴν γνῶ-
σιν τοῦ μονογενοῦς ἐξαρνούμενοι· ἀλλὰ τὸν πα-
τέρα τοῦ ψεύδους, ὡς ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἀκολου-
θοῦντες, διὰ τὸ μὴ προσκυνεῖν τὸν τῆς ἀλη-
θείας πατέρα· ὁ γὰρ θατέρου ἀποστὰς, θατέρῳ
περιπίπτει· καὶ ἀψευδής ἐστιν ὁ τοῦ κυρίου λό-
γος, ὅτι ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα
τιμᾷ· ἀνάγκη οὖν τοῖς τῷ Χριστῷ πιστεύουσι, μὴ
ἐξεῖναι λέγειν ὅτι τὸν ἀληθινὸν θεὸν σέβονται
Ἀγαρηνοί· ἢ τοῦτο λέγοντες, τοὺς περὶ Ἀβραὰμ
καὶ Μωϋσέα ἀναγκασθήσονται λέγειν μὴ τὸν θεὸν
τὸν ἀληθινὸν προσκυνεῖν· καὶ τὸν κύριον ψεύδε- cod. f. 160.
σθαι, ὅπερ ἀδύνατον τὴν αὐτοαλήθειαν παθεῖν·

καὶ τὴν τῶν παλαιῶν γραφὴν μὴ συσσημαίνειν διαφόρως τῷ πατρὶ καὶ τὸ τοῦ υἱοῦ πρόσωπον ὁποῖόν
* Ps. CIX. 3. ἐστι τὸ * ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Καὶ
* Ps. XLIV. 7. τὸ *, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε θεὸς ὁ θεός σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τὰ ὅμοια· εἰ δὲ τὴν ἀλήθειαν μὴ ψεύδεσθαι, καὶ τοὺς περὶ Ἀβραὰμ θεοσεβεῖς ὁμολογοῦσιν, ἀσεβεῖς καὶ ἀθέους τοὺς Ἀγαρηνοὺς πάντως ἀποφανοῦνται ἀλλ' οὐχὶ θεοσεβεῖς ὁπωσοῦν.

quales sint patris filiique personae. Veluti: ex utero ante luciferum genui te. Item: sedes tua, Deus, in saeculum saeculi. Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus Deus tuus in aeternum; et similia. Quod si fideles, veritatem non esse mentitam, et Abrahamum pium fuisse fatentur, hi irreligiosos et atheos prorsus dicent esse Agarenos, non autem aedepol Dei cultores.

Λ. Ἀπάντησις πρὸς τοὺς δυσφημοῦντας Ἀγαρηνοὺς τὴν Χριστοῦ θεότητα, καὶ λέγοντας ἀφρόνως οὐκ ἔστι θεός· καὶ διὰ τοῦτο οἰομένους τὴν Χριστιανῶν αὐτοῖς ἐκδεδόσθαι εἰς προνομὴν χώραν.

XXX. Adversus Agarenos Christi divinitatem blasphemantes, dicentesque insipienter eum non esse Deum; ac propterea putantes datam ipsis in praedam regionem Christianorum.

ρδ'. Εἰ καὶ ἐπιτιμᾶσθαι αὐτοὺς εἰκὸς ἦν ἐκ προοιμίων, τοῦτο μὲν παρετέον, διὰ τὸ εἶναι τὸν τούτους ἀξίως ἐπιτιμήσοντα· κοινὰς δὲ προλαβόντες ἐννοίας τῆς λύσεως τῆς τοιαύτης ἀπορίας, ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ὁμολογουμένων αὐτοὺς ἀπελέγξομεν, ὡς ἐν πᾶσι κἀν τούτῳ κακῶς φρο-
cod. f. 161. νοῦντας· τὸ θεῖον δεῖν εἶναι παρ' ἡμῶν μαθόντες ὁμολογοῦσιν ἀγαθὸν, φιλάνθρωπον, καὶ σοφὸν, καὶ δίκαιον καὶ δυνατόν· εἰ καὶ ἄλλο εἰς τὸ ἐκείνου σέβουσιν ὄνομα· ὡς γοῦν ἀγαθὸς, θέλει εὐεργετεῖσθαι ἡμῶν καὶ τὰς ψυχὰς εἰ οἷόν τε καὶ τὰ σώματα, ἐρεθίζων ἐκ τῶν αἰσθητῶν εἰς τὰ νοητὰ τὴν ψυχήν· ὡς σοφὸς δὲ καὶ δίκαιος καὶ δυνατὸς, τὴν ψυχὴν ἀεὶ προκρίνει τοῦ σώματος· τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μέν εἰσι θεοσεβεῖς, οἱ δὲ ἀσεβεῖς· καὶ τῶν θεοσεβῶν, οἱ μὲν εὔχρηστοι οἱ δὲ ἄχρηστοι· πάλιν τῶν ἀχρήστων, οἱ μὲν ἰάσιμοι, οἱ δὲ ἀνίατοι· τῶν δὲ ἰασίμων, οἱ μὲν δι' εὐπάθειαν, οἱ δὲ διὰ δυσπάθειαν ἰῶνται· ἀλλ' οἱ μὲν δι' αὐτῶν ἰῶνται, οἱ δὲ δι' ἑτέρων νουθετοῦνται· καὶ τῶν ἀχρήστων δὲ, οἱ μὲν ἀνέσεως οὓς τοῦτο σώζει, οἱ δὲ πόνων ἀξιοῦνται· ἀλλὰ τούτων οἱ μὲν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀνιῶνται, οἱ δὲ καὶ ὑπὲρ ἄλλων καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν, ἢ ὡς δοκιμωτέρων ἐσομένων, ἢ ὡς ἐλλείψεις ἔτι ἐχόντων· τῶν δὲ ἀσεβῶν οἱ μὲν εὐπαθοῦσι τυχὸν τοῖς οὐ μοχθηροῖς τὴν γνώμην, ὑποτεμνομένης τῆς ἐκεῖσε τιμωρίας, διὰ τῆς ἔνθεν ἀνίας, ἢ διὰ τῆς κακίας παμμοχθηρον, καὶ κατ' ἄμφω ἐκδίδονται· εὐπαθοῦσι δὲ ἀσεβεῖς κατὰ πάσης αὐτοῖς περιαιρουμένης προφάσεως· θλίψις τοίνυν καὶ θυμηδία ἐναντία ὄντα, περὶ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἀνθρώπειον γένος συμβαίνοντα

104. Etiamsi statim ab initio increpare hos oporteret, id nihilominus omittemus, quia non deest qui eos pro merito increpabit. Sed communes adhibentes notiones, ob huius controversiae solutionem, ex confessis apud illos coarguemus eos, ut in aliis omnibus, in hoc quoque prave opinari. Deum, nobis docentibus, bonum esse confitentur, benivolum erga homines, sapientem, iustum atque potentem; etiamsi alium sub eius nomine colunt. Quatenus ergo bonus est, vult animabus nostris bene facere, prout fieri potest, et corporibus, animam ab his sensibilibus ad intellectualia excitans. Quatenus vero sapiens ac iustus et potens, animam semper praefert corpori. Namque hominum alii sunt religiosi, alii secus. Et religiosorum alii sunt boni, alii nequam. Horum autem alii sanabiles sunt, alii secus. Sanabiles vero sunt alii felicitate, alii calamitate. Rursus partim sese ipsimet sanant, partim ab aliis emendantur. Bonorum autem alii quiete salvantur, alii laboribus gratiam nanciscuntur. Sed ex his alii propter se dolent, alii propter alios. Alii et propter alios, et propter se dolent, vel futuri meliores, vel adhuc in defectu iacentes. Impiorum autem alii prospere agunt, alii calamitose: fortasse iis qui mala mente non sunt, subtracta futura poena, propter praesentem dolorem: vel propter consummatam malitiam utrimque puniuntur. Prospere vero degunt impii, omni ipsis dilatione sublata. Dolor itaque et gaudium quum inter se

adversentur, et tamen eidem humano generi accidant, multis errorem crearunt, quasi homines Deo cari, suis bene animis habeant; Deo autem invisi doleant. Sed non ita cogitandum est; immo sciendum, duplex esse gaudii genus, aliud sensibile et temporale, aliud intellectuale atque aeternum. Eademque doloris ratio est. Itaque gaudent etiam iusti, ut Abrahamus: gaudent quoque iniusti ut Pharao. Vicissim dolent iusti, ut Iacobus fugiens Esavum, et Labano famulans. Item dolent etiam iniusti, ut Amalec et Aegyptii. En ergo in uno eodemque iusti hominis more dolor et gaudium: et in uno eodemque iniusti hominis statu dolor et moestitia. Dicet fortasse aliquis: cur haec, et unde inaequalitas in aequalibus? Neque enim in igne frigus simul et calor conspicitur. Concedo equidem, non enim iustum aequale simul est et inaequale: sed in iustitiae capacibus, dolor et gaudium comperitur.

105. Quoniam itaque dictum est dolorem vel temporalem esse ac tolerabilem, vel aeternum et intolerabilem; itemque gaudium vel temporale esse ac breviter delectans, vel aeternum et diu beans; animarum nostrarum amator Dominus, cuius beneficia arcana sunt et perpetua, alternatim pro sua sapientia singula praebens, pro temporali quidem gaudio, aeternum dolorem; pro temporali autem dolore aeternum gaudium, deceptum voluptate Adamum non dubitavit a gaudio in gaudium deducere; et a dolore in dolorem propellere Cainum. Hoc est, quod barbaris perplexitatem creat, proptereaque ad insipienter loquendum impellit. Age vero quod Christiani sint religiosi, nequaquam a barbaris discendum est: mendaces enim filii hominum: et omnis homo mendax: sed ab innata veritate qui est Christus, et a Spiritu veritatis qui a patre procedit, quique sub lege prophetas alloquebatur; et ab ipsa denique perficiente nos gratia. Quod vero Agareni sint impii, iam demonstratum, fuit et demonstratur, ac demonstrabitur. Verumtamen quod et nos partim frugi simus, partim secus, nos ipsi et cernimus et confitemur. Quum ergo a Dei sapientia et bonitate res nostrae administrentur, haud certe nostri causa desinit esse bonus et sapiens ac iustus, ut iam diximus; hoc enim universa tradit divina scriptura. Quomodo ergo isti ignari ac barbari, uno discer-

τοὺς πολλοὺς ἐξηπάτησεν· ὡς οἱ μὲν θεάρεστοι cod. f. 162.
εὐθυμοῦσι πάντως, οἱ δὲ θεοστυγεῖς ἀνιῶνται· ἀλλ' οὐχ οὕτω διανοεῖσθαι χρή· μᾶλλον δὲ εἰδέναι δέον, ὅτι ἡ εὐθυμία διττή· ἡ μέν τις αἰσθητὴ καὶ πρόσκαιρος, ἡ δὲ νοητὴ καὶ αἰώνιος· καὶ ἡ θλίψις ὡσαύτως· τοιγαροῦν εὐθυμοῦσι μὲν καὶ δίκαιοι, ὡς ὁ Ἀβραάμ· εὐθυμοῦσι δὲ καὶ ἄδικοι, ὡς οἱ * κατὰ τὸν Φαραώ· πάλιν ἀνιῶνται * cod. ὅσοι.
δίκαιοι, ὡς ὁ Ἰακὼβ φεύγων τὸν Ἡσαῦ καὶ θητεύων παρὰ τῷ Λάβαν· πάλιν ἀνιῶνται καὶ ἄδικοι ὡς ὁ Ἀμαλὴκ καὶ Αἰγύπτιοι· ἰδοὺ τοίνυν περὶ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἦθος τοῦ δικαίου, θλίψις καὶ ἀθυμία· καὶ περὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἕξιν τοῦ ἀδίκου, θλίψις τε καὶ ἀθυμία· ἐρεῖ τις ἴσως· τίς ἡ ἀνισότης ἐπὶ ἴσοις, καὶ πόθεν; οὐδὲ γὰρ περὶ τὸ πῦρ κρυμὸς καὶ καῦσος καθορᾶται· φημὶ κἀγώ· οὐδὲ γὰρ τὸ δίκαιον ἴσον καὶ ἄνισον· ἀλλὰ περὶ τὰ δεκτικὰ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, θλίψις καὶ θυμηδία.

ρε΄. Ἐπειδὴ δὲ εἴρηται ὅτι ἡ θλίψις, ἤτοι πρόσκαιρος καὶ εὐφορωτάτη, ἤτοι αἰώνιος καὶ καὶ ἀφορωτάτη· καὶ ἡ εὐφροσύνη, ἤτοι πρόσκαιρος καὶ βραχυτερπής, ἤτοι αἰώνιος καὶ μεγαλοτερπής· ὁ φιλόψυχος κύριος, καὶ οὗ αἱ δωρεαὶ ἀπόρρητοι καὶ ἀΐδιοι, ἐναλλὰξ ἐν σοφίᾳ τιθεὶς ἕκαστα τούτων, παρὰ μὲν τὴν πρόσκαιρον χαρὰν, τὴν αἰώνιον θλίψιν· παρὰ δὲ τὴν πρόσκαιρον θλίψιν, τὴν αἰώνιον εὐφροσύνην· διὰ τὴν ἀπατήσασαν τὸν Ἀδὰμ ἡδονὴν οὐκ ἠπόρησε, καὶ δι' εὐφροσύνης cod. f. 163.
εἰς εὐφροσύνην ποδηγῆσαι· καὶ ἀπὸ θλίψεως εἰς θλίψιν παραπέμψαι εἰς τὸν Κάϊν· καὶ τοῦτο τὸ ποιοῦν τοῖς βαρβάροις τὴν ἀπορίαν· καὶ διὰ τοῦτο ἀλόγως ἀποφαίνεσθαι παρασκευάζον· ὅτι μὲν οὖν θεοσεβεῖς οἱ Χριστιανοὶ, οὐ τοὺς βαρβάρους ἐρωτητέον· ψευδεῖς γὰρ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· ἀλλὰ καὶ πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· τὴν δὲ αὐτοαλήθειαν ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τὸ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις λαλῆσαν, καὶ τὴν χάριν τελειῶσαν· ὅτι δὲ ἐκεῖνοι ἀσεβεῖς, ἤδη δέδεικται, καὶ δείκνυται, καὶ δειχθήσεται· ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμῶν αὐτῶν, οἱ μὲν εὔχρηστοι, οἱ δὲ ἄχρηστοι, ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ ὁρῶμεν τοῦτο καὶ ὁμολογοῦμεν· ὑπὸ γοῦν τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας καὶ ἀγαθότητος τῶν καθ' ἡμᾶς διοικουμένων, οὐ γὰρ δήπου δι' ἡμᾶς ἀφῄρηται τὸ εἶναι ἀγαθὸς καὶ σοφὸς καὶ δίκαιος καὶ δυνατὸς τῷ λόγῳ, ὡς εἰρήκαμεν· τοῦτο γὰρ πᾶσα ἡ θεία διδάσκει γραφή· πῶς οὖν οἱ ἄγνωστοι καὶ βάρβαροι, ἓν τῆς διαιρέσεως μόλις καταλαβόντες κρῖμα,

καὶ τοῦτο παναθλίως, εἰς τοῦτο τὴν θείαν ἀμαθῶς περιορίσαι δυνήσονται σοφίαν, ὡς οὐδὲν πλέον Ἀγαρηνῶν τοῦ Θεοῦ ἐγνωκότος; εἰ οὖν θεοσεβεῖς οἱ Χριστιανοὶ, τούτων δὲ οἱ μὲν εὔχρηστοι οἱ δὲ cod. f. 164. ἄχρηστοι, Θεοῦ δὲ ἀμφοτέρων προμηθεῖσθαι τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἄρα ὡς ἀθέους ἡμᾶς καταληΐζονται, ἀλλ' ὡς ὑπὸ Θεοῦ παιδευομένους ἀφηνιάζοντας, καὶ στηριζομένους ἐκλυομένους, καὶ συστελλομένους ὑπεφρονοῦντας, καὶ ἐλεγχομένους τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει ποικίλως τε καὶ πολυτρόπως· οὐ δ' αὖ πάλιν θεοσεβεῖς ἐκεῖνοι εὐπαθοῦντες πρόσκαιρα· ὅτι μηδὲ οἱ Αἰγύπτιοι θεοσεβεῖς ὄντες τοὺς χρηστοὺς ἐδουλοῦντο κυρίου· οὐ γὰρ διότι ἀληθῶς τις ἐρεῖ, τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον μετάβασιν κίνησιν εἶναι, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλη κίνησις, πιστευθήσεται λέγων γὰρ τὰς πλείους, τῆς μιᾶς παραλέλοιπεν· οὐδ' ὅτι δὴ οὖν καὶ δίκαιοι ἀσεβῶν κατεκράτησαν, ὡς Ἰσραὴλ τὴν γῆν Χαναὰν, καὶ ἡμῶν οὗτοι ὡς ἐκεῖνοι κρατεῖν λέγοντες πιστευθήσονται· εὕρηνται γὰρ καὶ ἀσεβεῖς εὐσεβῶν χαλε- * Ps. LXXVIII. 1. πώτερον κατακεκρατηκότες· καὶ μάρτυς ὁ ψάλλων*· ὁ θεὸς, ἤλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιον σου· οὐκ ἄρα ὡς κακῶς τὴν περὶ τὸ θεῖον δόξαν ἔχοντας τοὺς Χριστιανοὺς τὴν τούτων χώραν ποτὲ οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ καταληΐζονται, καὶ εἰς προνομὴν τούτοις ἐκδέδοται, ἀλλὰ μᾶλλον τἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ὁ τῆς cod. f. 165. ἀληθείας λόγος παρέστησεν, δι' ἁμαρτίας παιδευομένους.

ρς'. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς οἱ ἀσθενεῖς τῷ φιλαλήθει καὶ διελεγκτικῷ τοῦ ψεύδους λόγῳ ἑπόμενοι, οἱονεὶ ῥαπίσματά τινα, κατὰ τοῦ ἀναιδεστάτου προσώπου τοῦ ψευδηγόρου λόγου Μωάμετ καθήκαμεν· οἷς δὲ πλείων ἰσχύς τε καὶ παῤῥησία πρὸς τὴν ὄντως ἀλήθειαν πρόσεστι, τούτοις πάντως ὁ ἀπαραλόγιστος προστάξει λόγος μάστιξι καὶ βασάνοις προσφόροις, τῶν αὐτῷ δυσφημηθέντων καθυποβαλεῖν ἀξίως· καὶ τὸ τελευταῖον πέδαις ἀλύτοις καὶ φρουραῖς ἀπροΐτοις συγκατακλεῖσαι, καὶ ἀφθόγγῳ σιγῇ καταδικάσαι· ὡς ἂν * Ps. LXII. 12. πληρωθῇ τὸ εἰρημένον*, ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα.

Τέλος τοῦ κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Μωάμετ ἐλεγκτικοῦ.

nendi iudicio, et quidem infeliciter praediti, adeo divinam inscite circumscribere sapientiam poterunt, ut nihilo plus quam Agareni Deus sciat? Si ergo religiosi Christiani sunt; horum autem alii frugi, alii secus; Dei vero officium est utrorumque saluti consulere; haud equidem tamquam atheos nos depraedantur, sed ut a Deo propter contumaciam correptos, et propter fiduciam infirmatos, et ob superbiam cohibitos, et ab incomprehensibili eius sapientia varie ac multifariam castigatos. Neque idcirco pii sunt qui prospere agunt; nam nec Aegypti pii erant, qui tamen bonos Domini famulos iugo servitutis premebant. Neque enim quia aliquis veraciter dicet, migrationem de loco in loco, motum esse, idcirco credetur ei dicenti nullum aliud motûs genus esse: nam dicto uno, reliqua omnia genera omisit. Nec quia iusti aliquando impiis potiti sunt, veluti Israhel terra Chanaan, idcirco hi Agareni eodem modo nobis se esse potitos persuadebunt. Extiterunt enim impii etiam, qui piis atrocius potiti fuere. Testis psalmista: o Deus venerunt gentes in hereditatem suum, polluerunt templum sanctum tuum. Non itaque, ceu si pravam de Deo sententiam gererent Christiani, horum ditionem Agareni devastant, eaque ipsorum direptioni tradita est; sed ut verus sermo adfirmat, propter peccata sua corripiuntur.

106. Hos igitur, infirmi nos sermone ingenuo et falsitatem coarguente utentes, hos inquam, ceu colaphos quosdam, impudentissimae faciei falsidici Mohamedis inflximus. Qui autem maiores vires fiduciamque habuerit, ad veritatis soliditatem monstrandam, his sine dubio invicta facundiae ratio suadebit verberibus idoneisque cruciatibus, Mohamedis blasphemias digne subiicere; postremo denique vinculis insolubilibus et inaccesso carcere cohibere, mutoque silentio addicere. Tunc enim illud dictum complebitur: obstruetur os loquentium iniqua.

Explicit impii Mohamedis confutatio.

EIUSDEM NICETAE BYZANTINI

Expositio demonstrativa christiani dogmatis, ex communibus notionibus, et dialectica methodo, ac naturalibus argumentis, et syllogistico artificio, deducta. Item refutatio Agarenorum epistolae ad Michaëlem imperatorem, Theophili filium, missae ob accusandam Christianorum fidem.

1. Difficilis inventionis negotium veritas, et quod lyncaeos quoque oculos latere potest; nisi forte corporalium tenebrarum densitatem anima dissipans, et connivere aut quiescere sensibus persuadens, vestigium aliquod ipsius veritatis persequi valuerit. Certe quamdiu rerum materialium fumo intellectualis oculus adhuc occupatur, is illarum quasi acrimoniam aliquam experiens passionem, ne ante pedes quidem iacentem veritatem fortasse agnoscet, nedum procul valde remotam: et quanto acriorem materiae experietur amorem, tanto crassiorem veritatis ignorantiam patietur. Quum ergo duplex sit veritatis scientia, altera circa creaturam spectata, altera circa creatorem, quantum infra creatorem sunt creaturae, tantum praeeminet creatoris cognitio. Quare qui ratiocinio tantummodo cognitionem rerum tribuerunt, longe ab illa recessisse comperti sunt. At ii qui omni vitae delectationi nuncio remisso, unice vestigandae scientiae vacant, manum illis adiutricem porrigente Deo, et ipsi certe eam comprehendunt, et alios qui ipsorum vestigia sectantur, ad eandem recto cursu deducunt. Priore itaque modo circa eos qui divina enarrare volunt invento, sine dubio secundus quoque subsequetur; vicissimque hic non subsequetur, nisi ille compertus fuerit. Si igitur illos, qui eum terminum adtigerunt, hi qui ignorantia aut ignavia tenentur sectati fuerint, haud minore quam illi excellentia fruentur. Sed si ne hunc quidem secundum cursum, primo exclusi, tenere patientur, haud iam prorsus improbitatis criminationem vitare poterunt. Nam si neque vitae per omnem virtutem exercendae curam gerunt, qua opus foret ut ad certam Dei scientiam pervenirent; neque iis, qui illam obtinuerunt, obtemperant; solis autem suis ratiocinationibus nituntur, qui fieri

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

Ἔκθεσις κατασκευαστικὴ μετὰ ἀποδείξεως τοῦ χριστιανικοῦ δόγματος ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίῤῥησις τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως.

α΄. Δυσθήρατόν τι χρῆμα ἀλήθεια, καὶ τούς cod. f. 166.
γε λίαν ὀξυωποῦντας λαθεῖν δυνάμενον, εἰ μή που
ἄρα τέλεον τοῦ σωματικοῦ τοῦδε γνόφου τὸ πάχος
διασχοῦσα ψυχὴ, μῦσαι ἢ ἀργῆσαι τὰς αἰσθήσεις
καταπείσασα, ἴχνους τινος αὐτῆς ἐφικέσθαι
δυνήσηται· ἕως μέν τοι τοῦ καπνοῦ τῶν περὶ τὴν
ὕλην ὁ νοητὸς ἔτι ἀντιλαμβάνηται ὀφθαλμὸς, ὡς
δριμύξιν τὴν τούτων ὑπομένων προσπάθειαν, τάχα
καὶ πρὸ τῶν ποδῶν κειμένην οὐκ ἐπιγνώσεται,
μή τι γε πόῤῥω που λίαν ἀπῳκισμένην· καὶ ὅσον
ἂν μᾶλλον δριμυτέρας τῆς τούτων αἴσθηται ἀντιλήψεως,
μᾶλλον τὴν ταύτης ὑποστήσεται ἄγνοιαν·
διττῆς τοιγαροῦν τυγχανούσης αὐτῆς, καὶ
τῆς μὲν περὶ τὴν κτίσιν θεωρουμένης, τῆς δὲ
περὶ τὸν κτίσαντα, ὅσον ὑποβέβηκε τοῦ πεποιηκότος cod. f. 167.
τὰ κτίσματα, τοσοῦτον ὑπερελήλαται ἡ
ἀκραιφνὴς τοῦ πεποιηκότος ἐπίγνωσις· ὅθεν ὅσοι
λογισμοῖς μόνοις τὴν πάντων γνῶσιν ἀπέδοσαν,
πόῤῥω που ταύτης ἐληλακότες εὑρέθησαν· ὅσοι δὲ
πάσῃ τῇ κατὰ βίον ῥαστώνῃ χαίρειν εἰπόντες,
πρὸς μόνην τὴν ταύτης ἔρευναν ἀπησχόληνται,
τῆς θείας αὐτοῖς ἐπαμυνούσης χειρὸς, αὐτοί τε
ἀσφαλῶς κατειλήφασι· καὶ τοὺς ἐκείνων κατακολουθοῦντας
τοῖς ἴχνεσι, πρὸς αὐτὴν εὐθυδρόμως
ἐχειραγώγησαν. Τοῦ τοίνυν πρώτου τρόπου περὶ
τοὺς τὰ θεῖα διαγορεύειν βουλομένους εὑρισκομένου,
ἀναμφιβόλως καὶ ὁ δεύτερος ἕψεται· οὐχ
ἕψεται δὲ, μὴ φαινομένου ἐκείνου· μέχρι μὲν οὖν
τοῖς ὧδέ πῃ καταφθάσασιν οἱ ἀγνοίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ
κεκρατημένοι παρέπονται, οὐδὲν ἧττον τῆς
αὐτῆς ἐκείνοις θειότητος ἀπολαύσονται· ὁπηνίκα
δὲ μηδὲ τὸν δεύτερον πλοῦν, ἀναβληθέντος τοῦ
πρώτου, μεταδιώκειν ἀνέχονται, οὐκέτι που πάντως
τὸ τῆς κακουργίας ἔγκλημα διαδρᾶναι δυνήσονται·
εἰ γὰρ βίου μὲν ἐξησκημένου φροντίδα οὐ
τίθενται, ὡς ἂν εἰς τὸ τῆς ἀπλανοῦς θεογνωσίας
καταφθάσωσι μέτρον, τοῖς τε κατειληφόσιν
οὐ καταπείθονται, μόνοις δὲ τοῖς οἰκείοις ἐπερείδονται cod. f. 168.
λογισμοῖς, πόθεν τοῦ δι' ἄλλης ὁδοῦ

λαμβανομένου ἑτέραν ἐπιτρέχοντες καταλήψονται; πλὴν ἀβίαστον ἀληθῶς ἐν πᾶσι τὸ αὐτεξούσιον. Τοιγαροῦν ἐπειδὴ φροντὶς μᾶλλον τῇ λογιότητί σου, πολυπειρότατε φίλε, τοῖς ἐκ φύσεως λογισμοῖς τῶν αἱρετῶν τὰς ἀποδείξεις καθυποβάλλειν, τοῦτο γὰρ τὸ σὸν σαφῶς παρίστησιν ἐν προοιμίοις γράμμα, εἰ καὶ μὴ τοῦτο προηγουμένως ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως ἐπιτρέπει λόγος διὰ τὸ πάσης ἐννοίας οὐ μόνον ἀνθρωπίνης ἀλλὰ καὶ ἀγγελικῆς ὑπερβαίνειν τὸ θεῖον, σῆς ἕνεκα χάριτος, πρῶτον μὲν ἐκ τοιούτων λόγων κατασκευαστικῶς, ὅσον κατὰ τὸ δυνατὸν τὴν περὶ τὸ θεῖον ἡμῶν δόξαν ἐκθέμενοι, τὸ τηνικαῦτα τῶν σῶν προβλημάτων τὴν ἡμετέραν διαβαλλόντων θρησκείαν ἐπισκεψόμεθα τὴν ἰσχύν· ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν.

potest, ut quod alia via incedit, ipsi diversam decurrentes comprehendant? Verumtamen vere vim non patitur liberum arbitrium. Igitur quia tu magis optas, eruditissime amice, ex naturalibus ratiocinationibus, propositarum quaestionum demonstrationes; id enim manifeste requirit in ipso exordio scriptum tuum; quamquam hoc haud principali loco fidei nostrae ratio esse sinit, quia omnem mentem, non humanam tantummodo verum etiam angelicam Deus excedit; tui tamen gratia, ante omnia ex hoc sermonis genere, demonstrative quantum fieri potest nostram de Deo sententiam exponemus: moxque argumentorum tuorum religionem nostram oppugnantium vim perpendemus. Hinc autem initium dicendi faciam.

Nicetas abhinc repetit longam suam religionis christianae demonstrationem, quam in praecedente opere scripserat, in editione nostra p. 326. usque ad p. 344; nempe: ὁ πάνσοφος καὶ φιλάγαθος κ. τ. λ. δόγμα κατεσκεύασεν: sapientissimus et bonitatis amator etc. dogma comprobavit. *Omittuntur tamen in hac repetitione loci duo breves, nempe de Mohamede p. 336, et alter de Agarenis p. 340, idque euphemiae causa, ut puto, ne amicus mohamedanus, ad quem Nicetas scribit, offenderetur. Nos itaque universam illam christianae apologiae partem repetendam non iudicavimus, quia iam in volumine nostro prostabat.*

cod. f. 200. β'. Καιρὸς ἤδη λοιπὸν καὶ τὰς ἐν τῷ σῷ συγγράμματι διαβολὰς κατὰ τῆς ἡμετέρας πίςεως εἰ εὐθυβόλως ἔχουσιν ἐπισκέψασθαι· ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν. Ἔχει τὸ σὸν γράμμα οὕτως. « Καὶ ἔδωκεν ὁ θεὸς αὐτοῖς, δηλονότι τοῖς δημιουργηθεῖσιν ἀνθρώποις, νοῦν τοῦ γινώσκειν ὅτι ἡ δημιουργία κεχωρισμένη ἐςὶ, καὶ πόῤῥω ἀφέστηκε τῆς πρὸς τὸν δημιουργὸν ὁμοιότητος· καὶ ὅτι πᾶν ποίημα ἐνδεές ἐςι τοῦ ποιήσαντος· » Τοῦτο σύμφημι κἀγώ, ὅτι πᾶν παραγόμενον, ἀλλότριόν ἐστι τῆς οὐσιώδους τοῦ παράγοντος ὁμοιότητος· διὸ καὶ ὡς ὡμολογημένον καὶ παρ' ἡμῶν εἰλήφθω· εἶτα τὸ ἑξῆς τούτου συναπτόμενον τὸ λέγον· « ὅτι ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐςι τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Ἐπί τι μὲν τὸ ἀληθὲς ἔχει ἁπλῶς τιθέμενον· ἐπί τι δὲ τὸ ψεῦδος· καὶ ὅτι ἐπὶ Θεοῦ ἀλλότριόν ἐςι καὶ χώραν οὐκ ἔχει, οὔτε ἀποδέξομαι, οὔτε ὁμολογήσω· ἐλέγξω δὲ, καὶ ἐν οἷς χώραν ἔχει παραστήσω· τοῦτο οὖν σὺ λαβὼν ὡς ὡμολογημένον, δοκεῖς μὲν ἡμᾶς παρακρούειν, ἤτοι εἰς τὸν τῆς ὁμοουσιότητος λόγον, ἢ εἰς τὴν τοῦ γεννήτορος καὶ γεννήματος σχέσιν· καὶ πῶς, ἐρῶ. Ἡμῶν γὰρ ὁμολογούντων ὁμοουσιότητα καὶ ταυτότητα τοῦ τε πατρὸς καὶ υἱοῦ,
cod. f. 201. καὶ τὸν μὲν ὡς γεγεννηκότα πατέρα καλεῖσθαι,

2. Tempus est ut deinceps consideremus an accusationes quae in tuo scripto adversus fidem nostram fiunt, recte se habeant. Hinc ergo exordiar. In scripto tuo sic legitur. « Dedit iis Deus, id est creatis hominibus, mentem ob cognoscendum, creaturam diversam esse procul que distare a similitudine cum creatore; et rem factam, longe esse inferiorem factore. » Hoc et ego concedo, quod nempe productum diversum sit a substantiali producentis similitudine. Quare hoc tamquam a nobis quoque confessum habeatur. Deinde sequitur connexa sententia sic. « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Hoc de aliqua re simpliciter dictum, vere se habet: de alia tamen dictum, falsum est: et quia hoc Deo extraneum est, nec in eo locum habet, id ego neque admittam neque confitebor. Quin adeo refutabo; et quandonam id eveniat, exponam. Tu vero id quasi concessum sumens, videris nos supplantare, sive quod spectat ad consubstantialitatis rationem, sive quod ad gignentis et geniti relationem. Cuius rei modum iam dicam. Nobis enim confitentibus patrem ac filium unam simul habere eandemque substantiam;

et illum quidem ut gignentem, patrem vocari; hunc autem utpote genitum, filium; tu ab humanis rebus axioma sumpsisti, quod ait, omnem genitorem priorem esse proprio genimine; idque ad divinam naturam male transtulisti; quod in natura potius genita createque usuvenit, in Deo autem non valet. Nam et alioqui multa quidem, immo ut vere dicam, innumera apud nos usuveniunt, quae a Deo prorsus sunt aliena. Tu vero, hoc tamquam verum de Deo sumens, sic fere concludis: si omnis genitor prior est proprio genimine, iam non erit qui a nobis creditur filius patri coaeternus et consubstantialis. Sin vice versa coaeternus est filius patri; verax autem effatum est: omnis genitor prior est proprio genimine; necessario mutua relatio ex utroque seiungitur.

3. Nec mirum est, o optime, si uno absurdo concesso, sexcenta huiusmodi consequantur. Nam si quis hominem existimare velit lapidem, multis hunc absurdis, immo infinitis, copulabit. Pari fere modo tu quoque dictiunculam hanc de Deo pronuncians, quae ait: omnis genitor prior est proprio genimine, paralogismum insidiose struxisti. Hoc igitur confutato, quippe quia de Deo pronunciari nequit, utroque ex latere absurditatem vitabimus. Nam praesens causa, a contraria est absens. Si ergo dictum « omnis genitor » a creata natura prave sumptum, in absurditatem trahit dicentis sermonem; cum id in Deo non usuveniat, sine dubio absurditatem vitabimus; et sempiternum atque consubstantiale, et paternitatis filietatisque relationem inviolatam servabimus « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Papae rem miram! quae in me quidem teque ipso valet, qui facultate homines sumus, aut aliud quidvis; efficimur autem vi, puta genitores aut sapientes. At ubi huiusmodi vis non usuvenit, iam patet, prioratum genitoris relative ad genitum non subsistere. Si ergo vis a Deo aliena est; nam vis passione non caret; vis aliquo exteriore indiget; vis est de genere imperfectorum; Deus autem supra haec omnia est; satis patet ne prioratum quidem ei usuvenire, quia prioratus sine aliqua vi non fit » Omnis genitor prior est proprio genimine. » Hoc creatae naturae, hoc geniturae per fluxum, proprium est. Nam quorum existentia diversa est, horum aeque diversa generatio.

τὸν δὲ ὡς γεγεννημένον υἱὸν, λαβὼν σὺ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀξίωμα τὸ λέγον ὅτι ἕκαςος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος· καὶ τοῦτο ἐπὶ τῆς θείας φύσεως κακῶς ἐπισυνάψας, ὅπερ μᾶλλον ἐπὶ γεννητῆς καὶ κτιστῆς φύσεως χώραν ἔχει, ἐπὶ δὲ θεοῦ οὐκ ἔῤῥωται· καὶ γὰρ πολλὰ μὲν, καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἄπειρα ἐφ' ἡμῶν χώραν ἔχει, ἐπὶ δὲ θεοῦ παντελῶς ἀλλότριά ἐστι· τοῦτο οὖν ὡς ἀληθὲς ἐπὶ θεοῦ λαβὼν, ὧδέ πως συνάγεις· εἰ ἕκαςος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, οὐκ ἔσται ὁ παρ' ἡμῶν πιστευόμενος υἱὸς τῷ πατρὶ συναΐδιός τε καὶ ὁμοούσιος· εἰ δ' αὖ πάλιν συναΐδιος ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, ἀληθὲς δὲ τὸ λέγον, ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐςι τοῦ οἰκείου γεννήματος, καταναγκάζεται ἡ σχέσις ἐξ ἀλλήλων διακεχωρίσθαι.

γ'. Οὐδὲν ξένον, ὦ βέλτιστε, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, μυρία ἕψεσθαι· καὶ γὰρ εἴτις τὸν ἄνθρωπον λίθον ἀξιώσειε, πολλαῖς ἀτόποις, μᾶλλον δὲ ἀπείροις αὐτὸν ἐπισυνάψει· τοιοῦτόν τι κᾀυτὸς λημμάτιον λαβὼν ἐπὶ θεοῦ τὸ λέγον, ὅτι ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, τὸν παραλογισμὸν συνεσκεώρησας. Τούτου οὖν ἐληλεγμένου καὶ χώραν μὴ ἔχοντος τὸ παράπαν ἐπὶ θεοῦ λέγεσθαι, τὴν εἰς ἑκάτερα ἀτοπίαν ἐκφευξόμεθα· καὶ γὰρ ὁ παρὸν αἴτιον, ἀπὸν τοῦ ἐναντίου· εἰ οὖν τὸ ἕκαστος γεννήτωρ cod. f. 202. ἀπὸ τῆς κτιστῆς φύσεως κακῶς λαμβανόμενον, εἰς ἄτοπον τὸν λόγον ἀπάγει, τούτου χώραν ἐπὶ θεοῦ μὴ ἔχοντος, δῆλον ὅτι καὶ ἄτοπα ἐκφευξόμεθα, τό τε συναΐδιον καὶ ὁμοούσιον, καὶ τὴν τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος σχέσιν, ἄτρωτον διαφυλάξομεν. « Ἕκαςος γεννήτωρ πρότερός ἐςι » τοῦ οἰκείου γεννήματος. » Βαβαὶ τοῦ θαύματος· περὶ ἐμὲ καὶ σὲ τοῦτο, οἱ τί μὲν ἐνεργείᾳ ἐσμὲν ἄνθρωπος εἰ τύχοι, ἢ ἄλλο τι· τὸ δὲ γινόμεθα δυνάμει ὄντες, οἷον γεννήτορες ἢ ἐπιστήμονες, ἢ ἄλλο τι· ἐν οἷς δὲ τὸ δυνάμει χώραν οὐχ ἕξει, δῆλον ὅτι τὸ προτερεύειν τὸν γεννήτορα τοῦ γεννήματος οὐκ ἔῤῥωται· εἰ τοίνυν ἐπὶ θεοῦ τὸ δυνάμει ἀλλότριον, καὶ γὰρ τὸ δυνάμει μετὰ πάθους; τὸ δυνάμει τῶν ἔξωθεν προσδεῖται, τὸ δυνάμει τῶν ἀτελῶν· ὁ δὲ θεὸς ἀνῴκισται τούτων πάντων, δῆλον ὅτι καὶ προτερεύειν οὐχ ἕξει χώραν διὰ τὸ ἄνευ τοῦ δυνάμει τοῦτο μὴ εἶναι. » Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου » γεννήματος. » Τοῦτο τῆς κτιστῆς φύσεως, τοῦτο τῆς ῥευστῆς γεννήσεως· καὶ γὰρ ὧν τὸ εἶναι διάφορον, τούτων καὶ τὸ γεννᾷν διάφορον·

τριῶν οὖν ἀντιθέσεων λαμβανομένων, φημὶ δὴ κτιστοῦ τε καὶ ἀκτίστου, ἐμπαθοῦς τε καὶ ἀπαθοῦς, προτέρου τε καὶ ἅμα, εἰ ἡ ἐνσώματος
cod. f. 203. ἐμπαθής, ἕπεται δὲ ταύτῃ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, φανερὸν ὅτι ἡ ἀσώματος ἀπαθὴς καὶ ἅμα· τοῦτο γὰρ αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἡμῖν διαγορεύουσιν·

δ΄. «Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰ» κείου γεννήματος.» Τοῦτο νομοθετοῦντός ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἀληθὲς δὲ οὐδαμῶς λέγοντος· τὸ τοίνυν γεννήτωρ ὄνομα, ἤτοι τῶν καθ' αὑτό ἐστιν, ἢ τῶν πρός τι· ἀλλὰ μὴν τῶν καθ' αὑτὸ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἂν πρὸς γέννημα τὴν ἀναφορὰν εἶχε· δῆλον ὅτι τῶν πρός τι· εἰ οὖν τὸ γεννήτωρ τῶν πρός τι ἐστὶν, τὰ δὲ πρός τι ἅμα τῇ φύσει, τὰ δὲ ἅμα τῇ φύσει, ἅμα τέ εἰσιν καὶ οὐκ εἰσὶν, τὸ γεννήτωρ ἄρα καθ' ὃ γεννήτωρ, πρὸς ὃν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, τὸ πρότερον καὶ ὕστερον οὐχ ἕξει· εἰ οὖν τὸ γεννήτωρ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον οὐχ ἕξει, ἔφης δὲ ὅτι ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, φανερὸν ὅτι τὸ γεννήτωρ, οὐ καθ' ὃ γεννήτωρ, ἀλλὰ κατ' ἄλλο τι, καθ' ὃ Σωκράτης ἢ Πέτρος. Εἰ οὖν τὸ γεννήτωρ ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑποστατικόν ἐστι, καὶ κατὰ τοῦτο μόνον τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως χαρακτηρίζεται· τοῦτο δὲ δέδεικται πρὸς ὃν τὴν ἀναφορὰν τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μὴ ἔχον, φανερὸν ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ γεννήτωρ ὢν, τοῦ οἰκείου γεννήματος, τὸ πρότερον οὐχ ἕξει· εἰ δὲ οὐχ ἕξει, δῆλον ὅτι ἅμα· εἰ δὲ ἅμα, καὶ συναΐδιος· ὁ υἱὸς ἄρα τοῦ πατρὸς συναΐδιός ἐστι·
cod. f. 204. καὶ οὕτως δι' οὗ ἐδόκεις παρακρούειν, παρακέκρουσαι. «Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ « οἰκείου γεννήματος.» Τοῦτο ἐν ἡμῖν χώραν ἔχει· καὶ ὅτι οὕτως ἔχει, δῆλον ἐντεῦθεν· πᾶσα δύναμις, τινὸς ἕνεκα· εἰ γὰρ μὴ ἕνεκα τινὸς, μάτην· μάτην δὲ οὔτε ὁ Θεὸς ποιεῖ, οὔτε ἡ φύσις· δῆλον ὅτι ἕνεκα· εἰ οὖν ἡ δύναμις ἕνεκά τινος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ δύνασθαι· πᾶν δὲ τὸ δύνασθαί τι ποιεῖν, καὶ ποιήσει, εἰ μή τι τὸ παρεμποδίζον· εἰ οὖν ἐν ἡμῖν ἐστιν ἔμφυτος δύναμις τὸ τεκνοποιεῖν, κεκωλύμεθα δὲ, δῆλον ὅτι παρεμποδίζοντός τινος· ἐν δὲ τῷ Θεῷ οὐδὲν ἀντίθετον ἢ παρεμποδίζον· φανερὸν ὅτι καὶ ἡ γέννησις σύμφυτος· εἰ δὲ σύμφυτος, καὶ ἅμα· εἰ δὲ ἅμα, οὐ πρότερον καὶ ὕστερον· ὥστε δῆλον ὅτι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἐπὶ Θεοῦ χώραν οὐκ ἔχει. «Ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός » ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος·» Πόθεν τὰς ἀρχὰς ὦ οὗτος εἴληφας; οἱ μὲν γὰρ μηδὲν κοινὸν τοῦ κτίστου καὶ τῶν κτισμάτων ὑπο-

Ergo tribus contrariis sumptis, creato inquam et increato, passibili et impassibili, priore ac simultaneo, si corporeum passibile est, subsequitur autem huic prius et posterius, patet incorporeum impassibile esse ac simultaneum. Ita enim logicae methodi nos docent.

4. Omnis genitor prior est proprio genimine. » Hoc ait qui legem vult Deo constituere, non autem qui veritatem dicit. Igitur vocabulum « genitor » vel est de numero eorum quae per se sunt, vel quae ad aliquid. Atqui non est ex iis quae per se sunt: non enim ad genimen relationem haberet; ergo est ex iis quae ad aliquid sunt; quae autem sunt ad aliquid, simultanea naturae sunt; quae vero simultanea naturae, et simultanea sunt et non sunt; ergo genitor quatenus genitor, ad aliquid existens relationem habet; quare prius et posterius non habebit. Si ergo genitor nec prius habebit nec posterius; tu vero dicis omnem genitorem priorem esse proprio genimine, constat non esse genitorem, quatenus est genitor, sed secundum aliquid aliud, sicuti Socrates et Petrus. Quoniam itaque genitoris nomen in Deo patre hypostaticum est, et secundum id solum proprietas hypostaseos denotatur; demonstratum porro fuit, quod est relativum non habere prius et posterius; constat ergo Deum patrem, qui est proprii geniminis genitor, prius non habere. Quod si non habet, constat esse simultaneum: quod si simultaneus, etiam coaeternus est. Ergo filius patri coaeternus est: atque ita in quo circumvenire putabas, circumventus es. Omnis genitor prior est genimine suo. » Nobis quidem hoc usuvenit; quod quidem ita se habere, hinc fit manifestum. Potentia omnis, propter aliquid est: nam si propter aliquid non sit, vana est: nihil porro vanum Deus facit neque natura. Est ergo propter aliquid. Si ergo potentia, propter aliquid est, patet quod etiam posse; omne autem quod facere aliquid potest, re quoque vera faciet, nisi aliquid obstiterit. Si ergo in nobis est insita potentia liberos gignendi, prohibemur autem, constat quod aliquid nos impediat. Atqui Deo nihil resistit aut obstat: constat ergo generationem quoque ei esse connaturalem: quod si connaturalis, simultanea quoque est; quod si simultanea, iam non est prior nec posterior: unde constat prius et posterius in Deo non usuve-

re « Omnis genitor prior est proprio genimine. » Undenam principia, o sodes, sumpsisti? Nam qui nihil esse commune creatori cum creaturis credunt, errant dum eodem sensu et de Deo et de creaturis divina vocabula sumunt; et prius lemma a secundo excluditur; vicissimque a priore secundum. Etenim si omnis factura inferior est factore, propter prioratus dignitatem; quod autem est ex genitore Verbum, ex facturis factorem arguit esse prius; illud quidem et inferius erit et non inferius, idem et non idem, quod est impossibile.

5. Videamus iam quod ibi additur, ita enim se habet. « Quia si putes unum esse principium amborum, patris videlicet atque filii, perit relationis ordo, quae intercedit inter genitorem et genitum: cogiturque amborum appellatio seiungi a gignente et a genito, a praeexistente et posteriore. » Liberasti me negotio, o sodes, arcanum enarrans. Nam si mihi persuasissem a te dictam sententiam quae ait: « omnis genitor prior est proprio genimine » in Deo usuvenire, fortasse etiamsi invitus, veritate compulsus, secundam hanc quoque confiterer. Sed quia illam futilem esse atque omnino falsam a Deoque alienam sermo noster demonstravit; me certe ratiocinium non coget subiunctam sententiam pensi habere. Nam si duo forte sint, quorum unum praecedentis loco habeatur, alterum vero subsequentis; patet praecedente concesso, sequens quoque concessum iri: non tamen concedetur, si praecedens nullo modo admittatur. Hoc autem sic explanatur. Esto homo atque animal: et homo quidem sit instar praecedentis, animal subsequentis: constat homine supposito, animal quoque necessario subsecuturum: haud sequetur autem, homine non supposito. Tale est obiectum a te argumentum. Quomobrem si in Deo usuveniret propositio: omnis genitor, prior est proprio genimine; confitentibus nobis coaeternos esse patrem ac filium, patet mutuam appellationem necessario ex utroque fore seiungendam. Sed quia prior propositio vera non est, ne altera quidem. Atque ita futile apparet prolatum a te argumentum.

6. Item aliter. Si propterea quod coaeterni sunt pater ac filius, ais necessario relationes eorum fore seiungendas; immo coget potius ratiocinium nostrum propter relationem, coae-

τιθέμενοι, ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ταυτῶς ἐπὶ θεοῦ καὶ τῶν κτισμάτων τὰς θείας φωνὰς ἐκλαμβάνοντες· καὶ τὸ πρότερον λῆμμα διὰ τοῦ δευτέρου ἐξοστρακίζεται, καὶ πάλιν διὰ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον· καὶ γὰρ εἰ πᾶν ποίημα ἐνδεές ἐστι τοῦ ποιήσαντος διὰ τὸ πρῶτον ἀξίωμα· ὁ δὲ ἐκ τοῦ γεννήτορος λόγος, ἐκ τῶν ποιημάτων τὸν ποιητὴν πρότερον κατασυλλογίζεται, ἐνδεές τέ ἐστι καὶ οὐκ ἐνδεές, καὶ ταυ- cod. f. 205.
τὸν οὐ ταυτὸν πᾶν ποίημα τοῦ ποιήσαντος, ὅπερ ἀδύνατον.

έ. Εἴδωμεν δὲ καὶ τὸ ἐπιφερόμενον· ἔχει δὲ καὶ οὕτως· « Ἐπειδὴ ἐὰν ἡγῆσαι μίαν ἀρχὴν » ἀμφοτέροις, τοῦ τε πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀπόλ» λυται ἡ τάξις τῆς σχέσεως ἡ οὖσα ἐκ τοῦ » γεννήτορος πρὸς τὸ γέννημα· καὶ καταναγκά» ζεται ἡ κλῆσις τῶν ἀμφοτέρων χωρισθῆναι τοῦ » γεγεννηκότος καὶ γεννήματος, τοῦ προϋπάρ» χοντος καὶ μεταγενεςέρου. » Ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων, ὦ φίλος, ἐξειπὼν τὸ ἀπόῤῥητον· εἰ μὲν γὰρ ἑώρων τὸ παρὰ σοῦ προτεθὲν λημμάτιον τὸ λέγον « ἕκαςος γεννήτωρ πρότερός ἐςι τοῦ οἰ» κείου γεννήματος » ἐπὶ θεοῦ χώραν ἔχον, τάχα ἂν καὶ μὴ θέλων τῇ ἀληθείᾳ συνεφελκόμενος, καὶ τὸ δεύτερον ὡμολόγουν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἕωλον καὶ πάντη ψευδὲς ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀλλότριον ὁ λόγος ἔδειξεν, οὔ με λόγος καταναγκάσει καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τιθέναι· καὶ γὰρ ἐὰν δύο τινὰ ὦσι, καὶ τὸ μὲν ἐν τάξει ἡγουμένου εἴληπται, τὸ δὲ ἐν τῇ τοῦ ἑπομένου, δῆλον ὅτι τοῦ ἡγουμένου ὁμολογηθέντος, καὶ τὸ ἑπόμενον ἕψεται· οὐχ ἕψεται δὲ, τοῦ ἡγουμένου μηδαμῶς ὁμολογηθέντος· τοῦτο δὲ δῆλον ὧδε· ἔστω ἄνθρωπος καὶ ζῶον· καὶ τὸ μὲν ἄνθρωπος εἰλήφθω ἡγούμενος, τὸ δὲ ζῶον ἑπόμενον· φανερὸν τοῦ ἀνθρώπου τιθεμένου, καὶ τὸ ζῶον ἐξ ἀνάγκης ἕψεται· οὐχ ἕψεται δὲ, cod. f. 206.
μὴ τιθεμένου ἐκείνου· τοιοῦτόν ἐςι καὶ τὸ παρὰ σοῦ δραματουργηθέν· διὸ εἰ μὲν χώραν ἐπὶ θεοῦ εἶχεν τὸ ἕκαστος γεννήτωρ πρότερός ἐστι τοῦ οἰκείου γεννήματος, ἡμῶν ὁμολογούντων τὸ συναΐδιον ἔχειν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, φανερὸν ὅτι κατηναγκάζετο ἡ κλῆσις ἐξ ἀλλήλων χωρισθῆναι· ἐπεὶ δὲ τὸ πρότερον οὐκ ἀληθὲς, οὐδὲ τὸ δεύτερον· καὶ οὕτως ἠλίθιον ἀνέφανεν τὸ παρὰ σου λεχθέν.

ϛ'. Καὶ ἄλλως. Εἰ διὰ τὴν συναϊδιότητα τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φῇς τὰς σχέσεις κεχωρίσθαι, καταναγκάσει μᾶλλον ὁ λόγος διὰ τὴν σχέσιν καὶ τὸ συναΐδιον εἰσά-

γεσθαι· καὶ τοῦτο δῆλον ὧδε· τὸ γεννήτωρ ὄνομα τῶν πρός τι ὄν, πρὸς υἱὸν ἔχει τὴν ἀναφοράν· τὰ δὲ πρός τι, ἅμα τῇ φύσει· τὰ δὲ ἅμα τῇ φύσει, ὁμοῦ τέ εἰσι καὶ οὐκ εἰσί· συνάγεται ἄρα διὰ τὴν σχέσιν ἅμα εἶναι· ὅπερ ἐςὶν ἀληθές· καὶ πῶς σὺ, ὦ φίλος, τὸ ἐναντίον εἰσάγεις; καὶ διὰ μὲν τὸ συναΐδιον, εἰς τὴν σχέσιν τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος ἡμᾶς δοκεῖς παρακρούειν, διὰ δὲ τὴν σχέσιν τοῦ γεννήτορος καὶ γεννήματος, εἰς τὸ συναΐδιόν τε καὶ ὁμοούσιον. Καὶ ἄλλως. Εἰ τὸ γεννήτωρ ὄνομα τὴν τοῦ εἶναι ἅμα ὕπαρξιν δίδωσι, τὰ δὲ ἅμα τῇ ὑπάρξει κατὰ σὲ λαμβανόμενα, ἀπόλ-
cod. f. 207. λυσι τὴν σχέσιν τὴν οὖσαν ἐκ τοῦ γεννήτορος πρὸς τὸ γέννημα, συνάγεται ἄρα, τὸ γεννήτωρ ὄνομα, καὶ τὸ γέννημα, ἐν σχέσει ὄντα, ἄσχετα εἶναι· ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον.

ternitatem quoque inducere. Atque hoc ita ostenditur. Genitoris nomen cum sit ex iis quae sunt ad aliquid, ad filium habet relationem. Quae autem sunt ad aliquid, simultanea naturae sunt: quae autem simultanea naturae sunt, et sunt et item non sunt. Concluditur ergo, propter relationem simultanea esse; quod verum est. Et cur tu, o sodes, contrarium inducis? qui propter coaeternitatem, videris nobis eripere paternitatis ac filietatis relationem: propter relationem autem gignentis et geniti, videris perimere coaeternitatem et consubstantialitatem. Item aliter. Si genitoris nomen, existentiam simul tribuit; quae autem simultanea existentiae a te accipiuntur, relationem perimunt, quae intercedit inter genitorem et genitum; concluditur utique genitoris nomen, et genitum, invicem referentia, non esse relativa; quod est absurdum.

ζʹ. Ἐπιφέρεις δὲ πάλιν οὕτως. « Ἐπειδὴ ἐὰν » ἡγῇσαι μίαν ἀρχὴν ἀμφοτέροις τοῦ τε πα» τρὸς καὶ υἱοῦ. » Θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται, ὦ φίλος, ὁποίαν ἄρα βούλῃ ἀρχὴν ἐπὶ Θεοῦ τιθέναι· τῆς γὰρ ἀρχῆς πολλαχῶς λεγομένης, τῆς μὲν ὡς ποιητικῆς, οἷον ὁ τέκτων τῶν οἰκημάτων· τῆς δὲ ὡς ὑλικῆς, οἷον αἱ σανίδες
* cod. ἰδικῆς. Sic et infra. τοῦ πλοίου· τῆς δὲ ὡς εἰδικῆς *, οἷον τοῦ ἀνδριάντος τὸ σχῆμα· τῆς δὲ ὡς τελικῆς, οἷον τὸ πλοῖον πρὸς ἀγωγὴν τῶν χρειῶν· τῆς δὲ ὡς ὀργανικῆς, οἷον τέκτονος τὸ σκέπαρνον· τῆς δὲ ὡς παραδειγματικῆς, καθάπερ τὸ πρωτότυπον τοῦ παραγωγου· τῆς δὲ ὡς χρονικῆς, καθάπερ τὰ γινόμενα ἐν χρόνῳ γίνονται καὶ εἰσί· τῆς δὲ ὡς αἰτίας καὶ μόνης, καθὰ ὁ Σὴθ ἐξ ἀρχῆς τινος καὶ αἰτίας ἀνέφυ τοῦ Ἀδάμ· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐξ ἀρχῆς τινος ὡς αἰτίας φῄς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ μίαν ἀρχὴν εἶναι, οὐκέτι τὸν μὲν γεννήτορα, τὸν δὲ γέννημα φυλάξεις· τίνος γὰρ ἂν καὶ εἴη γεννήτωρ, ἐπ' ἂν ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς τε καὶ αἰτίας τὸν πατέρα καὶ υἱὸν φῄς ἀναφῦναι; οὐδ' αὐτὴν ὡς ποιητικήν· εἰ γὰρ τοῦτο δῷς, ἔςαι τοῦ Θεοῦ Θεὸς, καὶ πάλιν τούτου ἄλλος, καὶ
cod. f. 208. τοῦτο ἐπ' ἄπειρον· οὐδ' αὐτὴν ὡς ὑλικήν· οὐ γὰρ ἐστι ὁ Θεὸς σύνθετός τε καὶ ἔνυλος· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν ὡς εἰδικήν· τίνα γὰρ καὶ ἔχοιεν εἰδικὴν ἀρχὴν ὁ πατὴρ καὶ υἱός; καὶ οὕτως τὴν σύνθεσιν οὐκ ἐφεύξονται· οὐδ' αὐτὴν ὡς τελικὴν, ἀναίτιος γὰρ ὁ θεός· λείπεται κατὰ σὲ τὴν χρονικὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ γίνεσθαι ἂν αὐτοὺς συμβαίνει, καὶ φθείρε-

ὄντι· τὸ δὲ ἐν ἡμῖν πνεῦμα, τῷ πνεύματι ἁγίῳ, τῷ ἐκ πατρὸς μὲν ἐκπορευομένῳ, καὶ δι' υἱὸν τοῖς οὖσιν ἐκχεομένῳ καὶ διαδιδομένῳ· καὶ κατὰ τοῦτο πάλιν λέγεται ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα cod. f. 230. Θεοῦ πεπλᾶσθαι· καθ' ὁμοίωσιν δὲ πάλιν φαμὲν τὸν ἄνθρωπον Θεοῦ γεγενῆσθαι, διὰ τὴν τῶν ἀρετῶν τελείωσιν, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν· ἐπειδὴ πάντα ὅσα πρώτως καὶ ἀναιτίως ἡ δημιουργὸς αἰτία, ὅπερ ἐςὶν ὁ Θεὸς, ταῦτα δευτέρως καὶ μεθεκτῶς καὶ αἰτιατῶς ὁ ἄνθρωπος· οἷόν ἐστι τὸ πρῶτον καὶ ὑπερούσιον, ζωὴ, φῶς, σοφὸς, δυνατὸς, ἀγαθὸς, πρᾷος, δίκαιος· ἔςιν καὶ οὗτος σοφὸς, καὶ ζωὴ, καὶ δυνατὸς, καὶ ἀγαθὸς, καὶ πρᾷος, καὶ δίκαιος ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ φύσει μὲν ὁ Θεὸς καὶ οὐσιωδῶς, θέσει δὲ καὶ χάριτι καὶ ἐπουσιωδῶς ὁ ἄνθρωπος· εἰ δὲ τοῦτο, εἰκότως καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ γεγενῆ- * ita cod. σθαι τὸν ἄνθρωπον φαμὲν, τὸ ἐξ ἀνακλάσεως *, ἔσχατον ἀπήχημα φέροντα. Καὶ οὕτω πάλιν ἠλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ σοῦ γραφέν.

ια'. Μεταβαίνων δὲ ἀπ' ἄλλο τῶν παρ' ἡμῶν γραφέντων, καὶ τοῦτο πειρώμενος ἀναιρεῖν, πάλιν γράφεις., « Θεωροῦμεν τὰ εἴδη τῶν θηρίων » ὅτι ὁ ἰσχυρότερος ἐπανίσταται κατὰ τοῦ ἀσθε- » νεστέρου, καὶ ὁ μείζων κατὰ τοῦ ἐλάσσονος, » καὶ ὁ κρείττων κατὰ τοῦ χείρονος, καὶ πολ- » λάκις ποιεῖται τροφὴν αὐτοῦ· ἔστιν ὅτε καὶ » διαφθείρει αὐτὸν, ἀντιζηλῶν τοῦ διωχθῆναι » αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. » Ἐνταῦθα δοκεῖς ἠγνοηκέναι τὰς ἀποδείξεις, πῶς cod. f. 231. δεῖ προάγειν, καὶ πῶς οὐ δεῖ· εἰ μὲν γὰρ τὸ παρ' ἡμῖν γραφὲν περὶ παντὸς ἀλόγου ζῴου, πρός τε τὸ ὁμογενὲς ἢ καὶ ἑτερογενὲς, τὸ συναλίζεσθαί τε καὶ ἑνοῦσθαι ὑπισχνεῖτο, διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα ἡμερότητα, ὡς φειδόμενα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· εἶτα ἐπί τινων ζῴων τοῦτο εὑρὼν οὐ μὴ θεωρούμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίον τὸ ἐπανίστασθαι καὶ διαφθείρειν καὶ ἀποδιώκειν τὸν ἰσχυρότερον τὸ ἀσθενέστερον, καὶ τὸν κρείττονα τὸν χείρονα, ἃ καὶ ἐν τῷ σῷ γράμματι παρετίθεις, οἷον λέοντα φημὶ καὶ ἄρκον καὶ τὰ παραπλήσια, εἶχες ἂν γενναίως τὸν ἡμέτερον λόγον ἀναιρεῖν· ἐπεὶ δὲ τὸ παρ' ἡμῖν γραφὲν οὐ περὶ παντὸς ἀλόγου ζῴου τοῦτο ἐπαγγέλλεται, καὶ ματαιολογεῖς, τὸ κακόπλαςον εἰσάγων δρᾶμα καὶ ὑποκρινόμενος· τίνα γὰρ καὶ τῶν μικρὰ συνορᾷν δυναμένων λέληθεν, ὅτι οὐχ ἅπαντα τὰ εἴδη τῶν ζῴων συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς ἄλληλα πέφυκε; τῶν γὰρ ζῴων τὰ μέν εἰσι μοναδικὰ, τὰ δὲ ἀγελαῖα· καὶ τῶν ἀγελαίων τὰ μὲν ὑφ'

tus fuit filius Deus verus. Spiritus denique noster analogiam habet ad sanctum spiritum, qui a patre procedit, et per filium in creaturas effunditur ac diribetur. Secundum haec, inquam, homo dicitur ad imaginem Dei formatus. Ad similitudinem praeterea dicimus Dei hominem factum propter virtutum exercitium, et bonorum participationem: quia quae primitus et non causaliter habet causa creatrix, id est Deus, eadem secundo et partiario et causaliter habet homo. Nempe Deus primigenius est et supersubstantialis, vita, lux, sapiens, potens, bonus mitis, iustus. Est vero et homo sapiens, vita, potens, bonus, mitis, iustus; sed naturaliter quidem ac substantiatiter talis est Deus; adoptione autem, et gratia, et non essentialiter, homo. Quae cum ita sint, merito nos dicimus hominem ad similitudinem Dei factum, ita ut extrema veluti repercussionis echo sit. Atque ita denuo futile demonstratum est scriptum tuum.

11. Deinde tu, ad alium libelli mei locum transiens, eumque pessumdare nitens, rursus scribis « Cernimus in ferarum speciebus, fortio- » rem insurgere contra infirmiorem, maiorem » adversus minorem, potiorem adversus de- » teriorem. Et illae has saepenumero sibi pabu- » lum faciunt: interdum et lacerant, zelotypia » quadam ex ipsarum cubilibus pellendi, et re- » liqua. » Hoc loco ignorare videris quomodo argumenta proferri oporteat, vel secus. Nam si quod nos scripsimus de omni animali, quatenus homogenea sunt vel heterogenea, id una etiam conversari et congregari illas adfirmaret, propter mutuam mansuetudinem, et conservandae salutis curam; tu vero in nonnullis animalibus haud tale esse observasti, immo et contrarium, nempe adversari et mutuo lacerari, et quod debilius est a validiore opprimi, et deterius a potiore, quae tu in scripto tuo posuisti, veluti fit a leone, urso, et similibus; posses equidem sermonem nostrum fortiter perimere. Sed quia quod scripsimus non de omni irrationali animali loquitur; stulte blateras, male confictum drama inducens, et quasi personatus agens. Quis enim vel minima perspicacia praeditus ignorat, non omnia animalium genera naturaliter esse comparata ut congregentur et socialem vitam sectentur? Namque animalium alia sunt solivaga, alia gregalia; rursusque gregalium alia sub gubernatore ordinantur, alia

secus. Utraque vero haec partim sunt civilia, partim minime, sicut ipsorum physiologiae atque historiae docent. Si ergo alia sunt solivaga, alia minime; constat comparatum esse a natura ut partim congregentur cum homogeneis suis, partim secus. Quod si ita est, nemo sana mente pollens, aut putat aut scribit, omnia animalia inter se congregari solere et simul vivere. Ne nos quidem itaque hoc diximus. Sed quia maxime propria nota et characteristica inest animali praecipue sociali, ratiocinium et prudentia et cum ratione iudicium, propterea sermone quoque exteriore indiget homo, ut arcane repositas cogitationes in externam lucem educat, et cum proximis communicet. Quo fit, ut naturaliter homo sit cicur animal, et apprime sociale. Ceteris vero cunctis animalibus sodalitas et naturalis mansuetudo principaliter non inest: sed tamen in nonnullis cernitur conversandi et simul vivendi atque communicandi studium. Sed multo magis hoc inter homines constitutum est. Nam si quod minus esse videtur, tamen est; multo magis quod amplius est: quanto scilicet convenientius utiliusque est conversari simulque vivere cum homogeneo suo hominem, animal nimirum praecipue sociale, et suapte natura cicur. Hoc enim et nos prae oculis habentes, vobis scripsimus.

12. Denuo progrediens ad alium scripti nostri locum, eumque refutare connitens, ita scribis. » Caedium aliae licitae sunt, aliae illicitae. Il» licitum est, prout reapse a Deo vetatur, oc» cidere fidelem privato proposito: legitimum » autem est occidere eum qui dandum censet » Deo sodalem, et hunc pari potentia praedi» tum confingit. » Haec dum scribis, indoctum te et omnium rerum ignarum exhibes. Etenim non intelligis, omnem caedem, quatenus caedes est, vitandam esse et aversandam, utpote malam. Porro nullum malum licet. Quod autem mala res sit caedes, hinc fiet manifestum: omnis caedes, quatenus caedes est, destructio est hominis, sive causa est destruendi hominis. Homine autem nihil pulcrius meliusve in terra versatur; siquidem praecipua est creatarum a Deo in terra rerum. Concluditur ergo, omnem caedem, quatenus caedes est, boni alicuius destructionem esse, vel causam destructionis. Quod si ita est,

ἡγέμονι τάττονται, τὰ δὲ οὔ· ἑκατέρων δὲ τού-
των τὰ μέν εἰσι πολιτικὰ, τὰ δὲ οὔ· ὡς αἱ περὶ
αὐτῶν φυσιολογίαι καὶ ἱστορίαι ἐκδιδάσκουσιν· εἰ
οὖν τὰ μέν εἰσι μοναδικὰ, τὰ οὐ, φανερὸν ὅτι
τὰ μὲν συναλίζεσθαι μετὰ τῶν ὁμογενῶν πέφυκε,
τὰ δὲ μή. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδεὶς ἂν
ἀδιάστροφον φρένα ἔχων, οὔτε νοεῖ οὔτε γράφει cod. f. 232.
τὸ, πάντα τὰ ζῷα ἔχει τὸ συναλίζεσθαι πρὸς ἀλ-
ληλα καὶ συνδιαιτᾶσθαι· ὅθεν οὐδὲ ἡμεῖς· ἀλλ'
ἐπειδὴ ἰδιαίτατον γνώρισμα καὶ χαρακτηριστικὸν
ἔνεστι τοῦ κυρίως κοινωνικοῦ ζῴου, ὅ τε λόγος καὶ
ἡ φρόνησις καὶ ἡ μετὰ λόγου κρίσις. διά τοι
τοῦτο καὶ λόγου τοῦ ἔξωθεν ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος,
ὡς ἂν τὰ ἐν βάθει κείμενα νοήματα εἰς φῶς ἔξω-
θεν ἄγηται καὶ τοῖς πέλας κοινοποιῆται· ὅθεν
καὶ φύσει ἥμερον ζῷον ὁ ἄνθρωπος, καὶ κοινωνι-
κὸν ζῷον κυρίως ἐνταῦθα ἐστιν· ἐν δὲ τοῖς ἀλό-
γοις ζῴοις ἅπασι τό τε κοινωνικὸν καὶ φύσει ἥμε-
ρον κυρίως οὐκ ἔνεστιν· εὕρηται δὲ ὡς ἐπί τινων
τῶν ἀλόγων ζῴων τοῦτο συναλίζεσθαι καὶ συν-
διαιτᾶσθαι καὶ κοινοποιεῖσθαι· πολλῷ μᾶλλον καὶ
ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο θεμιτὸν ἂν εἴη· εἰ γὰρ
τὸ ἧττον δοκοῦν ὑπάρχειν ὑπάρχει, πολλῷ μᾶλ-
λον καὶ τὸ μᾶλλον· ὅπερ προσῆκον ἐστὶ καὶ μᾶλ-
λον ὀφείλει τὸ συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι
πρὸς τὸ ὁμογενὲς τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινωνικὸν
ζῷον κυρίως καὶ ἥμερον φύσει· εἰς τοῦτο γὰρ καὶ
ἡμεῖς ἀφορῶντες πρὸς ὑμᾶς γεγράφαμεν.

ιβ΄. Καὶ πάλιν δὲ μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον τῶν
παρ' ἡμῖν γραφέντων, καὶ τοῦτο ὡσαύτως πειρώ-
μενος ἀνασκευάζειν, γράφεις ὧδε. «Τῶν φόνων οἱ
» μέν εἰσι θεμιτοὶ, οἱ δὲ ἀθέμιτοι· καὶ ἀθε-
» μιτόν ἐστιν, ὃ ἀποτέτραπται παρὰ θεοῦ, τὸ
» φονεύειν πιστὸν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει· ἔννομον cod. f. 233.
» δὲ καὶ θεμιτὸν, τὸ φονεύειν τὸ δοξάζοντα συγ- Sur. VIII. IX. et alibi.
» κοινωνὸν τοῦ θεοῦ 1) καὶ ἀναπλάττοντα ἰσο-
» δύναμον *.» Ταῦτα μὲν γράφων ὡς ἀμαθῆ καὶ
ἀμύητον πάντη τῶν πραγμάτων σεαυτὸν εἰσάγεις·
οὐδὲ γὰρ συνῆκας ὅτι πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶ,
φευκτὸς καὶ ἀποτρόπαιος, εἴπερ κακός· τὸ δὲ κα-
κὸν ἅπαν, οὐ θεμιτόν· καὶ ὅτι κακὸν ὁ φόνος, ἐν-
τεῦθεν δῆλον· πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστιν, ἢ φθορά
ἐστιν ἀνθρώπου, ἢ φθορᾶς ποιητικός, ἐστιν ἀν-
θρώπου· ὁ δὲ ἄνθρωπος μᾶλλον καλὸν καὶ μᾶλ-
λον ἀγαθὸν τῶν ἐπὶ γῆς· εἴπερ τὸ πρώτιστον κτί-
σμα θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς· συνάγεται ἄρα πᾶς φό-
νος, ᾗ φόνος ἐστὶν, ἀγαθοῦ τινος ἢ φθορὰ ἢ
φθορᾶς ποιητικόν· εἰ δὲ τοῦτο, καθ' αὑτὸ κα-

1) Confer retro p. 333, et p. 350. cum adnotatione.

κόν· τῶν γὰρ ἀγαθῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ τούτων φθαρτικὰ, πάντως ἐστὶ κακά· ὥσπερ τῶν κακῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ φθαρτικὰ τούτων ἀγαθά· οὕτω γὰρ ἡμῖν αἱ κοιναὶ ἔννοιαι καὶ αἱ φιλοσοφικαὶ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν· εἰ οὖν πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶν, δέδεικται ὢν κακὸς, δῆλον ὅτι καὶ οὐ θεμιτός· τὸ γὰρ κακὸν πᾶν, οὐ
cod. f. 234. θεμιτόν· γίνεται δὲ ἐνίοτε κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· τῶν γὰρ ὄντων τὰ μέν εἰσι καθ' αὑτὰ ἀγαθά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κακὰ, οἷον ἐλεημοσύνη· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ μέν εἰσι κακά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὰ, οἷον τὸ ψεῦδος 1)· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ μὲν τὸ οὐδέτερον ἔχει· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπαμφοτερίζει, οἷον πλοῦτος, ἰσχὺς, καὶ τὰ παραπλήσια· καὶ τὰ μὲν καθ' αὑτὰ ἀγαθὰ, ἀεὶ μὲν δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν· τὰ δὲ καθ' αὑτὸ κακὰ, ἔμπαλιν· ἢ ἀεὶ μὲν οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἐπέλαττον· τοιαύτη γὰρ καὶ τούτων ἡ φύσις· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ τὸ οὐδέτερον ἔχοντα ἐπ' ἴσης ἔχει τό τε γίνεσθαι καὶ μή. Ἐπεὶ οὖν καὶ φόνος τῶν καθ' αὑτὸ κακῶν ἐστι, τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀποδέδεικται· τὸ δὲ καθ' αὑτὸ κακὸν, κατὰ πρῶτον λόγον, ἢ ὅλως οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρῶτον ἀγαθόν· σπανιάκις δὲ γίνεται κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δευτέρως ἀγαθὸν καὶ ἐπέλαττον· τὸ δὲ κατὰ πρῶτον λόγον ἀγαθὸν καὶ ἐπιπλέον, τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ ἐπέλαττον ὄντος, αἱρετώτερον καὶ κρεῖττον ὡς αἱ λογικαὶ ἡμᾶς μέθοδοι ἐκπαιδεύουσι· τὸ μὴ φονεύειν ἄρα, τοῦ φονεύειν, εἰ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτέ ἐστιν ἀγαθὸν, κρεῖττον καὶ αἱρετώτερον· εἰ δὲ τοῦτο, οἱ τὸ φονεύειν ἐφιέμενοι ἀναιρεῖν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ πολὺ ἂν κρείττονες καὶ τιμιώτεροι δειχθεῖεν τῶν μὴ προαιρουμένων τοῦτο ποιεῖν, ὡς τὸ κρεῖττον ἀγαθὸν ἐφιέμενοι· ἡμεῖς
cod. f. 235. ἄρα κρείττονες ἀνεφάνημεν διὰ τῆς ἀποδείξεως, τὸν φόνον ἀναιρεῖν ἐκ ποδῶν προαιρούμενοι.

ιγ'. Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος καθ' ἑκάστην φόνος 2) οὔτε τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῶν ἐνδέχεται εἶναι, ἐντεῦθεν δῆ-

caedes per se mala est. Nam bonarum rerum destructiones et harum causae, omnino malae sunt: sicut vicissim malarum rerum destructiones, et harum causae, bonae sunt. Quippe ita communes notiones et philosophicae disciplinae nos docent. Si ergo omnis caedes, quâ caedes est, mala esse demonstratur, patet eam ne licitam quidem esse. Nullum quippe malum licet: sed id tamen aliquando per accidens in bonum convertitur. Nam rerum aliae sunt per se bonae, sed fiunt per accidens malae, velut eleemosyna. Aliae per se malae sunt, sed fiunt per accidens bonae, velut mendacium. Aliae denique per se quidem neutrius conditionis, per accidens autem in alterutram partem inclinantur, velut divitiae, vires, et similia. Et eae quidem res quae sunt per se bonae, semper fieri debent, vel certe plerumque: talis enim est rerum per se bonarum natura. Contraria ratio est rerum per se malarum, quae vel numquam fieri debent, vel raro, et minima quantitate. Talis enim est harum natura. Quae denique per se neutrius naturae sunt, perinde est utrum fiant, an secus. Quod autem caedes sit in numero rerum per se malarum, id nos iam ostendimus. Quod vero per se et principaliter malum est, id vel omnino fieri non debet, vel raro; et hoc principaliter bonum est: quod raro autem fit per accidens bonum, id secundo loco bonum est ac minimum. Iamvero quod est primigenia ratione bonum et gradu maiore, illo certe quod est secundo loco bonum et gradu minore, optabilius est et melius, prout nos logicae regulae erudiunt. Ergo non occidere, melius optabiliusque est quam occidere, etsi hoc postremum quandoque per accidens bonum fit. Quod si ita se habet, ii qui caedem abolere inter homines student, meliores maioreque laude digni apparent, quam hi qui ita se gerere non constituerunt: illi enim melius bonum amplexi sunt. Nos igitur meliores esse exploratum est, qui caedem ex hominibus exterminare studemus.

13. Quod vero quotidiana vestra adversus nos caedes, non sit de bonis per accidens contingentibus, hinc fiet palam. Quod fit per ac-

1) Puta cum aliquis mentitur, ut alicui prosit. Verumtamen id quoque Augustinus reprehendit enarr. in ps. V. n. 7.: *duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut ut prosimus mentimur. Illud primum* etc. *Secundum ideo mitius est, quia retinet nonnullam benivolentiam.* Videsis ibi cetera; tum alia plurima huiusmodi apud Augustinum, qui constanter mendacium improbat.

2) Loquitur de superstitiosa et phanatica Mohamedanorum adversus Christianos saevitia, quam, praeter citatas retro suras, videmus etiam in epistola tertia Nicolai patriarchae graeci inter editas a nobis in Spicilegio rom. T. X.

cidens bonum, prudenti aliquo consilio fit: quod autem ita prudenter fit, propter frugi aliquid fit: ergo quod per accidens fit, propter frugi aliquid fit. Vestrae autem nostrorum hominum occisiones, haud ob aliud fiunt, ut ipsi dicitis, nisi quia vos saracenismum sequimini: hoc autem frugi non est: consequitur ergo, ut vestrae nostrorum hominum occisiones, ne per accidens quidem bonae sint. Quod autem saracenismi secta minime bona sit, sic ostenditur. Saracenismus nihil aliud est quam a naturalibus aut etiam supernaturalibus, ad ea quae naturae adversantur, hominum translatio; namque hoc etiam demonstravimus. Iam id agere, malum esse, nemo non videt. Si ergo vestrae nostrorum hominum occisiones, neque per accidens neque per se ipsae bonae sunt: et si quod neque per se bonum est, neque per accidens, id omnino fieri non debet; ergo vestrae quotidianae nostrorum hominum occisiones, fieri non debent. Nam quod fieri non oportet, id ne licet quidem. «Caedium aliae licitae sunt, » inquis, aliae illicitae.» Ego quoque assentior, caedes aliquas licere, nimirum per accidens, si quidem de illorum bonorum numero sint, quae ita evadunt per accidens. At sunt illicitae, per se; quoniam caedes, quatenus caedes est, de numero esse per se malorum ostensum fuit; idcirco hoc tamquam plane confessum a nobis quoque sumatur.

14. Age vero breviter deinde subnectis dicens: legitimum insonsque est occidere eum qui censet dandum Deo socium, et quidem pari potentia praeditum. Id, inquam, quam superbe a te dicitur et arroganter! aut si magis proprie loquendum est, quanta stoliditate atque insania scatet! Nam propter multam stupiditatem tuam et infidelitatem, absque ratiocinio nescio quomodo iudicans, neque ut nos praedicamus, sed vane pugnans et stulte blaterans, sine causa nos irrides, quasi participantes quosdam, et Deo unico unique principio aequipollentes inducamus. Quis enim ex nostris, sive pusillus sive magnus, cogitavit umquam aut confinxit quemquam esse Deo unico unique principio communicantem aut aequipollentem? quo praetextu vestrae nostrorum hominum occisiones, iustae ut tu ais

λον· τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὸν γινόμενον, δι' οἰκονομίαν γίνεται· τὸ δι' οἰκονομίαν γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· τὸ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· ὁ δὲ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐ δ' ἄλλο τι γίνεται, ὡς αὐτοὶ φατὲ, εἰ μὴ διὰ τὸ σαρακηνίζειν ὑμᾶς· τοῦτο δὲ οὐ καλόν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐδὲ τῶν κατὰ συμβεβηκός ἐστιν ἀγαθῶν· καὶ ὅτι τὸ σαρακηνίζειν οὐ καλόν ἐστιν, ὧδέ ἐςι δῆλον· τὸ σαρακηνίζειν οὐδὲν ἄλλο ἐςὶν, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν εἰς τὸ παρὰ φύσιν κατασπᾷν τοὺς ἀνθρώπους· τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται [1]· τὸ δὲ τοῦτο ποιεῖν, πᾶσιν ἀρίδηλόν ἐςιν ὅτι οὐ καλόν ἐστιν. Ἐπεὶ οὖν οὔτε τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν ἐστιν ὁ φόνος ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκός· τὸ δὲ οὔτε καθ' αὑτὸ ἀγαθὸν, οὔτε κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ χρὴ γίνεσθαι τὸ παράπαν· ὁ ἄρα εἰς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν καθ' ἑκάστην ἐνεργούμενος φόνος, οὐ δεῖ γίνεσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐ θεμιτόν· ὃ γὰρ οὐ δεῖ γίνεσθαι, οὐδέ θεμιτόν ἐςι· «Τῶν φόνων, cod. f. 236.
» οἱ μέν εἰσι θεμιτοὶ, οἱ δὲ ἀθέμιτοι.» Σύμφημι κἀγὼ ὅτι τῶν φόνων οἱ μέν εἰσι θεμιτοὶ, δηλονότι κατὰ συμβεβηκὸς, εἴπερ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῶν εἰσιν· οἱ δὲ ἀθέμιτοι, δῆλον ὅτι καθ' αὑτό· ἐπεὶ καὶ ὁ φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶν, τῶν καθ' αὑτὸ κακῶν εἶναι ἀποδέδεικται· διὸ καὶ ὡς ὡμολογημένον καὶ παρ' ἡμῖν εἰλήφθω.

ιδ'. Εἶτα τὸ βραχὺ τούτου συναπτόμενον τὸ λέγον· ἔννομον δὲ καὶ θεμιτὸν τὸν δοξάζοντα φονεύειν συγκοινωνὸν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναπλάττοντα ἰσοδύναμον, ποίας ἀλαζονείας καὶ φυσιώσεως, ἢ οἰκειότερον φάναι, ἐκπληξίας τε καὶ ἐμβροντησίας ἀνάμεστον οὐκ ἂν εἴη; ἐκ γὰρ πολλῆς εὐηθείας καὶ ἀπιστίας ἀλογιστὶ οὐκ οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ δόξαν, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς κηρύττομεν, σκιομαχῶν καὶ μάταια ἐρευγόμενος, ἡμᾶς ἀναπλαστικῶς διακωμῳδεῖς κοινωνούς τινας καὶ ἰσοδυνάμους τοῦ ἑνὸς θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἐπεισάγοντας· τίς γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν μικρὸς ἢ μέγας ποτὲ ἐννενόησεν ἢ ἔπλασεν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς κοινωνὸν ἰσοδύναμον, ἵνα καὶ ὁ εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος φόνος θεμιτὸς ἂν εἴη ὡς σὺ φῇς; εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν υἱὸς θεοῦ ὡς θεὸς ἀληθινὸς καὶ αὐτός ὢν ὁμο-

1) In hac ipsa epistola cap 7. p. 423.

φυῆς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ θεολογεῖται καὶ δοξάζεται, ἀλλ' οὐχ ὡς κοινωνὸς τῆς μιᾶς ἀρ-
cod. f. 237. χῆς, ἢ τοῦ πατρὸς ἔξωθεν ὢν Θεὸς παρεισκρινόμενος ὡς σὺ ἐπινοεῖς θεολογεῖται· τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται 1) ἀλλ' ὡς εἷς Θεὸς μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἔστι καὶ παρ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν καλῶς πιστεύεταί τε καὶ δοξάζεται· εἰ δὲ τοῦτο, μάτην τὸν οὑτωσὶ μῶμον τὸν ἐκ τοῦ κοινωνοῦ ἡμῖν προστρίβεις· ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενον φόνον ἔνθεον καὶ ἔννομον λογίζῃ ὡς γράφεις· εἰ γὰρ διὰ τὸ κοινωνὸν καὶ ἰσοδύναμον Θεοῦ, ὡς αὐτοὶ φατὲ ἀναπλάττειν ἡμᾶς, ἔννομόν ἐστι τὸ ὑφ' ὑμῶν φονεύεσθαι, δηλονότι τούτου ψευδῶς ἡμῖν ἐπιφημιζομένου, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ φονεύεσθαι ἡμᾶς παρ' ὑμῶν οὐ θεμιτόν. Εἰ δέ σε τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπιθορυβεῖ καὶ ἐπιταράττει, ὡς τοῦ ἑνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἔξωθεν τὸν υἱὸν ὡς κοινωνὸν 2) παρ' ἡμῖν παρεισκρινόμενον, καὶ διάφορον ὄντα τῇ φύσει τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἀμαθαίνοντός ἐστι τοῦτο ἤπερ εἰδότος· οὐ γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ οὐδὲν τῶν ὄντων ὁμοφυὲς, καὶ ταυτὸν κοινόν τι καὶ ἴδιον χρῆμα· ὅπερ οὐχ εὕρηται.

ιε'. Καὶ ἄλλως. Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ μὴ διάφορον τῶν φύσεων,
cod. f. 238. μηδὲ διάφορον τῇ ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταυτὰ τῇ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἔσται ἄρα Σωκράτης καὶ Πέτρος, ταυτοὶ ὄντες τῇ φύσει καὶ ἀδιάφοροι, καὶ τῇ ὑποστάσει ταυτοὶ, ὅπερ ἐςὶ γελοῖον· ἔστι γὰρ τὸ οὑτωσὶ σόφισμα παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὕτω καλούμενον· τοῦ γὰρ ἑνὸς πολλαχῶς λεγομένου ὡς αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, δῆλον ὅτι
* cod. heic et postea ἀντικείμενον. καὶ τὰ πολλά· ὁσαχῶς γὰρ τὸ κείμενον *, τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον· τοῦτο γὰρ καὶ δεδιδάγμεθα· ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσι τὸ τρία διδόντων, σὺ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει· καὶ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων δήλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκου-

evadant. Etsi enim a nobis filius Dei tamquam verus Deus, idemque Deo patri homogeneus dicitur atque glorificatur, non tamen ut communicans uni principio, aut Deus extra patrem existens et adiunctus, ut tu putas, in nostra theologia definitur; hoc enim iam a nobis demonstratum fuit; sed unus Deus cum patre et spiritu sancto est, et a nobis Christianis creditur et glorificatur. Quod si ita est, temere tu nobis probrum ex vocabulo communicantis impingis: temere item occisiones quas nostrorum hominum facitis, divinitus inspiratas legitimasque reputas uti scribis. Nam si, propterea quod communicantem et aequipollentem Deo, ut vos dicitis, confingimus, legitimum est nos a vobis occidi; postquam nos eam imputationem falsam coarguimus, constat caedem quoque, qua vos in nos saevitis, iustam non esse. Quod si te distinctio personarum patris, filii, et spiritus sancti perturbat ac terret, quasi ea exterius in unum Deum unumque principium, filium ceu communicantem obtrudat, a natura Dei patris diversum, hoc indocti potius quam docti hominis proprium est. Non enim idem est natura et persona; secus, nullae res existentes essent homogeneae; eademque res et communis esset, et propria; quod non usuvenit.

15. Item aliter. Si personarum distinctio, naturae quoque distinctionem induceret, necesse foret id quod non est natura distinctum, ne persona quidem esse distinctum. Consequitur ergo, quicquid idem natura est, idem quoque fore personis. Socrates itaque erit etiam Petrus, qui si natura sunt iidem atque indistincti, iidem etiam persona erunt; quod est ridiculum. Namque hoc sophisma ab homonymia ita appellatur. Nam quum vocabulum « unus » multifario sensu dicatur, ut nos logicae regulae docent, nempe vel genere, vel specie, vel numero; constat, quod vocabulum etiam « plura » eandem rationem habet: nam quot modis propositum, totidem etiam oppositum; sic enim didicimus. Iam dum nos personis trinum numerum damus, tu naturarum quoque distinctionem invehis. Haec ita se

1) In confutatione prioris Agarenorum epistolae cap. 9.

2) Didymus alexandrinus in suo ad psalmos egregio commentario, cuius nos partem ingentem in horum voluminum serie vulgaturi sumus, ait ad ps. XVII. 32: ὁ σωτὴρ οὐ μετέχων θεότητος, Θεός ἐστιν . . . οὐδεὶς τῶν κατὰ μετοχὴν θεῶν, ὡς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶναι δύναται: *Salvator, non est participatione deitatis Deus . . . nemo qui esset participatione Deus, domino Iesu Christo aequipollere potest.*

habent, et ex factorum evidentia constat, et disciplinae sic nos docent. Atque ita tuae omnes adversus fidem nostram calumniae et contradictiones, futiles incredibiles mendacesque demonstratae fuerunt. Iam calumniis disiectis, reliqua omnia per se consequuntur. Sed et dicta hactenus nimia fuerunt, et sermonum superfluitas auribus molesta est. Ideo haec sufficiunt iis quidem qui aliquantulum considerare velint, et meliorum adiectione aut comparatione, veritatem adsequi, ac falsitatem dispellere. Heic ergo dicendi finem faciam.

σιν· καὶ οὕτως σοι πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως, καὶ αἱ πρὸς ἡμᾶς ἀντιῤῥήσεις σου ἕωλοι καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδεῖς ἀποδεδειγμέναι εἰσί· καὶ τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀναιρεθεισῶν, καὶ τὰ λοιπά σοι πάντα συνέψεται· καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου· ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τοῖς ἐθέλουσιν μικρῶς πως συνορᾶν, καὶ τῇ παραθέσει τῶν κρειττόνων, τὸ ἀληθὲς μεταδιώκειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἀποθεῖσθαι· διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον στήσω.

In extrema codicis pagina a recentiore manu, et quidem mendosissima, scribitur brevis Mohamedis notitia, nempe quod hic a Niceta byzantino philosopho, et aurea locutione praedito, confutatus arabs Mohamedes, orphanus fuerit, peregrinus, mendicus et vagus, et quod ad divitem viduam in quadam Arabiae urbe accesserit, cui se mercenarium famulum et camelarium addixit; quamque etiam malitia sua et subdolo sermone, licet ipse comitiali morbo urgeretur, in proprium coniugium pellexit. At cum haec postea repudium ei, tamquam mendico et daemoniaco, mitteret; is ad monachum quendam familiarem suum, Constantinopoli extorrem, negotio delato, facile impetravit ut uxori per hunc suaderet, Dei se esse prophetam, et visiones pati non apoplexin, et Gabrielem angelum secum loqui. Quae audiens mulier gavisa est. Tum ex eiusdem narratione, adhuc in Arabia famam huiusmodi perseverare dicit.

Ὁ ἀποκηρυχθεὶς παρὰ τοῦ βυζαντίου καὶ φιλοσόφου καὶ χρυσοεποῦς κυρίου Νικήτα ἄραψ Μωάμετ, ἦν ὀρφανὸς ξένος προσαίτης περιπολεύων ἐν πάσῃ χώρᾳ καὶ πόλει· ἐν τῇ Ἀραβίᾳ δὲ ἐλθών, καὶ ἐκεῖσε τὴν διατριβὴν ποιῶν, προσῆλθε γυναικὶ χήρᾳ πλουσίᾳ, καὶ ἐστοίχησεν μισθωτὸς ἐξυπηρετεῖν καὶ καμηλεύεσθαι αὐτῇ· πονηρὸς δὲ ὢν καὶ ἐν λόγοις εἰρωνικός, ἐξαπατήσας αὐτὴν ἐγήματο, ὑπάρχων αὐτὸς κάτοχος· ἐδυσφόρησεν ἡ γυνὴ τοῦτο οὕτω μαθοῦσα καὶ ἤχθετο λέγουσα, ὅτι ἀπόλωλα πτωχὸν καὶ δαιμονιάριν λαβοῦσα· καὶ ἔμελλεν αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἀποδιῶξαι· τοῦτο οὗτος ὁ πονηρὸς νοήσας, προσῆλθεν τινὶ φίλῳ αὐτοῦ μοναχῷ ὄντι, ὃς ἀπὸ τῆς μεγάλης πόλεως ἐξώρισται· καὶ πρὸς αὐτὸν ταῦτα παρήγγειλεν λέγων, ὅτι οἶδα σε γνωστὸν ὄντα τῆς ἐμῆς γαμετῆς, ὅτι ἐξειπεῖν θέλῃ πρός σε τὰ κατ' ἐμέ, καὶ πῶς σκοτοδινῶν πίπτω· σὺ δὲ πρὸς τοῦτο ὑποστηρίξας τάδε εἰπέ, ὅτι τοῦτο οὐκ ἦν ἄλλο ἀλλ' ἢ ἀγγέλου θεοῦ ὀπτασία, Γαβριὴλ ὄνομα, καὶ ὅτι τοῦ θεοῦ προφήτης ὑπάρχω· ἐπὶ τούτοις ὑπεραγάθησεν ἡ γυνὴ καὶ ἥδετο· καὶ παρ' ἐκείνης ἐξῆς ἀκουσθὲν ἐκρατήθη μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

MONITUM DE SUBSEQUENTE OPUSCULO.

Byzantino Nicetae choniatam alium Nicetam, Mohamedi aeque adversantem, subnectere percommodum est; qua re nondum deliberata, locos eius aliquot in scholiis meis ad Byzantinum iam antea protuleram. Choniatae huius ex fidei orthodoxae thesauro capita inedita novem graece ego ante hos annos vulgavi in Spicilegio romano T. IV. Octavum in his capitulis erat de superstitione Agarenorum, *quam concinne Choniata exponit et perspicua brevitate refutat. Iam vero non argumenti tantum paritas postulabat ut hunc tractatum praesenti volumini insererem, verum etiam pretium operis erat graecum textum ad communiorem usum deferre, adiecta interpretatione latina, quam occupatus olim non feceram. Ceteroquin adnotationes opusculo Choniatae attexere, vel Corani locos citare, plerumque supersedebo, quia in praecedente Byzantini tractatu id genus sedulitatis satis curavi; et uterque per se tractatus locis communibus, et parrallelis veluti narrationibus illustratur. Est autem choniata Nicetas byzantino quatuor ferme saeculis iunior.*

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ ΤΩΝ ΑΓΑΡΗΝΩΝ.

NICETAE CHONIATAE

DE SUPERSTITIONE AGARENORUM.

α΄. Ἔστι δὲ καὶ ἡ μέχρι τοῦ νῦν κρατοῦσα λαοπλάνος θρησκεία τῶν Ἰσμαηλιτῶν πρόδρομός τις τοῦ ἀντιχρίστου· κατάγονται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰσμαὴλ τοῦ ἐκ τῆς Ἄγαρ τεχθέντος τῷ Ἀβραάμ· διόπερ Ἀγαρηνοὶ καὶ Ἰσμαηλῖται προσαγορεύονται· Σαῤῥακηνοὺς δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν ὡς ἐκ τῆς Σάῤῥας κενοὺς 1), διὰ τὸ εἰρῆσθαι ὑπὸ τῆς Ἄγαρ τῷ ἀγγέλῳ, ὅτι ἡ Σάῤῥα κενήν με ἀπέλυσεν· οὗτοι μὲν οὖν εἰδωλολατρήσαντες καὶ προσκυνήσαντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ Χαμὰρ 2) τῇ ἑαυτῶν ἐπωνόμασαν γλώσσῃ, ὅπερ σημαίνει μεγάλην, ἕως μὲν τῶν Ἡρακλείου χρόνων προφανῶς εἰδωλολάτρουν· ἀπὸ δὲ Ἡρακλείου καὶ δεῦρο ψευδοπροφήτης αὐτοῖς ἀνεφύη Μωάμεδ ὀνομαζόμενος, ὃς περιτυχὼν Ἑβραίοις καὶ Χριστιανοῖς δῆθεν ἀρειανοῖς καὶ νεστοριανοῖς, ἁπανταχόθεν ἀρυσάμενος ἐξ Ἰουδαίων μὲν μοναρχίαν, ἐξ ἀρειανῶν δὲ λόγον καὶ πνεῦμα κτιστὰ, ἀπὸ δὲ νεστοριανῶν ἀνθρωπολατρίαν, τήν τε παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην ἐπελθὼν, καί τινι ἀρειανῷ προσομιλήσας μονάζοντι, ἰδίαν συνέστησεν αἵρεσιν· καὶ προφάσει δῆθεν θεοσεβείας τὸ ἔθνος ὑποποιήσας, ἐξ οὐρανῶν γραφὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατενεχθῆναι παρ᾽ αὐτὸν διεθρύλλησε· τινὰ δὲ συγγράμματα ἐν τῷ τοιούτῳ βιβλίῳ διαχαράξας γέλωτος ἄξια, τὸ σέβας αὐτοῖς παρέδωκε.

1. Perseverat usque ad hodiernam diem populorum deceptrix religio Ismahelitarum quasi Antichristi quidam praecursor. Hi genus ducunt ab Ismahele, quem Agar Abrahamo peperit: Sarracenos autem eosdem appellant, quasi a Sarra vacuos, propterea quod Agar dixerit angelo, se a Sarra vacuam dimissam. Hi ergo cultui idololatrico addicti, et luciferum astrum Veneris adorantes, quam Chamar sua lingua nominant, quod significat magnam, usque ad Heraclii tempora sine dubio ethnici fuerant. Heraclio autem regnante et deinceps, pseudopropheta exortus est ipsis Mohamedes nomine, qui conversans cum Hebraeis, et mox cum Christianis arianis ac nestorianis, undique hauriens, a Iudaeis quidem Dei unitatem, ab Arianis Verbum et Spiritum creaturas discens, a Nestorianis anthropolatriam, et vetus novumque testamentum percurrens, et familiari usus ariano monacho, propriam conflavit haeresim. Moxque religionis praetextu subornato populo, de caelis ad se demissam a Deo scripturam dictitavit; et capitulis aliquot in eo libro exaratis risu dignis, religiosum cultum adseclis tradidit.

β΄. Λέγει ἕνα θεὸν ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι μήτε γεννηθέντα μήτε γεγεννηκότα· λέγει τὸν Χριστὸν υἱὸν εἶναι τοῦ θεοῦ, καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, κτιστὸν δὲ καὶ δοῦλον· καὶ ὅτι ἐκ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν ἄνευ σπορᾶς ἐτέχθη· ὁ γὰρ λόγος, φησὶ, τοῦ θεοῦ καὶ τὸ πνεῦμα εἰσῆλθεν εἰς τὴν Μαρίαν 3), καὶ ἐγέννησε τὸν Ἰη-

2. Dicit unum rerum omnium factorem, neque genitum neque gignentem. Dicit Christum filium esse Dei, spiritumque eius, sed creatum ac servum; et ex Maria Moysis atque Aaronis sorore absque semine natum. Nam Verbum, inquit, Dei ac spiritus introiit in Mariam, peperitque illa Iesum prophetam ser-

1) Scribendum itaque potius esset Σαῤῥακενούς. Sed enim inepta videtur haec etymologia.

2) Ita codex. Ceterum mendum est *m* pro *b*, nam arabice est كبر *magnus*. Varie autem pronunciatum apud auctores legitur *chabar*, *cabar*, *chobar*, *cubar*.

3) Dicit hoc diserte Mohamedes sur. XXI. 91. *In Mariam quae munitam servavit vulvam suam insufflavimus de spiritu nostro* (inquit Deus). *Et posuimus eam et filium eius in miraculum omnibus saeculis.* Idem repetitur sur. LXVI. 13.

vumque Dei. At Iudaei contra fas voluerunt illum crucifigere, eoque potiti nonnisi umbram eius crucifixerunt; nam Deus illum in caelum sustulit, quia eum diligebat. Hoc etiam dicit, quod Christum in caelos delatum interrogaverit Deus dicens: o Iesu, tu ne dixisti, filium Dei te esse ac Deum? Qui respondit, propitius esto mihi Domine, tu scis me hoc non dixisse, neque superbe id mihi adrogare, qui servus tuus sum. At enim homines transgressores dixerunt me ita locutum, et me calumniati sunt, hique in errore versantur. Responditque, inquit, illi Deus: scio te hunc sermonem non esse locutum. Aliaque multa monstrorum similia, risuque digna in eo libro scribens, haec a Deo ad se demissa gloriatur.

3. Nobis vero rogantibus, quodnam est testimonium datae ipsi a Deo scripturae? vel quis propheta hunc surrecturum prophetam praedixit? insuperque dicentibus, Moysem in Sina monte universo spectante populo, in nube, igne, tenebris procellaque apparente Deo, legem recepisse; prophetasque omnes a Moyse et deinceps de Christi adventu vaticinatos, fore scilicet ut Deus Deique filius incarnatus adveniret, crucifigeretur, moreretur atque resurgeret, eumque iudicem esse vivorum ac mortuorum; mox adhuc nobis dicere pergentibus: cur non ita propheta vester advenit, ut ceteri de eo testati antea fuissent? sed nec omnibus vobis cernentibus, ut Moysi populo cuncto spectante, et fumante monte legem Deus dedit, Mohamedi quoque vestram hanc scripturam contraditam, ut vos quoque fundamento aliquo niteremini? nobis, inquam, ita dicentibus Agareni respondent: quaecumque vult, Deum facere. Replicantibus nobis: equidem id probe scimus, quaerimus tamen quomodo scriptura ad prophetam vestrum venerit? respondent, eo dormiente scripturam desuper ei traditam. Atqui hoc ridiculum est, respondemus; et quia dormiens scripturam recepit, neque eius rei sensum habuit, populare in eo proverbium completum fuit. Cumque denuo ab iis sciscitamur, cur Mohamede vobis mandante in hac vestra scriptura, nequid faciatis aut admittatis absque te-

σοῦν, προφήτην ὄντα καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ· ἰουδαῖοι δὲ παρανομήσαντες ἠθέλησαν αὐτὸν σταυρῶσαι, καὶ κρατήσαντες ἐσταύρωσαν αὐτοῦ τὴν σκιάν· αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐσταυρώθη, φησὶν, οὐδὲ ἀπέθανεν· ὁ γὰρ θεὸς ἔλαβεν αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν διὰ τὸ φιλεῖν αὐτόν· καὶ τοῦτο δὲ λέγει ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἀνελθόντος εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐπερώτησεν αὐτὸν ὁ θεὸς λέγων· ὦ Ἰησοῦ, σὺ εἶπας τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός; ἀπεκρίθη, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς· ἵλεώς μοι κύριε· σὺ οἶδας ὅτι οὐκ εἶπον, οὐδὲ ὑπερηφανῶ εἶναι δοῦλος σου· ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι οἱ παραβάται ἔγραψαν ὅτι εἶπον τὸν λόγον τοῦτον, καὶ ἐψεύσαντο κατ' ἐμοῦ, καὶ εἰσὶ πεπλανημένοι· καὶ ἀπεκρίθη, φησὶν, αὐτῷ ὁ θεός· οἶδα ὅτι οὐ οὐκ 1) ἔλεγες τὸν λόγον τοῦτον· καὶ ἄλλα πολλὰ τερατολογῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ συγγραφῇ γέλωτος ἄξια, ταῦτα παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτὸν κατενεχθῆναι φρυάττεται.

γ'. Ἡμῶν δὲ λεγόντων, καὶ τίς ἐστιν ὁ μαρτυρῶν ὅτι αὐτῷ γραφὴν δέδωκεν ὁ Θεός; ἢ τίς τῶν προφητῶν προεῖπεν ὅτι τοιοῦτος ἀνίσταται προφήτης; καὶ τούτοις αὖθις ἐπιφερόντων, ὅτι ὁ Μωϋσῆς κατὰ τὸ Σινᾶ ὄρος ἐπ' ὄψει παντὸς τοῦ λαοῦ ἐν νεφέλῃ καὶ πυρὶ καὶ γνόφῳ καὶ θυέλλῃ φανέντος τοῦ Θεοῦ ἐδέξατο τὸν νόμον, καὶ ὅτι πάντες οἱ προφῆναι ἀπὸ Μωϋσέως καὶ καθεξῆς ἀρξάμενοι περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας προηγόρευσαν, ὡς Θεὸς ὢν καὶ Θεοῦ υἱὸς σαρκούμενος ἥξει, καὶ σταυρωθήσεται καὶ θανατωθήσεται καὶ ἀναστήσεται, καὶ ὅτι κριτὴς οὗτος ζώντων καὶ νεκρῶν ἐστίν· εἶτα προστιθέντων, ὅτι πῶς οὐχ οὕτως ἦλθεν ὁ προφήτης ὑμῶν, ἄλλων μαρτυρούντων περὶ αὐτοῦ; ἀλλ' οὐδὲ πάντων ὑμῶν ὁρώντων ὁ θεὸς, ὡς τῷ Μωϋσεῖ βλέποντος παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ καπνιζομένου τοῦ ὄρους δέδωκε τὸν νόμον, κἀκείνῳ τὴν γραφὴν ἐν φατὲ παρέσχεν, ἵνα καὶ ὑμεῖς τὸ βέβαιον ἔχητε; ἀποκρίνονται ὅτι ὁ Θεὸς ὅσα θέλει ποιεῖ· Λεγόντων δὲ ἡμῶν ὅτι τοῦτο καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν, ἀποκρίνονται ὅτι ἐν ὅσῳ ἐκοιμᾶτο, κατέβη ἡ γραφὴ ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ τὸ γελοιῶδες, λέγομεν ἡμεῖς πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ἐπειδὴ κοιμώμενος ἐδέξατο τὴν γραφὴν, καὶ οὐκ ᾔσθετο τῆς ἐνεργείας, εἰς αὐτὸν ἐπληρώθη τὸ τῆς δημώδους παροιμίας· πάλιν ἡμῶν ἐρωτώντων πῶς αὐτοῦ ἐντειλαμένου ὑμῖν ἐν τῇ γραφῇ ὑμῶν μηδὲν ποιεῖν ἢ δέχεσθαι ἄνευ μαρτύρων, οὐκ εἴπατε αὐτῷ ὅτι πρῶτος αὐτὸς ἀπόδειξον διὰ μαρ- Sur. XCVII.

1) Ita Choniatae codex denuo a me inspectus. At in Spicil. et retro p. 349. n. 4. mendose fuerat omissa particula negativa οὐκ.

τύρων ὡς προφήτης εἶ, καὶ ἀπὸ θεοῦ ἐξῆλθες, καὶ ποία γραφὴ μαρτυρεῖ περὶ σοῦ, σιωπῶσιν αἰδούμενοι· πρὸς οὓς εὐλόγως φαμὲν, ἐπειδὴ γυναῖκα γῆμαι οὐκ ἔξεστιν ἄνευ μαρτύρων, οὐδὲ ἀγοράζειν, οὐδὲ κτᾶσθαι, οὔτε δὲ ὑμεῖς αὐτοὶ καταδέχεσθε ὄνον ἢ κτῆμα ἀμάρτυρον ὄντα, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ κτήματα καὶ ὄνους καὶ τὰ λοιπὰ διὰ μαρτύρων κτᾶσθε, κακῶς ἄρα μόνην τὴν πίστιν καὶ τὴν γραφὴν ἀμάρτυρον ἔχετε· ὁ γὰρ ταύτην ὑμῖν παραδοὺς, οὐδαμόθεν ἔχει τὸ βέβαιον· οὐδέ τις προμάρτυς αὐτοῦ γνωρίζεται, ἀλλὰ κοιμώμενος ἐδέξατο ταύτην.

δʹ. Καλοῦσι δὲ ἡμᾶς ἑταιριαστὰς, ὅτι φασὶν ἑταῖρον τῷ θεῷ παρεισάγομεν, λέγοντες εἶναι τὸν Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεόν· πρὸς οὓς φαμὲν, ὅτι τοῦτο ἡ γραφὴ καὶ οἱ προφῆται παραδεδώκασιν· ὑμεῖς δὲ ὡς διϊσχυρίζεσθε, τοὺς
Sur. VI. 85. seq. προφήτας δέχεσθε· εἰ οὖν κακῶς λέγομεν τὸν Χριστὸν υἱὸν θεοῦ, κακῶς ἄρα ἐκεῖνοι ἐδίδαξαν καὶ παρέδωκαν ἡμῖν· καί τινες μὲν αὐτῶν φασὶν, ὅτι ὑμεῖς οἱ Χριστιανοὶ τοὺς προφήτας ἀλληγορήσαντες τὰ τοιαῦτα προτεθείκατε· ἄλλοι δὲ ὅτι οἱ Ἑβραῖοι μισοῦντες ὑμᾶς ἐπλάνησαν, ὡς ἀπὸ τῶν προφητῶν γράψαντες, ἵνα καὶ ἡμεῖς πλανώμεθα· πάλιν δὲ φαμὲν πρὸς αὐτούς· ὑμεῖς λέγοντες ὅτι ὁ Χριστὸς λόγος ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, πῶς λοιδορεῖτε ἡμᾶς ὡς ἑταιριαστάς; ὁ γάρ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα ἀχώριστα ἐστὶ τοῦ ἐν ᾧ πέφυκεν· εἰ οὖν ἐπὶ τῷ θεῷ ἐστὶν ὁ λόγος αὐτοῦ, δηλονότι καὶ θεός ἐςιν· εἰ δὲ ἐκτὸς τοῦ θεοῦ ὁ λόγος καθ' ὑμᾶς, ὁ θεὸς καὶ ἄπνους· οὐκοῦν φεύγοντες ἑταιριάζειν τὸν θεὸν, ἐκόψατε αὐτόν· κρεῖσσον δὲ ἦν ὑμᾶς λέγειν ὅτι ἑταῖρον ἔχει, ἢ κόπτειν αὐτὸν, καὶ ὡς λίθον ἢ ξύλον ἢ τί τῶν ἀναισθήτων παρεισάγειν· ὥστε ὑμεῖς μὲν ἡμᾶς ψευδηγοροῦντες ἑταιριαστὰς καλεῖτε· ἡμεῖς δὲ ἀληθεύομεν κόπτας ὑμᾶς προσαγορεύοντες τοῦ θεοῦ.

εʹ. Διαβάλλουσιν ἡμᾶς εἰδωλολάτρας προσκυνοῦντας τὸν σταυρὸν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων, ἃ ἐκεῖνοι βδελύττονται· καὶ φαμὲν πρὸς αὐτοὺς, πῶς ὑμεῖς λίθῳ προστρίβεσθε κατὰ τὸν Γαβαθᾶν ὑμῶν, καὶ φιλεῖτε τὸν λίθον τοῦτον ἄσμενοι; Καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν φασὶν, ὅτι ἐπάνω τούτου Ἀβραὰμ συνουσίασε τῇ Ἄγαρ· ἄλλοι δὲ ὅτι αὐτοῦ προσέδησε τὴν κάμηλον μέλλων θύειν τὸν Ἰσαάκ. Καὶ πρὸς

stibus, cur inquam non ei dixistis: at tu prior testibus adproba te esse prophetam, et a Dec venire? et quaenam scriptura de te testetur? tunc pudore suffusi silent. Nos autem iure meritoque illis dicimus: quoniam uxorem ducere haud licet absque testibus, neque mercari, neque emere, et ne asinum quidem aut praedium sine testibus adquiritis; sed uxores, et praedia, et asinos, et reliqua, praesentibus testibus mancipi habetis, male profecto solam fidem atque scripturam intestatam tenetis: nam qui hanc vobis tradidit, nusquam habet firmitatem: neque ullus testis praecessit, sed librum dormiens Mohamedes recepit.

4. Appellant vero nos adsociantes, quia Deo ut aiunt socium adiungimus, dum Christum dicimus Dei filium ac Deum. Quibus respondemus, id scilicet a scriptura sacra prophetisque traditum: vosque ipsos, ut certe adfirmatis, prophetarum auctoritatem admittere. Si ergo prave dicimus Christum Dei filium, prave utique illi docuerunt id, nobisque tradiderunt. Nonnulli etiam illorum aiunt: vos quidem Christiani prophetas allegorice interpretando, hanc doctrinam intulistis. Alii dicunt: Hebraei hostes vestri vos deceperunt, talia tamquam prophetica scribentes, ut nos quoque vobiscum decipiamur. Vicissim illis nos dicimus: quum vos Christum Verbum Dei spiritumque eius dicatis, cur nobis conviciamini tamquam adsociantibus? Verbum quippe ac spiritus separari nequeunt ab eo cui naturaliter haerent. Si ergo in Deo est Verbum eius, Verbum quoque Deus est. Quod si extra Deum est, ut vos putatis, Deus certe spiritu caret. Igitur dum adsociare Deum devitatis, ipsum mutilatis. Praestat autem socium et illi adtribuere, quam eundem imminuere, et ceu lapidem vel lignum aut aliud quodvis insensatum inducere. Mentimini itaque cum nos adsociantes vocatis: nos contra vere dicimus, cum vos Dei caesores appellamus.

5. Traducunt nos tamquam idololatras, quia crucem adoramus, Christique et sanctorum imagines, a quibus ipsi abhorrent. Nos vero respondemus: cur autem vos lapidi advolvimini in vestro Gabatha, atque illum tam libenter osculamini? Atque eorum alii dicunt, supra hunc lapidem Abrahamum cum Agare concubuisse: alii camelum ad hunc alligasse cum Isaacum esset immolaturus. Quibus respondemus:

quoniam scriptura dicit montem illum fuisse nemorosum, scissisque lignis ad sacrificium Abrahamum illic imposuisse Isaacum, et commendatam pueris reliquisse asinam; undenam istae vobis nugae? neque enim vestro in loco sunt ligna silvestria; neque transitus asinorum. Ad haec sane pudefiunt; pergunt tamen dicere, lapidem illum Abrahami esse, ibique cum femina rem habuisse, et camelum illic alligasse. Age vero vos non pudet, sed obiurgatis nos qui Christi crucem atque imaginem veneramur, quibus daemonum potentia diabolique fraus prosternitur? Hic autem, quem dicunt, lapis caput est Veneris, quam colunt, quamque etiam Chamar appellant: ex quo lapide usque ad hunc diem plastico opere expressa adumbratio acute observantibus cernitur.

6. Hic igitur Mohamedes multa, uti dictum fuit, contumeliosa capitula consarcinans, horum singulis titulos apposuit, veluti est capitulum de muliere. Porro in hoc quod diximus de muliere capitulo, quatuor uxores palam duci lege statuit, et concubinas si quis poterit etiam mille vel quotquot cuiusque manus adquisiverit, quatuor uxoribus subditas: ex quibus siquam dimittere voluerit, atque aliam ducere, hanc ob causam legem tulit. Ministerii socium habebat Zeidum quemdam nomine, cui quum pulcra uxor esset, Mohamedes in huius amorem lapsus est. Sedentibus ergo illis, ait Mohamedes: Zeide, Deus mandavit mihi, ut uxorem tuam dimittas. At ille protinus dimisit. Post paucos vero dies, rursus ait Mohamedes: Deus mandavit mihi, ut uxorem, quam tu dimisisti, mihi accipiam. Respondit ille: legatus es, quicquid tibi mandavit Deus, confice. Tunc illa ducta Mohamedes, et moechatus, hanc postea legem tulit: nempe ut quisquis voluerit, uxorem suam dimittat. Quod si illa post repudium, ad virum reverti voluerit, ducat alius quispiam: neque enim a priore viro recipi eam licet, nisi prius alteri nupserit. Quod si frater quispiam repudiet, ducat eam frater illius si voluerit. In eodem autem capitulo haec quoque suadet: operare terram quam tibi Deus dedit, et deliciare in ea, et hoc ac tali modo age. Nolo enim cetera turpia, ut ille, loqui.

7. Rursus aliud capitulum inscribitur de ca-

αὐτοὺς ἀποκρινόμεθα· τῆς γραφῆς λεγούσης ὅτι ὄρος ἦν ἀλσῶδες, καὶ ξύλα ἀφ' ὧν εἰς τὴν ὁλοκάρπωσιν σχίσας Ἀβραὰμ ἐπέθηκε τῷ Ἰσαὰκ, καὶ ὅτι μετὰ τῶν παίδων τὴν ὄνον κατέλιπε, πόθεν ὑμῖν τὸ ληρεῖν; οὔτε γὰρ ἐκεῖ ξύλα δρυμώδη κεῖνται, οὔτε ὄνοι διοδεύουσιν· αἰδοῦνται οὖν· ὅμως φασὶν εἶναι τὸν λίθον τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ συνουσιάσαι γυναικὶ, καὶ ὅτι τὴν κάμηλον αὐτοῦ προσέδησεν· εἶτα οὐκ αἰδεῖσθε, ἀλλ' ἡμᾶς εὐθύνετε ὅτι τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ προσκυνοῦμεν καὶ τὴν εἰκόνα, δι' ὧν δαιμόνων ἰσχὺς καὶ διαβόλου καταλύεται πλάνη; οὗτος δὲ ὃν φασὶ λίθον, κεφαλὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἣ προσεκύνουν, ἣν δὴ Χαμὰρ προσηγόρευον· ὑφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν ἐκ γλυφίδος ἀποσκίασμα ταύτης τοῖς ἀκριβῶς κατανοοῦσι φαίνεται.

ϛ'· Οὗτος τοίνυν ὁ Μωάμεθ πολλὰς ὡς εἴρηται λοιδορίας συντάξας, ἑκάστῃ τούτων προσηγορίας ἐπέθηκεν 1), οἷον ἡ γραφὴ τῆς γυναικός· ἐν ταύτῃ δὲ τῇ λεγομένῃ γραφῇ τῆς γυναικὸς, τέσσαρας γυναῖκας προφανῶς λαμβάνειν νομοθετεῖ, καὶ παλλακὰς ἐάν τις δύνηται χιλίας, ἢ ὅσας ἡ χεὶρ αὐτοῦ κατάσχῃ, ὑποκειμένας ταῖς τέσσαρσι γυναιξίν· ἣν δ' ἂν βουληθῇ ἀπολύειν, καὶ κομίζεσθαι ἄλλην ἣν ἂν ἐθέλῃ, ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐνομοθέτησε· σύμπονον δὲ ἔσχε Ζεὶδ προσαγορευόμενον· οὗτος γυναῖκα ὡραίαν εἶχεν, ἧς αὐτὸς ἠράσθη· καθημένων οὖν αὐτῶν, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ζεὶδ, ὁ θεὸς ἐνετείλατό μοι ἵνα ἀπολύσῃς τὴν γυναῖκά σου· ὁ δὲ ἀπέλυσε· καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς φησίν· ὁ θεὸς ἐνετείλατό μοι τὴν γυναῖκα ἣν σὺ ἀπέλυσας λαβεῖν· ὁ δὲ ἔφη· ἀπόστολος εἶ· ποίησον ὅσα ὁ θεὸς ἐνετείλατο· εἶτα λαβὼν καὶ μοιχεύσας αὐτὴν, τοιοῦτον ἔθηκε νόμον· ὁ βουλόμενος, ἀπολυέτω τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· ἐὰν δὲ μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι, πρὸς αὐτὸν ἀναστρέψῃ, γαμείτω αὐτὴν ἕτερός τις· οὐ γὰρ ἔξεστι λαβεῖν αὐτὴν, εἰ μὴ γαμηθῇ ὑφ' ἑτέρου· ἐὰν δὲ καὶ ἀδελφὸς ἀπολύσῃ, γαμείτω αὐτὴν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ βουλόμενος· ἐν αὐτῇ δὲ τῇ γραφῇ τοιαῦτα παραγγέλλει· ἔργασαι τὴν γῆν ἣν ἔθηκέ σοι ὁ θεὸς, καὶ φιλοκάλησον αὐτὴν, καὶ τόδε ποίησον, καὶ τοιῶσδε· ἵνα μὴ πάντα λέγω ὡς ἐκεῖνος αἰσχρά.

ζ. Πάλιν ἄλλη γραφὴ ἡ τῆς καμήλου τοῦ

1) Intellige Corani suras, quas singillatim recensuit refutavitque in superiore opere a n. 26. ad 82. Nicetas byzantinus, ad quem lectores ablegamus.

θεοῦ, ἐν ᾗ λέγει ὅτι ἦν κάμηλος ἐκ θεοῦ, καὶ ἔπινεν ὅλον τὸν ποταμὸν, καὶ διήρχετο μεταξὺ δύο ὀρέων 1) διὰ τὸ μὴ χωρεῖσθαι· λαὸς δὲ φησὶν ἦν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ τὴν μίαν ἡμέραν αὐτὸς ἔπινε τὸ ὕδωρ· ἡ δὲ κάμηλος, τῇ ἑξῆς πίνουσα δὲ τὸ ὕδωρ, ἔτροφεν αὐτοὺς, γάλα παρεχομένη ἀντὶ τοῦ ὕδατος· ἀνέστησαν οὖν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι πονηροὶ ὄντες, καὶ ἀπέκτειναν τὴν κάμηλον· τῆς δὲ γέννημα ὑπῆρχε μικρὰ κάμηλος, ἥτις φησὶ τῆς μητρὸς ἀναιρεθείσης ἐβόησε πρὸς τὸν θεόν· καὶ ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν. Πρὸς οὓς φαμέν· πόθεν ἡ κάμηλος ἐκείνη; καὶ λέγουσιν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ. Καὶ φαμέν· συνεβιβάσθη αὐτῇ ἄλλη κάμηλος; καὶ λέγουσιν, οὔ. Πόθεν οὖν, φαμὲν, ἐγέννησεν; ὁρῶμεν γὰρ ταύτην τὴν κάμηλον ὑμῶν ἀπάτορα ἀμήτορα ἀγενεαλόγητον· γεννήσασα δὲ, κακὸν ἔπαθε, καὶ οὐδὲ ὁ βιασάμενος φαίνεται· ἡ δὲ μικρὰ κάμηλος ἀνελήφθη· ὁ οὖν προφήτης ὑμῶν, ᾧ καθὼς λέγετε ἐλάλησεν ὁ θεὸς, διὰ τί περὶ τῆς μικρᾶς καμήλου οὐκ ἔμαθε ποῦ βόσκεται, καὶ τίνες τῷ γάλακτι τρέφονται αὐτὴν ἀμέλγοντες; ἢ καὶ αὐτὴ μήποτε τοῖς κακοῖς ὡς ἡ μήτηρ περιτυχοῦσα ἀνῃρέθη; ἢ ἐν τῷ παραδείσῳ πρόδρομος ὑμῶν εἰσῆλθεν; ἀφ' ἧς ὁ ποταμὸς ὑμῖν ἔσται τοῦ γάλακτος ὃν ληρεῖτε· τρεῖς γὰρ ποταμοὶ ἐν τῇ γραφῇ ὑμῶν, τῇ περὶ τοῦ παραδείσου, φατὲ ῥέειν ὕδατος οἴνου καὶ γάλακτος· εἰ μὲν οὖν ἐκτός ἐστι τοῦ παραδείσου ἡ πρόδρομος ὑμῶν κάμηλος, ἐξηράνθη πείνῃ καὶ δίψῃ, ἢ ἄλλοι τοῦ γάλακτος αὐτοῦ ἀπολαύουσι· καὶ μάτην ὁ προφήτης ὑμῶν φρυάττεται ὡς ὁμιλήσας θεῷ· οὐ γὰρ τὸ μυστήριον αὐτῷ ἀπεκαλύφθη τῆς καμήλου· εἰ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐστὶ, πάλιν πίνει τὸ ὕδωρ· καὶ ὑμεῖς ἀνυδρίᾳ ξηραίνεσθε ἐν μέσῳ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου, καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ μὴ παροδεύοντος ἐπιθυμήσετε ποτοῦ, ἀπέπιε γὰρ ὅλον ἡ κάμηλος· ἄκρατον οὖν πίνοντες, μέλλετε ἐκκαίεσθαι καὶ μέθαις παραπέμπεσθαι, καὶ καθεύδειν· καρηβαροῦντες δὲ καὶ μεθ' ὕπνον κεκραιπαληκότες ἐξ οἴνου, τῶν ἡδέων τοῦ παραδείσου ἐπιλανθάνεσθε· πῶς οὖν ὁ προφήτης ὑμῶν οὐκ ἐνενοήθη ταῦτα, μήποτε τί συμβῇ ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς; οὐδὲ περὶ τῆς καμήλου πεφρόντικεν, ὅπως νῦν διάγει; ἀλλ' οὐδὲ ὑμεῖς ἠρωτήσατε αὐτὸν, ὡς ὑμῖν περὶ τῶν τριῶν διηγόρευσεν ὀνειροπολούμενος ποταμῶν· ἀλλ' ἡμεῖς σαφῶς τὴν θαυμαστὴν ὑμῶν κάμηλον εἰς πόας ᾅδου, ὅπου καὶ ὑμεῖς μέλλετε διάγειν, ὡς κτηνώδεις, προδραμοῦ-

melo Dei; in quo dicit, extitisse Dei camelum feminam quae integrum ebibit flumen, transiitque inter duos montes, ne comprehenderetur. Populus vero, inquit, in loco erat, qui priore die aquam bibit, postera autem camelus: quae aqua potata populum aluit, lac pro aqua praebens. Sed enim consurgentes viri illi improbi, camelum occiderunt. Erat autem huius pullus, parva camelus, quae matre interempta, ad Deum vocem extulit, qui illam ad se recepit. Nos itaque Agarenis dicimus: undenam camelus illa? Dicunt: a Deo. Pergimus dicere: num alterius cameli societate usa est? Negant. Quomodo igitur, inquimus, peperit? videmus enim hanc camelum vestram sine patre sine matre sine genealogia. Sed postquam peperit, male passa est, neque apparet quis ei vim intulerit. At parva camela sublata fuit. Vester itaque propheta, cui Deus ut dicitis est locutus, cur nescivit ubinam parva camela pascatur? et quinam lac eius mulgentes nutriantur? et an ipsa etiam, aeque ac mater, malo aliquo casu intercepta perierit? vel potius in paradisum vobis praecurrens introierit? ex quo lactis flumen vobis manaturum nugamini. Tria quippe flumina in capitulo vestro, quod inscribitur de paradiso, fluere dicitis aqua, vino, et lacte. Si ergo extra paradisum est praecursoria vestra camelus, ea quidem fame ac siti periit, vel alii lacte eius fruuntur. Frustraque propheta vester gloriatur cum Deo colloqui, quandoquidem cameli mysterium non fuit ei revelatum. Quod si forte in paradiso est, rursus aquam bibit, vosque aquae paenuria arescitis in medio deliciarum paradiso, et aquam ex non transeunte cupitis potare; bibit enim totam camelus. Ergo merum bibentes venas inflammabitis, ebrietati et somno indulgebitis: gravedine autem laborantes, rursusque post somnum crapulantes vino, paradisi voluptatum obliviscemini. Cur itaque propheta vester non ante cogitavit, ne quid huiusmodi in deliciarum paradiso accideret? neque de camelo sollicitus fuit, ubinam degat? nec vos denique eum interrogastis, ut aliquid de trium fluminum fabula vobis narraret? Ceteroqui nos sine ulla ambage praeclaram hanc camelum vestram ad inferni herbas, ubi vos quoque incoletis, praecurrisse vo-

1) Male itaque Barth. edessenus in opusculo contra Mohamedem alibi a nobis citato ait p. 444: μέσον δύο ὡρῶν *spatio circiter duarum horarum.*

bis nunciamus. Ibi vero tenebrae exteriores, poena inccssabilis, ignis stridens, vermis vigil, daemonesque tartarei.

8. In eodem de paradiso capitulo ait Mohamedes se esse paradisi ostiarium, ibique fore Moysem cum Israhelitis: legis autem transgressores supplicio ignis traditum iri. Christianos pariter, ceu qui Christum Dei filium Deumque appellaverint, et incarnatum crucifixumque adfirmaverint (ipse enim ait a Iudaeis umbram tantum illius crucifixam) gehennae ignem experturos. Deinde ait se a Deo vocatum, atque ut apprime religiosum, et universae genti suae religionis factum auctorem, laude ornatum; et ea propter paradisi factum ostiarium; missumque ad aperiendum; et illuc secum ingressuros absque obice et sine ulla contradictione aut iudicio homines septuaginta mille. De reliquis iudicatum iri ait; et iustos quidem sine dubio deliciis potituros; eos autem qui inventi fuerint peccatores, libellos gestaturos collo appensos; nihilominus paradisum ingressuros, et Dei libertos ac Mohamedis vocatum iri. Mulieres quoque cum illis futuras sine menstruis, eisdem ministraturas, et capillos eis ornaturas. Sed etiam Samaritanos paradisum dicit ingressuros, non ad fruendum, sed ad illorum stercora paradiso exportanda, ne forte paradisus foeteat. Unumquemque vero, prout in hac vita dives fuerit, aut pauper, ita illic futurum. Postremo Iudaeos atque Christianos ait fore tamquam ligna igni deputata, quae in illum proiicientur.

9. Rursus aliud capitulum de mensa inscribitur; quia nempe postulaverit Christus a Deo mensam, postquam ei persuaserat, se filii Dei nomen non usurpasse. Hanc illi Deus praebuit dicens: dedi tibi mensam perpetuam, ut ea fruaris. Adhuc aliud capitulum est de bucula, in quo verba quaedam dicit risu digna, quae ne sim prolixus omittenda iudico. Cumque suis circumcisionis legem statuerit, neque sabbatum neque baptismum imperavit. Item vetitis a lege vetere partim vesci, partim abstinere docens, vini potu prorsus interdixit impostor hic. Insuper dogma sanxit boni omnis ac mali causam Deum esse; et quicquid ex hostis maligni dolo nobis accidit, id a Deo esse prodigiosa impietate dicit. Et si oculis

σαν ὑμῖν ἐπαγγελλόμεθα· ἐκεῖσε δὲ σκότος ἐστὶν ἐξώτερον, καὶ κόλασις ἀτελεύτητος, πῦρ ἠχοῦν, σκώληξ ἀκοίμητος, καὶ τάρταροι δαίμονες.

η'. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ γραφῇ τῇ περὶ τοῦ παραδείσου λέγει ὁ Μωάμεδ ἑαυτὸν εἶναι κλειδοῦχον τοῦ παραδείσου, καὶ ὅτι παραστήσεται Μωϋσῆς σὺν τοῖς Ἰσραηλίταις· καὶ ὡς παραβάται τοῦ νόμου, τῇ κολάσει τοῦ πυρὸς ἐκδοθήσονται· οἱ δὲ Χριστιανοὶ, ὡς τὸν Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ καὶ Θεὸν ἀποκαλέσαντες, καὶ σεσαρκωμένον, καὶ ἐσταυρωμένον αὐτὸν δογματίσαντες (φησὶ γὰρ ὅτι ἡ σκιὰ αὐτοῦ ἐσταυρώθη ὑπὸ τῶν ἰουδαίων) τῇ τοῦ πυρὸς γεένῃ παραδοθήσονται· εἶτα ἑαυτὸν φησὶν ὑπὸ Θεοῦ κεκλῆσθαι, καὶ ὡς μάλα θεοσεβῆ καὶ παντὶ τῷ αὐτῶν ἔθνει αἴτιον θεοσεβείας ὑπάρξαντα ἐπαινεῖσθαι, καὶ τούτου χάριν κλειδοῦχον χρηματίσαι· καὶ ἀπεστάλθαι τοῦ ἀνοῖξαι, καὶ συνεισελεύσεσθαι αὐτῷ ἀναντιῤῥήτως λόγου χωρὶς καὶ διακρίσεως ἑβδομήκοντα χιλιάδας· καὶ τοὺς λοιποὺς κριθήσεσθαι φάσκει, καὶ τοὺς μὲν δικαίους ἀναμφιβόλως τῆς τρυφῆς ἀπολαῦσαι, τοὺς δὲ εὑρισκομένους ἁμαρτωλοὺς πιττάκια φορέσαι ἐν τοῖς τραχήλοις δεδεμένα, καὶ εἰς τὸν παράδεισον εἰσελθεῖν, καὶ τούτους ἐπονομάζεσθαι ἀπελευθέρους τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Μωάμεδ· τὰς δὲ γυναῖκας συνεῖναι μὲν αὐτοῖς ἀπαθῶς, καὶ θεραπεύειν αὐτοὺς, καὶ φιλοκαλεῖν αὐτῶν τὰς κόμας· καὶ τοὺς Σαμαρείτας ἔφη εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ οὐ πρὸς τὸ ἀπολαῦσαι, ἀλλ' ἵνα τὰ ἐκφόρια καὶ τὴν κόπρον αὐτῶν τοῦ παραδείσου ἐκβάλλωσιν, ὅπως ἂν μὴ ἀποζέσειεν ὁ παράδεισος· ἕκαστον δὲ ὡς ἂν ἐνταῦθα βιώσειεν εἴτε ἐν πλούτῳ, εἴτε ἐν πενίᾳ, οὕτως καὶ ἐκεῖθεν διάγειν· τοὺς δὲ Ἰουδαίους καὶ τοὺς Χριστιανοὺς λέγει ξύλα πυρὸς γενομένους βληθήσεσθαι εἰς αὐτό.

θ'. Πάλιν ἄλλη γραφὴ ἡ περὶ τῆς τραπέζης, ὅτι ᾐτήσατο ὁ Χριστὸς τράπεζαν παρὰ τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸ πληροφορῆσαι αὐτὸν, ὅτι οὐκ εἶπεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ· καὶ παρέσχεν αὐτῷ εἰπὼν οὕτως· δέδωκά σοι τράπεζαν ἄφθαρτον, ἵνα εὐφραίνῃ. Καὶ πάλιν ἄλλη γραφὴ ἡ περὶ τοῦ βοϊδίου, ἐν ᾗ λέγει τινὰ ῥήματα γέλωτος ἄξια, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παραδραμεῖν οἴομαι δεῖν· περιτέμνεσθαι δὲ αὐτοὺς νομοθετήσας, καὶ μήτε σαββατίζειν, μήτε βαπτίζεσθαι προστάξας· καὶ τῶν μὲν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων ἐσθίειν, τῶν δὲ ἀπέχεσθαι παραδοὺς, οἰνοποσίαν παντελῶς ἀπηγόρευσεν ὁ πλάνος οὗτος· πρὸς τούτοις, παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ αἴτιον ὑπάρχειν τὸν Θεὸν ἐδογμάτισε, καὶ πᾶν ὅπερ ἐπέλθῃ ἐξ ἐπηρεάσεως τοῦ πονηροῦ ἐναντίου, ἐκ Θεοῦ εἶναι ἐτερατεύετο·

καὶ τοὺς λῃστὰς καὶ φαρμακοὺς καὶ ὅσους ἂν ἐπ' ἀπηγορευμένοις πράγμασιν ἁλόντας, καὶ ἀναιρουμένους ἴδοι τις, οὕτω φησὶν ἔγραψεν ὁ θεὸς γενέσθαι, καὶ οὕτως ἀποθανεῖν ἠβουλήθη, τύχην διορισάμενος εἶναι καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἄλλους πλείστους λήρους· οἷς ὀνειροποληθέντες οἱ ἄθλιοι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ὡς ἀσεβεῖς καὶ βλάσφημοι ἀπαλλοτριοῦνται. Ἀνεφύη δὲ ἡ τοιαύτη τῶν Ἰσμαηλιτῶν αἵρεσις ἐπὶ τῶν χρόνων Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, ὡς εἶναι μέχρις αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ͵ϛρμε' 1).

ι'. Ἵνα δὲ προσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις τὸ κατὰ μηδὲν τὸν Μωάμεθ ἀληθὲς λέγειν, εἰρήσεται καὶ ταῦτα ἐκ τῆς αὐτοῦ βίβλου παρεκβληθέντα. Ἐπιμνησθεὶς τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, φησὶν ὡς ἐκ προσώπου θεοῦ· ἀπεστείλαμεν ἀκόλουθον τῶν προφητῶν πάντων Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν Μαρίας εἰς τὸ ἀγαθοποιῆσαι τὰ πρὸ αὐτοῦ, καταγαγόντες πρὸς αὐτὸν τὸ εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁδήγησίς φησι καὶ δικαιοσύνη κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸ αὐτοῦ νόμου· εἰ γοῦν ταῦτα πάντα τῷ Ἰησοῦ καὶ τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ δέδοται, σοὶ τί λέλοιπας, ὦ Μωάμεθ, συνεισενεγκεῖν τοῖς ἀνθρώποις; οὐδὲν ἕτερον πάντως ἢ πλάνην, καὶ τῶν ἀληθῶν δογμάτων διαφθοράν· πάλιν λέγει ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ· ὅταν ἠθέλομεν ἀπολέσαι χωρίον, ἐκελεύομεν τοῖς ἐσῶσιν ἐν αὐτῷ, καὶ ἠσώτευον ἐν αὐτῷ· καὶ ἐδικαιοῦτο ἐπάνω αὐτῶν ὁ λόγος ὁ τῆς ἀπωλείας αὐτῶν, καὶ τῆς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεως· καὶ ἐδαμάσαμεν αὐτοὺς δαμάσεσι, καὶ πολλοὺς ἀπωλέσαμεν. Οὐκ ἀσωτίαις καὶ ὀλέθροις ἀνθρώπων χαίρει θεὸς, ἀλλ' ὁ κελεύων ἀσωτεύειν διάβολος.

ια'. Τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐφ' ἵππους εἶναι φησίν· οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὡς ἄψυχα ταῦτα ὄντα, ἱππεύειν οὐ δύναται· πῶς δὲ καὶ ἵπποι σαρκίον φθαρτὸν περικείμενοι, ὄχημα πυρὸς εἶναι ὑποστήσονται; οἱ δὲ κατὰ τὸν Ἡλίαν ἔμπυροι ἵπποι, οὐ φύσιν, ἀλλὰ σχῆμα μόνον ἵππων περιέκειντο. Ἐκ τῆς βδέλλας φησὶ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον 2)· καὶ πάντα τὰ ζῷα βιβρώσκειν προτρέπεται, πλὴν τοῦ χοίρου· φάγετε γάρ, φησιν, ἐκ τῶν ὄντων ἐν τῇ γῇ, καθαρὰ γὰρ καὶ καλὰ, καὶ μὴ ἐξακολουθεῖτε τοῖς ἴχνεσι τοῦ σατανᾶ· σατανᾶν τὸν θεὸν ἀποκαλῶν, τὸν τὰ μὲν καθαρὰ, τὰ δὲ ἀκάθαρτα προσηγορευκότα· καὶ εἰ σατανᾶς, ὦ λῆρε, ὁ τὴν παλαιὰν νομοθέμενος, πῶς ἐν ἄλλοις θεὸν αὐτὸν ὀνομάζεις; Περὶ νηστείας νομοθετῶν οὕτω φησίν·

occurrant latrones, venefici, et quilibet vetitorum facinorum rei, atque ob ea interempti, ita inquit Deus fieri scripserat, et sic eos mori voluit; quo dicto fortunae numen ac fatum constituit; atque alias gerras plurimas; quibus infelices Agareni decepti, aeternis gaudiis ut blasphemi impiique excludentur. Orta est autem haec Ismahelitarum haeresis Heraclii imperantis aetate, ad quem ab orbe condito anni fluxerunt VIM·C·XLV·

10. Ut autem praedictis adiiciamus, quod nihil veri Mohamedes dicat, age haec recitemus ex eiusdem libro excerpta. Christi mentionem faciens atque evangelii, ait veluti ex persona Dei: misimus postremum prophetarum omnium Iesum Mariae filium, ut quae ante eum fuerant, rata faceret, atque ad eum demisimus evangelium, in quo est directio ac iustitia, secundum virtutem praecedentis ei legis. Atqui si haec omnia Iesu eiusque evangelio concessa fuerunt, quid tibi reliquum fecisti, o Mohamede, quod hominibus conferres? Nihil aliud prorsus quam errorem, et verorum dogmatum perversionem. Rursus tamquam ex Dei persona ait: cum regionem aliquam pessumdare voluimus, incolis eius mandavimus, ut ibi luxuriose agerent: atque ita iusta evasit sententia de illorum perditione, et de inlato illis decreto: damnisque eos damnificavimus, multosque pessum dedimus. Atqui non luxurie, inquam, neque hominum exitio gaudet Deus, sed is potius qui luxuriari mandat diabolus.

11. Solem ac lunam equitare dicit, ignorans miser haec utpote inanimata haud posse equitare. Quomodo item equi, caruncula corruptibili induti, currus ignei vicem praestare poterunt? Etenim illi Heliae ignei equi, haud tales natura erant, sed equorum tantummodo speciem prae se ferebant. Ex hirudine genitum dicit hominem. Animalibus omnibus vesci hortatur, praeter quam sue. Comedite, inquit, ex iis quae in terra sunt: etenim munda sunt ac bona, nec Satanae vestigia sequamini; Satanam scilicet appellans Deum, qui munda et immunda designavit. Iam si Satanas est, o delire, qui veterem legem tulit, cur eum alibi Deum nominas? De ieiunio legem scribens ait:

1) Ita codex Choniatae. Reapse tamen hegirae initium fuit anno mundi 6129, Christi 621, Heraclii imperantis undecimo.
2) Recole de his et aliis huiusmodi quae dicta sunt vel emendata in nostris ad Byzantinum adnotationibus.

sufficit vobis nox ieiunii ad uxorum vestrarum copulam : hae quippe sunt vobis operimentum. Noverat enim Deus, vos animas vestras fraudaturos in ieiunio, fuitque vobis indulgens : misceamini illis ad solatium, et comedite vespere ac bibite, donec quod in nocte nigrum est, interdiu album appareat. Quodnam genus ieiunii est, o impure ac flagitiose, vel quaenam Dei lex, tota nocte epulari et libidinari? Tum de temperantia cum illis loquens, ait : uxores vestrae ager vester sunt : ingredimini in agrum vestrum cum volueritis, et animabus vestris favete; id est omnem animarum vestrarum cupiditatem explete : atque utamini uxoribus vestris utrimque. Quid, oro, his verbis libidinosius et execrabilius?

12. Adseclas suos ad bellum contra nos acuens dicit : occidite illos, ubicumque iis occurreritis. Neque id solum dicit, sed etiam propositam esse a Deo mercedem his qui se Christianorum sanguine impiaverint. Quintam vero captivorum aliarumque manubiarum partem Deo offerri constituit ac Mohamedi prophetae. Hortatur etiam ut reconcilientur Christianis, si Sarracenorum religionem susceperint, atque in fratrum loco habeant; a summa crudelitate ad eximiam caritatem transiens. Est autem hoc quoque artificium, ut simpliciores sacra Christianorum foedera abiurent, fraternitatis praerogativa illecti. Ceteroqui suos monet, ne sint Iudaeorum et Christianorum defensores : quisquis enim, inquit, vestrûm illos protegit, hic perinde ac unus illorum est. Deinde Iudaeos atque Christianos veluti deplorans ait : vae vobis scripturarum adseclis! nihil emolumenti vobis extabit, quamdiu legem sequemini aut evangelium. Sane haec de Christianis clamitans, nihil novum agit, quia illos toto animo odit. Iudaeis autem, quorum circumcisionem retinet, et legalia multa observari praecipit, cur per sermones singulos gravissime interminatur?

13. Item sibi fidem concilians, Deum inducit de ipso testantem, iurantemque ac dicentem : per sidus occiduum, non erravit sodalis vester, neque a norma discessit, neque propria voluntate locutus est. Sed et Iesum Mariae filium de ipso vaticinantem facit, atque dicentem : ego sum Dei legatus ad vos, vera esse demonstrans quae ante me extiterunt

ἔξεςιν ὑμῖν ἡ νὺξ τῆς νηστείας εἰς μίξιν τῶν γυναικῶν ὑμῶν· αὗται γὰρ ὑμῶν εἰσὶ σκεπάσματα· ἔγνω γὰρ ὁ θεὸς, ὅτι παραβουλεύεσθε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐν νηστείᾳ, καὶ ἵλεως ὑμῖν γίνεται· μίχθητε αὐταῖς εἰς παράκλησιν, καὶ φάγετε ἑσπέρας καὶ πιέτε, ἕως τὸ τῆς νυκτὸς μέλαν φανῇ λευκὸν διὰ τῆς ἡμέρας· ποία νηστεία, βδελυρὲ καὶ ἀκάθαρτε, ἢ ποῖος νόμος θεοῦ, τὸ δι' ὅλης νυκτὸς ἐσθίειν καὶ ἀσελγαίνειν; Περὶ σωφροσύνης αὐτοῖς διαλεγόμενος, φησίν· αἱ γυναῖκες ὑμῶν, νεατὸς ὑμῶν· εἰσέλθετε εἰς τοὺς νεατοὺς ὑμῶν ὅταν βούλεσθε, καὶ συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· τουτέςι, πᾶσαν ἐπιθυμίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν πληρώσατε· καὶ χρήσασθε ταῖς γυναιξὶν ὑμῶν ἀμφοτέρωθεν· τί τῶν ῥημάτων τούτων ἀσελγέστερον τε καὶ μιαρώτερον;

ιβ′. Εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον ἐπεγείρων τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, φησί· φονεύσατε αὐτοὺς ὅπου ἂν συναντήσητε αὐτοῖς· οὐ ταῦτα δὲ μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῷ θεῷ μισθαποδοσίαν κεῖσθαι τοῖς καταχραίνουσιν αὐτοὺς τοῖς τῶν Χριςιανῶν αἵμασιν· ἀλλὰ καὶ τὴν πέμπτην μοῖραν τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν ἄλλων σκύλων ἀνατίθεσθαι τῷ θεῷ ὑποτίθησι, καὶ τῷ προφήτῃ Μωάμεθ· παραινεῖ δὲ καὶ κατατάττεσθαι τοῖς Χριςιανοῖς, εἰ τὴν τῶν Σαῤῥακηνῶν θρησκείαν ἐπανέλωνται· καὶ εἰς ἀδελφοὺς αὐτοὺς παραδέχεσθαι, ἐκ τῆς ἄκρας ἀπηνείας τὸ ἀκρότατον τῆς ἀγάπης ἐπαναιρούμενος· ἔςι δὲ τὸ ἐκ τούτου μηχάνημα, ἐξόμνυσθαι τοὺς ἀφελεςέρους τὰ τῶν Χριςιανῶν ὅρκια, σαινομένους τῷ περιόντι τῆς ἀδελφότητος. Παραινεῖ τοῖς ἰδίοις λέγων, μὴ γίνεσθε ἀντιλήπτορες Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν· ὅστις γὰρ ὑπερασπίζεται αὐτῶν ἐξ ὑμῶν, ὁ τοιοῦτος ἐξ αὐτῶν ὑπάρχει· καὶ πάλιν ταλανίζων Χριςιανοὺς καὶ Ἰουδαίους λέγει· οὐαὶ ὑμῖν οἰκεῖοι γραφῶν· οὐδὲν ἔσται ὑμῖν, ἕως ἂν ἐξακολουθῆτε τῷ νόμῳ, καὶ τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ κατὰ μὲν Χριςιανῶν ταῦτα φθεγγόμενος, οὐδέν τι καινὸν διαπράττεται, ὡς καὶ μισῶν αὐτοὺς κατὰ κράτος· Ἰουδαίους δὲ ὧν τὴν περιτομὴν ἀσπάζεται, καὶ πολλὰ τῶν ἐθίμων τηρεῖν παραδίδωσι, καθ' ὅν τινα λόγον ἐπεμβριμᾶται τὰ πάνδεινα;

ιγ′. Πάλιν ἑαυτῷ κατασκευάζων τὸ ἀξιόπιςον, εἰσάγει τὸν θεὸν μαρτυροῦντα περὶ αὐτοῦ, καὶ ὀμνύοντα, καὶ λέγοντα· μὰ τὸ ἄστρον τὸ δυόμενον, οὐκ ἐπλανήθη ὁ ἑταῖρος ὑμῶν, οὐδὲ ἠνόμησε, καὶ οὐκ ἐφθέγξατο ἐκ θελήματος· ἀλλὰ καὶ Ἰησοῦν, τὸν τῆς Μαρίας υἱὸν, προφητεῦσαι περὶ αὐτοῦ εἰπόντα· ἐγὼ ἀπόςολος εἰμὶ τοῦ θεοῦ πρὸς ὑμᾶς, ἀληθοποιῶν τὰ ἔμπροσθέν μου τὰ τοῦ νό-

μου, εὐαγγελιζόμενος ἀπόστολον ἐρχόμενον μετ' ἐμὲ, ὄνομα αὐτῷ Μωάμεδ· καὶ ποῦ τοῦτο προεφήτευσεν ὁ Χριςὸς, ἢ ἐν ποίᾳ γραφῇ εἴρηκεν; ἐν οὐδεμιᾷ πάντως· ὥστε ψευδογράφος καὶ ἀπατεὼν ὁ Μωάμεδ, μαρτυρίας ἕλκων πρὸς ἑαυτὸν τοῦ Χριςοῦ, ἃς οὐδεὶς τῶν χριςωνύμων ἐπίςαται. Λέγουσιν οἱ Σαῤῥακηνοὶ, ἶσον εἶναι τὸ τὴν παρθένον τεκεῖν, καὶ τὸ πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ χοός· φαμὲν δὲ ἡμεῖς, ὡς ὁ Χριστὸς ἐκ παρθένου γεγένηται, διὰ τὸ εἶναι θεὸς καινοποιήσας ἐκ ταύτης πρόοδον· ὁ δὲ Ἀδὰμ πλάσμα τοῦ θεοῦ γενόμενος, καὶ μὴ ἐκ προγενεστέρας διαδοχῆς τὴν γένεσιν ἕλκων, ἐκ πηλοῦ διήρτιςαι· πολὺ οὖν τὸ μέσον θεοῦ γεννήσεως, καὶ ἀνθρώπου πλάσεως.

ιδ'. Φασὶν οἱ Σαῤῥακηνοὶ, ὡς ὁ Μωάμεδ ἐστὶν ὁ δηλούμενος ἐν τῷ Δανιὴλ ἄνευ χειρὸς ἐξ ὄρους τιληθῆναι λίθος· ἀκούουσι δὲ, ὡς τίς μετουσία τῷ Δανιὴλ καὶ τῷ Μωάμεδ, ὥστε περὶ αὐτοῦ τὸν προφήτην τοιαῦτα λέγειν, κακολογοῦντος Μωϋσέα καὶ τὸν νόμον; ποίαν δὲ καὶ εἰκόνα ὁ Μωάμεδ ἐπάταξε καὶ ἐλέπτυνεν, ὡς ὁ Χριστὸς τὴν πολυθεΐαν, ὃς καὶ ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν γῆν; Πάλιν λέγουσι, τί ὠφέλοιεν ἡμᾶς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ σαρκωθείς; καὶ φαμὲν ἡμεῖς ὡς τὸ τῆς τριάδος μυστήριον ἀπεκαλύφθη, καὶ ἐπεγνώσθη, καὶ ἐπιστεύθη τῷ κόσμῳ παντί· ἡ δὲ τῆς ἑλληνικῆς ἀπάτης πολυθεΐα ἠφάνισται, μαντεία, καὶ φαρμακεία, καὶ δαιμονιώδης μαγγανεία ἐκποδὼν ᾤχετο· υἱοθεσίας δὲ βάπτισμα, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ διανομαὶ χαρισμάτων πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν ἐξηπλώθησαν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν διεδόθη τὸ εὐαγγέλιον, τὸ τοῦ φραγμοῦ τῆς παλαιᾶς ἔχθρας θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσότοιχον διαλέλυται, καταλλαγέντος ἡμῖν τοῦ θεοῦ τῇ ἰδίου υἱοῦ μεσιτείᾳ· καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία ἀνέῳκται, καὶ ἄλλα ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις κεχάριςαι, ὧν κατὰ μέρος μνημονεύειν παρήκαμεν.

ιε'. Ἔτι φασὶν, ὡς θέλων ὁ Χριστὸς ἐσταυρώθη, ἢ μὴ θέλων· καὶ εἰ μὲν θέλων, ἀνεύθυνοι οἱ σταυρώσαντες· εἰ δὲ μὴ θέλων, ἀσθένειαν αὐτῷ τοῦτο καὶ ἀδυναμίαν περιάπτει· ἀποκρινόμεθα οὖν, ὅτι καὶ θέλων ἐσταύρωται ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς ἐσχάτης κατακρίσεως οἱ σταυ-
* Ioh. X. 18. ρωταὶ ἄξιοι· ὅτι δὲ ἑκουσίως ἔπαθεν, αὐτὸς ἔδειξε πρὸ τοῦ παθεῖν εἰρηκώς *· ἐξουσίαν ἔχω θῆναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτὴν, καὶ οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ,

in lege, nuncians insuper legatum post me venturum, cui nomen Mohamedes. Atqui ubinam hoc Iesus vaticinatus est, vel quanam in scriptura hoc dixit? Plane in nulla. Quamobrem falsidicus impostorque Mohamedes, qui Christi testimonia ad se trahit, quae nemo Christianorum novit. Aiunt Sarraceni perinde esse virginem parere, ac Adamum formari de pulvere. Nos autem dicimus Christum de virgine natum, quia utpote Deus insolitum sibi confecit de illa progressum. At vero Adamus Dei factura, neque ex anteriore serie ortum trahens, de luto fuit conformatus. Multum itaque interest inter Dei nativitatem et hominis formationem.

14. Dicunt Sarraceni, Mohamedem esse illum a Danihele ostensum, absque manus opera ex monte divulsum lapidem. Sed a nobis audiunt: quaenam est participatio Danihelis cum Mohamede, ita ut ille de hoc talia dicat, qui Moysi maledicit ac legi? Quamnam statuam Mohamedes percussit atque comminuit, sicuti polytheismum Christus, qui et in montem magnum excrevit, atque universam terram implevit? Adhuc rogant, quid nobis profuerit Dei filius incarnatus? Nos vero respondemus, sic revelatum fuisse et cognitum et ab universo orbe creditum Trinitatis mysterium: ethnicum vero polytheismi errorem sublatum, divinationem item, et magiam, et diabolicas praestigias procul submotas. Baptismus vero quo adoptionem consequimur, et redemptio, atque charismatum diribitio cunctis credentibus patuerunt; a solis ortu usque ad occasum evangelium diffusum; medius maceriae paries antiquae cum Deo inimicitiae destructus, reconciliato nobis Deo per eius filii intercessionem; regnum caelorum patefactum, aliaque multa data hominibus dona sunt, quae singillatim commemorare omittimus.

15. Item aiunt: vel volens Christus crucifixus fuit, vel nolens: si volens, insontes sunt crucifixores: si vero nolens, id ei infirmitatem atque impotentiam imputat. Porro nos respondemus, et volentem Christum crucifixum fuisse, et tamen extrema damnatione dignos esse crucifixores. Quod sponte sit passus, ostendit ipse dum ante passionem ait: potestatem habeo deponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam; et nemo eam a me tollit,

sed ego depono eam a me ipso. Sed et saepenumero quum in eum manus iniicere Iudaei vellent, non tamen iniecerunt, quia praefinitum passionis tempus nondum aderat. Pati autem voluit ut mortem destrueret, viamque ad resurrectionem ex mortuis muniret. Cur autem rei sunt crucifixores? quia quum legem ac prophetas legerent, qui tempus adventus eius nunciabant, non solum non agnoverunt ipsum esse qui ob communem salutem venerat, sed et multorum beneficiorum auctorem in crucem sublatum extinxerunt.

16. Item aiunt: si maledictus est omnis qui pendet in ligno, sublatus autem in crucem Christus quoque fuit, hic pariter maledictus est. Quomodo autem a maledicto benedictio dabitur? Sed audiunt a nobis: quod Deus quum esset, factus est propter nos homo, et infirmitates nostras portavit, et languores pertulit, et mortem gustavit, ut nos morti ac maledicto subtraheret. Nam sententia, quo die comederitis, morte moriemini; et, maledicta terra in operibus tuis, haec humani nostri generis punitio est. Sic etiam maledictio Christus dictus fuit, et tamen a legis maledictione nos redemit. Et sicut in Adamo omnes mortui sumus, sic in Christo omnes vivemus. Licet etiam exemplo hoc demonstrare. In deserto serpentes mordebant Hebraeos: serpentis autem, qui olim maledictus fuerat, facta aenea imagine Moyses, ligno eam suspendit, dixitque: qui a serpente morsus fuerit, ad hunc serpentem respiciat, et salvus fiet. Erat autem is serpens Christi figura.

17. Insuper illi aiunt: vos, Christiani, ita crucem honoratis, quemadmodum Christo ipsi honorem defertis. Atqui, nos inquimus, calumnia haec manifesta est. Nam Christus a nobis honoratur ut Deus, crux autem ceu divinae gratiae particeps est, propter eum qui in ea configi sustinuit; per quam etiam prodigia multa effecit et quotidie efficit. Propterea nobis venerabilis est crux, non quatenus lignum est, sed quia Christi passioni inservivit. Namque et tu Meccam profectus, ibique sacris ritibus pro tuo libito celebratis, nequaquam saxis murisque cultum impendis, sed ei qui in illo colitur aedificio. Audimus autem hominem quoque illum, qui legalem arcam attigit, punitum; quum tamen et illa lignis esset compa-

ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ πολλάκις βουληθέντες αὐτῷ χεῖρας ἐπιβαλεῖν Ἰουδαῖοι, οὐκ ἐπέβαλον, διὰ τὸ μήπω τὸν προωρισμένον τοῦ πάθους ἐληλυθέναι καιρόν· ἠθέλησε δὲ παθεῖν ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον, καὶ ὁδοποιήσῃ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν· πῶς δὲ κατηγοροῦνται οἱ σταυρωταί; ὅτι νόμον καὶ προφήτας ἀναγινώσκοντες, τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας προκαταγγέλλοντας, οὐ μόνον οὐκ ἔγνωσαν αὐτὸν εἶναι τὸν εἰς κοινὴν σωτηρίαν ἐρχόμενον, ἀλλὰ καὶ πολλὰς εὐεργεσίας ἐπιδειξάμενον ἀνεῖλον σταυρώσαντες.

ιϛ'. Πάλιν λέγουσιν· εἰ ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, ἀνηρτήθη δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐπὶ ξύλου, ἐπικατάρατος ἄρα καὶ οὗτος ἐστί· καὶ πῶς ἀπὸ τοῦ ἐπικαταράτου εὐλογία δοθήσεται; ἀκούουσι δὲ ἐξ ἡμῶν, ὅτι ὥσπερ ὁ θεὸς ὢν γέγονε δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἦρε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, καὶ θανάτου ἐγεύσατο, ἵν' ἡμᾶς καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς κατάρας ἐλευθερώσῃ· τὸ γάρ, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· καὶ τὸ, ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, τῶν ἀνθρώπων ἡμῶν ἐπιτίμιον· οὕτω καὶ κατάρα ἤκουσε, καὶ τῆς ἐκ τοῦ νόμου κατάρας ἡμᾶς ἐξηγόρασε· καὶ ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀπεθάνομεν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζήσομεν. Ἔξεστι δὲ καὶ ἀπὸ παραδείγματος παστρα ἦσαι τοῦτο· ἐν τῇ ἐρήμῳ οἱ ὄφεις τοὺς Ἑβραίους ἔδακνον, εἰκόνα δὲ χαλκῆν ὄφεως, ὃς ἐπικατάρατος ἤκουσε, ποιήσας Μωϋσῆς, ἀνεσταύρωσέ τε τουτονὶ, καὶ εἶπεν· ὁ δακνόμενος ὑπὸ ὄφεως προσεχέτω τούτῳ τῷ ὄφει, καὶ σωθήσεται· ἦν δὲ ὁ ὄφις οὗτος ἀντίτυπος τοῦ Χριστοῦ.

ιζ'. Πρὸς τούτοις λέγουσιν, ὡς ὑμεῖς οἱ Χριστιανοὶ οὕτω τιμᾶτε τὸν σταυρὸν, καθὼς ἄρα καὶ τὸν Χριστὸν τιμᾶτε. Τοῦτο δέ ἐστι συκοφαντία πρόδηλος· ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τιμᾶται παρ' ἡμῶν ὡς θεὸς, ὁ δὲ σταυρὸς ὡς θείας χάριτος μετασχὼν, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σταυρωθῆναι καταδεξάμενον, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐνήργηκε, καὶ καθεκάστην ἐνεργεῖ πολλὰ θαύματα· διὰ τοῦτο καὶ τιμητέος ἡμῖν ὁ σταυρὸς, οὐχ ὡς ξύλον ἀλλ' ὅτι τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ κεχαρίτωται· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐν τῷ Μέκκε * παραγινόμενος, κἀκεῖσε τελῶν τὰ δοκοῦντα σοι ὄργια, οὐχὶ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς τοίχοις ἀπονέμεις τὸ σέβας, ἀλλὰ τῷ τιμωμένῳ ἐν τῷ ἐκεῖσε οἴκῳ· ἀκούομεν δὲ καὶ ὡς ἁψάμενός τις τῆς νομικῆς κιβωτοῦ τετιμώρηται· ἦν δὲ κἀκείνη ἐκ ξύλων κατεσκευασμένη, πλὴν διὰ

* Sur. III. 96.

τὴν χάριν τῶν ἀποκειμένων ἐν αὐτῇ, πολὺ τὸ σεβάσμιον εἶχεν ἀπὸ θεοῦ.

ιη'· Πρὸς οἷς εἴπομεν, ἐπεγκαλοῦσιν ἡμῖν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ παράβασιν, κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδοῦσι, καὶ μεριμνῶσι περὶ τροφῆς καὶ ἐνδύματος· φαμὲν οὖν, ὡς οὐ παραβαίνομεν τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον, τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν καὶ ταῦτα τοὺς ἀπίστους ἀμυνόμενοι, ἀλλὰ μᾶλλον πληροῦμεν τὸ δίκαιον· παραινεῖ γὰρ ὁ νόμος τοῖς ἡμῖν αὐτοῖς πταίουσι συγχωρεῖν, τοῖς δ' ἀδικουμένοις ἐπαμύνειν· τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεὸς ἐποίησε, καταποντίσας Φαραὼ τὸν τοῖς Ἑβραίοις πολέμιον· καὶ
* Ps. LVII. 10. γὰρ ὁ Δαβὶδ νίψομαι φησὶν* ἐν αἵματι ἁμαρτωλοῦ·
* Ps. VII. 5. ἀλλαχοῦ ψάλλων *, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός· ἐκεῖνο τοῦ ζήλου ἔνδειξις ἢ ἐμπύρευμα ἦν κατὰ τῶν χαιρόντων ταῖς κοινοβλαβέσι πράξεσι· τοῦτο δὲ τῶν ἐκείνῳ προσπταιόντων συγχώρησις· καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν· ὁ μὲν κατάρχων πολέμου καὶ ἀδικίας, καὶ νόμον παραβαίνει, καὶ τὴν φύσιν ἀθετεῖ· ὁ δὲ κατὰ τοῦ τοιούτου ὁπλιζόμενος, καὶ τὴν φύσιν ἐλεεῖ, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐξομοιοῦται θεῷ, ἐξέλεσθε πτωχὸν καὶ πένητα λέγον-
* Ps. LXXXI. 4. τι, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτόν *· τὸ
* Luc. XII. 22. δὲ μὴ μεριμνήσητε τροφῆς καὶ ἐνδύματος *, τοῖς ἀποστόλοις διατέτακται, ὡς ἂν μήτε ἐν μεγάλῳ μήτε ἐν μικρῷ καταγινώσκωνται· ἐὰν γὰρ τὸ
* Matth. V. 13. ἅλας μωρανθῇ, φησὶν, ἐν τίνι ἁλισθήσεται *; πλὴν οὐδὲ τὴν χρείαν ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὰ περιττά· πολλοὶ δὲ τῶν πάλαι Χριστιανῶν, καὶ τῶν σήμερον δὲ οὐκ ὀλίγοι, γεγόνασιν καὶ εἰσὶ τῶν ὑψηλῶν τούτων καὶ μεγάλων ἐντολῶν φύλακες.

cta; sed propter rerum in ea contentarum gratiam, multum ei religionis Deus contulerat.

18. Praeter hactenus dicta, imputant nobis mandatorum Christi transgressionem, quia malum pro malo reddimus, et de esca ac vestimento solliciti sumus. At enim respondemus, nequaquam nos Christi legem transgredi, dum hostes nostros et praecipue infideles ulciscimur. Monet enim lex, ut iis qui nobis supplices fiunt pareamus; iniuste autem oppressis opem feramus. Hoc etiam Deus egit, cum Pharaonem Hebraeorum hostem mari submersit. Tum etiam David, lavabor inquit in sanguine peccatoris. Et tamen alibi psallens: si retribui, inquit, retribuentibus mihi mala, decidam utique ab inimicis meis inanis. Illic zeli demonstratio et ardor erat adversus eos qui noxiis rei publicae actibus delectantur: heic autem erga sibi supplices indulgentia. Aliter quoque hoc explanare licet. Nimirum qui belli et iniuriarum initium facit, hic legem transgreditur, et naturam abolet: qui autem adversus hunc arma sumit, naturae fert opem, et pro viribus Deo exaequatur dicenti: eripite pauperem et egenum; de manu peccatoris eruite illum. Iam illud: ne de esca aut de vestimento solliciti sitis, apostolis mandatum fuit, ut neque in gravibus neque in minimis condemnarentur. Nam si sal, inquit, infatuetur, in quo salietur? Ceterum haud usum vetat sed superfluitatem. Multi autem Christiani veteres, neque pauci etiam hodie, celsorum huiusmodi ac magnorum praeceptorum observantes fuerunt.

MONITUM DE SUBSEQUENTE DISPUTATIONE.

Quaerenti mihi num, praeter duos victores Nicetas, tertius aliquis in vaticanis codicibus superesset saracenicae superstitionis debellator, commode occurrit Euthymii Zygabeni cum saraceno philosopho disceptatio in codice vat. ottob. 333; eademque, at multo imperfectior et varians in cod. vat. 952: quo omisso, priorem codicem integrum secutus sum, etsi mendis minime immunem. Porro Zygabenum Ethymium quis ignorat, saeculo XII. sub Alexio Comneno imp. doctum clarumque hominem, cuius prae ceteris scriptis celebris est panoplia latine graeceque iamdiu edita? Ergo et nos quum in hoc volumine iam paene panopliam quamdam adversus Mohamedem bellica Nicetarum supellectile instruxerimus, recte nunc Euthymii hanc armaturam addimus in ecclesiae publicis hoplothecis antehac non collocatam; quamquam haec lucubratio in codice etiam vindobonensi (apud Lamb. cum Kollar. lib. IV. p. 254. cod. 88.) conservatur, ubi noster Eythymius non μέγας, *ut in cod. vat., ottob., sed* μοναχός *dicitur: quam veriorem appellationem praeferendam duximus; quia nempe diversus est ac longe antiquior ille alter Euthymius, in codicibus cognomento magnus, cuius vitam scripsit Cyrillus scythopolitanus. (Sisinnii etiam grammatici dialogum graecum christiani hominis cum saraceno extare memini in prisco codice mediolanensi bibliothecae ambrosianae Q. 2. part. sup.)*

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

Δ Ι Α Λ Ε Ξ Ι Σ

ΚΑΤΑ ΣΑΡΑΚΗΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΕΝ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΜΕΛΙΤΗΝΗΣ 1).

SANCTI PATRIS NOSTRI EUTHYMII MONACHI

DISPUTATIO DE FIDE

CUM PHILOSOPHO SARACENO.

1. Interrogatio Saraceni. Cur profitemini polytheismum, et generationem Deo adtribuitis, patremque ac filium et sanctum spiritum dicitis? Haec nobis demonstrate. Dicit Euthymius: nos unum Deum credimus increatum, sine initio, incircumscriptum, incomprehensibilem, inscrutabilem, quem nemo vidit umquam. Dicimus autem filium et spiritum esse Deum, haud equidem creatos, sed eandem patris substantiam naturamque habentes. Porro videmus caelum et terram, solemque ac lunam, sidera, lapides, ligna, inanimata et irrationalia: oportuit itaque horum creatorem, vitae quoque esse praebitorem: etenim fieri nequit, ut creator, aeque ac illae creaturae, irrationalis sit et spiritu vacuus. Cernimus autem prae omnibus creatis rebus pulcherrimam creaturam hominem. Quod si homo particeps verbi est atque spiritus, quomodo oportuisset creatorem carere verbo ac spiritu? Nam si forte caruisset, auctor creaturarum non extitisset. Nam quod neque rationem neque spiritum habet, nihil aliud est quam lignum aut lapis. Profecto prophetica scientia divinitus praediti homines unum Deum praedicant, ratione spirituque pollentem. David quidem sic ait: verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Angeli quoque in sanctissimo hymno ita laudant: sanctus, sanctus, sanctus; plenum caelum ac terra gloria eius. Nonne tu vides, quomodo sanctam Trinitatem laudant ipsi angeli?

2. Dicam aliam quoque similitudinem. Humana mens, dux, auctrix, causaque est ver-

α'. Ἐρώτησις τοῦ Σαρακηνοῦ. Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθεΐαν, καὶ εἰσάγετε ἐν τῷ Θεῷ γέννησιν, καὶ πάλιν λέγετε πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα; δείξατε ἡμῖν ταῦτα. Λέγει ὁ Εὐθύμιος. Ἡμεῖς ἕνα Θεὸν πιστεύομεν ἄκτιστον, ἄναρχον, ἀπερίγραπτον, ἀκατάληπτον, ἀνεξιχνίαστον, ὃν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· λέγομεν δὲ ὅτι λόγος καὶ πνεῦμα ὁ Θεὸς, οὐ μὴν κτιστὰ, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ οὐσίας καὶ φύσεως· ὁρῶμεν δὲ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, ἥλιόν τε, καὶ σελήνην, ἄστρα, λίθους, καὶ ξύλα, ἄψυχα εἶναι καὶ ἄλογα· ἔδει οὖν εἶναι τὸν κτίστην τούτων ζωοπάροχον· διότι ἀδύνατον εἶναι τὸν κτίστην ὅμοιον τῷ κτίσματι ἄλογον καὶ ἄπνουν· ὁρῶμεν δὲ παρὰ πᾶσαν κτίσιν, κάλλιστον κτίσμα εἶναι τὸν ἄνθρωπον· καὶ εἰ ἄνθρωπος μετέχει λόγου καὶ πνεύματος, πῶς ἔδει τὸν κτίστην εἶναι ἀμέτοχον λόγου καὶ πνεύματος; καὶ εἰ ἀμέτοχος ἦν, οὐκ ἦν αἴτιος τῶν κτισμάτων· τὸ γὰρ μὴ ἔχον λόγον ἢ πνεῦμα, οὐδὲν ἕτερον ἦν εἰ μὴ ξύλον ἢ λίθος· καὶ γὰρ οἱ θεόπνευστοι προφητικῆς γνώσεως θείας ἐμπνευσθέντες, ἕνα Θεὸν κηρύττουσιν, μετὰ λόγου καὶ πνεύματος· ὁ μὲν Δαυὶδ τάδε φησίν *· τῷ λόγῳ * Ps. XXXII. 6.
κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· καὶ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ παναγίῳ ὕμνῳ τάδε δοξάζουσιν· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ οὐκ αὐτὸς ὁρᾷς, πῶς τὴν ἁγίαν τριάδα δοξάζουσιν καὶ οἱ ἄγγελοι;

β'. Εἴπω δὲ καὶ ἄλλο ὁμοίωμα· ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ἡγεμὼν, προβολεὺς, καὶ αἴτιος ἦν τοῦ ἡμε-

1) Melitenem urbem ad Euphratem sub Saracenorum dominatione memorat etiam Petrus siculus apud nos in historia Manichaeorum capp. 41. et 42.

τέρου λόγου καὶ πνεύματος· καὶ ἂν εἴπωμεν τὸν νοῦν πνεῦμα, ὡς κενὸν τὸν λόγον ποιοῦμεν, καὶ ἀπαλλοτριοῦται ὁ λόγος τοῦ νοὸς τὴν φύσιν; Λέγει ὁ Σαρακηνός, οὐχί· Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἔστιν ὁ νοῦς πατὴρ τοῦ λόγου, ἢ οὔ; λέγει ὁ Σαρακηνός· ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἔδειξά σοι τὴν πατρότητα ἐπὶ Θεοῦ· λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ πῶς συνηνωμένα ἦν; πῶς λέγετε ὅτι Θεὸς ἐσαρκώθη; καὶ σαρκωθεὶς, τίς ἦν ἐν τῷ οὐρανῷ; καὶ τίς διῆγεν τὸν κόσμον; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ὁ ἥλιος αὐτολαμπὴς ἦν καὶ μονοϋπόστατος; ἢ μετέχει καὶ ἑτέρας ὑποστάσεως; Λέγει ὁ Σαρακηνός· ἐν τῷ ἡλίῳ τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν· τὸ ἀγγεῖον, τὸ φῶς, καὶ οἱ ἀκτῖνες. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· καὶ διοικοῦσαι τὴν σύμπασαν γῆν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου, ἀλλὰ καὶ εἰς φρέαρ βαθύτατον κατερχομένη ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου, ἀπαλλοτριοῦται ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου, ἢ τοῦ φωτός; Λέγει ὁ Σαρακηνός· οὐχὶ, ἀλλὰ τὸ παρὸν τῇ γῇ φῶς, αὐτὸ ἦν καὶ ἄνω. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· καὶ ἐὰν ὁ ἥλιος ὁ κτιστὸς καὶ φθαρτὸς καὶ ἄνω φωτίζει καὶ κάτω, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ κτίστης πάντων, ὁ παρὼν ἐν τῇ μήτρᾳ τῇ παρθενικῇ, αὐτὸς ἦν καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν;

γʹ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ σαρκωθεὶς καὶ γεννηθεὶς ἐκ τῆς Μαρίας, πῶς πάλιν λέγεται ὅτι παρθένος ἦν ἡ Μαρία; Ὁ ἅγιος Εὐθύμιος ἔφη· ὁ διαφθείρας παρθενίαν, ἐπὶ συνουσίᾳ δύο σωμάτων γίνεται, ἀποτελουμένης ἁμαρτίας· ἐπὶ δὲ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶν ἰσχύει ὅπου βουληθῇ· ἡ ἰσχὺς ποιῆσαι τί, νικᾷ τὸ σύνηθες τῆς φύσεως. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ τίς ἡ χρεία τοῦ τοιούτου μυστηρίου, ἵνα Θεὸς ἄνθρωπος γένηται; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἵνα τὸν ἀντίδικον διάβολον συντρίψῃ, καὶ τὸν ἄνθρωπον σώσῃ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ Θεὸς οὐκ ἠδύνατο ἐξ ἀποστολῆς ἀγγέλου, ἢ ὑπὸ λόγου καταλύσαι τὸν διάβολον, εἰ μὴ Θεὸς ἄνθρωπος γενόμενος; καὶ πῶς ἦν δυνατὸς ἄνθρωπος πολεμῆσαι τὸν διάβολον; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἐὰν ὁ Θεὸς ἐπολέμησε τὸν διάβολον, εἰς ἔπαινον ἂν καὶ καύχημα εἶχεν τοῦτο ὁ διάβολος· ἐκεῖνος γὰρ τῇ ἐλπίδι τῆς Θεότητος ἀπεῤῥίφη· καὶ οὐ θαῦμα εἰ εἶπεν ἐνικήθην, ἀλλ' ἐδελεάσθην ὑπὸ τῆς σαρκός· ὥσπερ ὁ ἁλιεὺς ἐνδύων τὸ ἄγκιστρον κρέας δελεάσματος, ἵνα τὸν ἰχθὺν δελεάσοι· καὶ ὁρῶν ὁ ἰχθὺς τὸ κρέας, εἰσέρχεται καὶ ζωγρεῦται, μὴ νοῶν ὅτι ἐντὸς τοῦ κρέατος ἰσχυρὰ δύναμις σιδήρου ὑπάρχει· οὕτω καὶ ἐπὶ

bi nostri ac spiritus. Iam si dixerimus mentem ipsam esse spiritum, verbum ne vacuum reddimus? et a mentis natura verbum abalienatur? Dicit Saracenus: nequaquam. Ait Euthymius: est ne mens verbi parens, an secus? Dicit Saracenus: maxime. Ait Euthymius: demonstravi tibi Dei paternitatem. Dicit Saracenus quomodo haec copulata sint? quomodo dicitis Deum esse incarnatum? Tum si incarnatus fuit, quis in caelo remanebat, quisve mundum regebat? Ait Euthymius. Est ne sol suapte natura splendidus, et unius subsistentiae, an alterius quoque participat? Dicit Saracenus: in sole tres subsistentiae sunt, receptaculum, lux, et radii. Ait Euthymius: solis radii universam terram lustrantes, si forte in profundissimum puteum incidant, num idcirco radii a sole aut luce abalienantur? Dicit Saracenus: nequaquam; sed quae apparet in terra lux, eadem et superne est. Ait Euthymius: si ergo sol, creata res et corruptibilis, tum superne illuminat tum inferne, quanto magis rerum omnium creator, etsi in utero virginali praesens, idem in caelo quoque erat, et supra quamlibet creaturam?

3. Dicit Saracenus: si verbum incarnatum est ac natum de Maria, quomodo iam dicitur virgo Maria? Sanctus Euthymius ait: virginitatis violatio fit duorum corporum copula, dum peccatum patratur. Sed tamen omnipotens Deus aliter agit, qui quicquid vult potest. Vis superior faciendi aliquid, vincit naturae consuetudinem. Dicit Saracenus: cur opus erat tali mysterio, nempe ut Deus homo fieret? Ait Euthymius: ut adversarium diabolum contereret, et hominem salvaret. Dicit Saracenus: etiam in caelo Deus manens, nonne poterat angelum mittere, et vel uno dicto diabolum debellare, quin ob eam causam homo fieret? Praeterea qui fieri potuit, ut homo cum diabolo pugnam consereret? Ait Euthymius: si Deus cum diabolo proelium iuivisset, laudi ac gaudio id sibi diabolus adscripsisset. Nam diabolus spe divinitatis consequendae, loco suo pulsus fuit. Nunc vero haud mirum, si diceret victus fui: sed tamen nonnisi carne conspecta deceptus sum: veluti piscator hamo imponit inescantem carnem, ut piscem decipiat: namque ea visa, piscis ingreditur sagenam et capitur, haud sciens intra

carnem latere validam ferri vim. Sic tu mihi de Deo cogita, qui quum carnem sibi induisset, et daemoni obiecisset, accedens more suo diabolus ad carnem oppugnandam, a latente intra carnem divinitate superatus fuit.

4. Dicit Saracenus: vos nudiustertiani cum sitis, quomodo quae ante saecula fuerunt scitis? Ait Euthymius: creatura minor ne est creatore, an secus? Dicit Saracenus: vero. Ait Euthymius: caelum et terra atque universa ab aliquo ne creata fuerunt, an secus? Dicit Saracenus: certe ab aliquo. Ait Euthymius: iam patet, creatorem habuisse vim efficientem etiam ante saecula. Porro ex apparentibus creaturis, etiam ea quae ante saecula extiterunt cognoscimus. Dicit Saracenus: quomodo vos dicitis, quod natus filius non sit creatus, sed coaeternus cum patre? Ait Euthymius: in parte quidem creata, corruptelae et mutationi fuit obnoxius; in parte autem divina et incircumscripta, oportebat naturam eius increatam esse atque coaeternam. Dicit Saracenus: quomodo patrem et filium et spiritum sanctum dicitis? Et quoniam tres dicitis, quomodo una substantia et potentia sunt? nonne singuli propriam naturam agendique vim habebunt? Ait Euthymius: mens, regis mens est, nec ne? Dicit Saracenus: utique. Euthymius: verbum eius et spiritus, regis ne sunt, an secus? Dicit Saracenus: sane regis sunt. Ait Euthymius: ecce, ut ais, in rege tres naturae sunt et tres agendi vires. Dicit Saracenus: equidem in rege tres sunt agendi vires, sed unus rex. Ait Euthymius: sic ergo et ego haud divido unum Deum in tres Deos, sed unum Deum dico cum Verbo et Spiritu.

5. Dicit Saracenus: quomodo dicitis Deum copulatum humanitati, et quod ipse homo appellatus sit Deus? Undenam hoc ostenditis? quibus ex miraculis, aut testimoniis? Ait Euthymius: quid tibi videtur de Moyse atque Isaia? testes ne acceptabiles sunt, nec ne? Dicit Saracenus: utique. Ait Euthymius: si nos soli scripturam nostram veram esse testemur, mendaces videbimur. Etenim Deus testimonium praebet per miracula innumera in ecclesiis nostris patrata. Simulque aio tibi: quam ob causam adfirmetur, diabolum antea fuisse angelum Dei? Hic excidit ne loco suo, an secus? Dicit Saracenus: exci-

θεοῦ νόει μοι· ἐνδυθεὶς τὴν σάρκα, καὶ προσβαλὼν τῷ δαίμονι, καὶ προσελθὼν ὁ διάβολος κατὰ τὸ σύνηθες πολεμῆσαι τὴν σάρκα, ἡττήθη παρὰ τῆς ἐντὸς τῆς σαρκὸς κεκρυμμένης θεότητος.

δʹ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· ὑμεῖς χθεσινοὶ ὄντες, πῶς οἴδατε τὰ πρὸ αἰώνων; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· κτίσμα ἔλαττον ἦν τοῦ κτίσαντος, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ πάντα ὑπό τινος ἐκτίσθησαν; ἢ αὐτόκτιστα ἦν; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, ὑπό τινος. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· δῆλον ὅτι ὁ κτίστης ἐνεργητικὴν δύναμιν εἶχεν καὶ πρὸ αἰώνων· καὶ ἐκ τῶν φαινομένων κτισμάτων γινώσκομεν καὶ τὰ πρὸ αἰώνων· Λέγει ὁ Σαρακηνός· πῶς ὑμεῖς φατὲ, ὅτι ὁ γεγεννημένος υἱὸς οὐκ ἦν κτιστὸς, ἀλλὰ συνάναρχος τῷ πατρί; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἐν μὲν τῷ κτιστῷ, καὶ φθορᾷ ὑπόκειται καὶ ἀλλοιώσει, ἐπὶ δὲ τὸ θεῖον καὶ ἀπερίγραπτον, ἔδει τὸ τῆς οἰκείας φύσεως εἶναι, καὶ ἄκτιστον καὶ συνάναρχον. Λέγει ὁ Σαρακηνός· πῶς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα λέγετε; καὶ ἐπεὶ τρεῖς λέγετε *, πῶς πέφυκεν τὰ τρία μιᾶς ὑποστάσεως καὶ ἐξουσίας εἶναι; δηλονότι καθ' ἓν ἰδίαν φύσιν καὶ ἐνέργειαν ἔχοι. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· νοῦς, τοῦ βασιλέως νοῦς ἐστιν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· καὶ λόγος αὐτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα, βασιλέως εἰσιν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, ναὶ βασιλέως εἰσίν. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἰδοὺ ὡς λέγεις ἐν τῷ βασιλεῖ τρεῖς φύσεις εἰσὶν, καὶ τρεῖς ἐνέργειαι. Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, ναὶ ἐν βασιλεῖ· ἐν τούτῳ γοῦν τρεῖς ἐνέργειαι, ἀλλὰ εἷς βασιλεύς. Ὁ Εὐθύμιος ἔφη· οὐδὲ ἐγὼ χωρίζω τὸν ἕνα θεὸν εἰς τρεῖς θεοὺς, ἀλλ' ἕνα θεὸν λέγω, μετὰ λόγου καὶ πνεύματος.

* Sur. IV. 169.

εʹ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· πῶς λέγετε ὅτι θεὸς ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ἐκλήθη θεός; καὶ πῶς ἡνώθη ἡ οὐσία τῆς θεότητος τῇ χοϊκῇ οὐσίᾳ; πόθεν ἔχετε δεῖξαι τοῦτο; ἐκ ποίων σημείων, καὶ ἐκ ποίων μαρτυριῶν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· τί σοι δοκεῖ ὁ προφήτης Μωϋσῆς καὶ Ἡσαΐας, δεκτοὶ μάρτυρες εἰσὶν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, ναί· Ἔφη Εὐθύμιος· ἐὰν ἡμεῖς μόνοι τὴν ἡμετέραν γραφὴν μαρτυρήσωμεν ἀληθῆ εἶναι, φαινώμεθα ψεῦσται· ἔστι γὰρ ὁ μαρτυρῶν θεὸς ἐκ τῶν ἀπείρων θαυμάτων τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν γενομένων· ὅμως εἴπω σοι καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὁμολογεῖται, ὅτι ὁ διάβολος ἄγγελος ἦν πρω-

τως θεοῦ· καὶ ἐξέϖεσεν ναί, ἢ οὔ; Λέγει ὁ
Σαρακηνὸς, ναί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· καὶ ϖεσὼν
ὁ διάβολος, τίνα φθονήσας ἐνίκησεν; Λέγει ὁ
Σαρακηνὸς, τὸν ἄνθρωϖον. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος·
κηδόμενος ὁ θεὸς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, οὐκ
εἴασεν αὐτὴν τυραννουμένην ὑϖὸ τοῦ Σατανᾶ,
ἀλλὰ σωτηριώδει οἰκονομίᾳ ἡνώθη τῇ ἀνθρωπό-
τητι, καθὼς ἀριδήλως οἱ ἅγιοι ϖροφῆται ἡμᾶς
διδάσκουσιν· ἄκουε τοῦ μεγαλοφωνάτου Ἡσαΐου
* Is. IX. 6. λέγοντος *· παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδό-
θη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης
βουλῆς ἄγγελος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς,
ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ὁρᾷς
πῶς ὁ προφήτης καὶ παιδίον καὶ θεὸν ἐκάλεσεν; καὶ
ὁ Μωϋσῆς θεασάμενος τὴν βάτον καιομένην καὶ μὴ
καταφλεγομένην, τί σοι δοκεῖ; ἄξιόν ἐςι τὸ τοιοῦ-
το θαῦμα πρεπόντως τῆς θεότητος, ἢ οὔ;

ϛʹ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ πῶς ἦν δυνατὸν
ψηλαφητὸν γενέσθαι τὸν θεὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ,
καὶ μὴ ἀλλοιωθῆναι; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ὥσπερ
γὰρ ἑνοῦται τῷ σιδήρῳ τὸ πῦρ· καὶ ϖοῖ μὲν
ἐνεργεῖ ἡ φύσις τὰ τοῦ πυρὸς, ποῖ δὲ ὁ σίδη-
ρος τὰ οἰκεῖα, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τὰ θεῖα, καὶ
δὲ τὸ σῶμα τὰ τοῦ σώματος· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ
τοῦ Χριστοῦ γέγονεν· ὡς θεὸς ἐνήργει τὰ θεῖα,
καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐνήργει τὰ ἀνθρώπινα· καὶ συν-
ετήρουν τὰ ἀμφότερα ἰδιώματα. Λέγει ὁ Σαρα-
κηνός· τρεῖς εἰπὼν, δυνήσῃ εἰπεῖν καὶ τέσσαρας
καὶ ϖέντε. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἐν τῷ ἀνθρώϖῳ
εἰπὼν λόγον καὶ ϖνεῦμα, δυνήσῃ καὶ ἕτερον
προσθῆναι τί; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, οὐχί· εἶπεν
ὁ Εὐθύμιος· οὐδὲ ἐγὼ τίθημι προσθήκην ἐν τῇ
Sur. V. 99. ἁγίᾳ τριάδι. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ διὰ τί
γλυπτὰ ξύλα προσκυνεῖτε, καὶ εἰκόνας προσκυ-
νεῖτε θεοπρεπῶς; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ὁ τὸν χα-
ρακτῆρα τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως τιμῶν καὶ
προσκυνῶν, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως ϖοιεῖ, ἢ
εἰς ἀτιμίαν; λέγει ὁ Σαρακηνός· εἰς τιμήν.
Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· καὶ ἡμεῖς εἰς τιμὴν τῶν
ἁγίων εἰκόνων προσκυνοῦμεν αὐτὰς, καὶ οὐ θεο-
ποιούμεθα ταύτας, ὡς ὑμεῖς λέγετε. Λέγει ὁ
Σαρακηνός· διὰ τί μύγνυτε τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶ-
νον, καὶ μεταδιδόατε τοῖς ἀνθρώποις λέγοντες
ὅτι σῶμα καὶ αἷμα ἐςὶν τοῦ Χριςοῦ· πῶς δυνατὸν
γενέσθαι τὸν ἄρτον σῶμα, καὶ τὸν οἶνον αἷμα;
Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· παρὰ τῶν ἀνθρώπων βοσκόμενος
ἄρτος, τί γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ; σῶμα, ἢ
ἕτερόν τι 1); Λέγει ὁ Σαρακηνὸς σῶμα. Ἔφη ὁ

dit. Ait Euthymius: iam diabolus loco suo motus, quemnam invidia percitus superavit? Dicit Saracenus: hominem. Ait Euthymius: age vero Deus naturae humanae curam gerens, haud sivit eam tyrannico iugo a Satana premi, sed salutari oeconomia univit se humanitati, sicut nos manifeste prophetae sancti docent. Audi vocalissimum Isaiam dicentem: parvulus natus est nobis, filius datus est nobis; et vocatur nomen eius magni consilii angelus, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri saeculi. Viden ut propheta et parvulum et Deum vocavit? Item de Moyse rubum ardentem nec tamen combustum spectante, quid tibi videtur? Dignum ne satis tale miraculum divinitate est, nec ne?

6. Dicit Saracenus: quomodo Deus fieri potuit palpabilis in homine, nec tamen immutari? Ait Euthymius: sicut unitur ferro ignis: et ignis quidem quae sunt ignis operatur, ferrum item quae eius sunt propria; et sicut anima spiritalia, corpus quae sunt corpori congrua; ita in Christo usuveniebat: ut Deus, divina; ut homo, humana agebat; et ambae naturae proprietates suas retinebant. Dicit Saracenus: quoniam tres dicis, quatuor etiam dicere poteris et item quinque. Ait Euthymius: in homine quum dixeris verbum et spiritum, poteris ne et aliud quicquam adiicere? Dicit Saracenus: nequaquam. Ait Euthymius: ne ego quidem ullum facio additamentum sanctae Trinitati. Dicit Saracenus: cur ligna sculpta adoratis, et parem Deo cultum imaginibus tribuitis? Ait Euthymius: qui regis imaginem honorat ac veneratur, hoc agit ne ut regem honoret an ut dedecoret? Dicit Saracenus: ut honoret. Ait Euthymius: nos quoque sanctas imagines honoris causa veneramur; neque tamen Deos ex his facimus, ut vos dicitis. Dicit Saracenus: cur panem vinumque miscetis, et hominibus distribuitis dicentes corpus ac sanguinem Christi esse? Quomodo panis corpus, et vinum sanguis effici potest? Ait Euthymius: ab hominibus manducatus panis, quid fit in homine? corpus ne, an aliud aliquid? Dicit Saracenus: corpus. Ait Euthymius: et quomodo fieri pos-

1) Confer apud Gretserum opp. T. XV. p. 400. paria dicta ab Abucara in dialogo cum Saraceno.

set ut homo carnem ederet? Etenim quae secundum naturam sunt, ea contra naturam fieri nequeunt. Nam panis quem nos cum reverentia sumimus, per infusam ei gratiam fit animae indumentum et lux.

7. Dicit Saracenus: cur demissum de caelo evangelium abscondistis, novumque scripsistis? Ait Euthymius: quis hoc adfirmat, et undenam scitis? Dicit Saracenus: Mohamedes docet id, dum ait: Christo in caelum sublato, ad ipsius discipulos dormientes demissum fuit evangelium, qui surgentes vobis illud tradiderunt: id autem vos abscondistis, quia ibi scriptum erat Mohamedis nomen. Ait Euthymius: nos dormientium scripturas non recipimus: nemo quippe cordatus et suae mentis compos, oculorum suorum sensum notitiamque omittens, somniorum phantasmata admittit. Non enim dormientium hominum exquirit Deus virtutem aut iudicium, quia non est dormientium Deus sed vigilantium. Dicit Saracenus: quomodo vos dicitis Christum in caelos adsumptum, spiritum sanctum ad discipulos misisse? Cur praesens non illis dedit? Vobis autem dicentibus unum esse patrem et filium et spiritum sanctum; attamen ascendit Christus superne, descendit spiritus, et alteram doctrinam praedicavit. Iam si res ita se habet, divisio quaedam sanctae Trinitati accidit. Ait Euthymius: hominibus infirmis non solet medicus pharmaca salutaria miscere, nisi antea ipsos purgaverit. Post purgationem autem, tum demum pharmaca potanda praebet. Sic tu mecum de Christo cogita: ne quibusdam is videretur facultate sua tantummodo vel etiam phantasia docere, vel tamquam homo et non Deus; divina eos virtute antea purgavit materialibus peccatorum passionibus. Deinde post assumptionem in caelos, sanctum spiritum misit, ut perfectam divinitatem ostenderet, et quod ipse calestibus quoque locis interesset.

8. Dicit Saracenus: quum Christus circumcisus fuerit, cur vos non circumcidimini et aqua abluimini? sicut ait Isaias: lavamini, mundi estote. Vos autem in ecclesias vestras illoti ingredimini. Ait Euthymius: circumcisio Iudaeis data fuit, quia in medio gen-

Εὐθύμιος· καὶ πῶς δυνατὸν κρέα ἐσθίειν τὸν ἄνθρωπον 1); τὰ γὰρ κατὰ φύσιν, ἀδυνάτως ἔχουσιν γενέσθαι παρὰ φύσιν· ὁ γὰρ ἄρτος ὃν ἡμεῖς μεταλαμβάνομεν μετὰ φόβου, διὰ τὴν μεταλαμβανομένην αὐτῷ χάριν, γίνεται ἔνδυμα καὶ φῶς ψυχικόν.

ζ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· διὰ τί τὸ κατελθὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εὐαγγέλιον ἐκρύψατε καὶ νέον ἐγράψατε; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· τίς ὁ μαρτυρῶν τοῦτο, καὶ πόθεν οἴδατε; Λέγει ὁ Σαρακηνός· Μωάμεδ διδάσκει λέγων· ἀνελθόντος τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὑπνούντων, κατῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀναστάντες ὑμῖν παρέδωκαν αὐτό· ὑμεῖς δὲ ἐκρύψατε αὐτὸ διὰ τὸ εἶναι γεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ Μωάμεδ. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἡμεῖς κοιμωμένων γραφὰς οὐ δεχόμεθα· οὐδεὶς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων καὶ κύριος τοῦ αὐτοῦ λογισμοῦ ὑπάρχων, τοὺς αἰσθητοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γνῶσιν παραβλέψας, ἐνυπνίων φαντάσματα δέχεται· οὐ γὰρ κεκοιμημένων ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ ὁ θεὸς ἀρετὴν ἢ κρίσιν· ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἔστιν ὑπνούντων ἀλλὰ γρηγορούντων. Λέγει ὁ Σαρακηνός· πῶς ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἀναληφθεὶς ὁ Χριστὸς ἐξαπέστειλεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς; πῶς παρὼν οὐκ ἔδωκεν τούτοις; ὑμῶν δὲ λεγόντων ὅτι ἕν εἰσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' ἀνῆλθεν ὁ Χριστὸς ἄνω, καὶ κατῆλθεν τὸ πνεῦμα, καὶ ἄλλην διδασκαλίαν ἐκήρυξεν· καὶ εἰ οὕτως ἔχει, διαμερισμὸς ἦν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· τῶν ἐν ἀσθενείᾳ ὄντων ἀνθρώπων οὐκ ἐνδέχεται ὁ ἰατρὸς ἀποκαθαρτίζοντα φάρμακα κεράσαι, εἰ μή πως προκαθάραι τούτους· μετὰ δὲ τὴν προκάθαρσιν, τότε καὶ τὰ φάρμακα ποτιεῖ· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ νόει μοι· ἵνα μή τισι δόξῃ ὅτι κατὰ ἀρετὴν καὶ μόνην, ἢ καὶ φαντασίαν διδάσκει, ἢ ὡς ἄνθρωπος μόνον, καὶ οὐχ ὡς θεός· ἀλλ' ὡς θεὸς προεκάθαρεν αὐτοὺς ἐκ τῶν ὑλικῶν παθῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν παρὼν αὐτός· ἔπειτα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἐξαπέστειλε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεικνύων τὴν τελείαν θεότητα, καὶ ὅτι παρὼν ἦν καὶ τοῖς ἄνω.

η'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· τοῦ Χριστοῦ περιθμηθέντος, πῶς οὐ περιτέμνεσθε, καὶ λούεσθε ἐν τῷ ὕδατι; καθὼς φησὶν Ἡσαΐας *, λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· καὶ ὑμεῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑμῶν ἄπλυτοι εἰσέρχεσθε. Λέγει ὁ Εὐθύμιος· τὸ περιτέμνεσθαι ἐδόθη τοῖς Ἰουδαίοις, διὰ τὸ παρεῖναι

* Is. 1. 16.

1) Confer similia dicentem Cyrillum in comment. ad Luc. XXII. 19. apud nos in alio volumine p. 417, nempe quod Christus idcirco sub alia, id est panis, specie eucharistiam nobis obtulerit.

μέσον τῶν ἐθνῶν ἀπίστων καὶ εἰδωλολάτρων, θεογνωσίας σημεῖον καὶ μιᾶς ποίμνης· τὸ δὲ λούεσθε, Ἡσαΐου φάσκοντος, ἅπαξ ἐνομοθέτησεν, προλέγων τὴν χάριν τοῦ θείου βαπτίσματος· οὐ γὰρ εἶπεν λούεσθε καθ' ἑκάστην, ἀλλὰ λούεσθε ἅπαξ· τὸ γὰρ λούεσθαι καθ' ἑκάστην, καὶ βορβόρων ἐστὶν, οὐκ ἦν λογικῶν ἀνθρώπων ἀλλὰ χοίρων· οὐ γὰρ ἀπαιτεῖ ὁ θεὸς ἀνθρώπων κάθαρσιν ἀφεδρῶνος ἀλλὰ καρδίαν καθαράν. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ ὑμεῖς διὰ τί τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν εἰς χοϊκὸν ἄνθρωπον ἐξομολογούμενοι 1), αἰτεῖσθε συμπάθειαν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· θεὸς γὰρ ὁ θέλων τῶν πάντων τὴν σωτηρίαν, οὐκ εἴασεν τὸν ἄνθρωπον ἐμπαίζεσθαι τοῖς αἰσχροῖς λογισμοῖς καὶ πράξεσιν καὶ ταῖς σατανικαῖς ἐργασίαις, ἀλλὰ διὰ τῆς παρούσης ἐξομολογήσεως κτᾶσθαι καὶ συστέλλεσθαι καὶ ποιεῖν ἀποχὴν τοῦ κακοῦ· Λέγει ὁ Σαρακηνός· διὰ τί ἐν καιρῷ τοῦ θανάτου μεταλαμβάνοντες, λέγετε ὅτι μέτοχοι ἐσμὲν τοῦ παραδείσου; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· οὐδεὶς δύναται εἰσελθεῖν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ βασιλέως καὶ τῷ βασιλεῖ συγκαθευδῆσαι καὶ συνεσθιάσθαι, εἰ μὴ τὴν ἐσθῆτα τοῦ βασιλέως φορῶν καὶ οἰκεῖος αὐτοῦ ἦν· τὸν γὰρ ἀλλότριον μὴ μόνον ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ οἱ αὐτοῦ δοῦλοι τοῦτον ἀποδιώκουσιν.

θ'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· τίς ἐστιν ὁ μαρτυρῶν, ὅτι ὁ θεὸς ἐσαρκώθη; καὶ δι' ἣν τινα αἰτίαν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· ἔστωσαν παρ' ἡμῶν ἓξ μάρτυρες δεκτοὶ, ὅ τε Ἀβραὰμ, Δαυὶδ, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Δανιὴλ, Ἰεζεκιήλ. Λέγει ὁ Σαρακη-
* Cf. Sur. IV. 162. V, 85. sq. νός· καὶ πάνυ μάρτυρες καὶ προφῆται *. Ἔφη ὁ Εὐ-
* Gen. XVII. 7. θύμιος· τοῦ θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ εἰπόντος *, στήσω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ τοῦ σπέρματός σου, ὅρα δύναμιν λόγου· ἡ γὰρ διαθήκη
* Ps. XLIX. 3. μυστηρίου φοβεροῦ ἦν ὑπόθεσις· καὶ ὁ Δαυὶδ *· ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κα-
* Ps. XVII. 10. * Baruch. III. 36. 38. τέβη *· καὶ ὁ Ἱερεμίας *· οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Καὶ πάλιν· τότε γενήσεται τὰ παγκόσμια σωτήρια, ὅταν παρθένος γεννήσει· καὶ πάντα
* Is. VII. 14. τὰ ἔθνη ξύλον προσκυνήσουσι· καὶ ὁ Ἡσαΐας *· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξει υἱὸν, καὶ καλέσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστιν μεθ' ἡμῶν ὁ θεός· καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ προλέ-

tium versabantur infidelium et idololatricarum, tamquam notitiae Dei signum, et gregis unius. Quod vero lavamini Isaias dixit, hoc semel praescripsit, divini baptismatis gratiam praedicens. Non enim dixit: lavamini quotidie, sed lavamini semel Nam quotidiana lotio fit ob sordes, neque tam rationalium hominum quam porcorum propria est. Quippe Deus ab hominibus non exigit cloacae purgationem sed mundum cor. Dicit Saracenus: cur vos peccata vestra terreno homini confitentes, veniam petitis? Ait Euthymius: Deus volens omnium salutem, haud sivit hominem turpibus delectari cogitationibus, actibusque, et satanicis operibus, sed promptae confessionis occasione oblata, ruinam cohibere curavit, et a malo conversionem facere. Dicit Saracenus: cur obitus tempore communicantes, dicitis vos paradisi fieri participes? Ait Euthymius: nemo potest regis domum ingredi, et regi adsidere cum eoque epulari, nisi vestem regiam gestaverit, eiusque familiaris sit. Hominem quippe alienum, non rex solum, verum etiam famuli eius expellunt.

9. Dicit Saracenus: quem habetis testem quod Deus sit incarnatus, et quam ob causam? Testes fide digni sex nobis sunt, Abrahamus, David, Isaias, Hieremias, Danihel, Ezechiel. Dicit Saracenus: isti certe egregii sunt testes ac prophetae. Ait Euthymius: Deus Abrahamo dixit, statuam pactum meum inter me et semen tuum. Videsis sermonis vim: nam pactum, tremendi mysterii exhibitio fuit. David item ait: Deus manifeste veniet; inclinavit caelos et descendit. Tum Hieremias: hic Deus noster est; non reputabitur alius prae ipso. Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. Et rursus: tunc fiet generalis salus, cum virgo pariet, et omnes gentes lignum adorabunt. Item Isaias, ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuhel id est nobiscum Deus. Ezechiel quoque Christi nativitatem praedicens, de virgine Maria futuram,

1) Nolo heic reticere testimonium pro confessione peccatorum sacerdoti facienda, quod suppeditat nobis Origenes in inedita catena ms. ad Salomonis proverbia. Sic enim ibi Origenes. Ὁ τὰ ἐνσπειρόμενα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κακὰ μὴ ἐξαγγέλλων αὐτὰ κυρίῳ τῷ θεῷ, ἢ ΘΕΟΦΙΛΕΙ ΑΝΘΡΩΠΩι, οὐκ εὐοδωθήσεται ἐν τῇ κατὰ τοῦ πονηροῦ νίκῃ: *qui sata in corde eius ab improbo diabolo mala non confitetur aut domino Deo, aut DEO DILECTO HOMINI, prospera adversus malignum hostem victoria non fruetur.*

aiebat: haec porta clausa erit, nec quisquam per eam transibit, nisi Deus Israhelis. Quid tibi videtur? Prophetarum sermones veraces ne sunt, an secus? Quis enim praeter Deum absque semine nasci potuit? Dicit Saracenus: recita mihi similitudinem aliquam deitatis et humanitatis, ut rem intelligam. Ait Euthymius: margariti natura undenam constat? Dicit Saracenus: ex fulgore, sole, et ostracio. Dicit Euthymius: mutatur ne fulgor ostracio copulatus? Dicit Saracenus: nequaquam. Dicit Euthymius: sicut fulgor ostracii penetrat, et sine confusione incarnatur, fitque margaritum; et claritatem quidem dicimus esse naturam fulgoris; et qualitatem palpabilem dicimus esse naturam carnis ostracii; sic etiam ex divina natura incarnata factus est Deus et homo.

10. Dicit Saracenus: si res ita se habet, cur dicitis Christi Verbum Dei crucifixum ac mortuum? Ait Euthymius: absit ut nos dicamus Verbum Dei crucifixum ac mortuum. Audi similitudinem. Si quando margaritum terebrant, quaenam natura patitur? fulgoris ne, an ostracii? Dicit Saracenus: ostracii. Ait Euthymius: sic etiam in Christo contigit: caro sola crucifixa fuit, et obiit. Dicit Saracenus: moriente carne, discessit ne a carne divinitas nec ne? Ait Euthymius: separatur ne fulgoris natura, cum patitur ostracium? Dicit Saracenus: nequaquam. Ait Euthymius: si natura fulgoris nihil patitur, cur divina natura pati debuit cum corpore? Dicit Saracenus: cur tanto peracto mysterio, Deoque homine facto, ut hominem prout dicitis salvaret, cur inquam non desinit diabolus humanum genus perpetuo oppugnare? Ait Euthymius: narrabo tibi similitudinem: rex quidam habuit amicum plane fidelissimum. Inimicus vero nescio quis videns immensam aestimationem dilectionemque qua illum rex prosequebatur; dolosa facta incursione, regis amicum depraedatus est, eiusque bona pessumdedit. Et regis quidem amicum captum crudeliter verberavit, gravibusque catenis vinciens in profundissimum tenebrosumque puteum proiecit: quo in loco misere desperateque iacebat. Sed tamen rex prioris felicitatis amici sui, nec non posterioris infelicitatis memor, per viscera misericordiae, sapiente excogitato con-

γων τοῦ Χριςοῦ τὴν γέννησιν τὴν ἐκ τῆς Μαρίας γενησομένην, ἔλεγεν *· ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔςαι, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθοι δι' αὐτῆς, εἰ μὴ ὁ θεὸς Ἰσραήλ· τί σοι δοκεῖ; ἀληθινοὶ εἰσὶν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν ἢ οὔ; Πῶς ἔδει [εἰ μὴ] τὸν θεὸν ἄνευ σπορᾶς [γεννᾶσθαι;] Λέγει ὁ Σαρακηνός· εἰπὲ ἡμῖν ὁμοίωμα τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ὅπως γνώσομαι τοῦτο. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· φύσις τοῦ μαργάρου πόθεν ἦν; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς ἐξ ἀςραπῆς καὶ ἡλίου καὶ ὀςράκου. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· καὶ ἀλλοιοῦται ἡ ἀςραπὴ ἑνωθεῖσα τῷ ὀςράκῳ; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, οὐχί. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος. ὥσπερ ἡ ἀςραπὴ εἰσέρχεται εἰς τὸν ὄςρακον, καὶ σαρκοῦται ἀσυγχύτως, καὶ γίνεται μάργαρος· καὶ τὴν μὲν λαμπρότητα λέγομεν εἶναι τὴν φυσιν τῆς ἀστραπῆς· καὶ τὸ ψηλαφητὸν λέγομεν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς τοῦ ὀςράκου, οὕτω καὶ ἡ θεία φύσις σαρκωθεῖσα γέγονε θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

ι'. Λέγει ὁ Σαρακηνός· εἰ οὕτως ἔχει, πῶς λέγετε ὅτι Χριςὸς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· μὴ γένοιτο ὅτι ἡμεῖς λέγωμεν περὶ τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ ὅτι ἐςαυρώθη καὶ ἀπέθανεν· ἀλλ' εἴπω σοι τί ὁμοίωμα· τὸν μαργαρίτην ὅταν αὐτὸν τριπῶσιν, ποία φύσις πάσχει; τῆς ἀστραπῆς; ἢ τοῦ ὀστράκου; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, τοῦ ὀςράκου. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριςοῦ γέγονεν· ἡ σὰρξ μόνη ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν. Λέγει ὁ Σαρακηνός· καὶ ἀποθανούσης σαρκὸς, ἀπεχωρίσθη ἡ θεότης ἐκ τῆς σαρκὸς, ἢ οὔ; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· χωρίζεται ἡ φύσις τῆς ἀστραπῆς ὅταν πάσχει τὸ ὄστρακον; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, οὐχί. Εἶπεν ὁ Εὐθύμιος· καὶ εἰ ἡ φύσις τῆς ἀστραπῆς οὐ πάσχει, πῶς ἡ θεία φυσις εἶχεν συμπασχῆσαι τῷ σώματι; Λέγει ὁ Σαρακηνός· πῶς γοῦν τοῦ τοιούτου μυστηρίου γεγονότος, καὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου γενομένου, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον ὡς λέγετε, πῶς ὁ διάβολος οὐ παύεται ἀεννάως τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πολεμῶν; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· εἴπω σοι ὁμοίωμα· βασιλεύς τις εἶχεν φίλον πάνυ γνησιότατον· ἐχθρὸς δέ τις βλέπων τὴν ἄπειρον τιμὴν καὶ ἀγάπην ἣν πρὸς αὐτὸν ἐκέκτητο ὁ βασιλεύς· ἐλθὼν δὲ ὁ ἐχθρὸς μετὰ δόλου ἐσκύλευσεν τὸν τοῦ βασιλέως φίλον καὶ ἀπώλετο τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ· καὶ τὸν μὲν φίλον τοῦ βασιλέως λαβὼν ὁ ἐχθρὸς ἔτυψεν ἀνιλεῶς, καὶ κλοιαῖς βαρείαις πεδήσας τοῦτον, ἐν βαθυτάτῳ καὶ σκοτεινῷ φρέατι ἀπέθετο· καὶ ἦν μείνας ἐλεεινῶς ἐκεῖ καθάπερ ἀπαρηγόρητος· μνησθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς τῆς προτέρας μακαριότητος τοῦ ἑαυτοῦ

* Ezech. XLIV. 12.

φίλου, καὶ πάλιν τῆς δευτέρας αὐτοῦ ἀθλιότητος, κατελθὼν διὰ σπλάγχνα ἐλέους οἰκονομικῶς ἐν βασιλικῇ δυνάμει πρὸς τὸν ἐχθρὸν, οὐκ ἠγωνίσατο περὶ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἠγωνίσατο τοῦ ἐλευθερῶσαι τὸν ἑαυτοῦ φίλον ἐκ τῆς πικρᾶς καὶ δεινῆς βασάνου· τὸν δὲ χαιρέκακον ἐκεῖνον καταλύσας καὶ συντρίψας παρέδωκεν τοῖς βασανισταῖς· ἐκεῖνος δὲ πάλιν οὐκ εἴασεν, ἀλλ' οὐδ' οὕτως τὸν φίλον τοῦ βασιλέως· τοιούτως ἐπὶ τῇ θείᾳ συγκαταβάσει νόει μοι· οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἧκεν παῦσαι τὰ σκάνδαλα, ἀλλ' ἐλευθερῶσαι τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ πράττειν πονηρὸν εἴ τε ἀγαθὸν, τῆς ἡμετέρας ἐστὶν προαιρέσεως τὲ καὶ συνειδήσεως, ἐπεὶ τὴν τῶν ἀμφοτέρων γνῶσιν ἡμῖν ἀνέθηκεν.

ιαʹ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· ὑμῶν λεγόντων, ἠγοράσθητε τῷ τιμίῳ αἵματι, παρά τινος ἐπράθητε; καὶ ὑπέρ τινος ἔδωκεν ὁ Χριστὸς τὸ αἷμα αὐτοῦ; καὶ πάλιν λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἐστὲ πρώην τοῦ διαβόλου, καὶ ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ὑμᾶς ἠγόρασεν· καὶ ἐὰν τῷ διαβόλῳ ἔδωκεν αὐτοῦ τὸ αἷμα [1], ἀρκήσει τοῦτο εἰς βλασφημίαν καὶ ἀπώλειαν. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ἄφατον αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν καλοῦμεν πρᾶσιν καὶ ἀγοράν· πρᾶσιν μὲν, ὅτι κλίναντες εἰς τὰ ἐναντία, ἀπερρίφημεν ἀπὸ θεοῦ καὶ ἀπέστημεν· ἀγορὰν δὲ, τὴν αὐτοῦ ἄπειρον εὐσπλαγχνίαν καὶ συγκατάβασιν· εἴπω σοι δὲ καὶ ὁμοίωμα, ὅτι τὸ μυστήριον τοῦτο οὐκ ἐχώρησεν, καὶ ἐκ τοῦ ὁμοιώματος δυνήσει καταλαβεῖν τοῦτο· βασιλεύς τις εἶχε χώραν πολλὴν καὶ μεγάλην· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν, [νόσος] ὥστε παντελῶς ἀφανισθῆναι· περίλυπος οὖν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, προσκαλεσάμενος τοὺς ἀρίστους αὐτοῦ ἰατροὺς, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, καὶ πολλοὺς τῶν ἰατρῶν ἐξαποστείλας, οὐκ ἠδυνήθησαν θεραπεῦσαι· ὑπῆρχον δὲ εἰς τὴν χώραν τοῦ βασιλέως χαιρέκακοι ἄνθρωποι καὶ γόητες· τί οὖν ποιεῖ ὁ βασιλεύς· ἕνα υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ἀνέδησεν αὐτῷ προβάτου δορὰν, καὶ ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν· ἰδόντες δὲ τοῦτον οἱ χαιρέκακοι παῖδες τῆς χώρας ἐκείνης, λαβόντες τοῦτον ἀπέκτειναν· καὶ λαβὼν ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς χερσὶν ταῖς ἰδίαις τὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ αἷμα, καὶ ποτίσας τὸν λαὸν, ἐζωοποίησεν ἐκ τοῦ θανάτου τὴν ἑαυτοῦ χώραν· νόει μοι καὶ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὔτε ἄγγελος, οὔτε προφήτης ἦν δυνατὸς ἐξελέσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς τυραννίδος τοῦ δια-

silio, veniens cum regali virtute adversus hostem, non pro alio negotio, sed pro amico suo ex acerbo gravique cruciatu liberando decertavit. Illum autem malis gaudere solitum debellans et conterens, tortoribus tradidit: quamquam idem ne sic quidem a vexando regis amico destitit. Pari ratione cogita mecum de divina condescensione: non enim necessitate aliqua premente ad supprimenda scandala venit, sed ut hominem liberaret. Porro ut male vel bene agamus, id nostri arbitrii est atque conscientiae; quandoquidem utrinsque rei nobis scientiam impertitus est.

11. Dicit Saracenus: quum vosmet dicatis pretioso sanguine emptos, age dic a quonam venditi fueratis? et pro quonam Christus sanguinem suum profuderit. Insuper dicitis, vos antea fuisse diaboli famulos, Christum vero advenientem vos redemisse. Atqui si Christus sanguinem suum diabolo dedisse pretium dicatur, nonne haec exitiosa blasphemia sit? Ait Euthymius: misericordiam Dei eiusque ineffabilem benignitatem, vocamus nos venditionem atque emptionem: venditionem quidem, quia nos in adversam partem declinantes, abiecti a Deo fuimus, ab eoque recessimus. Emptionem autem dicimus immensam eiusdem benignitatem et condescensionem. Proferam tibi exemplum, quoniam id mysterium non capis; sed hac recitata similitudine, id demum comprehendere poteris. Rex quidam regionem egregiam possidebat ac magnam. Verum illuc [morbus] irrepens funditus eam desolabat. Dolens itaque rex, convocatis optimis medicis, sententiam illorum rogavit, multisque missis, morbus tamen sanari non potuit. Erant autem in ea regis provincia maligni homines et malefici. Quid ergo rex fecit? Filium habens unigenitum, huic imposuit ovinam pellem, atque ita in regionem illam dimisit: quem visum maligni illi homines captumque interemerunt. At rex manibus suis filii sanguinem sumens, eoque populum illum potans, regionem suam de exitio ad vitam revocavit. Pari modo igitur reputes velim de venerando corpore et sanguine Christi; quod nempe neque angelus, neque propheta, poterat hominem

[1] Quaestionem hanc appellat veterem Photius in amphilochiana dissertatione XXIV (quam nos edidimus Script. vet. tomo primo), et docte sollerterque dissolvit.

de diaboli tyrannide eripere, praeter quam ipse nostrae vitae auctor et salutis Deus, per proprium corpus et sanguinem.

12. Dicit Saracenus: cur Mohamedes a propheta Isaia proclamatum prophetam et diserte scriptum, vos repudiatis? Ait Euthymius; intende mentem tuam atque conscientiam, ceu ante conspectum Dei, Isaiae verbis. Dicit Saracenus: si Deus est, non erit ambiguus. Ait Euthymius: quid tibi de hoc propheta Isaia videtur? servusne Dei est verusque propheta, nec ne? Dicit Saracenus: propheta magnus Deique famulus. Ait Euthymius: divus hic magnusque propheta Isaias haec de Mohamede dicit: abstulit Dominus de Hierusalem magnum parvumque, caput et caudam, prophetam impium impia docentem. Cuius quidem quid cauda est? eritque decipiens et deceptus; haec enim dicit Isaias de Mohamede. Dicit Saracenus: dic nobis, quum divina scriptura dicat: vae iis qui tympana tenentes vinum suum bibunt. Item: nolite inebriari vino, in quo est luxuria, cur Christianos videmus ebrietati et diabolicis choreis indulgentes? Prorsus hoc a christiano instituto alienum agunt. Num igitur Dei regnum participabunt? Ait Euthymius: absit. Ne decipiamini, quoniam ait scriptura: iustus Dominus, et iustitias dilexit. Neque scortatores, neque adulteri, neque ebriosi, neque fures, neque molles, neque masculorum concubitores, intrabunt in regnum caelorum; nisi qui fecerit voluntatem Dei.

13. Et post alia Euthymius Agareno dixit: dic mihi o sapientissime filiorum Agaris: vos dicitis Mohamedem vocari prophetam Dei et legatum. Undenam hoc ostenditis, et quibus testibus? Namque ut cernimus, vos neque iudicium, neque coniugia, neque venditionem, neque emptionem, neque coniugii dissolutionem, neque aliud quodvis negotium facitis, sine scripto testimonio. Hic autem Mohamedes, quem dicitis esse prophetam vestrum, prorsus omni testimonio caret et fundamento. Constat enim apud omnes misticium fuisse; et quod totum vitae suae tempus quinquaginta et quinque annorum, in omni luxuriae et impuritatis genere exegerit; et quidem usque ad quadragesimum annum impius idololatra. Postremis vero quindecim annis coepit falsam

βόλου, εἰ μὴ ὁ αὐτὸς ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν καὶ τῆς σωτηρίας θεὸς τοῦ ἰδίου σώματος καὶ αἵματος.

ιβʹ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· διὰ τί ὁ Μωάμεδ ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου κηρυττόμενος προφήτης, καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ γραφῇ κηρυττόμενος προφήτης καὶ γεγραμμένος ὤν, ἐξεώσατε τοῦτον; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· στῆσον τὸν νοῦν σου καὶ τὴν συνείδησίν σου ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, τοῖς λόγοις τοῦ Ἡσαΐου. Λέγει ὁ Σαρακηνός· εἰ ὁ θεὸς, οὐκ ἀμφίβολος; Λέγει ὁ Εὐθύμιος· τί σοι δοκεῖ περὶ τούτου τοῦ προφήτου Ἡσαΐου; θεράπων ἦν θεοῦ καὶ ἀληθινὸς προφήτης ἢ οὔ; Λέγει ὁ Σαρακηνὸς, καὶ πάνυ προφήτης καὶ θεράπων. Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· τοιοῦτος θεῖος προφήτης καὶ μέγας
Ἡσαΐας τάδε φησὶν περὶ τοῦ Μωάμεδ *· ἀφεῖλεν * Is. IX. 14.
κύριος ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ μέγαν καὶ μικρὸν, κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, προφήτην ἄνομον διδάσκοντα ἄνομα· οὗ τί ἡ οὐρά; καὶ ἔσται πλανῶν καὶ πλανώμενος· ταῦτα φάσκοντος τοῦ Ἡσαΐου περὶ τοῦ Μωάμεδ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· εἰπὲ ἡμῖν τῆς
θείας γραφῆς λεγούσης *, οὐαὶ οἱ μετὰ τυμπάνων * V. 11.
καὶ αὐλῶν τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ ἀσωτία, πῶς ὁρῶμεν τοὺς χριστιανοὺς ἐν τῇ μέθῃ καὶ ἐν ὀρχίσμασιν δαιμονικαῖς, καταχριστιανικῶς τοῦτο πράττουσιν, ἆρά γε μέτοχοι εἰσὶν τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας; Ἔφη ὁ Εὐθύμιος· μὴ γένοιτο· μὴ πλανᾶσθε, τῆς θείας γραφῆς
ἡμῶν λεγούσης *· δίκαιος κύριος, καὶ δικαιοσύνας * Ps. X. 8.
ἠγάπησεν *· οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μέθυσοι, * I. Cor. VI. 9.
οὐ κλέπται, οὐ μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ.

ιγʹ. Καὶ μεθ' ἕτερα ὁ Εὐθύμιος πρὸς τὸν Ἀγαρηνὸν ἔφη· εἰπὲ ἡμῖν ὦ σοφώτατε τῶν Ἄγαρ· ὑμεῖς λέγετε τὸν Μωάμεδ καλεῖσθαι προφήτην θεοῦ καὶ ἀπόστολον· πόθεν ἔχετε τοῦτο δεῖξαι, καὶ ἐκ ποίων μαρτύρων; ὁρῶμεν γὰρ οὔτε κρίσιν, οὔτε συζυγίας, οὔτε πώλησιν, οὔτε ἀγορὰν, οὔτε χωρισμὸν συζυγίας, οὔτε ἄλλην τὴν οἱανοῦν ὑπόθεσιν ποιεῖτε, πάρεξ μεμαρτυρημένας γραφάς· ὁ δὲ Μωάμεδ οὗτος, ὃν λέγετε εἶναι προφήτην ὑμῶν, παντάπασιν ἐστὶν ἀμάρτυρος καὶ ἀνυπόστατος· γνώριμος γὰρ ἐστὶν παρὰ πάντων, ὅτι μίστος ἦν· καὶ ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνος πεντήκοντα καὶ πέντε ἔτη ζῶν ἐν ἀσωτείᾳ καὶ πάσῃ ἀκαθαρσίᾳ τεσσαράκοντα ἔτη, εἰδωλολατρῶν ἐν πάσῃ ἀσεβείᾳ· τὰ δὲ πέντε καὶ δέκα ἔτη ἤρξατο ψευδοθεοσεβεῖν, παρά τινος ἀστρονόμου μοναχοῦ, ὃς καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν

ὀρθὸς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς διδαχῆς ἦν τοῦ Νεστορίου ἐσφαλμένων δογμάτων· ὅν τινα καὶ μεθυσθεὶς οἴνου ἄκρατον, ἀπέκτεινε τῇ αὐτοῦ μαχαίρᾳ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν οἰνοποσίαν ἐκώλυσεν· μετὰ δὲ τὴν δοκοῦσαν αὐτοῦ θεοσέβειαν, ἢ μᾶλλον ἀσέβειαν, ὅλος ὁ βίος αὐτοῦ ἦν ἀσωτίαι, πράξεις αἰσχραὶ, μοιχεῖαι, ἀρσενοκοιτίαι, φόνοι, ἁρπαγαὶ, ἀδικίαι· καὶ εἴ τι κακὸν ἐποίησεν ὁ διάβολος ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῷ ματαίῳ, ὁ Μωάμεθ οὗτος ἐποίησεν, καὶ ἔτι πλέον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ Σατανᾶ· καὶ ἐὰν ὑμεῖς ἀρνήσεσθε, ἡ διδασκαλία αὐτοῦ μαρτυρεῖ, καὶ βοᾷ τὰ πράγματα· ὁ δὲ ἀληθὴς θεὸς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις αἰσχροῖς καὶ ἀκαθάρτοις οὐκ ἀναπαύεται, ἀλλὰ καὶ μακρὰν ἀπέχει ἀπ᾽ αὐτῶν.

ιδʹ. Ἄκουσον γοῦν τὴν πολιτείαν, καὶ ἔπαθλα τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ πληρώματα τῆς διδασκαλίας· λέγοντος ὅτι ἀριθμὸς ὑπάρχει (τῶν προφητῶν) τοῦ θεοῦ αὐτοῦ χιλιάδες ἑκατὸν εἰκοσιτέσσαρες 1)· εἴπατε ἡμῖν· εἶχεν ὁ θεὸς κατά τινος [πόλεμον], καὶ ἐδέετο συμμαχίας τοιαύτης; ἢ ἀπέστησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ ἐν τούτῳ ἔφερεν τοσοῦτον πλῆθος φωσσάτου 2) πρὸς τὸ ποιῆσαι ἀντιπαράταξιν πολέμου; καὶ γὰρ ὁ ἡμέτερος ἀληθινὸς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν διὰ μικρᾶς στιγμῆς σεισμοῦ συστέλλεται, καὶ συντρομάσῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· λοιπὸν δείξατε ἡμῖν, τίς ἡ χρεία αὕτη τῶν εἴκοσι τεσσάρων καὶ ἑκατὸν χιλιάδων προφητῶν; πλὴν φέρετε πρὸς ἡμᾶς τὰ ὀνόματα αὐτῶν, καὶ πόθεν εἰσὶν, καὶ ἐκ ποίας χώρας, καὶ ἐκ ποίου τόπου· καὶ γὰρ μετὰ τὸ θεοσεβῆσαι, ἢ μᾶλλον ἀσεβῆσαι, ἐδίδαξαν καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας ὑμῶν· ὧν τὰ ὀνόματα αὐτῶν τῶν προφητῶν εὗρεν γεγραμμένα ἐν τῇ βοτάνῃ· βοτάνην ἐξωνήσατο συμβαλλομένην αὐτῷ εἰς πορνείαν ἄσχετον καὶ ἀκόλαστον, ὡς μὴ κορέννυσθαι αὐτὸν τῆς ἐπιθυμίας καὶ τῆς λαγνείας· πῶς οὖν ἄνθρωπον ἀκάθαρτον, φονέα, δυνάστην, ἅρπαγα, λῃστὴν, πλάνον, λέγετε αὐτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον θεοῦ; καὶ ὅτι ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸς τὸν Μωάμεθ; τίς ἐστιν ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτου, ὅτι ἐκ θεοῦ ἐπέμφθη προφήτης καὶ ἀπόστολος; ἐκ ποίων σημείων δεικνύεις αὐτὸν προφήτην; καὶ ποῦ εἰσιν αἱ αὐτοῦ προφητεῖαι;

religionem colere, ab astronomo quodam monacho eruditus, qui nec ipse rectus erat orthodoxae fidei cultor, sed prava Nestorii doctrina falsisque dogmatibus laborabat: quem etiam Mohamedes meraco ebrius gladio suo occidit; quam ob rem vini potum interdixit. Post susceptam autem rectam, ut ei videbatur, religionem, tota vita eius nihil aliud fuit quam luxuria, obscoeni actus, adulteria, masculorum concubitus, caedes, latrocinia, iniuriae. Et si quid diabolus mali fecit, in hac mundi vanitate, id Mohamedes quoque patravit; immo et parentem suum Satanam superavit: quod si vos negaveritis, nihilominus doctrina eius id testatur, et facta ipsa conclamant. At verus noster Christianorum Deus in impuris huiusmodi turpibusque hominibus non requiescit, sed longe ab his abest.

14. Audi itaque politiam eius, vitaeque mercedem, et doctrinae exitum. Ait numerum prophetarum Dei sui fuisse centum et viginti quatuor milia. Nunc dicite mihi; fuit ne Deo adversus aliquem bellum, ut tot auxiliaribus egeret? An defecerant adversus eum angeli, ideoque tantum quasi vallum ferebat ut obicem bello opponeret? Atqui noster vere Christus Deus, uno terraemotus ictu consternat, concutiturque caelum ac terra et quae in terra sunt. Reliquum est ut mihi demonstretis, cur opus fuerit centum ac viginti quatuor milibus prophetarum? Ceterum recitate nobis nomina illorum, et unde fuerint, et illorum patrias, atque stationes. Nam postquam religiose vel potius irreligiose vixerunt, vestros quoque pseudoprophetas erudiverunt: quorum prophetarum nomina Mohamedes scripta reperit in herba quadam. Herbam illam coëmit, quae ei profuit ad scortationem protervam et effrenem, adeo ut numquam eius cupiditas et lascivia expleri potuerit. Cur ergo hominem impurum, homicidam, praepotentem, rapacem, latronem, planum, dicitis prophetam legatumque Dei? et quod Deus angelum suum miserit ad Mohamedem? Quis adest testis, hunc a Deo missum esse prophetam ac legatum? Quibus ex miraculis ostendis eum prophetam? Ubinam ipsius prophetiae? Qualis fuit angeli visio, qua ille edoctus fuit scortari, et cinaedum age-

1) Sic adfirmantem facit Mohamedem Zamchascerios apud Maraccium in refutatione surae XXII.

2) Φωσσατον vocabulum, quod graeci etiam multo antiquiores Euthymio a Latinis iam adsciverant.

re, aliisque flagitiosis actibus operam dare, quos ego recitare prohibeor ne mentem auditorum inquinem? Vere vanus vester Deus, eiusque angelus, qui vos docuit omne genus luxuriae patrare.

15. Deinde dicit vobis tres esse in paradiso fluvios, quorum primus melle fluit, alter lacte, vino tertius. Aqua nusquam est. Iam meracum vinum bibentes, necessario ebriati, et absque sensu iacentes cum gravedine, paradiso non fruemini, praeterquam laboris requie: et honoris loco ignominiam, pro regno poenam, vermemque vigilem experiemini. Narrate nobis etiam de camelo femina, quam dicitis in paradiso herbis pasci; quae ab initio creata immortalis esse in paradiso meruit, prout vester propheta mentitur: nam certe Deus noster Adamum praemisit in terram, de qua sumptus fuerat. Ex quo tempore omnia morti fuerunt obnoxia, solaque vestra camelus immortalitatem sortita est. Si ergo immortalis est vestra camelus, ut vos dicitis, intra paradisum; eaque singulis annis per tot saecula augetur, certe paradisus pondere illius laborabit, nullusque iam homo illuc ingredi poterit.

16. Narratis pariter de Mecca, quod Dei domus sit. Rogantibus certe vos Christianis, quonam adorare pergatis tanto dierum spatio? et ubinam sit ille locus? dicitis nobis, illud esse hospitium Dei, et dicitis, in Dei hospitium eius celarin, et magirion, et achurin, et chazenan. Explanate nobis, quaesumus, quid sit hoc hospitium: et quomodo prophetae vestrae sepulcrum ignoretis, et eius reliquias honoretis ut Dei prophetae atque legati. Et siquidem habitat Deus in illo hospitio, necessario tremendum mysterium est in loco illo: quicquid vos dicatis de iis quae illic fiunt per magnetem prodigiis, quae omnes bucinant. Sed et ipse canis de stagno emergens et ad vos profectus, quem vos Dei gratiam appellatis. Papae tantam inhumanitatem et inscitiam! Hae sunt prophetae vestri nugae, quas narrare quis cordatus queat? abominabilem nempe canem esse gratiam Dei! Item Mohamedes vos docet, intra paradisum ante conspectum Dei stolide et insatiabiliter fornicariam copulam frequentari. Destituet me tempus talia narrantem, ipsumque aërem in-

ἀλλὰ καὶ ὁποία ἦν ἡ τοῦ ἀγγέλου θέα, δι' οὗ ἐδιδάχθη πορνεύειν καὶ ἀρσενοκοιτεύειν, καὶ ἄλλας ἀθεμίτους πράξεις; ἐξ ὧν οὐ δύναμαι λέγειν, διὰ τὸ νοῦν ἡμῶν μολύνεσθαι· ἀληθῶς μάταιος ὁ θεὸς ὑμῶν, καὶ ὁ αὐτοῦ ἄγγελος, ὃς διέταξεν ὑμᾶς τοῦ πράττειν πᾶσαν ἀκολασίαν.

ιε'. Εἶτα πάλιν λέγει πρὸς ὑμᾶς, ὅτι ἐν τῷ παραδείσῳ εἰσὶν τρεῖς ποταμοί· ὁ μὲν εἷς ῥέει μέλι, ὁ δὲ ἕτερος γάλα, ὁ δὲ τρίτος μεστὸς οἴνου· ὕδωρ δὲ οὐδαμῶς· ἀλλὰ τὸν οἶνον ἄκρατον πίνοντες, ἐξ ἀνάγκης ἐκ τῆς μέθης τοῦ ἀκράτου οἴνου, ἐν ἀναισθησίᾳ κοιτώμενοι καρηβαροῦντες, οὐδὲν ἀπολαύουσιν ἐν τῷ παραδείσῳ, ἀλλ' ἢ κόπου ἀνέσεως, καὶ ἀντὶ τιμῆς ἀτιμίαν, καὶ ἀντὶ βασιλείας κόλασιν, καὶ σκώληκα τὸν ἀκοίμητον. Εἴπατε ἡμῖν καὶ περὶ τῆς καμήλου, ἣν λέγετε νεμομένην ἐν τῷ παραδείσῳ, ἣ κατ' ἀρχὰς κτισθεῖσα τὴν ἀθανασίαν ἔλαβεν ἐν τῷ παραδείσῳ, ψευδομένου τοῦ ὑμῶν προφήτου, τοῦ θεοῦ ἡμῶν προπέμποντος τὸν Ἀδὰμ εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐγεγόνει· καὶ ἔκ τοτε τὰ πάντα θάνατον ἐνεδύσαντο· μόνη δὲ ἡ κάμηλος ὑμῶν ἔλαβεν ἀθανασίαν· εἰ οὖν ἀθάνατος ἐστὶν ἡ κάμηλος ὑμῶν, καθὼς ὑμεῖς φατὲ, ἐντὸς τοῦ παραδείσου, κατ' ἔτος αὐξανομένη τοὺς τοσούτους χρόνους, ἐγέμησεν ἂν ὁ παράδεισος ἐκ τοῦ ὄγκου αὐτῆς, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων δυνήσεται εἰσελθεῖν ἐκεῖσε.

ιϛ'. Ὡσαύτως λέγετε καὶ περὶ τοῦ Μὲκ, ὅτι οἶκος θεοῦ· λεγόντων ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πρὸς ὑμᾶς, πόθεν ἀπέρχεσθε καὶ προσκυνεῖτε ἡμερῶν τοσοῦτο διάστημα; καὶ πῆ οὖν ὁ τόπος ἐκεῖνος; καὶ πρὸς ἡμᾶς φατὲ, ὅτι ὁσπίτιον ἦν τοῦ θεοῦ, κελάρην, ἢ μαγίριον, ἢ ἀγχούρην, ἢ χαζήναν. σαφηνίσατε ἡμῖν περὶ τοῦ τοιούτου ὁσπιτίου· καὶ πῶς, οὐ γινώσκετε τὸν τάφον τοῦ ὑμετέρου προφήτου, καὶ τιμᾶτε αὐτοῦ λείψανα ὡς προφήτου τοῦ θεοῦ καὶ ἀποστόλου· καὶ εἰ μὲν ἀναπαύεται ὁ θεὸς ἐν τῷ ὁσπιτίῳ ἐκείνῳ καὶ μόνῳ, ἐξ ἀνάγκης ἦν καὶ φοβερὸν μυστήριον ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ· ὅτι κἂν ὑμεῖς εἴπητε τὸ γεγενημένον περὶ τοῦ μαγνήτου, περὶ πεπλανημένων θαυμάτων, ἃ πάντες κηρύττουσιν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ κύων, ὁ ἐκ τῆς λίμνης ἐξερχόμενος καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπιφυτῶν, ὃν ὑμεῖς καλεῖτε χάριν θεοῦ, βαβαὶ τῆς τοιαύτης ἀπανθρωπίας καὶ ἀγνωσίας· τοιαῦτα εἰσὶν τοῦ προφήτου ὑμῶν τὰ ληρήματα ἃ τίς τῶν εὖ φρονούντων δυνήσεται εἰπεῖν; τὸν μεμισημένον κύνα χάριν θεοῦ; καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Μωάμεδ διδάσκει λέγων, ὅτι ἐντὸς τοῦ παραδείσου κατενώπιον θεοῦ ἀσυνέτως καὶ ἀκορέστως πορνικὴ μίξις

γίνεται 1)· ἐπιλήξει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα μολύνω ἐξηγούμενος τοὺς πεπλανημένους λήρους καὶ μεμισημένους λόγους τοῦ Μωάμεθ. Λέγει ὁ Σαρακηνός· νενίκημαι, νενίκημαι· ὢ πῶς μεγάλη ἡ πίστις τῶν Χριςιανῶν· χάριν οὖν ἔχω σοι περὶ τῆς θεογνωσίας ταύτης, ὦ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπε· τὰ γὰρ παρ' ὑμῶν λεγόμενα τῶν Χριςιανῶν ἀληθῆ εἰσίν· κύριος ὁ θεὸς μαρτυρεῖ·καὶ δεῦρο, δοῦλε θεοῦ, βάπτισόν με.

quinaverim, si plenas falsitate nugas, et detestabiles Mohamedis sermones referre velim. Dicit Saracenus: victus sum, manus do. Quam magna est Christianorum fides! Ago igitur tibi gratias de hac tradita mihi Dei notitia, o homo Dei. Nam quae vos dicitis, o Christiani, vera sunt. Deus ipse testis. Adesdum, o Dei famule, baptismum mihi impertitor.

Dixi superius me panopliam quamdam adversus Mohamedis sectam hoc volumine instruxisse, Attamen reliquus est in alio codice vaticano dialogus christiani hominis cum ismahelita, cuius tamen ego scripti nonnisi breve specimen proferam, ne plura capita cumulem, quae easdem fere obiectiones responsionesque, mutatis verbis, continent.

Διάλεξις Χριστιανοῦ καὶ Ἰσμαηλίτου δι' ἐρωταποκρίσεων περὶ τῆς ἀμωμήτου πίστεως τῶν Χριστιανῶν.

Dialogus Christiani cum Ismahelita per interrogationes et responsiones de irreprehensibili Christianorum fide.

Ὁ Χριστιανός. Ὁμολογεῖς τὸν Χριςὸν εἶναι
λόγον καὶ πνεῦμα θεοῦ, ὡς λέγεις, κτιστόν;
Sur. III. 45. Ὁ Ἰσμαηλίτης· ναὶ οὕτως λέγω αὐτόν. Χ. Καὶ
τὸν θεὸν κτιστὸν λέγεις ἢ ἄκτιστον; Ι. Ἄκτι-
στον λέγω τὸν θεόν. Χ. Ἔμπνουν καὶ λογικὸν
τοῦτον τὸν θεὸν λέγεις, ἢ οὔ; Ι. Ἔμπνουν καὶ
λογικὸν τοῦτον λέγω. Χ. Καὶ τὸν Χριστὸν λό-
γον καὶ πνεῦμα τοῦ αὐτοῦ θεοῦ λέγεις τοῦ ἀκτί-
στου καὶ ἔμπνου καὶ λογικοῦ, ἢ ἄλλου θεοῦ;
Ι. Ναὶ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ τοῦτον λέγω καὶ ὁμο-
λογῶ. Χ. Καὶ γίνεται ἄκτιστος θεὸς ἔμπνους
καὶ λογικὸς, ὡς λέγεις, καθὰ ἔνι, ἔχειν λό-
γον καὶ πνεῦμα κτιστόν· ἰδοὺ ὁμολογεῖς θεὸν
Sur. V. 84. 125. ἄκτιστον, ἔμπνουν καὶ λογικόν· ἐπεὶ δὲ τὸν λό-
γον καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ κτιστὸν λέγεις, ἄρα
καὶ οὗτος ἄλογός ἐστι καὶ ἄπνους κ. τ. λ.
Χ. Τὴν Μαριὰμ παρθένον λέγεις, καὶ ἄνευ
σπορᾶς γεννῆσαι τὸν Χριστὸν, καὶ πάλιν με-
τὰ τὸ γεννῆσαι τοῦτον, παρθένον μείνασαν, ἢ
Sur. XXI. 91. οὔ; Ι. Ναὶ παρθένον λέγω ταύτην, καὶ ἄνευ
σπορᾶς γεννῆσαι τὸν Χριςὸν, καὶ μετὰ τὴν γέν-
νησιν πάλιν παρθένον μείνασαν κ. τ. λ.

Christianus. Fateris verbum spiritumque Dei Christum esse, quem tamen creatum dicis? Ismaelita. Utique sic eum dico. Ch. Ipsum vero Deum, creatum ne dicis an increatum? I. Deum increatum aio. Ch. Spiritalem rationalemque dicis Deum, an secus? I. Spiritalem ac rationalem aio. Ch. Age vero Christum verbum spiritumque huius Dei increati, spiritalis ac rationalis, dicis, an alterius Dei? I. Profecto huiusce Dei hunc esse dico et confiteor. Ch. Contingit itaque, ut Deus increatus spiritalis ac rationalis, ut inquis, utque dici par est, verbum habeat et spiritum creatum. Ecce enim quum fatearis Deum increatum, spiritalem ac rationalem; postea vero verbum eius ac spiritum creatum dicas, sequitur ut Deus quoque irrationalis et sine spiritu sit etc. Ch. Mariam dicis ne virginem, et absque semine Christum genuisse, et postquam hunc peperit, virginem permansisse, nec ne? I. Sane hanc virginem dico, et absque semineChristum genuisse; et post partum virginem perseverasse etc.

1) Hoc perperam imputari corano ab imperitis legendi arabicos libros Graecis, iam ostendimus in adnotationibus ad Nicetam byzantinum p. 319. adn. 2.

DE PETRO SICULO EIUSQUE OPERE


MONITUM.

1. *De Petro siculo, qui medio saeculo nono claruit, verba diu non faciam, postquam eius notitiam satis uberem tradidit Mongitorius in sicula bibliotheca T. II. p.* 158-159. *Nempe is patriam tyrannide Saracenorum oppressam fugiens, Byzantium mature se contulit, ibique Basilii macedonis eiusque liberorum Caesarum gratiam nactus, in Armeniam legatus abiit propter captivorum permutationem; atque illic in urbe Tibrica anno fere demoratus, Manichaeorum multitudinem deprehendit, qui Pauliciani tunc dicebantur, ex Paulo scilicet quodam samosatensi, qui aliquanto post Manetis supplicium, haeresim illam continuavit, perque discipulos ac successores late ampliavit. Ex illa igitur mora ac notitia ortum est Petro consilium scribendi historiam Manichaeorum, a primo mali auctore usque ad suam aetatem, cum ipsius haereseos refutatione. Fabricius quoque B. G. ed. nov. T. VII. p.* 329. *de Petri opere pro instituto suo breviter dixit. Wolfius denique in praef. ad anecdot. gr. T. I. comparationem Petri cum Photio, paris argumenti scriptore, instituit. Iamdiu dixerat Montfauconius B. Coislin. p.* 349, *Photium historicae suae lucubrationis partem maximam ex Petro siculo desumpsisse. At Wolfius dubitare maluit, utrum Photius ex Petro, an ex Photio Petrus rem mutuatus sit. Ergo vero in Montfauconii sententiam pedibus eo. Etenim quum Petrus non auctorem se libri tantummodo, sed rei gestae actorem semet dicat; et quidem res atque arcana Manichaeorum apud eos praesentem cognovisse, et disputationes cum illis habitas in commentarios contulisse, Basilii regnantis anno secundo; quis eum a Photio potius materiam hanc derivasse, credibiliter dicat? Cumque Petrus ad nobilissimum scribat praesulem, Bulgariae videlicet archiepiscopum, quis eum tam impudentem fuisse existimet, ut opus ex alienis scriptis potius, et quidem hominis tunc viventis, compilatum quam proprium mitteret? Photium contra plagiarii more se gerere solitum, satis me docuisse puto, cum eius amphilochia edidi. Quod si invidiosus plagiarii titulus displicet, at Photium certe alienorum saepe scriptorum recitatorem dicere licet, veluti in nomocanone ac syntagmate, et in ipso clarissimi nominis myriobiblo. Quid? Tractatus eius, ut vulgo creditur, adhuc ineditus de Spiritus sancti processione, nonne in pervetere codice vat. inscribitur auctori Metrophani Smyrnarum aetate photiana episcopo?*

2. *Nunc ut ad rem nostram propius accedamus, Paulicianorum sui temporis haereticorum, qui manichaicam doctrinam profitebantur, historiam scripsit Petrus uno libro comprehensam; quam altius repetens, ut iam diximus, ab Manete ipso, immo et retro aliquantum, exorsus est. Hac elucubrata, reique argumento exposito, sex deinde sermones continuavit, quibus pessimos sectae errores viriliter refutavit. Id vero praestans opus in unico conservatum fuit, quantum hactenus constat, vaticano codice ·DXI·, membraneo, vetere, et ab auctoris temporibus parum distante. Partem eius historicam, id est librum sermonibus sex praepositum, exscriptam hinc magnus Iac. Sirmundus ad Velserum in Germaniam misit; cuius nactus apographum Matth. Raderus typis cum latina interpretatione commisit Ingolstadii anno ·M·DC·IV· Ceteroqui Sirmondus monuerat, teste Radero, alia duo in vaticano codice legi capitula, totidem refutantia Manichaeorum errores, sed ea nudis propemodum divinarum litterarum testimoniis constare. Revera tamen Sirmondi adfirmatio (si forte is memoriae lapsu ita dixit) bis laborat; primo quia non duo, sed tres, post historiam remanent in codice vat. sermones: iterum, quia sacrae quidem scripturae testimonia his sermonibus subtexuntur, neque tamen eos constituunt. Interim dolendum est, quod sex sermonum a Petro compositorum priores tres tantummodo in vaticano exemplari supersunt, ut postea dicemus; reliquis aeterna fortasse nocte sepultis, aut temporis iniuria consumptis.*

3. *Quae cum ita sint, equidem observato ante hos annos vaticano codice, qui cum sit unicus, magni pretii est, et periculis etiam fortunae obnoxius, constitueram tres ineditos tantummodo post historiam sermones typorum munimento abs quovis fortuito interitu vindicare, et obrutam in his doctrinam ad communem usum perferre. Etenim ex quo Sirmondus codicis notitiam protulit, et historicum librum Raderus vulgavit, ducenti fere et quinquaginta anni effluxerunt, quin tamen operis reliqui, quantum ibi continetur, editio abs quovis curata sit. Quin adeo parti editae nonnulli quidem doctissimi homines (loc. cit. apud Fabric. et Wolf.) secundas curas adhibere prout res poscebat optarunt; sed tamen casso semper effectu id promiserunt. Ego vero Raderi editionem cum graeco codice parumper conferens, dolendam valde et intolerandis mendis refertam comperiebam. Id autem contigisse puto, non quia Sirmondus graecitatis et codicum peritissimus (si certe manu propria usus fuit) prave exscripserit, sed quia Raderi editio non ex ipso Sirmondi autographo, sed ex traditis typothetae schedis derivata videtur; cuius rei mihi indicium erant loci nonnulli, ubi latina Raderi editio a graeca eiusdem differt, id quod fieri sine diverso graeco exemplari non potuit. Praeterea insigniora quaedam menda inde manarunt, quod scripturae compendia, seu verborum ut dicimus nexus non sunt intellecti, ideoque perperam explicati, id quod evidentibus deinde exemplis comprobabo. Sed enim ne latina quidem Raderi interpretatio, quamquam bonae latinitatis ornatu se commendat, graeco textui quanta oporteret fidelitate respondet; manifestis immo erroribus a veritate non semel discedit: qua re mature intellecta Wolfius praef. cit. p. 6. dixit, novam Petri Siculi versionem omnino requiri. Haec me rei momenta impulerunt, ut historiae ipsius editionem novam ex originali codice perquam accurate exprimendam curarem; latinam quoque interpretationem marte proprio stilo simplici adornarem: non quia me Radero anteferam, sed quia sic necessitas postulare videbatur: scholia etiam identidem adiungerem quae vel instituti mei rationem reddunt, vel Raderi librum emendant, vel denique historiam aut philologiam respiciunt. Certe nisi totum Petri siculi scriptum simul protulissem, editio admodum imperfecta foret; namque ut historia refutationem, ita haec vicissim historiam illustrat, quae coniunctim omnia ad lectoris eruditionem oculis subiicienda fuerunt.*

4. *Pars ceteroqui nova, ideoque nobilior, libri nostri est, insigne operis additamentum, nunc primum ex vaticano codice sumptum, id est tres antirrhetici contra Manichaeos Petri sermones, ex numero senario superstites; quorum primus adversus capitalem sectae de duobus principiis errorem: secundus, quo beatissimae Virginis deiparae honor defenditur: tertius denique perbrevis de sacrosancta eucharistia. Atque hic tertius, vix coeptis sacrae scripturae testimoniis, in codice abrumpitur, revulsis olim nescio quo casu quaternionibus, quibus tres posteriores sermones perscribebantur; nempe quartus, de sanctae crucis veneratione; quintus, de veteris testamenti auctoritate; sextus de presbyteratu seu sacerdotio: namque haec fuisse deperditorum argumenta sermonum, ex historia cap.* 10. *cognoscimus. Porro an hi postremi alicubi lateant, lucemve forte aspecturi sint, valde dubito, quandoquidem priores quoque ex codice ut dixi unico vix tandem aliquando nunc emergunt.*



ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΧΡΕΙΩΔΗΣ ΕΛΕΓΧΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΑΙΡΕΣΕΩΣ [a] ΤΩΝ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΠΑΥΛΙΚΙΑΝΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΗΘΕΙΣΑ ΩΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ (1).

PETRI SICULI

HISTORIA UTILIS, ET REFUTATIO, ATQUE EVERSIO

HAERESEOS MANICHAEORUM QUI ET PAULICIANI DICUNTUR

BULGARIAE ARCHIEPISCOPO NUNCUPATA.

1. Etsi utiliter ignorantia silentio tegitur, nihilominus necesse est haud diutina taciturnitate premere, quae tacenda minime sunt. Dominus enim erudit caecos, et simplicium verborum cum fide prolatorum gratiorem habet balbutiem, quam rhetoricorum sermonum casses labyrinthi instar complicatos. Ergo et ego, quamquam sermone rudis, attamen sanctam Trinitatem, solum verumque Deum nostrum invocans, qui super omnia et per omnia et in omnibus glorificatur, qui omne os ad ipsum patens replet; vestras simul auxiliares habere preces postulans, o princeps pastorum sacri nuperque collecti ac pretiosi gregis dominici, cum omnibus qui tibi adsunt venerandis pastoribus et universo ecclesiae coetu; constitui deinceps ad vos scribere de Manichaeorum, qui et Pauliciani dicuntur, detestanda haeresi; undenam, et quomodo, et quamobrem in hanc fu-

α'. Εἰ καὶ χρησίμως ἡ ἀγροικία τῇ σιωπῇ συγκαλύπτεται, ἀλλ' ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ μακρᾷ σιωπῇ παραδοῦναι τὰ σιωπῆς οὐκ ἄξια· κύριος γὰρ σοφοῖ τυφλοὺς *, καὶ τῶν ἐκ πίστεως προερχομένων ἁπλῶν ῥημάτων μᾶλλον προσίεται τὰ ψελλίσματα [b], ἢ τῶν ῥητόρων τὰς ἐκ τῶν λόγων ἄρκυς διεπλεγμένας καθάπερ λαβύρινθον· τοιγαροῦν κἀγὼ εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, τὴν ἁγίαν τριάδα, τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν ἐπικαλεσάμενος, τὸν ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι δοξαζόμενον, καὶ πληροῦντα πᾶν στόμα δι' αὐτὸν ἀνοιγόμενον *, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς συμμάχους αἰτούμενος λήψεσθαι ὡς ἀρχιποίμην [c] τῆς νεολέκτου [d] ἱερᾶς καὶ τιμίας τῆς κυρίου ποίμνης (2), σὺν πᾶσι τοῖς περὶ σὲ θείοις ποιμέσι, καὶ παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας πληρώματι, συνεῖδον καθεξῆς γράψαι ὑμῖν περὶ τῆς τῶν Μανιχαίων τῶν καὶ Παυλικιάνων λεγομένων μυσαρᾶς αἱρέσεως, ὅθεν τε καὶ ὅπως καὶ διὰ τίνων ἐπὶ ταύτην ἤλασε μανιωδῶς

Cod. vat. DXI. f. 80. b.

* Ps. CXLV. 8.

* Ps. LXXX. 11.

a) Nescio cur Raderus in suo libro addiderit τῆς κενῆς καὶ ματαίας. — b) Rad. ψελίσματα, et mox ἄρκις. — c) Ita cod. — d) R. νεολέκτης.

(1) Dolendum est, quod ne noster quidem historicus nomen recitet huius Bulgariae archiepiscopi, quod reapse adhuc latet, deque eo disquiritur apud Coletum Illyr. sacr. T. VIII. p. 183, ubi de sede achridana.

(2) Bulgariae ad christianam fidem conversionem circa haec tempora, id est medio fere saeculo nono, contigisse, cum alii passim dicunt, tum accurate narrat Coletus loc. cit.

τὴν ἀποστασίαν (1)· οὐ γὰρ ἄλλοι οὗτοι, καὶ ἄλλοι ἐκεῖνοι, ἀλλ' οἱ αὐτοὶ Παυλικιάνοι καὶ
cod. f. 81. Μανιχαῖοι ὑπάρχουσιν, τὴν τῶν προηγησαμένων αἱρέσεσι τὰς ἐξευρεθείσας αὐτοῖς μυσαρὰς αἱρέσεις ἐπισυνάψαντες, καὶ ἓν ἀπωλείας βάραθρον ἐπορύξαντες· [a] εἰ γὰρ καὶ τῶν αἰσχρουργιῶν [b] αὐτῶν εἰσιν ὥς αὐτοί φασιν ἀμέτοχοι, ἀλλὰ τῶν αἱρέσεων αὐτῶν ἀκριβεῖς εἰσὶ φύλακες.

β'. Ἀναγκαίως δὲ τοῦτο πεποίηκα [c], ἐπειδὴ δουλείας τινὸς βασιλικῆς ἕνεκεν ἐκεῖσε παραγενόμενος ἐν ἀρχῇ τῆς αὐτοκρατορείας Βασιλείου τοῦ ἐκ θεοῦ προκεχειρισμένου μεγάλου βασιλέως ἡμῶν, τοῦ πᾶσι τοῖς θείοις χαρίσμασιν ὑπερφυῶς κεκοσμημένου [d], τοῦ εὐσεβῶς καὶ θεοφιλῶς τὰ τῆς ῥωμαϊκῆς, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν καὶ χριστιανικωτάτης, ἀρχῆς τὰ σκῆπτρα διέποντος· ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὰς ἐτῶν περιόδους διέψοντος [e] ἅμα [f] τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ υἱέσιν καὶ θεοστέπτοις βασιλεῦσιν ἡμῶν (2), ὧν ἀνεπίληστος καὶ ἄλληκτος [g] καὶ αἰωνία ἡ μνήμη καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι διαφυλαχθείη, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἡ δὲ δουλεία ἡμῶν, αἰχμαλώτων ἦν ὑπαλλαγή (3), ἥ τις καὶ καλῶς γεγένηται ἐν τῇ ζωῇ καὶ χαρᾷ τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτῶν· χρονοτριβήσας τοίνυν ἐν τῇ αὐτῇ δουλείᾳ πρὸς τοὺς Παυλικιάνους ἐν Τιβρικῇ (4), καὶ πολ-

riose defectionem evaserit. Neque enim hi diversi ab illis sunt, sed iidem Pauliciani ac Manichaei, qui inventas a se nefandas haereses, antiquioribus connexuerunt haeresibus, unumque simul perditionis barathrum effoderunt. Quamquam enim priorum turpitudines, ut certe ipsi aiunt, non participant, eorundem tamen errores mordicus tenent.

2. Hanc autem lucubrationem necessario confeci, postquam regiae cuiusdam legationis officio ad illas regiones veni, circa initia regnantis Basilii a Deo electi, magni nostri imperatoris, omni divinorum munerum genere magnifice exornati, qui pie religioseque romani id est christianissimi imperii sceptrum tenet, multisque annorum periodis cum sanctis liberis suis tenebit, a Deo coronatis regibus nostris, quorum incessabilis nullaque oblivione delenda, immortalis inquam memoria, tum hoc tum futuro aevo, precibus et intercessione sanctissimae dominae nostrae deiparae semperque virginis Mariae omniumque sanctorum, perseverabit. Nostra vero legatio pro commutandis captivis fuit, quae et felicem exitum nacta est, viventibus atque gratulantibus sanctis imperatoribus. Ergo diu per hanc legationem apud Paulicianos in urbe Tibrica commoratus, et sae-

a) R. ad. ἀπορύξαντες. — b) R. αἰσχρουργιῶν. — c) R. παρεποίηκα. — d) R. κεκοσμημένος. — e) R. διέχοντος. — f) Cod. αἷμα. — g) R. ἄνηκτος.

(1) Ἀποστασία hoc loco dicitur non a religione sed ab imperio defectio. Nam diserte Cedrenus ed. paris. p. 541, Manichaeos dicit saevitia hostium byzantinorum adactos, πρὸς ἀποστασίαν ἀπιδεῖν, *ad defectionem spectasse.*

(2) De his Basilii filiis augustis dicetur inferius.

(3) Basilii nuper imperantis bella adversus Manichaeos et eorum protectores Saracenos, narrant passim historici byzantini. Et quidem ingens vitae aut libertatis discrimen adiit ipse imperator apud Tibricam cum illis pugnans; cuius rei meminit Leo grammaticus ed. paris. p. 471, ubi scribit ἐν τοῖς Τιβρικοῖς, quam urbem ignorans latinus interpres, ridicule transtulit *Africam.* Sed rem belle corrigit etiam Georgius hamartolus, vel eius continuator, in codice vatic. f. 204. b., ubi eam narraturus sic incipit: ἐστράτευσεν ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν ἐν τῇ Τιβρικῇ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαφόροις πολέμοις τούτοις συμβαλὼν ἡττήθη, καὶ πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπέβαλε κ. τ. λ. *Bellum gerebat imperator apud Tibricam cum Agarenis, variisque proeliis patratis, victus est, multosque de Romanis amisit etc.* Apud Leonem gramm. corrigendum est etiam cum Hamartolo Ἀβάστακτος pro Ἀβήστακτος, quod cognomentum erat Theophylacti, qui Basilium in fuga servavit.

(4) Hanc urbem in Armenia a Manichaeis aedificatam narrabit postea noster historicus.

pe cum iis disputando locutus, nec non ab orthodoxis, qui multi illic habitant perquam accurate edoctus; praeterea quum ab illis quoque impiis ac delirantibus cognovissem, fore ut aliquos de suo coetu in Bulgariam mitterent, qui incolarum partem ad suam impuram traducerent haeresim; fundamento divinae praedicationis fidentes, putantesque facile se posse sincero veroque tritico zizania sua superseminare. Solent enim hoc saepe facere impii, multosque labores ac pericula alacriter adire, ut pestilentiam suam iis qui occurrerint afflent. Propterea hoc ego cepi consilium, quamquam abiectus homo et cuiuslibet virtutis expers, ea quae non sine labore cognovi, communis tutelae causa, vobis egregiis trapezitis tradendi. Tu vero, sacrum venerandumque caput, vocabulorum invenustatem dissimulans, munus nostrum suscipe, nihil te dignum exigens: neque enim ullum in nobis comperies virtutis vestigium, aut orationis elegantiam, ut reapse in sequentibus exploratum tibi fiet.

λάκις αὐτοῖς διαλεχθείς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ πολλῶν ὀρθοδόξων ἐκεῖσε [a] κατοικούντων ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῶν μαθών· πάλιν δὲ καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων ἀκούσας cod. f. 81. b, φλυαρούντων ὡς μέλλουσιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀποστέλλειν ἐν τοῖς τόποις Βουλγαρίας τοῦ ἀποσπᾶσαί τινας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν καὶ μεμιαμμένην αἵρεσιν ἐπισπάσασθαι, τῇ ἀρχῇ τοῦ θείου κηρύγματος θαρροῦντες, καὶ οἰόμενοι ὡς εὐκόλως δυνήσονται τῷ ἀδόλῳ [b] καὶ ἀληθινῷ σίτῳ τὰ οἰκεῖα σπεῖραι ζιζάνια· [c] εἰώθασι γὰρ τοῦτο πολλάκις ποιεῖν οἱ ἀνόσιοι, καὶ πολλοὺς κόπους καὶ κινδύνους προθύμως ἀναδέχεσθαι πρὸς τὸ μεταδιδόναι τῆς οἰκείας λοίμης [d] τοῖς παρατυγχάνουσι· διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐπὶ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν· κἀγὼ μὲν ὁ εὐτελὴς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχος, τὰ γνωρισθέντα μοι πεπονημένως τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας ἕνεκεν [e], ὑμῖν τοῖς [f] δοκίμοις τραπεζίταις * προστίθημι· αὐτὸς, ὦ θεία * Matth. XXV. 27. καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, τὸ ἀκαλλὲς τῶν λέξεων παραδραμὼν [g], δέχοις τὴν πρόθεσιν ἡμῶν, μὴ τὰ πρὸς ἀξίαν ἐπιζητῶν· οὐδαμῶς γὰρ εὑρήσεις ἐν ἡμῖν ἀρετῆς ἴχνος, οὐδὲ καλλονὴν λόγου, καθὼς γνώσῃ ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις.

AD BULGARIAE PRIMATEM PETRI PROLOGUS.

ΤΩι ΠΡΟΕΔΡΩι ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΠΕΤΡΟΥ * ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

* cod. Πετρος.

3. Lucis adventu dissipantur tenebrae, et pastorum cura fures ac ferarum insidiae pelluntur. Genuinus rationalium ovium pastor ille est, qui veri pastoris imitator fit; qui propriam animam, ut ille, pro ovibus suis ponit: cuius iustitia lucis instar diffunditur, qui sollicito animo et conatu omni, diaboli malis artibus apte adversatur. Etsi enim multae sunt veteratoris insidiae, ne tamen eius cogitata ignoremus, magistra adest divina scriptura; scilicet tamquam telas araneorum, laqueos ipsius debere nos reputare, fretos auxilio gloriosae Trinitatis, Dei unius caeli terraeque, in-

γ΄. Φωτὸς παρουσίᾳ λύεται σκότος· καὶ ποιμένων ἐπιστασίᾳ ἀπελαύνεται κλεπτῶν καὶ θηρίων συστήματα· ποιμὴν λογικῶν ἀληθὴς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος ἀκόλουθος· ὁ τὴν ἰδίαν ὥσπερ ἐκεῖνος τιθεὶς ψυ- cod. f. 82. χὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ· * οὗ ἡ δι- * Ioh. X. 11. καιοσύνη, ὡς φῶς ἐκπορεύεται· ὁ μεμεριμνημένῃ ψυχῇ, πάσῃ μηχανῇ [h] τῆς τοῦ διαβόλου κακίας εὐστόχως ἀντιτεχνώμενος· εἰ γὰρ καὶ πολλὰ τὰ ἔνεδρα τοῦ δολίου, ἀλλ' οὐκ ἀγνοεῖν τὰ νοήματα αὐτοῦ παρὰ τῆς θείας [i] γραφῆς ἐξεπαιδεύθημεν, ὡς δὲ ἱστὸν ἀράχνου τὰς αὐτοῦ ἡγεῖσθαι [k] παγίδας, τῇ βοηθείᾳ τῆς ζωαρχικῆς καὶ πανυμνήτου τριάδος τοῦ

a) R. κεῖσε. — b) R. ἀδήλῳ. — c) Cod. ζηζάνια heic et alibi. — d) R. λοίμην. — e) R. ἕνεκα. — f) Deest τοις apud R. — g) R. ὢν. — h) Vocabulum μηχανῇ aliô transfertur a R. — i) R. θειῶν. — k) R. ἡγῆσθαι.

μόνου θεοῦ ποιητοῦ τοῦ οὐρανοῦ [a] καὶ τῆς γῆς πάσης τε ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως, συνοχέως τε καὶ ἐξουσιαστοῦ νενομοθετήμεθα. [b] προσέχειν δ' ἄξιον, καὶ μὴ παρέργως τῶν ῥηθησομένων ἀκούειν· γενήσεται γὰρ τοῖς μὲν τελεωτέροις τὴν ἕξιν προσθήκη νικητικὴ τῆς κατὰ τοῦ διαβόλου πάλης καὶ μάχης, ἐν τῷ τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι δόγμασιν, καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τῶν θείων δογμάτων πελάγει ποιεῖν ὑποβρύχια· τοῖς δ' ἁπλουστέροις ἔτι καὶ γαλακτιζομένοις, ἀποστολικῶς
* I. Cor. III. 2. I. Petr. II. 2. εἰπεῖν *, ὡς νηπίοις ἀσφαλὴς ἕδρα τὸ μὴ περιπίπτειν, ὡς καλοῖς τοῖς χείροσιν· ἀρίστη γὰρ αὕτη μηχανὴ τοῖς ἁπλουστέροις τὸ τοὺς μιαροὺς ἐκείνους ἀποτρέπεσθαι μὲν καὶ βδελύττεσθαι· μὴ πειρᾶσθαι δὲ ταῖς αὐτῶν πεύσεσιν ἀνταποκρίνεσθαι· ἀλλ' ἐν τῷ πυνθάνεσθαι αὐτούς, σιγᾶν καὶ φεύγειν εἰ δυνατὸν [c] ἐξ αὐτῶν τὸν ἰδιώτην ἀκροατὴν ὡς ἐξ ὄφεως· οὐδὲν γὰρ ὠφελεῖ ὁ τοιοῦτος πρὸς αὐτοὺς δια-
cod. f. 82. b. λεγόμενος (1)· διὰ τοῦτο γὰρ τοῖς ἰδιώταις προσδιαλέγονται, ὥστε τὰ ἅγια τοῖς ἑαυτῶν
* Matth. VII. 6. συμπατεῖν ποσὶ *, καὶ διασπαράττειν τὰ οὐράνια καὶ θεοπρεπῆ δόγματα, μὴ ὄντος τοῦ ἐμφρόνως ἀντιμαχομένου αὐτοῖς· πῶς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἀκούσουσιν, οἱ [d] τὸν μόνον θεὸν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τε καὶ ὥραν μυρίαις ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς καὶ ἀραῖς περιβάλλοντες; ἄριστον οὖν ἐστι τὸ διαγινώσκειν αὐτοὺς τὸν ἰδιώτην· εἰς λόγους δὲ αὐτῶν μὴ ἔρχεσθαι, μήποτε καὶ κινδυνεύσωσιν οἱ ἀπείρως πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενοι· χαλεπὸν γὰρ τὸ μὴ συναρπασθῆναι ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἁπλουστέρους· διότι πάντα τὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου λόγια διαλέγονται· καὶ μόνοι διαγινώσκουσι τὸν δόλον αὐτῶν, οἱ ἐν πολλῇ τριβῇ τῆς θείας γραφῆς ὑπάρχοντες.

δ'. Ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μιαροί, ὅτε τινὶ ἐξ ἀρχῆς διαλέγονται, χρηστὸν σχηματίζονται [e] ἔχειν τὸ ἦθος, καὶ [f] πάντα τὰ παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις χριστιανοῖς δόγματα ἐπικυροῦσι [g] δολίως καὶ ἀναφωνοῦσιν· [h] ἀπηγορευοῦντες [i] ἀθέ-

visibilium et visibilium creatarum rerum conservatoris ac domini. Porro haud perfunctorie his quae dicentur auscultandum est: etenim hinc ii qui perfectiore conditione sunt, validiores vires ad luctam contra diabolum pugnamque ciendam accipient, dum adversus contraria dogmata manus conserent, eaque in ecclesiastico divinorum dogmatum pelago victa submergent. Simplicioribus autem, et adhuc lacte, ut cum apostolo dicam, nutritis infantibus tuta parabitur statio, ne aliquando succumbant boni deterioribus. Nam rudioribus hoc optimum praesidium erit, si profanos illos aversentur atque abominentur, neque illorum interrogationes responso dignentur: sed si quid ii sciscitati fuerint, idiotae quidem auditores sileant, ac pro viribus ceu serpentem devitent. Nihil enim emolumenti capiet qui cum illis colloquetur: idcirco enim cum idiotis miscere sermones avent, ut res sanctas pedibus suis conculcent, et caelestia atque augusta dogmata lacerent, si forte qui prudenter contradicat desit. Quomodo enim quempiam omnino hominem audient hi, qui Deum unicum singulis et diebus et horis, innumeris iniuriis et contumeliis ac maledictis pulsant? Et perutile quidem est, ut eos idiotae dignoscant; haud ideo tamen in colloquium cum iis veniant, ne forte periclitentur qui imperite sermones conserent: vix enim ab iis transversi non agentur, siqui sunt indocti. Etenim illi cuncta utique evangelii apostolique oracula ore crepant: soli tamen dolos haereticorum ii discernunt, qui magnopere in divinis se scripturis exercent.

4. Illi quippe nefarii cum primum adfantur aliquem, bonos simulant se habere mores, et omnia orthodoxorum christianorum dogmata dolose adprobant et proclamant: verumtamen impie atque insci-

a) R. ὁ pro οὐρανοῦ. — b) R. νενομεθεθήμεθα. — c) R. δυνατῶν. — d) R. heic et saepe deinceps ponit absurde compendiariam litteram ϗ vel καί, pro οἱ. — e) R. τες. — f) R. δέ pro καί. — g) R. ἐπικροῦσι. — h) R. omisso καί, scribit ἐπαναφωνοῦσιν. — i) R. ἀνηγοροῦντες.

(1) Exemplo est Simeon palatinus, de quo in hac historia sermo fiet.

tissime sanctam Trinitatem cum allegoria confiteri se aiunt; immo si qui eam non confitentur, anathematizare se aiunt. Dominum quoque et Deum nostrum factum hominem in virgine dicunt, sed hoc ipsum impie et irreligiose: et anathema haud ita confitentibus dicunt; verumtamen omnes incarnationis dominicae proprietates aliter voce, aliter corde, adfirmant. Tum etiam Manetem et reliquos cum eo nefarios haereticos, nec non Paulum samosatensem ultro anathematizant: alios quippe habuerunt multoque peiores improbitatis suae magistros, prout paulo post ostendetur: et omnino polypi instar et chamaeleontis, pro tempore et usu personaque mutantur: ut aliquem scilicet levioris ingenii hominem venentur; quem si suis nugis adtendentem noverint, huic se pedetemptim cum suis mysteriis revelant. Propterea utilis est noxiarum quoque rerum notitia haud secus quam salutarium. Sunt enim cognoscendae, non ut illis utamur, sed ut manantem ex his perniciem vitemus. Igitur ad propositum argumentum veniendum est.

σμως καὶ λίαν ἀμαθῶς τὴν ἁγίαν τριάδα θεὸν ὁμολογεῖν λέγουσι· καὶ ἀναθεματίζουσι τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτήν· τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν ἡμῶν ἐνανθρωπῆσαι ἐν παρθένῳ λέγουσιν, εἰ καὶ ἀσεβῶς καὶ ἀθέως· καὶ ἀναθεματίζουσι [a] τοὺς μὴ οὕτως ὁμολογοῦντας· καὶ πάντα τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἰδιώματα, ἄλλως μὲν τῷ στόματι, ἄλλως [b] δὲ τῇ καρδίᾳ λέγοντες, Μάνεντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μιαροὺς αἱρετικούς, ἔτι δὲ καὶ Παῦλον cod. f. 83. τὸν σαμοσατέα, ἀναθεματίζουσι προθύμως· ἄλλους γὰρ ἔχουσι πολὺ χείρους αὐτῶν τῆς κακίας διδασκάλους καὶ ἀρχηγέτας ὑπάρξαντας, καθὼς μετὰ μικρὸν δηλωθήσεται· καὶ ἁπλῶς δίκην πολύποδος ἢ χαμαιλέοντος (1) τῷ καιρῷ καὶ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ προσώπῳ συμμεταβάλλονται, ὅπως τινὰ τῶν κουφοτέρων θηρεύσωσι· καὶ ὅτε γνῶσιν αὐτὸν προσέχοντα τῇ ματαιολογίᾳ αὐτῶν, τότε μικρὸν παρεκφαίνουσιν αὐτῷ καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια· διὰ τοῦτο χρησίμη καὶ ἡ τῶν βλαβερῶν διάγνωσις, οὐχ ἧττον τῶν ὑγιεινῶν· διαγνωστέον γὰρ ταῦτα, οὐχ' ὥστε χρᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὸν δι' αὐτῶν προσγινόμενον ὄλεθρον· ἰτέον τοίνυν ἐπὶ τὸ προκείμενον.

HISTORIA.

5. Malorum initium serpens ac scelestissimus draco, zizaniorum seminator et omnis malitiae princeps ac magister, mendacii antesignanus eiusdemque pater, superbiae caenosa palus, iactantiae infirmissimum culmen, is qui pueri instar a fidelium pedibus conculcatur, qui propria suasione a Deo abstraxit pretiosam eius creaturam hominem; deditque operam, ut hunc beato paradisi incolatu, summo malitiae artificio depelleret; hic, inquam, aerumnosissimus, voluptate vitium compensans, Adamum quasi venundatum mancipium,

ΙΣΤΟΡΙΑ.

έ. Ὁ ἀρχέκακος ὄφις καὶ πονηρότατος δράκων, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεύς, καὶ πάσης ἀδικίας ἀρχηγὸς καὶ διδάσκαλος, ὁ τοῦ ψεύδους καθηγεμὼν [c] καὶ πατὴρ αὐτοῦ, ἡ τῆς ὑπερηφανίας βορβορώδης λίμνη, τὸ τῆς ἀλαζονείας [d] σαθρότατον ὕψωμα, ὁ δίκην [e] νηπίου τοῖς ποσὶ τῶν πιστῶν συμπατούμενος, τῇ οἰκείᾳ συμβουλῇ [f] τοῦ θεοῦ χωρίσας τὸ αὐτοῦ τίμιον πλάσμα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ μακαρίας διαγωγῆς δι' ὑπερβολὴν κακίας ἐκβληθῆναι τοῦτον παρασκευάσας, ὁ πανάθλιος τῆς κακίας τὴν ἡδονὴν ἀντιδοὺς πεπραμένον αὐτὸν ὥσπερ ἀνδρά-

a) R. omisso καὶ ait ἐπαναθεματίζουσι. — b) R. ἄνως. — c) R. καθ' ἡγεμών. — d) R. ἀλαζονίας. — e) R. νίκην, et mox νηπίων. — f) R. βουλῇ.

(1) Plinius hist. nat. VIII. 51. *Colorem mutat chamaeleon subinde, redditque semper quemcumque proxime attingit.* De chamaeleonte et polypo Theophrastus quoque in fragmento de animalibus colorem mutantibus.

cod. f. 83. b ποδὸν ἐκ τῆς ἑκουσίου αὐτοῦ προαιρέσεως, τῇ ἁμαρτίᾳ οἴμοι ὠνήσατο· τοῦ μόνου Θεοῦ τοῦτο διὰ τὴν ἁμαρτίαν συγχωρήσαντος, καὶ ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν τῷ τοῦ ᾅδου χωρίῳ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων φυλάττεσθαι ἐάσαντος, μέχρι τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ πανυμνήτου Τριάδος· πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις τὸν ἄνθρωπον ὁ δόλιος εἰδωλολατρείαις [a] καὶ μιάσμασιν εἰδωλικοῖς, αἰσχρουργίαις τε [b] καὶ ἡδοναῖς δουλωσάμενος, ὡς οὐκέτ' ἀνακληθησόμενον ᾤετο ἐν ἑαυτῷ κατέχειν ὁ εὐχείρωτος· ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας· ἔψευσται γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἐλπίδων ὁ ἀείψευστος· ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς καὶ [c] λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ συνάναρχος τῷ πατρὶ καὶ συναΐδιος τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ πνεύματι, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ βουληθεὶς πάλιν ἀνακτήσασθαι ὃν διέπλασεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον καὶ τῷ οἰκείῳ ἐμφυσήματι [d] θεοπρεπῶς ἐδόξασεν, εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος καθεὶς ἑαυτὸν, ἐκ παρθένου τε ἁγίας σάρκα ἀνειληφὼς ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἄνθρωπος [e] γίνεται, οὐχ ὃ ἦν μεταβαλὼν, ἄτρεπτος γάρ· ἀλλ' ὅπερ οὐκ ἦν προσλαβὼν, φιλάνθρωπος [f] γάρ· ἣν διελθὼν [g] κεκλεισμένην [h] πάλιν κατέλιπεν τῷ τῆς παρθενίας φωτὶ κατηγλαϊσμένην καὶ δεδοξασμένην, προφητικῶς εἰπεῖν, ἔσωθεν (1)· ἧς ὁ νόμος [i] καὶ οἱ προφῆται πάντες τὰ σήμαντρα πάλαι ξενοπρεπῶς προκατήγγειλαν· καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς προβλε-
cod. f. 84. πτικῷ ὄμματι, προϋπέφηναν· καὶ ὁ μὲν, πύλην κεκλεισμένην, μόνῳ τῷ Θεῷ τηρου-
* Ezech. XLIV. 2. μένην προέφησεν· * ὁ δὲ, πηγὴν ἐσφρα-
* Cantic. IV. 12. * Is. XI. 1. γισμένην· * ἕτερος δέ φησιν *, ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ ἡ παρθένος· καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν,
* Is. VII. 14. ἐξ αὐτῆς σωματούμενος· ὁ δὲ αὐτὸς *, καὶ ἰδοὺ ἡ παρθένος, ἔφη, ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱὸν, δῆλον ὅτι ἐξ αὐτῆς τὸν κύριον

non sine eiusdem voluntario consensu, peccati heu! tamquam pretio coëmit, Deo unico id propter Adami culpam permittente; et tamquam carcere in inferorum regionibus animas hominum detineri sinente, usque ad adventum in carne filii Dei, domini Deique nostri Iesu Christi, unius de sancta et laudatissima Trinitate. Veterator idem multis variisque idolorum cultibus, flagitiis, turpitudinibus ac voluptatibus captivatum hominem, ceu numquam revocandum, apud se retinere sperabat, quum tamen ipse potius sit admodum facile superabilis. Sed non diu potietur dolosus praeda sua: ecce enim spe sua falsus est qui semper fallit. Namque unigenitus filius Verbumque Dei, patri conregnator, et cum vivifico sanctissimo consubstantiali sibi spiritu sempiternus, pro sua ineffabili bonitate volens iterum instaurare quem formaverat ex humo hominem, suoque flatu digna Deo ratione condecoraverat; postea beneplacito patris et sancti spiritus cooperatione, semet demittens, et ex Virgine sancta carnem sumens rationali anima et intellectuali animatam, homo factus est; non id quod erat immutans, est enim inconvertibilis; sed id quod non erat adsumens, quia benignus est, Virginem quam clausam ingressus erat, reliquit pariter virginitatis luce splendentem et gloriosam, ut prophetice loquar, ab intus: cuius virginis praeludia lex et prophetae omnes insolitis olim modis praenuntiaverunt, gloriamque eius praeoccupante oculo visam praemonstrarunt. Et alius quidem clausam ianuam solique Deo reservatam praedixit: alius fontem sigillo munitum: alius, erit inquit de radice Iessae virgo, et flos de radice eius ascendet dominus Deus noster ex ipsa corporatus. Idem insuper: ecce virgo, inquit, in utero habebit, et pariet fi-

a) R. sine diphthongo. — b) R. ταῖς. — c) R. δέ. — d) R. ἐμφισ. — e) R. αὐτος. — f) R. φίλαντος. — g) R. διεχθών. — h) Exin novem vocabula praetermittit Raderus. — i) Cod. mendose μόνος pro νόμος.

(1) Psal. XLIV. 14. *Gloria filiae regis ab intus.*

lium, videlicet ex se Dominum incarnatum, facticio opere in ipsa habitantem, carne vestitum Deum ex ipsa procedentem. Sed cur iam cuncta haec testimonia enumerem, quae studiosis potius reservanda sunt?

6. Neque tamen quisquam existimet, de semper virgine ac deipara Maria testimonia hactenus a nobis in medium frustra esse prolata: etenim veritatis hostes divinum eius partum apparenter, non autem vere, peractum censent: et quidem post divinum partum alios quoque ipsam liberos ex Iosepho suscepisse fabulantur: prophetarum denique circa ipsam testimonia non admittunt, veluti postea diligentius demonstrabitur. Dicunt profecto se sancti evangelii apostolique dictamina sequi, ceteroqui dolose ac simulate stultissimi homines ovium vellus lupo circumponunt. Atqui tum evangelicus divinus liber, tum etiam apostolicus, continenter recitant testimonia prophetarum, eosque testes fide dignos demonstrant, qui omnia sine mendacio narraverint, veritatemque testantes, ad perspicaciam mentisque acumen auditores suos excitaverint, quominus a veritate iam adveniente aberrarent, quam quibusdam veluti elementis, praedictionibus nimirum suis, impresserunt; et ostensae rei fundamentum ipso eventu comprobarunt. Sed enim de perpetua puella, proprie vereque gloriosa deipara semperque virgine Maria, oratio aliquantum differatur; etiamsi diris Paulicianis ilia rumpantur. Illuc enim nobis, unde paulo ante discessimus, redeundum est.

7. Postquam magnus itaque Deus ac servator noster Iesus Christus in terra apparuit, et nobiscum hominibus versatus est, omnis quidem idolorum cultus e medio cessit; Dei autem vera notitia universam terram tamquam aquae inundatio oc-

σαρκολογούμενον δημιουργικῶς (1) ἐν αὐτῇ ἐνοικοῦντα· καὶ σαρκοφόρον ἐξ αὐτῆς [a] θεὸν προερχόμενον· καὶ τί δὴ [b] πάσας τὰς τοιαύτας μαρτυρίας ἀπαριθμεῖν, αἳ τοῖς φιλοπόνοις τετήρηνται;

ς'. Μήτις δὲ ἡμᾶς οἰέσθω τὰς περὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας μαρτυρίας, μάτην ἀρτίως εἰς μέσον παραγαγεῖν· οἱ [c] γὰρ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τὸν θεῖον αὐτῆς τόκον ἐν δοκήσει καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζουσιν· καὶ μετὰ τὸν θεῖον τόκον καὶ [d] ἄλλους υἱοὺς αὐτὴν ἐσχηκέναι ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ φληναφοῦσιν· τὰς δὲ περὶ αὐτῆς τῶν προφητῶν μαρτυρίας οὐ προσδέχονται, καθὼς ὕστερον ἀκριβέστερον δηλωθήσεται· φάσκουσι δὲ τοῖς τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου λόγοις ἐξακολουθεῖν, δολερῶς καὶ ὑπούλως τῷ κῳδίῳ τὸν λύκον περικαλύπτοντες οἱ ἀνοητότατοι· καί τοι τῆς εὐαγγελικῆς καὶ θείας πτυκτῆς [e], οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀποστολικῆς, ἐπισυχνῶς [f] προφερόντων τὰς τῶν προφητῶν μαρτυρίας, καὶ δει- cod. f. 81. b.
κνυόντων αὐτοὺς ὡς ἀξιοπίστους μάρτυρας, πάντα ἀψευδῶς προκαταγγείλαντας, καὶ μαρτυροῦντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς ὀξυωπίαν καὶ ἀγχίνοιαν τοὺς ἀκροατὰς διεγείροντας τοῦ μὴ σφάλλεσθαι τῆς ἀληθείας ἐπερχομένης ὥσπερ στοιχείοις τισὶ ταῖς αὐτῶν προρρήσεσιν ἐντετυπωμένους, καὶ θεωρίας ἐπίβασιν τὴν πρᾶξιν ποιουμένους· ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς ἀειπαίδος κυρίως καὶ ἀληθῶς δεδοξασμένης θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας λόγος, μικρὸν ἀναμενάτω· κἂν οἱ δεινοὶ Παυλικιάνοι διαρρήγνυνται· ἐπανακτέον δ' ἡμᾶς ὅθεν μικρὸν ἀνεκφοιτήτως ἀπέστημεν.

ζ'. Τοῦ μεγάλου τοίνυν θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθέντος καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντος, πᾶσα μὲν ἐκ ποδῶν εἰδωλολατρεία οἴχεται· θεογνωσία δὲ ἀληθὴς πᾶσαν τὴν γῆν ὥσπερ ὕδωρ πολὺ κατεκάλυψεν· * ἐντεῦθεν ἡ τῶν * Is. XI. 9.

a) R. ἀντῆς. — b) Ita cod., fortasse pro δεῖ. — c) R. καί pro οἱ. — d) R. sine καί — e) R. πυκτῆς. — f) Cod. ἐπισυχνῶ.

1) Gal. IV. 4. *Factum ex muliere, factum sub lege.* Ita heic intelligo δημιουργικῶς.

οὐρανίων ἐπὶ γῆς ἀρετὴ πολιτεύεται, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ταῖς ἀρεταῖς θεοκλυτούμενοι συναμιλλῶνται οἱ ἄνθρωποι· τοῦ σταυροῦ γὰρ ἐπὶ γῆς παγέντος, καὶ τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φιλανθρώπως τῇ θεότητι συγκαταβάντος, οὐ τὸ σῶμα καταβάσαντος, ἀλλ' ἐκ γῆς τοῦτο προσλαβομένου ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ὑψωθέντος, καὶ τοῦ τοῦ θείου αὐτοῦ αἵματος ῥανίσι τὴν γῆν cod. f. 85. καταρδεύσαντος, ὀσμὴν εὐωδίας (1) ταύτην διαπνέειν πεποίηκεν· ἥ τις τῷ ἁγιασμῷ τοῦ τιμίου αἵματος καὶ ὕδατος αὐτοῦ πιανθεῖσα, λογικὰ ἡδύπνοα καὶ ποικίλα ἄνθη βλαστάνουσα πανταχοῦ καὶ νῦν οὐ διαλιμπάνει· προσκυνεῖται τοίνυν ξύλον, δι' οὗ σωτηρία τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων δεδώρηται, δι' οὗ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς εἰς γῆν καταρραγεὶς καιρίαν ἐν καρδίᾳ τὴν πληγὴν εἰσεδέξατο· ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ συμβόλῳ τῶν Χριστοῦ παθημάτων φοβερὰ τεράστια τοιαῦτα γέγονεν, οἷα ἐν τῷ τιμίῳ καὶ ζωοποιῷ τοῦ κυρίου σταυρῷ· νεκροὶ ἀνιστάμενοι καὶ πρὸ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ καθόδου τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν, καταπέτασμα ῥηγνύμενον, γῆ σειομένη, ἥλιος σκοτιζόμενος καὶ πάλιν ἀναφλεγόμενος, τῷ μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων δεικνὺς σκοτόμαιναν, τῷ δὲ τῆς ἀναστάσεως προδεικνὺς τὴν φαιδρότητα· τέλος ἡ πάντων ἐν τῷ ᾅδῃ κατεχομένων ψυχῶν ἀπολύτρωσις τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν πρὸς αὐτῶν γινομένη· καὶ ἡ τοῦ ᾅδου κατάλυσις [a], τοῦ μηκέτι κατέχειν τὰς τῶν ἐν κυρίῳ κεκοιμημένων ψυχάς· ταῦτα πάντα ἡ τοῦ θείου σταυροῦ ἀήττητος δύναμις τὰ φοβερὰ εἰργάσατο τεράστια, τῇ δυνάμει τοῦ ἐν αὐτῷ προσπαγέντος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν· αἰσχυνθήτωσαν οὖν καὶ ἐντραπήτωσαν καὶ ἀπολέσθωσαν οἱ τὴν δόξαν αὐτοῦ ἀρνούμενοι καὶ μὴ προσκυνοῦντες αὐτὸν ἀδιστάκτῳ πίστει [b] ὡς cod. f. 85. b. θεοδώρητον καὶ ἀκαταμάχητον τρόπαιον· ὁ γοῦν βάσκανος καὶ παμπόνηρος καὶ μισόκαλος διάβολος τὴν κεφαλὴν συνθλασθεὶς καὶ τὴν

cupavit. Exin caelestium honesta vita coepit in terra frequentari, Deoque familiares facti homines angelos virtutibus aemulari. Cruce enim in terram defixa, vitaeque pane de caelo benigne simul cum deitate demisso, haud sane corpore illinc delato, sed de terra sumpto, aeque ac nos passibili, et in lignum sublato, divinique sanguinis guttis tellurem irrigantibus, contigit ut haec suavitatis odorem expiraret, quae nimirum sanctificatione ipsius pretiosi sanguinis et aquae pinguescens, rationalia odoramenta variosque flores nunc etiam ubique germinare non desinit. Adoratur itaque lignum, per quod salus humano generi donata fuit; per quod malorum auctor hostis humi adflictus letale visceribus vulnus accepit. Etenim nullo in alio Christi cruciatuum symbolo haec tremenda prodigia patrata fuerunt, cuiusmodi in veneranda et vivifica Domini cruce: mortui nimirum suscitati ante etiam quam ad inferos dominus ac Deus noster descenderet, velum discissum, terra commota, sol obscuratus et rursus illuminatus; ut priore statu significaret Iudaeorum tenebras, altero autem resurrectionis laetitiam portenderet. Postremo omnium apud inferos detentarum animarum Christo domino ac Deo nostro illic apparente redemptio, et ipsius orci destitutio, quominus diutius illorum, qui in Domino dormierant, animas retineret. Haec omnia divinae crucis invicta vis tremenda effecit prodigia, virtute scilicet confixi in ea Christi Dei nostri. Pudefiant igitur et in fugam vertantur ac pereant, qui crucis gloriam negant, neque eam indubia fide ceu divinitus datum invictumque trophaeum adorant. Ergo invidus atque pessimus et boni osor diabolus, capite eliso et corde a crucis hasta transfixo, iam

a) R. κατάλλυσις. — b) R. δίστει.

(1) In textu graeco Raderi additur πνευματικῆς, quod vocabulum in interpretatione latina eiusdem omittitur. Ergo exemplar typothetae ingolstadiensi traditum, videtur interdum fuisse diversum ab illo quod Raderus latinum faciebat. In codice certe vaticano deest voc. πνευματικῆς.

non poterat tam aperte, ut solebat, iucunda animo suo scelera perpetrare: occulte tamen infelicium nonnullorum animas furiis agitans, mentesque illudens decepit, per falsorum magistrorum hypocrisim, cauteriatam conscientiam habentium, dignum illos fomitem inextinguibilis ignis secum faciens.

8. Sed bonus optimusque, immo supremum bonum, Deus a consueto suo more non desiit bene faciendi homini pretiosae creaturae suae: sed posuit in ecclesia primum apostolos, qui fuerant spectatores eius atque ministri, ut ipsius corporalem infinitae potentiae condescensionem publice denunciarent, et divina oracula verissime enarrarent, neque corporalem Christi passionem erubescentes, neque prodigiis fraudem ullam tribuentes, sed ubique veritatis curam gerentes, et Dei Verbi incarnationem veraciter praedicantes. Secundo loco prophetas, qui occultas insanabilesque passiones divino atque potente sancti Spiritus gladio radicitus amputarent, et bonos atque vigentes virtutum surculos insererent. Tertio loco doctores utrisque praedictis auxiliares, quaeque ab illis et acta et dicta fuerant perfectius explicantes. Horum divinis dogmatibus cuncta Christianorum ecclesia ut olim sic nunc firmatur, adversus quam portas inferi, exitiosas scilicet haereses, numquam praevaluisse aut praevalituras, probe scimus, iuxta effatum divinum. Despumaverunt autem fluctus haereticae loquacitatis, et omnino depulsi sunt. Quippe per tempora singulis orthodoxiae propugnatoribus singuli congressi sunt haeresiarchae; sed veritatis lumini, haereticorum tenebrae cesserunt, atque ita Dei ecclesiae inconcussae manserunt. At miserrimi haeretici, etiamsi aliquanto tempore abominabilium suarum opinionum malitiam parturiverunt; attamen haud multo post nequitiae ipsorum falsitas dissipata

καρδίαν τῷ σατανικῷ δόρατι διαπαρεὶς, οὐχ οἷός τε ἦν φανερῶς οὕτως τὰ ἑαυτῷ καταθύμια ὡς εἰώθει ἐργάζεσθαι βδελύγματα· λάθρα δέ τινων ἀθλίων τὰς ψυχὰς ἐκβακχεύσας καὶ τὸν νοῦν φενακίσας ἠπάτησεν [a] ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων [b] τὴν οἰκείαν συνείδησιν *, ἄξια τοῦ ἀσβέστου πυρὸς (* 1. Tim. IV. 2.) σὺν ἑαυτῷ ὑπεκκαύματα.

η'. Ἀλλ' οὐκ ἐνέλιπεν ὁ ἀγαθὸς καὶ πανάγαθος καὶ ὑπεράγαθος κύριος συνήθως εὐεργετεῖν τὸ ἑαυτοῦ τίμιον πλάσμα τὸν ἄνθρωπον· [c] ἀλλ' ἔθετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, ὡς αὐτόπτας καὶ ὑπηρέτας τοῦ αὐτοῦ ἀπειροδυνάμου σωματικὴν συγκατάβασιν ἀριδήλως διαγγέλλοντας, καὶ τὰς θεοσημείας παναληθῶς ἐκφράζοντας· μήτε τοῖς σωματικοῖς τοῦ Χριστοῦ ἐπαισχυνομένους παθήμασιν, μήτε τοῖς θαύμασι ψεῦδος ἐπιφημίζοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς ἀληθείας φροντίζοντας, καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ λόγου ἀψευδῶς κηρύττοντας· δεύτερον προφήτας τὰ κεκρυμμένα καὶ ἀνίατα πάθη τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος θείᾳ [d] τῆς ἐξουσίας μαχαίρᾳ πρὸ ῥιζῶν ἀνασπέλλοντας· καὶ τὰ χρηστὰ καὶ [e] τεθηλότα τῶν ἀρετῶν φυτουργοῦντας βλαστήματα· τρίτον διδασκάλους, ἀμφοῖν τοῖν δυοῖν συνηγοροῦντας, καὶ τὰ παρ' (cod. f. 86.) αὐτοῖς πραχθέντα τε καὶ λεχθέντα, τελεώτερον σαφηνίζοντας· τούτων τοῖς θείοις δόγμασι πᾶσα τῶν χριστιανῶν ἐκκλησία, πάλαι καὶ νῦν κρατύνεται, ἧς πύλαι ᾅδου αἱ φθοροποιοὶ αἱρέσεις κατίσχυσαν οὐδέποτε, οὐδὲ κατισχύσουσιν εὖ ἴσμεν, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν· * εἰς ἀφρὸν γὰρ τὰ κύματα τῆς τῶν αἱρετικῶν (* Matth. XVI. 18.) γλωσσαλγίας πάντοτε διαλέλυνται· κατὰ καιρὸν ἑκάστοις τῆς ὀρθοδοξίας προμάχοις, ἕκαστοι συμπλακέντες αἱρεσιάρχαι, καὶ τῆς ἀληθείας τῷ φωτὶ τοῦ ζόφου τῶν αἱρέσεων ὑποχωρήσαντος, αἱ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαι διέμειναν ἀσάλευτοι· ἀλλ' οἱ μὲν πανάθλιοι αἱρετικοὶ εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον τῶν μυσαρῶν αὐτῶν διανοιῶν τὰς κακίας ὤδινον, ὅμως μετ' οὐ πολὺ τῆς αὐτῶν κακεργίας τὸ ψεῦδος διερρήσσετο· καὶ τούτοις πᾶσι διαγνωσθέντος καὶ ἐκ πο-

a) R. ἠπάτησιν. — b) R. κεκατηριασμένων — c) R. αὐτόν — d) Deest θεία apud R. — e) R. καὶ τά.

δίων γινομένου, αἱ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι κατηυγάζοντο· ἀλλὰ καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, καταυγασθήσονται.

θ'. Ἡ δὲ ἐσκοτισμένη καὶ βορβορώδης καὶ στασιώδης καὶ παμμίαρος καὶ αἰσχρὰ τῶν Μανιχαίων αἵρεσις ὑπὸ πάντων ἐθνῶν διωκομένη διὰ τὸ ἀνίατον αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ πάσης βδελυρίας ἀνάμεστον καὶ σιγῇ βαθείᾳ παρ' αὐτῶν τιμωμένη καὶ σεβομένη· τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ περισπούδαστον τὸ μὴ τὰς τελετὰς αὐτῶν καὶ τὰς αἱρέσεις εἰς πάν- (cod. f. 86. b.) τας καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς οἰκείους, οὔπω λέγω τοὺς ξένους, αὐτῶν δημοσιεύεσθαι· ἀλλ' εἰς ὀλίγους οὓς ἂν ἴδοιεν παρ' αὐτοῖς τελεωτέρους τὴν ἀσέβειαν· καιροῖς δέ τισι πρὸ χρόνων οὐ πολλῶν ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσι τελέως ἐνεργηθεῖσα [a] καὶ μαθητευθεῖσα καὶ τοῦ ἀρχεκάκου Σατανᾶ τῇ πεπλανημένῃ ὁδηγίᾳ περιβιβασθεῖσα, τὴν αὐτοῦ πρόδρομον ἀποστασίαν ὠδίνασα ἐκύησεν, ἑτέρους δαίμονας σαρκίνους σὺν τῷ καθηγεμόνι αὐτῶν διαβόλῳ ἀναδείξασα· οὓς μηδεὶς ἀπιστήσοι δαίμονας ὑπάρχειν· τὰ γὰρ μὴ τολμώμενα παρὰ τῶν δαιμόνων λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι, αὐτοὶ ἀναιδῶς καὶ ἀπηρυθριασμένως κατά τε τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ πάντων ἀνθρώπων πράττουσί τε καὶ λέγουσιν· ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι αὐτοὺς ἀνεπιμίκτους τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχοντας δι' ἄκραν αἰσχρουργίαν, καὶ τὴν ἔρημον οἰκοῦντας ὥσπερ τοὺς δαίμονας· καὶ ξένα τινὰ καὶ ἀλλόκοτα ἐπιφημίζοντας προβλήματα, ὡς δῆθεν τοῖς τοῦ ἱεροῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου λόγοις ἐπερειδόμενοι οἱ [b] συκοφάνται καὶ παμμίαροι· ἀλλὰ τίνα ταῦτα καὶ πόθεν καὶ πότε, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος διηγήσομαι, κεφαλαιώσας ὀλίγα τινὰ εἰς ἀριθμοὺς ἐν ψιλῇ τέως ἀπαριθμήσει, διὰ τὸ εὐμνημόνευτον· εἶθ' ὕστερον μετὰ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμπλοκῆς ἀπαρξόμεθα, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀντιμαχησάμενοι, ὅση δύναμις, εὐθύς τε (cod. f. 87.) τὰς γραφικὰς ἀποδείξεις τε καὶ [c] μαρτυρίας ἑνὸς ἑκάστου κεφαλαίου ἐν παραλλήλων τάξει ὑποθήσομεν.

fuit; eaque re omnibus patefacta et exterminata, ecclesiae Dei splenduerunt, eaedemque et nunc et in perpetuum splendebunt.

9. Tenebrosa interim, coenosa, turbulenta, immundissima Manichaeorum haeresis a cunctis gentibus exagitata, propter desperatam eius medelam, et cuiuslibet improbitatis cinnum, alto silentio observabatur a suis et colebatur. Hoc enim illis praecipue cordi est, ut mysteria sua haeresimque nequaquam omnibus consectaneis, nedum externis, communicent; sed paucis, quos in suorum numero sciunt impietate magis perfectos. Quibusdam vero rerum adiunctis, haud multos ante annos, apostaticis viribus satis confirmata et instructa, et malorum principis Satanae erroneo ducatu provecta, primam suam apostasiam peperit, alios carnales daemones cum duce ipsorum diabolo efferens, quos certe nemo esse daemones dubitabit. Nam quae ne daemones quidem dicere vel agere ausint, ipsi impudenter sine ullo rubore, tum adversus Deum omnipotentem, tum contra homines agunt et dicunt: uti reapse videre est hos hominum societate extorres, propter summam morum foeditatem deserta loca incolere, ut daemones faciunt, et peregrina quaedam atque absurda pronunciare problemata, quasi ea sacri evangelii apostolique dictis confirmare queant hi sycophantae ac detestabiles. Iam vero quae sint haec, et unde et quando extiterint, hoc sermonis nostri loco exponemus, pauca quaedam compendiose complectentes distincta numeris, brevi interim descriptione, ut facilius memoriae mandentur. Deinde post conscriptam de his haereticis historiam, eorundem quoque refutationem auspicabimur, Deo auxiliante proelium cum ipsis viriliter conserentes; continuoque ex sacra scriptura demonstrationes ac testimonia ad singula capita ordinatim opposita subiungemus.

a) Abhinc desunt apud R. vocabula decem, usque ad τὴν αὐτοῦ — b) R. ἐπορειδόμενοι οὐ. — c) Heic apud R. inseritur προφητειῶν, quod deest in codice.

I. 10. Primum est apud illos axioma principia duo confiteri, malum scilicet Deum et bonum; et alterum quidem esse mundi huius factorem ac dominum, alterum futuri. Atque hoc saepe apud illos observare licet, quum liberi sunt, et cum aliquo quolibet colloquuntur, lepide dicere solitos: dic mihi, inquam, quid nos a Romanis discernit? Se ipsos enim hi foedifragi, pravi, increduli, ingrati, virtutis osores, appellant christianos; nos autem qui vere sumus Christi veri Dei nostri cognomines, Romanos nuncupant; gentili nomine, proprium nostrum commutare conantes: quo tamen nos, qui veri christiani sumus, magis gloriamur, quam si millia aut etiam myriadas auri argentive aut lapidum pretiosorum, quotquot in orbe sunt, possideremus. Dicunt autem id nos ab ipsis discernere, quia ipsi alium adfirmant esse Deum mundi conditorem, alium vero quem caelestem vocant Deum, qui nullam huius mundi sed saeculi tantum futuri potestatem habet: nos vero unum eundemque Deum confitemur, rerum omnium factorem, universalem regem et omnipotentem. Aiuntque nobis: vos in mundi conditorem creditis, nos vero in illum de quo in evangeliis Dominus dicit, quod neque vocem eius audistis, neque speciem vidistis. Qua in re stulte stolideque blaterant, ut postea demonstrabitur.

II. Secundum est, quod celebratissimam et perpetuo virginem Deiparam, ab ipso etiam bonorum hominum numero rabide excludunt; neque genitum ex ea Dominum, sed hunc de caelo corpus suum detulisse: illam autem post Domini partum, alios quoque dicunt liberos ex Iosepho suscepisse.

III. Tertium est quod divinam verendamque sanctorum mysteriorum corporis ac sanguinis domini Dei nostri participationem

Ι΄. Πρῶτον μὲν γάρ ἐστι τὸ κατ' αὐτοὺς γνώρισμα, τὸ δύο ἀρχὰς ὁμολογεῖν, πονηρὸν θεὸν καὶ ἀγαθόν· καὶ ἄλλον εἶναι τοῦδε τοῦ κόσμου ποιητήν τε καὶ ἐξουσιαστὴν, ἕτερον δὲ τοῦ μέλλοντος· καὶ τοῦτό ἐστιν εἰς αὐτοὺς πολλάκις ἐπισημειώσασθαι ἀστειότητος χάριν, ἐν [a] ἐλευθερίᾳ ὄντων αὐτῶν λεγόμενον πρός τινα, ὁποῖος αὐτοῖς ἐστιν ὁ προσδιαλεγόμενος· εἰπέ [b] μοί, φησιν, τί ἐστι τὸ χωρίζον ἡμᾶς ἐκ τῶν Ῥωμαίων; ἑαυτοὺς οἱ ἄσπονδοι καὶ ἄχρηστοι καὶ ἄπιστοι [c] καὶ ἀχάριστοι καὶ ἀφιλάγαθοι, χριστιανοὺς ἀποκαλοῦντες· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἀληθῶς ἐπωνύμους Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, Ῥωμαίους ὀνομάζοντες, τῷ ἐθνικῷ ὀνόματι τὸ κύριον ἀμεῖψαι πειρώμενοι· ᾧ τινι μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀψευδεῖς [d] χριστιανοὶ σεμνυνόμεθα, ἢ χιλιάδων καὶ μυριάδων [e] χρυσοῦ καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπαρχόντων εἰ ἦν ἕκαστος ἡμῶν κύριος· λέγουσι δὲ τοῦτο εἶναι τὸ χωρίζον αὐτοὺς, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄλλον θεὸν λέγουσιν εἶναι τοῦ κόσμου ποιητήν· καὶ ἕτερον θεὸν, ὃν καὶ πατέρα ἐπουράνιον λέγουσι, μὴ ἔχοντα δὲ ἐξουσίαν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἡμεῖς δὲ τὸν αὐτὸν ἕνα θεὸν ὁμολογοῦμεν καὶ παντουργὸν καὶ παμβασιλέα καὶ παντοκράτορα· καὶ λέγουσι πρὸς ἡμᾶς· ὅτι ὑμεῖς φησι πιστεύετε εἰς τὸν κοσμοποιητήν, ἡμεῖς δὲ εἰς ἐκεῖνον (cod. f. 87. b.) περὶ οὗ ἐν εὐαγγελίοις ὁ κύριος λέγει *, (* Ioh. V. 37.) ὅτι οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε· ματαίως καὶ ἀνοήτως [f] κενοφωνούμενοι, καθὼς ὕστερον δηλωθήσεται. A.

Δεύτερον, τὸ τὴν πανύμνητον καὶ ἀειπάρθενον θεοτόκον μηδὲ κἂν ἐν ψιλῇ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων τάξει ἀπεχθῶς ἀπαριθμεῖσθαι· μὴ δὲ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν κύριον, ἀλλ' οὐρανόθεν τὸ σῶμα κατενεγκεῖν· καὶ ὅτι μετὰ τὸν τοῦ κυρίου τόκον, καὶ ἄλλους φησὶν υἱοὺς ἐγέννησεν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ. B.

Τρίτον, τὸ τὴν θείαν καὶ φρικτὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν μετάληψιν (1) ἀπο- Γ.

a) Deest ἐν apud R. — b) R. εἶπε. — c) Deest ἄπιστοι apud R. — d) R. ἡμᾶς καὶ ἀψευδεῖς. — e) R. κυριάδων. — f) R. νοήτως.

(1) Μετάληψιν vocabulum perperam Raderus heic interpretatus, loci sententiam subvertit, scribens: *quod corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi conversionem negent.* Atqui praeter vo-

τρέπεσθαι· [a] οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἄλλους περὶ τούτου πείθειν οἴεσθαι· λέγοντες ὅτι οὐκ ἦν ἄρτος καὶ οἶνος, ὃν ὁ κύριος ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ δείπνου, ἀλλὰ συμβολικῶς τὰ ῥήματα αὐτοῦ αὐτοῖς ἐδίδου, ὡς ἄρτον καὶ οἶνον.

Δ. Τέταρτον, τὸ τοῦ σταυροῦ τύπον καὶ τὴν ἐνέργειαν καὶ δύναμιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ μὴ ἀποδέχεσθαι, ἀλλὰ μυρίαις ὕβρεσι περιβάλλειν, ὃν καὶ οἱ δαίμονες ἐν ἀέρι καὶ μόνον χαραττόμενον βλέποντες τρόμῳ δραπετεύουσι, σὺν τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ διαβόλῳ.

Ε. Πέμπτον, τὸ μὴ ἀποδέχεσθαι αὐτοὺς τὴν οἱανοῦν βίβλον παλαιάν, πλάνους καὶ λῃστὰς τοὺς προφήτας ἀποκαλοῦντες, καθὼς ὕστερον ἐν ἰδίῳ χωρίῳ δηλωθήσεται τρανώτερον· ἢ μόνον
cod. f. 88. τὴν θείαν τῶν ἁγίων εὐαγγελίων τετρακτύν· καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου δεκατέσσαρας ἐπιστολάς· καὶ τὴν Ἰακώβου καθολικήν (1)· καὶ τὰς Ἰωάννου τρεῖς· καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰούδα καθολικήν· καὶ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων ὡς εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἀπαραλλάκτως ἐν λέξεσιν· ἔχουσι δὲ καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου ἐπιστολὰς θεοστυγεῖς, πάσης ὑπερηφανίας καὶ ἀσεβείας ἀναμέστους· τὰς γὰρ δύο καθολικὰς τοῦ μεγάλου καὶ ἀκραιφνοῦς θεμελίου τῆς ἐκκλησίας τοῦ κλειδούχου τῆς τῶν οὐρανῶν [b] βασιλείας Πέτρου τοῦ πρωταποστόλου οὐ δέχονται, ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενοι, καὶ ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς μυρίοις περιβάλλοντες· οὐκ οἶδ' ὅ τι συνειδότες· τάχα δὲ ὡς ἐγὼ ὑπολαμβάνω, ὅπερ αὐτοῖς καὶ πολλάκις κατὰ πρόσωπον εἶπον, διὰ τὸ προφητεῦσαι αὐτὸν τὸ μέλλον εἰς αὐτοὺς ἔσεσθαι ἐκ τῆς ἀνοσιουργοῦ

aversantur; neque hoc contenti, aliis quoque hanc sententiam suadendam putant; dicentes, haud panem ac vinum a Domino discipulis suis in caena propositum, sed symbolice verba sua tantummodo, panis vinique loco, dedisse.

Quartum est, quod figuram atque efficaciam et virtutem pretiosae vivificaeque crucis non admittunt, sed conviciis plurimis eam pulsant; quam tamen ipsi per aërem diffusi daemones, si modo descriptam viderint, pavidi fugiunt, cum malorum principe daemone. IV.

Quintum est, quod nullum recipiunt veteris testamenti librum, deceptores ac fures prophetas appellantes, sicut postea proprio in loco accuratius ostendetur; nec nisi sancta quatuor evangelia, et apostoli Pauli quatuordecim epistolas, Iacobi catholicam, Iohannis tres, sancti Iudae catholicam, et apostolorum actus uti sunt apud nos sine ullius verbi mutatione. Habent insuper magistri sui Sergii Deo invisas epistolas, omnimoda superbia et impietate plenas. Nam duas catholicas magni ac solidi ecclesiae fundamenti, regnique caelorum clavigeri, Petri protapostoli, non recipiunt, quia infenso adversus eum animo sunt, et maledictis conviciisque plurimis prosequuntur, nescio cuius mali sibi conscii: fortasse tamen, ut ego arbitror, atque ut saepe ipsis coram dixi, quia eventura peculiariter ipsis improbitatis eorum causa vaticinatus est, quae beatus aposto- V.

a) R. ἀποτρέψαι. — b) R. αὐτῶν.

cabuli μετάληψις notum sensum, ipse auctor in tertio refutationum sermone ait Manichaeos censuisse μὴ δεῖν τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν μετέχειν: *non oportere sacrum pretiosi corporis domini Deique nostri nutrimentum participare.*

(1) Ad hunc locum in margine adnotatur antiqua manu. Οὐκ οἶδα εἰ τότε ἐχρῶντο τῇ Ἰακώβου ἢ ἑτέρα ἐπιστολῇ, καὶ ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων· οἱ γὰρ νῦν μόνοις τοῖς δύο χρῶνται εὐαγγελίοις, καὶ μᾶλλον τῷ κατὰ Λουκᾶν· καὶ ιε´ (mendose Raderus ἐπὶ pro ιε´, et mox idem male ἐπιστολῇ) τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαῖς· ἔχουσι γὰρ καὶ πρὸς Λαοδικεῖς ἑτέραν ἐπιστολήν: *haud scio an illius temporis Manichaei usi sint Iacobi epistola an alia, et apostolorum actibus. Namque hodierni duobus tantummodo utuntur evangeliis, et quidem Lucae potissimum, nec non XV. sancti Pauli apostolis; habent enim etiam aliam epistolam ad Laodicenses.* Epistolam ad Laodicenses citari nos vidimus in S. Augustini quod edidimus speculo; item in cavensis monasterii prisco bibliorum codice, nec non in aliquot vaticanis; praeter alia testimonia vetera a Fabricio laudata.

lus in secunda epistola scribit his verbis. « Propterea, dilecti mei, haec omnia expectantes, nempe quae in secundo adventu Domini fient, satagite immaculati » et irreprehensibiles ei inveniri in pace; » et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, veluti et dilectus frater noster Paulus secundum datam sibi » sapientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus epistolis suis loquens in eis de » his: in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles distorquebunt, sicut et reliquas scripturas, » ad propriam ipsorum perditionem. » Haec illi vituperio vertunt apostolo, quae tamen laudi sunt; utpote a libero vaticinio profecta, et omni rhetorico artificio remota.

VI. Sextum est, quod seniores (presbyteros) ab ecclesia arcent. Etenim dicunt, quia seniores adversus Dominum conspirarunt, idcirco id nomen non esse usurpandum: quare vel solo huius nominis sono exasperantur. Ac de his singulis posthinc in plena disputatione, proprio cuiusque rei capitulo, lucidius dicetur. Nunc superest, ut historicum commentarium exordiamur. Incipiemus autem a praeponendis iis, quae beatus Cyrillus in catechesibus dicit; quibus postea, quae nuperius nos cognovimus, adiiciemus, ut rei disquisitio intimior fiat.

11. Infausti nominis Manes christianus non fuit, absit; neque ut Simon ecclesia eiectus, neque ipse scilicet neque priores illo huius nequitiae magistri. Furis enim instar, ex alienis haeresibus suam conflavit iniquitatem. Quomodo autem et qua ratione, audiendum est. Scythianus quidam in Aegypto fuit, genere saracenus, nihil commune sive cum Iudaeis sive cum Christianis habens. Hic habitans Alexandriae,

αὐτῶν κακίας ἰδίωμα, ἐν οἷς φησιν ὁ μακάριος ἀπόστολος ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ αὐτοῦ· « * διὸ ἀγαπητοί μου ταῦτα πάντα προσδοκῶντες, τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ κυρίου παρουσίᾳ δῆλον, ὅτι σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ· καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε· καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων· ἐν αἷς ἐστι δυσνόητά τινα ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλώσουσιν *, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. » οὗτός ἐστιν ὁ παρ' αὐτοῖς μὲν ψόγος τοῦ ἀποστόλου προσφερόμενος· παρὰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἐγκώμιον αὐτοῦ ὑπάρχον πεπαρρησιασμένης προφητείας, πάσης ῥητορικῆς πλοκῆς ὑπεξῃρημένον [a].

* II. Petr. III. 14. — cod. f. 88. b. — * ita cod.

ϛ. Ἕκτον, τὸ τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας ἀποτρέπεσθαι· φησὶ δὲ ὅτι οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ κυρίου συνήχθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρὴ αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, ψιλῷ τῷ ὀνόματι καὶ μόνῳ ἀπεχθανόμενοι· περὶ ὧν ὕστερον ἐν τῇ κατὰ βάθους ἐξετάσει ἐν ἰδίῳ ἑκάστῳ κεφαλαίῳ σαφέστερον λεχθήσεται· ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τῶν ὑπομνηματικῶν ἱστοριῶν ἀπάρξασθαι καιρός ἐστιν· ἀπάρξομαι δ' οὕτως, τά τε παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν ταῖς κατηχήσεσιν ῥηθέντα (1) προθείς, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀρτίως διαγνωσθέντα ὑποθείς, ὡς ἂν ἄρα οἰκειοτέρα ἡ σκέψις γενήσεται.

ια'. Ὁ δυσώνυμος Μάνης οὐκ ἔστιν ἀπὸ χριστιανῶν, μὴ γένοιτο· οὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας, οὔτε αὐτός, οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς τοιαύτης κακίας διδάσκαλοι· κλέπτης γάρ ἐστιν, ἀλλοτρίων αἱρέσεων ἰδιοποιούμενος τὰ κακά· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀκουστέον· Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, σαρακηνὸς τὸ γένος, οὐδὲν κοινὸν οὐδὲ πρὸς ἰουδαϊσμὸν οὐδὲ πρὸς χριστιανισμὸν κεκτημένος· οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας καὶ τὴν ἀριστο-

cod. f. 89.

a) Deest ὑπεξῃρημένον apud R.

(1) Scilicet Cyrillus hierosol. in catechesi sexta a cap. 21. et deinceps, in editione Tuttaei qui Petro nostro ob corrigendum quandoque Cyrilli textum usus est.

τευχικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξεν, μίαν καλουμένην τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, νεκροποιεῖς [a] οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς [b] μόνην τὴν προσηγορίαν· καὶ ἄλλην καλουμένην κεφάλαιον· καὶ τὴν τρίτην τῶν μυστηρίων, ἥ τις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· τετάρτην ἣν περιφέρουσι θησαυρὸν ζωῆς καλοῦντες, ἥπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου· μαθητὴς δὲ ἦν τούτῳ Τερέβινθος ὀνόματι· ἀλλὰ τὸν προειρημένον Σκυθιανὸν ἐλθόντα εἰς τὴν Ἰουδαίαν καὶ λυμαινόμενον τὴν χώραν νόσῳ θανατώσας ὁ κύριος, ἔπαυσε τὴν λυμώδη κατάστασιν· ὁ δὲ τῆς κακίας μαθητὴς Τερέβινθος, κληρονόμος ὢν τοῦ χρυσίου καὶ τῶν βιβλίων καὶ τῆς αἱρέσεως, παραγενόμενος ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ γνωριζόμενος, καὶ παρὰ πάντων καταγινωσκόμενος, ἐκεῖθεν εἰς τὴν Περσίδα μετῆλθεν· εἶτα ἵνα μὴ ἐκ τῆς προσηγορίας κἀκεῖ γνωρίζηται, Βουδδᾶν ὠνόμασεν ἑαυτόν· ἀλλ' εἶχεν ἐκεῖ τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοὺς [c] τοῦ Μίθρα· καὶ πολλῶν λόγων κινουμένων καὶ διαπληκτισμῶν, ἠλέγχετο· καὶ πέρας ἐλαυνόμενος προσφεύγει τινὶ γυναικὶ χήρᾳ· εἶτ' ἐπὶ δώματος ἀνελθὼν, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀερίους δαίμονας, οὓς Μανιχαῖοι μέχρι τῆς σήμερον ἐπὶ τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν ἰσχάδος ἐπι-
cod. f. 89. b. καλοῦνται· θεόπληκτος γενόμενος, καὶ καταβληθεὶς ἐκ τοῦ δώματος, ἐξέψυξεν· καὶ οὕτως ἐξεκόπη τὸ δεύτερον θηρίον.

ιβ'. Ἀλλ' ἔμεινεν τὰ ὑπομνηματικὰ τῆς ἀσεβείας βιβλία· καὶ κληρονόμος ἦν ἡ χήρα καὶ τῶν βιβλίων καὶ τῶν χρημάτων· μήτε δὲ συγγένειαν, μήτε ἕτερόν τινα ἔχουσα, ἔκρινεν ἐκ τῶν χρημάτων ἀγοράσαι παῖδα Κούβρικον [d] λεγόμενον· καὶ τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν λαβοῦσα, ἐπαίδευσε τοῖς Περσῶν μαθήμασιν, ὡς οἷόν τε, καὶ ὤξυνε κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος κακὸν βέλος· [e] καὶ Κούβρικος ὁ κακὸς οἰκέτης, μέσον φιλοσόφων ἤκμαζεν· καὶ τελευτησάσης τῆς χήρας, ἐκληρονόμει καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ βιβλία· εἶτα ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας τοῦ Κουβρίκου [f] ὄνομα ἐπονειδι-

aristotelicae aemulator vitae, quatuor composuit libros; unum dictum sanctum evangelium, mortiferos, non autem Christi, actus continentem, sed nomine tenus ita appellatum: alterum dictum capitulum: tertium dictum mysteriorum, qui favet legis ac prophetarum, quam Manichaei volunt, destructioni. Quartum circumferunt, vitae thesaurum vocantes, qui est potius mortis thesaurus. Huic erat discipulus Terebinthus nomine. Sed enim Scythianum quidem quum in Iudaeam ad inficiendam lue regionem abiisset, morbo Dominus extinguens, finem pestilenti instituto imposuit. Nequitiae autem discipulus Terebinthus, auri, librorum, atque haereseos heres, quum in Palaestinam pariter venisset, et in Iudaea palam innotuisset, inde in Persidem migravit. Deinde ne ex nomine illic quoque agnosceretur, Buddam semet appellavit. Verumtamen ibi nactus est adversarios mithriacos; multisque commotis sermonibus et altercationibus, convictus fuit: postremoque pulsus, ad viduam quandam mulierem confugit. Mox domus tecto conscenso, ibique aërios daemones advocans, quos Manichaei usque ad hodiernam diem in sua nefaria confarreatione invocant, phanatismo percitus, de tecto semet eiaculans, exanimatus est; atque ita secunda fera excisa fuit.

12. Ceteroqui manserunt haereticorum commentariorum libri, et horum heres simulque pecuniae femina vidua: quae quum cognatione et alio quolibet familiari careret, pecunia illa puerum nomine Cubricum emere decrevit, eumque adoptans, Persarum doctrinis exquisite erudiendum curavit, atque adversus humanum genus ceu malum telum exacuit. Malus itaque verna Cubricus inter pholosophos adolevit; mortuaque vidua, opum adiit hereditatem atque librorum. Postea ne servile nomen Cubricus sibi probro esset, Manetem semet

a) Deest νεκροποιεῖς apud R. — b) R. ὡς. — c) Addo τοὺς ex Cyrillo. — d) R. βούβρικον. — e) R. βέλος. — f) In cod. est tantum κου.

nominavit, quod in persica dialecto sermonem significat: nimirum quia sermocinandi arte valere videbatur, Manetem se nuncupavit, quasi optimum sermocinatorem. Et ille quidem gloriam sibi in Persarum lingua conciliabat, sed Dei providentia ipsum, licet invitum, suimet accusatorem fieri parabat; ut qui in Perside semet hoc nomine honorare putabat, apud Graecos maniacum se esse nunciaret. Ausus etiam est dicere se Paracletum. Blasphemavit igitur, Spiritum sanctum se dicens, prout scriptum est: qui adversus Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur ei. Sic etiam ex praecessoribus eius, Scythianus quidem ausus est Patrem se nominare; alius autem Buddam Dei patris filium, et quidem de virgine natum, et in montibus educatum; unde etiam, discipulos duodecim factus Antichristus, praedicatores erroris emisit. Qui ergo illis communicat, videat quibuscum se collocet. Perturbavit mundum servus; et in medium procedens, res supra hominis conditionem promisit.

13. Aegrotabat regis Persarum filius, neque medicorum copia deerat; sed Manes sanaturum se spopondit: recesserunt medici, simulque puer vita excessit. Convicta est hominis improbitas, et in vincula coniectus: eratque in carcerem trusus philosophus, non quia regi veritatem persuasisset, non quia idola prostravisset; sed quia sanitate promissa, spem fefellerat; immo potius, ut verius dicam, homicida extiterat: etenim eum qui medicinali cura sanari poterat, ipse submotis medicis interfecit, medelae destitutione ad mortem redactum. Me vero multa eiusdem scelera narrare instituente, recordare, lector, primo blasphemiam eius; deinde servitutem, non quod servitus probro sit, sed quia os-

στον ἦν[a], ἀντὶ Κουβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ὅπερ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν διάλεκτον τὴν ὁμιλίαν δηλοῖ· ἐπειδὴ δὲ διαλεκτικός τις εἶναι ἐδόκει, Μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζει, οἱονεὶ ὁμιλητήν τινα ἄριστον· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εὐδοξίαν ἑαυτῷ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν γλῶσσαν ἐπραγματεύσατο, ἡ δὲ τοῦ θεοῦ οἰκονομία καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἑαυτοῦ κατήγορον ἐποίει γενέσθαι· ἵν' ἐν Περσίδι ἑαυτὸν νομίσας τιμᾷν, παρ' Ἕλλησι μανίας ἑαυτὸν ἐπώνυμον καταγγείλῃ (1)· ἐτόλμα δὲ λέγειν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Παράκλητον (2)· ἐβλασφήμησεν οὖν πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἰπὼν καθὼς γέγραπται· ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, cod. f. 90.
οὐκ ἔχει ἄφεσιν· * ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, ὁ μὲν * Marc. III. 29.
Σκυθιανὸς[b] ἐτόλμησε πατέρα ἑαυτὸν ὀνομάσαι· ὁ δὲ Βουδδᾶς, υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι· ὅθεν καὶ δώδεκα μαθητὰς ὁ ἀντίχριστος τῆς πλάνης κήρυκας ἀπέστειλεν· ὁ ἐκείνοις κοινωνῶν βλεπέτω μετὰ τίνων ἑαυτὸν ἐντάσσει· ἐσάλευσεν ὁ οἰκέτης τὴν οἰκουμένην καὶ μέσος ἐλθὼν[c] λοιπὸν τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπηγγέλλετο.

ιγ'. Ἐνόσει τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁ υἱὸς, καὶ ἰατρῶν δαψιλεία παρῆν· ἀλλ' ὁ Μάνης ἐπηγγέλλετο ἰάσασθαι· ἀπέστησαν οἱ ἰατροί· συναπέστη τοῦ παιδὸς ἡ ζωή· ἠλέγχθη ἡ ἀσέβεια τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δέσμιος ἦν· ὁ δὴ φιλόσοφος εἰς φυλακὴν κρατούμενος οὐ διὰ τὸ περὶ ἀληθείας ἐλέγξαι[d] τὸν βασιλέα βληθείς· οὐδὲ διὰ τὸ καταλῦσαι τὰ εἴδωλα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπαγγείλασθαι σῶσαι, καὶ ψεύσασθαι· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τὸ φονεῦσαι· τὸν γὰρ δυνάμενον διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας σωθῆναι, αὐτὸς τοὺς ἰατροὺς ἀποστήσας ἐφόνευσε, τῇ ἀμελείᾳ θανατώσας. Ἐμοῦ δὲ λέγοντος τὰ περὶ αὐτοῦ πάμπολλα κακὰ, μέμνησο πρῶτον τὴν βλασφημίαν, δεύτερον τὴν δουλείαν· οὐχ ὅτι αἰσχύνη ἡ δουλεία, ἀλλ' ὅτι δοῦλον ὄντα

a) R. ἦ. — b) R. heic mendose Σκυθανός. — c) R. ἐλθῶν. — d) R. ἐλένξαι.

(1) Idcirco apud Augustinum haer. XLVI. *Manichaeum, discipuli eius appellare maluerunt, devitantes nomen insaniae. Vel Mannichaeum, quasi manna fundentem.*

(2) Augustinus haer. XLVI. *Promissionem domini nostri Iesu Christi de paraclito Spiritu sancto in suo haeresiarcha Manichaeo dicunt esse completam.*

ἐλευθερίᾳ ἀντιπεριάπτεσθαι [a] κακόν· τρίτον, τὸ ψεῦδος τῆς ἐπαγγελίας· τέταρτον, τὸν τοῦ παιδὸς φόνον· καὶ πέμπτον, τὴν αἰσχύνην
cod. f. 90. b. τῆς φυλακῆς· καὶ οὐκ ἦν αἰσχύνη τῆς φυλακῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγή· ὁ γὰρ λέγων ἑαυτὸν Παράκλητον, καὶ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχον, ἔφυγεν· οὐκ ἦν διάδοχος Ἰησοῦ τοῦ ἑτοίμως ἐρχομένου εἰς τὸν σταυρὸν, ἀλλ' ἐστὶν ἐναντίως φυγὰς ἦν· εἶτα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι τοὺς δεσμοφύλακας· αἴτιος ὁ Μάνης [b] δι' ὑπερηφανίαν θανάτου τῷ παιδὶ [c], καὶ αἴτιος θανάτου τοῖς δεσμοφύλαξι διὰ τὴν φυγήν· ὁ οὖν θανάτου παραίτιος ἐστὶν ἄρα προσκυνεῖσθαι ὀφείλει ὡς Παράκλητος; οὐκ ἔδει μιμήσασθαι [d] Ἰησοῦν, καὶ εἰπεῖν· εἰ ἐμὲ ζητεῖτε,
* Ioh. XVIII. 8. ἄφετε τούτους ὑπάγειν *; οὐκ ἔδει κατὰ τὸν [e] Ἰωνᾶν εἰπεῖν· ἄρατέ με καὶ ἐμβάλατε [f] εἰς τὴν
* Ion. I. 12. θάλασσαν, δι' ἐμὲ γὰρ ὁ κλύδων ἐστὶν *;

ficia liberi hominis a servo usurpari iniquum est: tertio loco promissionis falsitatem: quarto carceris ignominiam; neque carceris tantum ignominiam, verum etiam ex carcere fugam. Nam qui se Paracletum et veritatis defensorem dicebat, fugit: nec fuit profecto Christi imitator, qui sponte ad crucem venit; verum is contra fuga se proripuit: quo facto, rex Persarum duci ad supplicium custodes carceris iussit. Causa igitur fuit Manes tum obitus pueri ob iactantiam suam, tum etiam necis custodum propter fugam. Ergone hic mortis auctor et reus, adorari tamquam Paracletus debet? Nonne eum oportuit Christum imitari, ac dicere: si me quaeritis, sinite hos abire? Nonne, ut Ionas, dicere debuit: tollite me et proiicite in mare; propter me enim tempestas haec?

ιδ'. Φεύγει [g] ἐκ τῆς φυλακῆς, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλὰ ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης, Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος (1)· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ χριστιανῶν κρινόντων, δόξωσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· λέγε [h], φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνεντα ὃ [i] κηρύσσεις· ὁ δὲ ὡς τάφον ἀνεῳγ-
* Ps. V. 11. μένον ἔχων τὸ στόμα *, ἀπὸ τῆς βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων ἤρχετο φάσκων· ὅτι ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς, κακῶν ἐστὶν εὑρετής·
* Deut. IV. 24. λέγων περὶ ἑαυτοῦ, ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον· * ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος διέλυε τὴν βλασφημίαν
cod. f. 91. εἰπών· εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέ-
* Luc. XII. 49. γων, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν *; καὶ εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, κύριος θανατοῖ καὶ ζωο-
* I. Reg. II. 6. * Act. IX. 40. γονεῖ *, διὰ τί τιμᾷς Πέτρον *, τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σάπφειραν θανατώσαντα (2);

14. Fugit ex carcere, et in Mesopotamiam venit. Verum illic occurrit ei telum iustitiae, Archelaus episcopus, praepositis iudicio philosophis, et advocata ethnicorum concione, ne si forte iudicarent christiani, videretur gratiosum esse iudicium. Ille autem patentis sepulcri instar os habens, a blasphemia adversus omnium rerum factorem exorsus est dicens: veteris testamenti Deum, malorum esse inventorem, quandoquidem de se ait: ego ignis consumens sum. Sapiens vero Archelaus blasphemiam dissolvebat dicens: si veteris testamenti Deus, ut ais, ignem se dicit, cuiusnam filius est qui ait: ignem veni mittere in terram? Quod si reprehendis dicentem: Dominus mortificat et vivificat; cur Petrum honoras, qui Tabitham quidem resuscitavit, sed Sapphiram leto tradidit?

a) Cyrillus ἐλευθερίαν πλάττεσθαι, *libertatem simulare*. — b) R. Μανην. — c) Deest τῷ παιδὶ apud R. — d) R. μιμίσασθαι. — e) Ita reapse codex, non autem κατ' αὐτον — f) R. ἐμβαλετε. — g) Interponit καὶ R. — h) R. λέγει. — i) R. ὁ.

(1) Archelai cum Manete multo copiosior disputatio extat edita egregieque illustrata a cl. viro L. A. Zacagnio, bibliothecae vat. olim praefecto, in eius collectione monum. vet. Romae ·M·DXCVIII·

(2) In codicis margine ita: καὶ μὴν αὐτὸς ἐδίδαξας, ὡς ἀτιμάζουσι Πέτρον, τὰς δὲ πράξεις οὐ δέχονται: *atqui tu ipse nos docuisti, ab ipsis contemni Petrum, et apostolorum acta non recipi.* Tamen aliter de apostolorum actis supra p. 14.

Tum si vituperas quod ignem paraverit, cur non reprehendis qui dicit: ite in ignem aeternum? Si expostulas quod dixerit: ego Deus faciens pacem et creans mala: cur non castigas Iesum dicentem: non veni pacem mittere in terram, sed gladium? Quum ambo paria loquantur, alterutrum stat; nempe ut vel ambo ob eandem locutionem boni sint: vel si inculpabilis Iesus est ita loquens, cur illum vituperas qui similiter in vetere loquitur? Respondit huic Manes: quisnam vero Deus excaecat? Atqui Paulus ait: in quibus Deus huius saeculi excaecavit infidelium mentes, ut non fulgeat ipsis illuminatio scientiae gloriae evangelii Christi? Tum rursus Archelaus subdistinguens ait: lege antea quid sibi velit: quod si etiam est opertum evangelium nostrum, in iis qui pereunt opertum est. Viden, quod iis qui pereunt opertum sit? Non enim oportet sancta dare canibus. Praeterea num veteris tantummodo testamenti Deus infidelium mentes excaecavit; an etiam Iesus ipse, qui Paulum quoque excaecavit: quoniam dixit: idcirco in parabolis illis loquor, ut videntes non videant? Num quia odisset, volebat eos visu carere? an potius ob indignitatem, quia oculos suos sponte occluserant? Ubi enim voluntaria malitia est, inde se subducit gratia illuminans. Etenim habenti, dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. Quod si quidam recte interpretantur, licebit non inepte etiam dicere: quamquam excaecavit infidelium mentes, ut etiam Pauli oculos Christus, utiliter id tamen egit, ut illi ad sanctitatem respicerent. Non enim dixit: excaecavit animam illorum, sed mentes infidelium; ita ut verborum sensus sit: excaeca scortatoris scortantem mentem, ut homo sit salvus: excaeca latronis latrocinantem rapacemque animum, ut homo salvetur. Quod si dictum intelligere sic nolueris, est alia quoque explanatio. Excaecat

εἰ δὲ καὶ μέμφῃ ὅτι πῦρ ἡτοίμασεν *, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον *; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, ἐγὼ θεὸς ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακὰ *, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα, οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ μάχαιραν *; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν· ἢ εἰ [a] ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί λέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα; εἶτα ὁ Μάνης πρὸς αὐτὸν λέγει· καὶ ποῖος θεὸς τυφλοῖ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· * ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ Ἀρχέλαος πάλιν, ὑποστίξας [b] φησί· προανάγνωθι ὃ λέγει νῦν· εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον· ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται *; οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν· * εἶτα μόνον ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς ὁ καὶ Παῦλον τυφλώσας οὐκ εἴρηκε, διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι *; μὴ μισῶν αὐτοὺς ἐβούλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος [c] πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς φωτιζούσης χάριτος· τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ *. Εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἔστι καὶ οὕτως εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ὡς καὶ Παύλου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Χριστός, ἐπὶ καλῷ γὰρ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια βλέψωσιν· οὐ γὰρ εἶπεν ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων· τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ λῃστρικὸν καὶ ἁρπακτικὸν νόημα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· ἀλλ᾽ οὐ θέλεις οὕτως νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ἥλιος τοὺς ἀμβλυω-

* Deut. XXXII. 22.
* Matth. XXV. 41.
* Is. XLV. 7.
* Matth. X. 34.
* II. Cor. IV. 4.
* Ibid. v. 3.
* Matth. VII. 6.
* Matth. XIII. 13. cod. f. 91.
* Matth. XIII. 15.

a) Sic corrigo ex Cyrillo. Cod. εἰ δέ. — b) Cyrillus ὑποκρούσας, *interpellans*; recte sane; atque ita fere explicandum videtur ὑποστίξας, quasi *obturbans, obsistens.* — c) R. αὐτὸ προαιρ.

ποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται βλαπτόμενοι ἐκ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικὸς ὁ ἥλιος, ἀλλ᾽ ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων σαθρά ἐστιν· οὕτως καὶ οἱ ἄπιστοι νοσοῦντες τὰς ψυχὰς ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν οὐ δύνανται· καὶ οὐκ εἶπεν ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ᾽ εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται·
cod. f. 92. ἡ δὲ δόξα τοῦ εὐαγγελίου Χριστοῦ, γνησίοις δούλοις ἀφώρισται· ἔλεγεν οὖν ὁ κύριος, τοῖς μὴ ἀκοῦσαι δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς, ἐπέλυε κατ᾽ ἰδίαν τὰς παρα-
* Marc. IV. 34. βολάς· * ὁ αὐγασμὸς τῆς δόξης, τοῖς πεφωτισμένοις· ἡ δὲ τύφλωσις, τοῖς ἀπιστοῦσι· ταῦτα τὰ μυστήρια νῦν ἡ ἐκκλησία διηγεῖταί σοι, τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ· οὐκ ἔστι γὰρ ἔθος, ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι ταῦτα· οὐ γὰρ ἐθνικοῖς τὰ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια· οὐδὲ περὶ μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν [a], ἀλλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως [b], ἵνα οἱ γινώσκοντες πιστοὶ νοήσωσι, καὶ οἱ μὴ εἰδότες μὴ βλαβῶσι.

ιε΄. Τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων· τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαιεν τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. Φεύγει πάλιν καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδρὰς, ἔρχεται εἰς κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα· ἀλλ᾽ ὁ [c] καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοούμενος, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως δρομαίως ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν· Μάνης δὲ ἰδὼν τὸν ἀντίδικον, ἐξαίφνης [d] ἐξεπήδησε καὶ ἔφυγεν· ἔφυγε δὲ τὴν τελευταίαν φυγήν· οἱ γὰρ τοῦ Περσῶν βασιλέως ὑπασπισταὶ πανταχοῦ διερευνώμενοι, κατα-
cod. f. 92. b. λαμβάνουσι τὸν φυγάδα· καὶ ἣν ὤφειλεν ἐπὶ τοῦ Ἀρχελάου λαβεῖν ἀπόφασιν, ταύτην ἐπιφέρουσιν αὐτῷ οἱ [e] τοῦ βασιλέως ὑπηρέται· συλλαμβάνεται ὁ Μάνης ὃν προσκυνοῦσιν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ὡς Παράκλητον, καὶ ἄγεται πρὸς

hebetes oculos etiam sol, et lippientes occaecantur luce; non quod excaecantem naturam sol habeat, sed quia oculorum status infirmus est. Sic etiam infideles, laborantibus morbo animabus, spectare divinitatis radios nequeunt. Et non dixit: excaecavit illorum mentes, quominus evangelium fulgeret; sed quominus illuminatio gloriae evangelii Christi fulgeret. Namque audire evangelium, cunctis conceditur; sed tamen evangelii Christi gloria fidelibus famulis reservatur. Loquebatur itaque per parabolas Christus iis, qui audire non poterant; discipulis vero privatim parabolas explicabat: nempe gloriae fulgor, illuminatis fit; excaecatio autem, infidelibus. Haec nunc tibi mysteria edisserit ecclesia, ex catechumenorum classe iam egresso: neque tamen ethnicis talia exponere mos noster est. Quippe ethnicis mysteria de Patre, Filio et Spiritu sancto non tradimus: nec ipsis quidem catechumenis lucide mysteria communicamus; sed tecte loquimur saepe, ut ii qui norunt fideles intelligant; et qui ignorant, detrimentum non patiantur.

15. His aliisque pluribus argumentis draco refutatus est; talibus inquam luctaminibus Manetem debellabat Archelaus. Fugit igitur illinc etiam, qui olim carcere effugerat; et adversarium vitans, venit in quoddam obscurissimum oppidum; prout ille serpens, qui relicto in paradiso Adamo, accessit ad Evam. Sed enim bonus pastor Archelaus, ovium saluti consulens, intellecto effugio, statim concito cursu ad lupi persecutionem ferebatur. Manes tamen conspecto adversario, protinus fuga se subduxit, quae ceteroqui postrema ei fuit: nam regis Persarum milites ubique indagantes, fugitivum deprehenderunt; et quam coram Archelao subiturus erat sententiam, hanc eidem regis ministri inflixerunt. Comprehenditur Manes, quem sui discipuli ut Paracletum adorant, atque ad

a) R. λαλοῦμαι — b) R. ἐπικεκαλλ.. — c) R. ἡ. — d) R. ἐξέφνης. — e) R. καὶ pro οἱ.

regem deducitur. Exprobravit ei rex mendacium suum, fugamque et captivitatem irrisit; de filii nece reum postulavit et condemnavit; atque ob haec, et ob carcerariorum quoque supplicium, excoriari Manetem mandavit lege persica, et corpus reliquum feris vorandum tradi: pessimae demum mentis receptaculum, cutem inquam, utriculi instar, portis suspendi. Sic itaque is, qui Paracletum se appellabat, et futura cognoscere dictitabat, fugam suam comprehensionemque non novit.

corpus ac pretiosum sanguinem non sumis, sed ea potius despicis? Thymotheus vero: anathema non sumenti vel aspernanti corpus ac sanguinem domini nostri Iesu Christi; verba scilicet illius intelligens. Insuper de sancta catholica et apostolica ecclesia interrogatus, pari modo respondebat, catholicam tamen ecclesiam appellans synedria Manichaeorum. Et de baptismo similiter loquebatur, dominum Iesum Christum baptismi nomine intelligens, et aliud nihil; quia scriptum est: ego sum aqua vivens. Atque ita omnia distorquens Thymotheus, et in singulis anathematizans, vitii expers creditus est; acceptoque ab imperatore sigillo, rediit Episparim, collectisque cunctis discipulis suis, migravit ad Deo invisam Mananalim, unde fuit oriundus praedictus Constantinus. Deinde multos annos ibi commoratus, et in summam insaniam actus, iramque et rabiem atque anxietatem sibi ab angelis malis immissas experiens, bubone a Deo percussus interiit, postquam integris triginta annis impiae sectae praefuerat.

30. Huic erat filius nomine Zacharias, nec non mercenarius quidam caprarum custos, quem olim in via repererat fasciis involutum, propterea quod illegitima impuraque copula procreatus fuisset. Solet enim meretrix ventris sui partus, ob culpae metum, in vias proiicere. Mortuo igitur Gegnesio, schisma extitit discipulorum eius; aliis Zachariae adhaerentibus, aliis autem spurium Iosephum sectantibus, sic enim is nominabatur. Magna ergo seditio inter hos duos conflata est, sicuti superioribus etiam evenerat; dum uterque adfirmaret se gratiam Spiritus esse sortitum, qui potius impuri spiritus operationem receperant. Mox furens Zacharias, ceu qui de paterna hereditate iam excideret, saxo lo-

a) R. ὡς αὐτός. — b) R. et cod. δεδειῶσαι.

(1) Intellige *diploma erectionis*, vulgo *salvocondotto*, *passaporto*. De sigillo diu Cangius gloss. med. et inf. latin.

sephum Aphronetum adpetens, propemodum occidit. Post aliquantum vero tempus, sumptis unusquisque propriis discipulis, moliti sunt clam ex eo loco aufugere: sed quum paululum a pago recessissent, oborta est Agarenis suspicio velle eos ad romanam ditionem transire; ideoque ab his conquisiti, Zacharias quidem Agarenorum incursionem videns, desertis propriis discipulis solus fugit; quos occupatos Agareni, gladiis interemerunt: quae res Zachariae apud ceteros, ceu mercenario et non pastori, odium conciliavit.

31. Iosephus autem Aphronetus, ea re cognita, currum convertit, tamquam si in Syriam pergeret; et supervenientibus Saracenis dixit, se lactarii operis causa et armentorum in itinere esse. Qua defensione persuasi Saraceni, illum cum sociis abire impunem sinentes, discesserunt. Idonea posthinc captata hora, Iosephus Aphronetus cum omnibus aufugiens, loco excessit; profectusque in saepe memoratum pagum Episparim, libenter ab incolis exceptus fuit: cuncti enim incensis lampadibus magno honore hominem, multa ignominia dignum, tamquam Christi discipulum susceperunt. Ea re intellecta, pius quidam vir ex loci principibus, nomine Cricoraches, magna cum militum manu aedes, ubi Manetis discipulus versabatur, cinxit; et adseclas quidem eius comprehendit; sed Iosephus elapsus venit in Phrygiam: indeque abscedens, in urbe Pisidiae Antiochia resedit. Cumque et ipse triginta annis nequitiam suam exercuisset, ait discipulis suis, se Pauli apostoli discipulum esse Epaphroditum, seque ad illos ab eo missum fuisse. At ego pro Epaphrodito, Aphronitum merito eum appellabo: etenim litterarum prorsus atque phroneseos expers erat: cumque multos scelestis actibus aeternae poenae fecisset obnoxios, ipse quoque in loco qui dicitur Chortocopium vita

Ἰωσὴφ τὸν Ἀφρόνητον, παρ' ὀλίγον ἀνεῖλεν· μετὰ δέ τινα χρόνον λαβόντες ἑκάτεροι τοὺς οἰκείους μαθητάς, ἠθέλησαν λαθραίως ἀποδρᾶσαι τοῦ τόπου· καὶ δὴ μικρὸν ἀποστάντες τῆς κώμης, ὑποπτευθέντες ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Ῥωμανίαν ἐξέρχεσθαι, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀνερευνώμενοι [a], ὁ μὲν Ζαχαρίας ὡς εἶδε τὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπιδρομήν, τοὺς οἰκείοις ἐάσας μαθητάς, μόνος ἐξέφυγεν· cod. f. 102. b. οὕσπερ φθάσαντες οἱ Ἀγαρηνοί, ξίφεσιν ἀπέκτειναν· δι' ὃ [b] ὠνειδίσθη ὁ Ζαχαρίας παρὰ τῶν ἄλλων, ὡς μισθωτός, καὶ οὐκ ὢν ποιμήν.

λα'. Ἰωσὴφ δὲ ὁ καὶ Ἀφρόνητος γνοὺς τοῦτο, τὰς ἁμάξας ἐνστρέψας ὡς πρὸς Συρίαν· καὶ ἐλθόντων [c] τῶν Σαρακηνῶν φησι πρὸς αὐτούς, ὡς ἐπὶ γαλουργίᾳ καὶ βουκόλια ἐξεληλυθέναι· οἱ δὲ Ἀγαρηνοί, ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ πληροφορηθέντες, ἐάσαντες αὐτοὺς ἀδικήτους ὑπεχώρησαν· [d] εὐκαίρου δὲ ὥρας ἐπιτυχὼν Ἰωσὴφ ὁ Ἀφρόνητος, μετὰ πάντων διαδρὰς, τοῦ τόπου ἐξέφυγεν· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πολλάκις μνημονευθεῖσαν κώμην Ἐπίσπαριν, ἀσμένως παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων ἀπεδέχθη· πάντες γὰρ λαμπάδας ἀνάψαντες ἐν μεγάλῃ τιμῇ τὸν πολλῆς ἀτιμίας ἄξιον, ὡς ἅτε δὴ μαθητὴν Χριστοῦ ὑπεδέχοντο· γνοὺς τοῦτο θεοφιλής τις ἀνὴρ τῶν ἐκεῖσε ἀρχόντων Κρικοράχης λεγόμενος, μετὰ πλείστων στρατιωτῶν τὴν οἰκίαν ἐκύκλωσεν, ἐν ᾗ κατέλυσεν ὁ μαθητὴς τοῦ Μάνεντος· καὶ τοὺς μὲν μαθητὰς αὐτοῦ συνέσχεν, αὐτὸς δὲ διαδρὰς φυγὰς ᾤχετο πρὸς τὴν Φρυγίαν· καὶ ἀπελθὼν κατῴκησεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας· ἐν ἔτεσι δὲ τριάκοντα καὶ αὐτὸς ἐπαγωνισάμενος τῇ κακίᾳ, ἔλεγε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μαθητὴς εἶναι Παύλου τοῦ ἀποστόλου ὁ Ἐπαφρόδιτος, καὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀπεστάλθαι· ἐγὼ δὲ αὐτὸν εἰ- cod. f. 103. κότως καλέσω ἀφρόνητον· λίαν γὰρ ὑπῆρχε καὶ γραμμάτων [e] καὶ φρονήσεως ἄμοιρος· πολλούς τε τῇ πονηρᾷ κακουργίᾳ ὑπευθύνους ποιήσας τῆς αἰωνίου κολάσεως, κατέστρεψε καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε τὸν βίον, εἰς τόπον λεγό-

a) Ita reapse cod. At R. ἀνερευνομένων, quod in marg. corr. — b) R. διό. — c) R. ἐξελθόντων. — d) R. ἀπεχ. — e) R. γραμμάτου.

μένον Χορτοκοπεῖον. Τούτου ἔτι ὑπάρχοντος, μαθήτρια τούτου εἰς Ἀρμενίαν γυνή τις ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν μοιχευθεῖσα, ἔτεκεν υἱόν, ὡς φασὶν ἐξ ἑβραίων, τὸν ἐπὶ κακίᾳ περιβόητον ῥυπαρὸν Βαάνην· οὗτος οὖν ὁ Βαάνης διαδέχεται τὸν Ἀφρόνητον, καὶ τὴν αἵρεσιν σώαν ἣν παρείληφεν παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὴν πάσης ἀκαθαρσίας πλήρη [a] κατέχων· καὶ πολλοὺς τῶν ἀφρόνων, εἰς τελείαν ἀπώλειαν ἄγων, γίνεται καὶ αὐτὸς τῆς κακίας διδάσκαλος.

λβ'. Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ χρόνον καὶ ἕτερός τις ἀναδείκνυται τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος ἐκ τῶν μερῶν Ταβίας τῆς πόλεως· ἔστι γὰρ ἐκεῖσε πλησιάζουσα κώμη Ἀννία καλουμένη, ἐν ᾗ κατῴκει ἀνήρ τις, Δρυΐνος ὀνομαζόμενος· οὗτος ἔσχεν υἱόν, Σέργιον καλούμενον, τὸν τοῦ διαβόλου ὑπέρμαχον· Σέργιον τὸν πολλοὺς ἐκ προβάτων λύκοις ποιήσαντα, καὶ δι᾽ [b] αὐτῶν σκορπίσαντα τὰς τοῦ Χριστοῦ ἀγέλας· Σέργιον τὸν δεινὸν προβατόσχημον λύκον, τὸν ἀρετὰς δολίως ὑποκριθέντα, κἀντεῦθεν πολλοὺς ἐξαπατήσαντα· Σέργιον τὸν ἐχθρὸν τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, τὸ τῆς ἀθεότητος στόμα, τὸν τῆς θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἁγίων ὑβριστήν· Σέργιον (cod. f. 130. b.) τὸν ἀντίμαχον τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀποστόλων, τὸν τοὺς προφήτας μισήσαντα, καὶ τὰς θείας γραφὰς ἀποστραφέντα, καὶ πρὸς μύθους καὶ ψεύδη ἐκτραπέντα· Σέργιον τὸν τοῦ Χριστοῦ μισητήν, τὸν τῆς ἐκκλησίας πολέμιον, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσαντα, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν [c] ἡγησάμενον, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσαντα· Σέργιον τὸν ἑαυτὸν παράκλητον λέγοντα (1), Τυχικόν τε ἑαυτὸν καλέσαντα καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων μαθητῶν ὡς πνεῦμα ἅγιον προσκυνούμενον· Σέργιον τὸν τοῦ σκότους προσφιλῆ, τὸν ἑαυτὸν λυχνοφανῆ ἀστέρα λέγοντα· καὶ τί ἔτι λέγω, καὶ οὐ συμπεραίνω ταχέως; οἶμαι γὰρ ὅτι οὐδ᾽ ὁ πᾶς αἰὼν τὴν αὐτοῦ κακίαν ἐπαξίως τῷ λέγοντι ἐπαρκέσοι· οὗτος τοίνυν ὁ Σέργιος ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν, προσομιλεῖ τινὶ γυναικὶ οὔσῃ ἐκ Μανιχαίων·

excessit. Hoc adhuc superstite, discipula ipsius in Armenia mulier quaedam, ab uno ex eius alumnis corrupta filium peperit, hebraico ut aiunt genere, malitia insignem, spurcum videlicet Bahanem. Itaque hic Bahanes Aphroneti successor fuit, eiusque haeresim incolumem prout exceperat a praecessoribus suis omni impuritate confertam retinens, multosque stultos ad extremam perditionem deducens, ipse quoque nequitiae magister extitit.

32. Ecce autem paulo post alius item emersit ex urbis Tabiae territorio veritatis adversarius. Est enim ibi proximus pagus, cui nomen Annia, quem vir quidam incolebat Dryinus appellatus. Huic filius erat, Sergius nomine, diaboli miles. Sergius, inquam, qui multos fecit de ovibus lupos, quorum opera Christi gregem dissipavit. Sergius in ovina pelle lupus, fraudulentus virtutum simulator, ac multorum proinde deceptor. Sergius crucis Christi inimicus, et atheismi os, Deiparae omniumque sanctorum conviciator, Christi apostolorum adversarius, prophetarum osor, et divinarum scripturarum corruptor quas ad fabulas mendaciumque distorquebat. Sergius Christi hostis, et ecclesiae oppugnator, qui Dei filium pedibus conculcavit, et novi testamenti sanguinem profanum iudicavit, et in gratiae Spiritum iniurius fuit. Sergius qui se ipsum dixit Paracletum, et Tychici sibi nomen imposuit, atque a suis discipulis ceu Spiritus sanctus adoratus fuit. Sergius tenebrarum amans, et se nihilominus relucentem stellam appellans. Sed quid plura? vel cur haec haud citius abrumpo? Existimo enim ne universum quidem aevum, nequitiae eius digne enarrandae satis fore. Hic ergo Sergius, iuvenili adhuc aetate, familiaris factus manichaeae cuidam mulierculae, atque ab ea deceptus, Antichri-

a) Cod. πλήρης. — b) R. διά. — c) Cod. καινόν.

(1) Hoc loco Raderus defuisse dicit in exemplari graeco Sirmondi verba plura usque ad τοῦ σκότους inclusive. Sed utcumque ea res se habeat, in codice quidem vat. unde exscripsit Sirmondus, nihil deest.

sti praecursor extitit. Consentaneum quippe fuit, ut hi turpissimae haereseos magistri, partim ex Saracenis stirpem ducerent, partim servili genere essent, partim de fornicatione crearentur, partim denique a feminis errorem condiscerent.

33. Ne vero videamur temere hunc accusare, res ipsius singulas exponemus. Et primo dicemus quomodo infelix homo ad hanc haeresim declinaverit; deinde ex ipsius sermonibus, quisnam hic miserrimus sit vel potius fuerit, palam faciemus. Huic itaque, iuvenili adhuc aetate, contigit in consuetudinem incurrere inhonestae cuiusdam feminae, secta ut diximus manichaeae, quae diaboli callida ac dolosa discipula ait illi: audio te, domine Sergi, litteris disciplinisque eruditum, et egregium usquequaque virum. Dic ergo mihi, cur divina evangelia non legas. Ille vero huius verbis deceptus, neque latens venenum sentiens, respondit: non licet mundanis nobis haec legere, sed tantummodo sacerdotibus. Respondit illa: non ita se res habet, ut reris; quia non est personarum acceptio apud Deum: vult enim Dominus omnes salvos fieri, et ad veritatis agnitionem venire. Sed quia sacerdotes vestri divinum verbum quaestui habent, et evangeliorum mysteria celant, propterea ad aures vestras non legunt, quae in illis scribuntur omnia; sed alia quidem utique, alia minime, ne ad veritatis notitiam perveniatis. Scriptum enim in illis est, fore ut illa die nonnulli dicant: Domine, Domine, nonne in nomine tuo daemonia eiecimus, et virtutes multas patravimus? Respondebitque rex: amen amen dico vobis, nescio vos. Scrutare igitur et dispice; nonne ita scriptum est? Quinam vero sunt hi quibus Dominus dicet, non novi vos? Ille autem insipientissimus indoctusque quum esset, ambigens silebat.

καὶ ἐξ αὐτῆς ἀπατηθεὶς, γίνεται πρόδρομος τοῦ Ἀντιχρίστου· ἔδει γὰρ τοὺς τῆς ἐχθίστης * αἱρέσεως διδασκάλους, τοὺς μὲν ἐκ Σαρακηνῶν κατάγεσθαι, τοὺς δὲ ἐξ οἰκετῶν ὑπάρχειν, τοὺς ἄλλους ἐκ πορνείας γεγεννῆσθαι [a], καὶ ἑτέρους ἐκ γυναικῶν παρειληφέναι τὴν πλάνην (1). *cod. ἐχθίστου.

λγʹ. Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν εἰς μάτην κατηγορεῖν αὐτοῦ, τὰ περὶ αὐτοῦ μερικῶς διηγησόμεθα· καὶ πρῶτον μὲν εἴπωμεν [b] πῶς ὁ ἄθλιος εἰς ταύτην ἐξετράπη τὴν αἵρεσιν· εἶθ' οὕτως ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ λογίων παραστήσομεν ὁποῖός τις ἐστι, μᾶλλον δὲ ἦν ὁ πανάθλιος· τούτῳ τοίνυν ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν συνέβη ἐν συντυχίᾳ ἐλθεῖν ἀσέμνου τινὸς γυναικὸς, οὔσης ἐκ μανιχαϊκῆς ὡς εἴρηται αἱρέσεως· ἡ δὲ cod. f. 101. τοῦ διαβόλου μαθήτρια πανοῦργος ὑπάρχουσα καὶ ὕπουλος, λέγει αὐτῷ· ἀκούω περὶ σοῦ κύριε Σέργιε, ὅτι ἐν ἐπιστήμῃ γραμμάτων καὶ παιδεύσεως τέλεις, καὶ ἀγαθὸς κατὰ πάντα ὑπάρχεις ἄνθρωπος· εἰπὲ οὖν μοι, ἵνα τί τὰ θεῖα οὐκ ἀναγινώσκεις εὐαγγέλια; ὁ δὲ τοῖς λόγοις αὐτῆς κεπφωθεὶς, μὴ γινώσκων μάλιστα τὸν ἐγκεκρυμμένον τῆς κακίας ἰὸν [c] ἐν αὐτῇ, λέγει· οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν κοσμικοῖς οὖσι ταῦτα ἀναγινώσκειν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι [d] μόνοις· ἡ δέ φησι πρὸς αὐτόν· οὐκ ἔστιν οὕτως, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις· οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ· πάντας γὰρ θέλει σωθῆναι ὁ κύριος, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· * ἀλλ' ἐπειδὴ *1. Tim. II. 4. οἱ ἱερεῖς ὑμῶν καπηλεύονται τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, καὶ τὰ ἐν εὐαγγελίοις μυστήρια ἀποκρύβουσιν, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγινώσκουσιν εἰς ὑπήκοον [e] ὑμῶν τὰ ἐν αὐτοῖς γεγραμμένα ἅπαντα· ἀλλὰ τὰ μὲν, ναί· τὰ δὲ, οὔ· ὅπως μὴ ἔλθητε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας· γέγραπται γὰρ ἐν αὐτοῖς *, *Matth. VII. 22. ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τινὲς ἐροῦσι, κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν; καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἐρεύνησον καὶ ἴδε, εἰ γέγραπται οὕτως; καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι πρὸς οὓς ὁ κύριος λέξει, οὐκ οἶδα ὑμᾶς; ὁ δὲ ἀλογώτατος ἀμαθὴς ὢν, ἐξαπορηθεὶς ἐσιώπα.

a) R. γεγενῆσθαι. — b) Cod. εἴπομεν — c) R. υἱόν. — d) R. ἱερεῖσι. — e) R. ὑπήκοουν.

(1) Sunt hi Scythianus, Manes, Aphronetus, Bahanes, Sergius, ut ex praedictis constat.

λδ'. Ἔστι δὲ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ εὐαγγελικοῦ
ῥητοῦ, οὕτως νοῆσαι (1)· εἰσί τινες μέχρι τῆς σή-
μερον ἡμέρας οἵ τινες τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν
κατέχουσι, καὶ δοκοῦσιν εὐσεβῶς ζῆν· διὰ δὲ
τῆς ἐπῳδῆς οἴδασι πολλάκις καὶ δαίμο-
νας φυγαδεύειν, καὶ νοσήματα καὶ πάθη θε-
ραπεύειν· καθάπερ πάλαι οἱ τοῦ Σκευᾶ υἱοὶ
ἢ οἱ λεγόμενοι ἐξορκισταί· ὡς ἐν ταῖς πράξεσι
* Act. XIX. 14. τῶν ἀποστόλων γέγραπται *, ὅτι ἐξορκίζοντες
τοὺς δαιμονιζομένους ἔλεγον, ἐξορκίζομεν
ὑμᾶς τὸν Χριστὸν ὃν Παῦλος κηρύσσει [a], ἐξέλ-
θετε ἐκ τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ δαίμονες τῷ
φόβῳ τῆς ὀνομασίας Χριστοῦ, ἐφυγαδεύοντο·
οὕτως καὶ νῦν τινὲς ποιοῦσι, καὶ ἀγνοοῦσιν ὅτι διὰ
τῆς ἐπῳδῆς ἐκπίπτουσι τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας·
οἳ δὲ κράζονται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ λέγον-
τες, κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαι-
μόνια ἐξεβάλομεν [b]; καὶ δυνάμεις πολλὰς
ἐποιήσαμεν; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ κύριος, ἐρεῖ
αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα
ὑμᾶς· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, οἵ τινες μοναδικὸν
βίον καὶ ἀνεπίληπτον ἀνελάβοντο μέν, ἐνέ-
πεσον δὲ ἐξ ἀγνοίας καὶ ἀμαθείας εἰς αἱρέ-
σεις, καὶ διὰ τοῦτο τῆς τῶν οὐρανῶν [c] οὐκ ἐπι-
τεύξονται βασιλείας· ἵνα δὲ μηδὲν αὐτοῖς
ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ
χρεωστῆται [d], λαμβάνουσιν ἐνταῦθα χαρί-
σματα ἰαμάτων, ὅπως ἡνίκα κεκράξωνται,
κύριε, κύριε, οὐ τῷ ὀνόματι δυνάμεις πολ-
λὰς ἐποιήσαμεν; ἀκούσωσιν, ἑταῖρε οὐκ ἀδικῶ
σε, ἀπέλαβες τὰ σὰ ἐν τῇ ζωῇ σου, νῦν
* Matth. XX. 13. ἆρον τὸ σὸν καὶ ὕπαγε *.

λε'. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα ἀγνοῶν
ὁ Σέργιος, ἐρευνᾷ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, καὶ εὑρὼν
cod. f. 105. ἐγγεγραμμένους τοὺς λόγους οὓς ἡ ἀθλία εἴρη-
κεν, λέγει αὐτῇ· εἰπέ μοι περὶ τίνων, ταῦτα ὁ
κύριος εἴρηκεν; ἡ δὲ τέως ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν
αὐτῷ· ἀλλ' ἔτι προσθεῖσα λέγει· περὶ τίνων
* Matth. VIII. 11. εἶπεν ὁ κύριος *, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν
καὶ δυσμῶν ἥξουσι καὶ ἀνακλιθήσονται [e] μετὰ
Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ἐν τῇ βα-
σιλείᾳ τῶν οὐρανῶν; οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκ-

34. Reapse tamen evangelici dicti hanc esse interpretationem reputare licet. Nonnulli sunt usque ad tempora nostra, qui christianos mores prae se ferunt, religioseque videntur vivere; ceterum et incantamentis quibusdam saepe daemones fugare solent, et aegritudines morbosque curare; sicut olim Scevae filii, sive qui exorcistae dicebantur, ut in apostolorum actibus scribitur, quique daemoniacos exorcizando aiebant: adiuramus vos per Christum quem Paulus praedicat: exite de hominibus: daemones autem metu nominis Christi fugiebant. Sic nunc etiam nonnulli agunt; nescii tamen, se propter incantamenta salutis suae iacturam facere. Isti scilicet illa die clamabunt dicentes: Domine, Domine, nonne in nomine tuo daemonia eiecimus, et virtutes multas patravimus? Respondebitque Dominus: amen amen dico vobis, nescio vos. Sunt et alii quidam qui solitariam et irreprehensibilem vitam amplexi fuerant; sed tamen inscitia sua ac ruditate in haereses inciderunt, ideoque caelorum regnum non consequentur. Ne autem quicquam illa die a iusto iudice debeatur, dona nunc sanitatum accipiunt; ut quum postea clamaverint: Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas patravimus, audiant: amice, non facio tibi iniuriam: quod tuum erat accepisti in vita tua: nunc tolle quod tuum est, et abi.

35. Haec et alia huiusmodi ignorans Sergius, evangelia coepit scrutari; compertisque illis verbis, quae turpis mulier dixerat, ait eidem: age dic mihi, de quibusnam haec ait Dominus? Illa vero tunc quidem responsum non reddidit; sed ulterius pergens ait: de quibusnam dixit Dominus, quod multi ab oriente et occidente venient, et cum Abrahamo, Isaaco, et Iacobo recumbent in regno Dei, filii autem

a) R. κηρύττει. — b) R. ἐκβάλομεν. — c) R. et cod. ἀνθρώπων. — d) Cod. χρεωστεῖται. — e) R. et cod. ἀνακληθήσονται.

(1) Hunc paragraphum 34. ore manichaeae feminae facit recitari Raderus; mihi tamen auctor potius loqui videtur.

regni expellentur in tenebras exteriores? Quinam sunt igitur regni filii? Is autem dicere nesciens, hos esse Israhelitas, quorum fuit adoptio et cultus et promissiones; nam reapse Christus Israhelitas nuncupavit filios, sicut ipsemet Chananaeae dixit, non est bonum sumere panem filiorum; fuerunt autem eiecti, quia ipsum crucifixerunt; haec inquam ignorans miser Sergius, existimansque maenadem illam fore sibi ad salutem ducem, coepit eam instanter de modo dictis interrogare. Illa vero perditionis dux, os habens tamquam sepulcrum patens, initium blasphemandi fecit adversus sanctos dicens: filii regni sunt isti sancti tui, qui daemones ex hominibus fugant, quosque tu deorum instar veneraris, vivente immortalique Deo derelicto. Hi sane illa die de ore iusti iudicis audient: nullatenus ego novi vos. Atque ita evangelica scripta decurrens, singularum dictionum sensum, prout a Sergio capi posse videbat, subvertens, brevi hunc effecit diaboli officinam, horrendumque exacuit adversus humanum genus telum; cuiusmodi nemo in superioribus extitit. Nam praecessores eius, etiamsi ob foetidum lasciviae coenum, turpia facta, et adversus Deum linguam blasphemam, insigni scelere fuerunt; at saltem vitandi hominibus apparebant; quò fiebat ut pauci ab eis deciperentur. At enim iste turpitudines multasque illorum libidines vitans, cunctas tamen simul blasphemias, ceu dogmata salutaria amplectens, pietatis persona induta, lupum sub ovina pelle celabat: quumque verae religionis virtutem negaret, videbatur ignaris optimus salutis dux. Imitatur enim virtutem improbitas, et zizania videri triticum student. His ergo artibus usque ad haec tempora infirmis illudunt. Sed utinam liberemur omnes ex horum artificiosa malitia, precibus et intercessione immaculatae ac sanctissimae

βληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον; τίνες οὖν εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας; ὁ δὲ μὴ εἰδὼς εἰπεῖν, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ Ἰσραηλῖται [a] ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ ἡ ἐπαγγελία· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ὀνομάζει τέκνα, καθὼς αὐτὸς πρὸς τὴν χαναναίαν φησὶν *, οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων· ἐξεβλήθησαν δὲ, διότι ἐσταύρωσαν αὐτόν· ταῦτα οὖν ἀγνοῶν ὁ ἄθλιος Σέργιος, καὶ νομίσας τὴν μαινάδα ἐκείνην ὁδηγὸν εἶναι σωτηρίας, ἤρξατο ἐμπόνως ἐπερωτᾶν αὐτὴν περὶ τῶν ἤδη λεχθέντων· ἡ δὲ τῆς ἀπωλείας ὁδηγὸς, ὡς τάφον ἀνεῳγμένον ἔχουσα τὸ στόμα, ἤρξατο τῆς κατὰ τῶν ἁγίων βλασφημίας λέγουσα· υἱοὶ τῆς βασιλείας οὗτοί εἰσιν οἱ ἅγιοί σου, οἱ τοὺς δαίμονας φυγαδεύοντες, καὶ τὰ πάθη θεραπεύοντες τῶν ἀνθρώπων, οὓς σέβῃ ὡς θεοὺς, ἐγκαταλείψας τὸν ζῶντα καὶ ἀθάνατον κύριον· οἱ καὶ ἀκούσονται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκ στόματος τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· καὶ οὕτως τὰ ἐν εὐαγγελίοις γεγραμμένα διεξερχομένη, ἑκάστης λέξεως νόημα, ὡς ἐγίνωσκεν αὐτὸν χωρεῖν, διαστρεβλοῦσα, κατὰ μικρὸν ἀπετέλεσεν αὐτὸν ἐργαλεῖον τοῦ διαβόλου, καὶ ὤξυνε δεινὸν κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ αὐτὴ βέλος, οἷον οὐ γέγονε πᾶσι τοῖς ἔμπροσθεν αὐτοῦ· οἱ γὰρ πρὸ αὐτοῦ ἀναφανέντες, εἰ καὶ διὰ τὸν δυσώδη βόρβορον τῆς ἀκολασίας καὶ τὴν αἰσχρουργίαν τῶν μιασμάτων, καὶ τὰς εἰς θεὸν βλασφημίας ἐξαίρετοι τῇ κακίᾳ ὑπῆρχον, ἀλλ' ὅμως φευκταῖοι [b] τοῖς ἀνθρώποις καὶ βδελυκτοὶ πᾶσιν ἐφαίνοντο· ὅθεν καὶ ὀλίγοι οἱ ἐξ αὐτῶν ἀπατώμενοι· οὗτος δὲ τοὺς μὲν μιασμοὺς καὶ τὰς πολλὰς ἀκολασίας αὐτῶν ἀποβαλόμενος, τὰς δυσφημίας δὲ πάσας ὡς σωτήρια περιπτυξάμενος δόγματα, ἀρετάς τινας δολίως ὑπεκρίνετο, καὶ εὐσεβείας μόρφωσιν περικαλύψας τὸν λύκον, ὡς ἐν κῳδίῳ προβάτου· τὴν δὲ δύναμιν τῆς εὐσεβείας ἀρνησάμενος, ἐδόκει τοῖς ἀγνοοῦσιν ἄριστος ὁδηγὸς σωτηρίας καταφαίνεσθαι· μιμεῖται γὰρ τὴν ἀρετὴν ἡ κακία, καὶ [c] τὸ ζιζάνιον βιάζεται σῖτος νομισθῆναι· ἐν τοιαύταις τοίνυν ταῖς μεθοδίαις μέχρι τοῦ δεῦρο, τοὺς ἀστηρίκτους ἐξαπατῶσιν· ἀλλὰ ῥυσθείημεν τῆς

* Matth. XV. 26.

cod. f. 105. b.

a) R. ἰσραηλῆται. — b) R. φευκταῖτοι. — c) R. κατὰ pro καί.

κακοτέχνου αὐτῶν μηχανουργίας ἅπαντες, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς παναγνοῦ καὶ ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων· καὶ γὰρ ἕως ἂν εἰς τελείαν ἀπώλειαν τοὺς ἀθλίους ἄξωσιν οὐκ ἐξαγορεύουσιν αὐτοῖς τὸ μέγα αὐτῶν μυστήριον, ὅπερ ἐστὶν ἄρνησις θεοῦ.

λϛʹ. Ὁ δὲ ὑπέρμαχος τοῦ διαβόλου Σέρ- cod. f. 106. γιος διδαχθεὶς παρὰ τῆς ὀλεθρίου γυναικὸς τὴν αἵρεσιν, καὶ νομίσας πάντας ἀνθρώπους τοὺς τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἀμώμητον ἡμῶν τῶν ὄντως χριστιανῶν κατέχοντας καὶ εὐσεβῆ πίστιν ἐν ἀπωλείᾳ κεῖσθαι, διεγείρεται ζήλῳ σατανικῷ, καὶ γίνεται νέος κῆρυξ τῆς πλάνης· ἑαυτόν τε ἐπονομάσας Τυχικὸν τὸν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐμφερόμενον τοῦ ἀποστόλου Παύλου, τοῖς πᾶσιν ἔλεγεν εἶναι μαθητὴς τοῦ ἀποστόλου· καὶ παρ' αὐτοῦ ἀπεστάλθαι κηρύσσειν οὐ λόγον θεοῦ, ἀλλὰ πλάνην ὀλεθρίαν· τοιγαροῦν περιελθὼν τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς χώρας ἀόκνως ἐν αἷς ὁ ἀπόστολος πρὸ ὀκτακοσίων ἐτῶν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἐκήρυξε, πολλοὺς ἀπέστησε τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῷ διαβόλῳ προσήγαγεν· ὡς αὐτὸς ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ λέγει, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ μέχρι δυσμῶν καὶ βορρᾶ καὶ νότου, ἔδραμον κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἐμοῖς γόνασι βαρήσας· ἐν ὅλοις γὰρ τριακοντατέσσαρσι χρόνοις ἐπικρατήσας, ἀπὸ Εἰρήνης τῆς αὐγούστης μέχρι Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, συνεστήσατο τὴν νῦν
* R. προοῦσαν. παροῦσαν * ἀποστασίαν, ἣν προέφη Θεσσαλο-
* II. Thess. II. 3. νικεῦσι * Παῦλος ὁ ἀπόστολος, δι' ἧς ἐλυμήνατο πλεῖστον μέρος τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας· τοὺς μὲν γὰρ ἠλλοτρίωσε τῆς προσκαίρου ζωῆς, τῶν ἰδίων στερήσας, καὶ πρὸ καιροῦ θανατώσας· τοὺς δὲ καὶ τῆς αἰωνίου ἐξακολουθήσαντας αὐτοῦ ταῖς βδελυρίαις ἀπεξένωσε· πολλοὺς
cod. f. 105. b. ὁμοζύγους διαζεύξας τὰς κοίτας αὐτῶν διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐμίανεν· πολλὰ βρέφη τῶν μητρικῶν ἀποσπάσας μαζῶν διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, τὰ μὲν ἐθανάτωσε, τὰ δὲ τῶν γονέων στερήσας, καὶ θεοῦ τοῦ ζῶντος ἀλλοτριώσας τοῦ τῷ ἰδίῳ αἵματι πάντας ἐλευθερώσαντος, Ἀγαρηνοῖς ἀπεμπόλησε· πολλοὺς εὐειδεῖς νεανίσκους καὶ νεάνιδας μονογενεῖς γονέων ἀποχωρήσας, εἰς δουλείαν βαρβάροις παρέδωκε· πολ-

dominae nostrae proprie vereque deiparae semper virginis Mariae, et omnium sanctorum! Etenim donec miseros ad extremum exitium adegerint, numquam his grande suum revelare solent mysterium, quod est Dei negatio.

36. Iam vero strenuus diaboli miles Sergius ab exitiosa femina haeresim edoctus, existimansque cunctos homines, qui puram et inculpabilem nostrûm vere christianorum rectamque fidem retinent, in perditione versari, satanico zelo corripitur, fitque novus erroris praeco, semet Tychicum illum nominans, qui in apostoli Pauli epistolis scribitur; cunctisque aiebat se Pauli esse discipulum, ad verbum Dei praedicandum, vel pestilentem potius errorem, ab illo missum. Hic urbes cunctas pagosque impigre peragrans, in quibus apostolus octingentos ante annos veritatis verbum praedicaverat, multos ab orthodoxa fide avertit, et ad diabolum adduxit, ut ipsemet in una epistolarum suarum narrat: ab oriente ad occasum, a borea ad austrum decurri, Christi evangelium praedicans, meis unice genibus nixus. Totis enim quatuor et triginta annis, ab Irene augusta usque ad Theophilum imp., praesentem hanc apostasiam conflavit, quam Thessalonicensibus praedixerat Paulus, et qua plurimam Christi ecclesiae partem corrupit. Alios enim temporali hac vita spoliavit, propriis bonis eversos, et ante tempus extinctos; alios etiam aeterna vita, utpote ipsius nequitiae factos adseclas: multos coniuges dissociavit, illorum thalamos per suos discipulos polluens: infantes multos maternis uberibus avulsos discipulorum suorum manu interfecit: alios parentibus subtrahens, et a Deo vivente abalienans, qui eos proprio sanguine liberaverat, Agarenis vendendos curavit. Multos speciosa forma adolescentes, puellasque unicas a parentibus abstrahens, mancipia barbaris vendidit. Multos fratres atque so-

rores, cognatos amicosque, invicem distrahens, propriisque affinibus spolians, in alienas regiones amandavit, quorum gemitus ploratusque usque ad caelestia lacunaria attolluntur. Complures moniales ac monachos, quorum virginitas Christo dicata fuerat, per suos discipulos corrupit, et caelibe vita abductos, Deo simul abalienavit. Sacerdotes multos atque levitas ab orthodoxa fide abstractos, et ex ovibus in feras mutatos, voratores hominum fecit: ut multi in vinculis atque carceribus necarentur, causa fuit: alios ex divitibus pauperes reddidit. Ergone tantorum auctor malorum adorari ceu Paracletus debet? Nam discipuli eius dicunt orantes: Spiritus sancti oratio miserebitur nostri.

37. At ille se malorum horum insontem dicit: nam saepe adhortatus, inquit, fueram ut a captivandis Romanis abstinerent; neque mihi morem gesserunt. Verumtamen quomodo insontem te dicis? Nam si tibi non obaudiebant, cur populo contumaci annuebas, quem regere non valebas? Cur usque ad obitum cum iisdem versatus es? Quod si Christi viam illos docebas, cur non id docuisti quod Christus dixit: cum persecuti vos fuerint in hac civitate, fugite in aliam? Et quidem te tuismet verbis coarguam. Namque ad Coloneenses ita scripsisti: « probationem vestrae fidei quum praesciatis, in memoriam vobis revoco, quod sicut praeteriti temporis ecclesiae pastores atque magistros habuerunt (dicit videlicet Constantinum et reliquos), ita et vos lucentem lampadem, splendidumque sidus, et salutis ducem accepistis, prout scriptum est: quod si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit. » O infelicissime et omni nequitia plene? Si Pauli discipulus, ut iactas, es, cur magistrum non imitaris, qui se omnium peripsema, abortivum, minimumque apostolorum di-

λοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς συγγενεῖς τε καὶ φίλους ἀλλήλων διέστησε, καὶ τῶν ἰδίων ξενώσας, ἀλλοδαπῇ γῇ [a] παρέπεμψεν, ὧν ὀδυρμὸς καὶ θρῆνος μέχρις οὐρανίων ἀψίδων ἀνήκει· πολλοὺς μονάζοντας καὶ μοναζούσας Χριστῷ τὴν παρθενίαν ἀναθεμένους, διὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν διέφθειρε· καὶ τοῦ μονήρους ἀπαλλοτριώσας βίου, τοῦ θεοῦ ἀπεξένωσε· πολλοὺς ἱερεῖς καὶ λευίτας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀποσπάσας καὶ ἐκ προβάτων θῆρας ἀποτελέσας, ἀνθρωποβόρους εἰργάσατο· πολλοὺς ἐν δεσμοῖς καὶ φυλακαῖς, θανατωθῆναι πεποίηκε, καὶ ἄλλους ἐκ πλουσίων εἰργάσατο πένητας· καὶ ὁ τοσούτων κακῶν παραίτιος, προσκυνεῖσθαι ἄρα ὀφείλει ὡς παράκλητος; καὶ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ εὐχόμενοι λέγουσιν· ἡ εὐχὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐλεήσει ἡμᾶς.

λζ'. Ὁ δέ φησιν, ἐγὼ τῶν κακῶν τούτων, ἀναίτιός εἰμι· πολλὰ γὰρ παρήγγελλον αὐτοῖς ἐκ τοῦ αἰχμαλωτίζειν τοὺς Ῥωμαίους ἀποστῆναι, καὶ οὐχ ὑπήκουσάν μοι· καὶ πῶς ἀναί- cod. f. 107.
τιον σαυτὸν ποιεῖς; εἰ γὰρ οὐχ ὑπήκουόν σοι, ἵνα τί ἀπειθεῖ συνευδόκεις λαῷ, ὃν κυβερνῆσαι οὐκ ἴσχυες; τί δὲ καὶ μέχρι θανάτου μετ' αὐτῶν συνδιέτριβες; εἰ δὲ καὶ τὴν Χριστοῦ ὁδὸν ὁδεύειν αὐτοὺς ἐδίδασκες, ἵνα τί καὶ τοῦτο οὐκ ἐδίδασκες, αὐτοὺς ὅπερ ἔφη ὁ κύριος *, * Matth. X. 23.
ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην; Ἐλέγξω σε δι' οὖν ὅμως, καὶ ἐκ τῶν σῶν οἰκείων ῥημάτων· τοῖς γὰρ ἐν Κολωνείᾳ ἔγραφες [b] τάδε· "τὸ δοκίμιον ὑμῶν [c] τῆς πίστεως προεγνωκότες, ὑπόμνησιν πρὸς ὑμᾶς ποιούμεθα, ὅτι ὥσπερ αἱ παρελθοῦσαι ἐκκλησίαι ποιμένας καὶ διδασκάλους ἐδέξαντο (λέγει δὲ Κωνσταντῖνον καὶ τοὺς λοιποὺς) οὕτω καὶ ὑμεῖς λαμπάδα φαεινὴν καὶ λυχνοφανῆ ἀστέρα καὶ ὁδηγὸν σωτηρίας ἐδέξασθε, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὅτι ἐὰν ο ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται· * „ * Matth. VI. 22.
ὦ τρισάθλιε καὶ πάσης ἀνομίας πεπληρωμένε· εἰ μαθητὴς Παύλου ὡς λέγεις ὑπάρχεις, ἵνα τί οὐ μιμῇ τὸν διδάσκαλον; αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν πάντων περίψημα ἔλεγεν, ἔκτρωμα, καὶ ἐλά-

a) R. ἀλλοδαπῇ γῇ. — b) R. ἔγραφε. — c) R. ἡμῶν.

χιστὸν τῶν ἀποστόλων· σὺ δὲ τοσαῦτα δράσας κακὰ καὶ μηδὲν ἀγαθὸν κατορθώσας, ὑπὲρ τὸν φαρισαῖον μεγαλαυχεῖς; οὐκ ἀνέγνως τὸ
II. Cor. X. 18. φάσκον λόγιον *, ὅτι ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, οὐδέν ἐστιν, εἰ καὶ ἀληθῆ λέγει; αὐτὸς δὲ ἐσκοτισμένος τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας ὑπάρχων δι' ὅλου,
cod. f. 107. b. πῶς ψευδῶς λυχνοφανῆ ἀστέρα σεαυτὸν καὶ λαμπάδα φαεινὴν καὶ ὁδηγὸν σωτηρίας ἔλεγες, ὁ τοσαύτας ψυχὰς ἀπολέσας; καὶ ὀφθαλμὸν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ἔκφρον καὶ ἐμβρόντητε, σὺ οὖν τυφλὸς ὑπάρχων, ἄθλιε, πῶς ἄλλοις ὁδηγὸς γέγονας σωτηρίας; οὐκ ἀνέγνως, ὅτι τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν
Matth. XV. 14. ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθρον ἐμπεσοῦνται *; ποίαν δέ σου ζηλώσουσιν ἀρετήν; ὅτι κράζεις μιμηταί μου γίνεσθε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε παρ' ἐμοῦ· ἰδοὺ τοίνυν τῆς πίστεώς σου καὶ διδασκαλίας καρπὸς ἐβλάστησε μεγάλην ἀσέβειαν· οἱ γὰρ μαθηταί σου πρὸ τοῦ σε γνωρίσαι, πρόβατα ὑπῆρχον· νῦν δὲ γνόντες σε μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ σοῦ, εἰς θῆρας μετεβλήθησαν ἀνθρωποβόρους· καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· « μηδεὶς ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ταύτας δὲ τὰς ἐπαγγελίας ἔχοντες ἐκ θεοῦ, θαρσεῖτε· ἡμεῖς γὰρ πεπεισμένοι ὄντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, γράφομεν ὑμῖν· ὅτι ὁ θυρωρὸς καὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ ὁ ὁδηγὸς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ λύχνος τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ ἐγώ εἰμι· καὶ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· εἰ γὰρ καὶ τῷ σώματι ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι· λοιπὸν χαίρετε, καταρτίζεσθε, καὶ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. »

λη'. Ὦ ἐχθρὲ τῆς ἀληθείας, υἱὲ διαβόλου, καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας ἐργάτα· πῶς ἐτόλμησας τοιαῦτα ἀποφθέγγεσθαι, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ; ὁ γὰρ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται·
cod. f. 108. καὶ τοῦ δοξάζοντος ἑαυτὸν ἡ δόξα οὐδέν ἐστι· καὶ ὁ βλασφημῶν δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· σὺ δὲ πάντων τούτων ὑπεύθυνος ὑπάρχεις· καὶ πάλιν φησίν· « ἔτι δὲ λέγω, τὴν ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησε Παῦλος· τὴν δὲ Μακεδονίαν, Σιλβανὸς καὶ Τίτος· » λέγει δὲ Μακεδονίαν, τὸ συνέδριον τὸ εἰς Κί-

cebat? Tu vero tot auctor malorum, nullius rei bonae effector, magis quam pharisaeus ille gloriaris? Nonne dictum illud legisti, quod nempe qui se commendat, etiamsi forte vera dicat, nihil est? Tu vero obtenebrata omnino mente animoque cum sis, quomodo te mendaciter sidus splendidum, lucentemque lampadem, et salutis ducem dictitas? qui nempe tot animas pessum dedisti? Tu ne oculus corporis Christi, quod est ecclesia, demens homo atque furiose? Tu, inquam, miser, cum caecus sis, quomodo aliis ad salutem dux extitisti? Nonne legisti, quod si caecus caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadent? Qualem vero virtutem tuam imitabuntur, cum clamas: imitatores mei estote, ac retinete acceptas a me traditiones? En itaque fidei ac magisterii tui germen grandem procreavit impietatem. Nam discipuli tui, ante quam te agnoscerent, oves erant: nunc te agnito, vel potius agniti a te, in feras sunt transformati hominum devoratrices. Et paulo inferius ait. « Nemo vos seducat » ullo modo. Has itaque promissiones a » Deo habentes, bono animo estote. Nos » enim vestris cordibus confidentes ita scri» bimus vobis. Ostiarius pastorque bonus » et dux corporis Christi. ac domus Dei » lucerna ego sum; et vobiscum maneo » cunctis diebus usque ad saeculi consum» mationem. Nam etsi corpore absum, at» tamen spiritu vobiscum sum. De cetero, » gaudete; et Deus pacis vobiscum erit. »

38. O veritatis hostis, fili diaboli, et omnimodae malitiae operator! quomodo ausus es haec eloqui, aequalem te Deo faciens? Certe qui se exaltat, humiliabitur: et glorificantis se ipsum, nulla gloria est: et qui adversus Spiritum sanctum blasphemat, veniam non impetrat neque in hoc saeculo neque in futuro. Tu his omnibus culpis obnoxius es. Rursus ait Sergius: « adhuc aio, Corinthi ecclesiam Paulus ae» dificavit, Macedoniae Silvanus ac Titus. » Dicit porro Macedoniam synedrium in ur-

be Cibossa; Constantinum vero et Simeonem, Silvani Titique nominibus denotat. « Achaiam erudivit Timotheus. » Dicit vero Achaiam pro Mananali; et Gegnesium appellat Timotheum, vere Thymotheum. « Philippensium ecclesiae ministravit Epa- » phroditus. » Dicit videlicet spurium Iosephum caprarium illum, vere Aphronitum; Philippenses appellat discipulos eius. « Laodicensium, Ephesiorum, nec non Co- » lossensium ecclesias edocuit Tychicus. » Nempe Colossenses dicit Argautas; Ephesios, Mopsuestenos; Laodicenses, Cynopoleos urbem atque provinciam. De his ecclesiis generatim dicit, tres esse unam, et ab uno Tychico repraesentari. Viden quomodo se ipsum obtrudat magistrum in Antichristi synedria, ut multitudinem decipiat appellationibus ecclesiarum Christi? illarum videlicet indigne stulteque nomina usurpans, quae in apostoli epistolis sic antiquitus appellatae fuerunt.

39. Age dic mihi, sycophanta, veritatis accusator; Paulus, qui abs Hierosolymis usque ad Illyricum finitima cuncta erudivit, quomodo solam Corinthiorum ecclesiam aedificavit? Et si Pauli discipuli erant hi qui a te memorantur, quomodo ab ipso instituti fuerunt, quove in loco, qui octingentos post annos geniti fuerunt? Cur veritatem oppugnas? Cur te non pudet tantum populum ludificantibus falsisque vocabulis fallere? Cur hominum gloriam, non Dei, diligis? atque ab omnibus ceu Christi apostolus recipi vis, quandoquidem ad Leonem montanistam ita scribis. « Tu » vero tibi cave: desine scindere veram fi- » dem. Quid enim de nobis expostulas? » Num ego quemquam spoliavi? Num cui- » quam palpando fucum feci? Nihil huius- » modi dicere potes. Quod si etiam dixe- » ris: testimonium tuum non est verum,

βοῶσαν· καὶ Κωνσταντῖνον δὲ καὶ Συμεῶνα, Σιλουανὸν καὶ Τίτον ἀποκαλεῖ· “καὶ Ἀχαΐαν ἀνιστόρησε[a] Τιμόθεος” λέγει δὲ τὴν Μανάναλιν· καὶ τὸν Γεγνέσιον, Τιμόθεον ὀνομάζει, τὸν ὄντως Θυμόθεον. “Τὴν τῶν Φιλιππησίων ἐκκλησίαν, ἐλειτούργησεν Ἐπαφρόδιτος·” λέγει δὲ τὸν ἐκ πορνείας Ἰωσὴφ τὸν αἰπόλον, τὸν ὄντως ἀφρόνητον· καὶ Φιλιππησίους ὀνομάζει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. “Τὴν Λαοδικέων καὶ Ἐφεσίων ἐκκλησίαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Κολασσαέων, ἐμαθήτευσε Τυχικός·” καὶ Κολασσαεῖς μὲν λέγει, τοὺς Ἀργαούτας· Ἐφεσίους δέ, τοὺς ἐν Μομψουεστίᾳ· Λαοδικεῖς δὲ τοὺς κατοικοῦντας Κυώας τὴν τοῦ Κυνὸς χώραν· περὶ τούτων πάντων λέγει, ὅτι αἱ[b] τρεῖς ἕν εἰσι, καὶ ὑφ' ἑνὸς τοῦ Τυχικοῦ μηνύονται· ὁρᾷς πῶς ἑαυτὸν προβάλλεται διδάσκαλον εἰς τὰ τοῦ Ἀντιχρίστου συνέδρια, διὰ τὴν πολλῶν ἀπάτην κατὰ τὴν ὀνομασίαν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἀποστόλου ἐμφερομένων, ὀνοματοθετῶν ἀλόγως[c] καὶ λίαν ἀφρόνως τὰ πρὸ πολλῶν cod. f. 108. b.
χρόνων τὰς ὀνομασίας ἑαυτῶν κληρωθέντα;

λθ'. Φράσον δέ μοι συκοφάντα, τῆς ἀληθείας κατήγορε· Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἀπὸ Ἱεροσολύμων μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ καὶ τὰ περὶ κύκλῳ διδάξας, πῶς μόνην τὴν τῶν Κορινθίων ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησεν; καὶ εἰ[d] Παύλου μαθηταὶ ὑπῆρχον οἱ ὑπὸ σοῦ μνημονευθέντες, πῶς παρ' αὐτοῦ ἐδιδάχθησαν, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ, οἱ μετὰ ὀκτακόσια ἔτη γεννηθέντες ὑπῆρχον; πῶς πολεμεῖς τὴν ἀλήθειαν; πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς τοσοῦτον ἐξαπατήσας λαὸν ἐν ἀπατηλοῖς ῥήμασι καὶ ὀνόμασι ψευδέσιν; ἵνα τί ἠγάπησας τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ; καὶ παρακαλεῖς δεχθῆναι παρὰ πάντων ὡς ἀπόστολος Χριστοῦ; λέγων πρὸς Λέοντα τὸν μοντανόν (1)· “σὺ δὲ τήρησον σεαυτόν· ἔνδος τὸ τέμνειν τὴν ἀκλινῆ πίστιν· τίνα γὰρ κατηγορίαν ἔχεις καθ' ἡμῶν; μή τινα ἐπλεονέκτησα, ἢ ὑψηλοφρόνησα; οὐ δύνασαι εἰπεῖν· εἰ δὲ καὶ εἴπεις, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής, ἐμοὶ δὲ μὴ

a) R. ἀνιστόρισε. — b) R. ἰσ pro αἱ, quod aeque est mendosum; nam codex habet αἱ, quod refertur ad tres praedictas ecclesias. — c) Cod. ὁ λόγως. R. ὁ λογως, sed in marg. corr. — d) R. et cod. ἡ.

(1) Μοντανόν, vel *Montanum* proprium nomen, vel appellativum *montanistam*.

,, γένοιτο μισῆσαί σε· ἀλλὰ παρακαλέσαι,
,, ὥσπερ ἐδέξω ἀποστόλους καὶ προφήτας, οἵ
,, τινες εἰσὶ τέσσαρες, δέξαι καὶ ποιμένας καὶ
,, διδασκάλους, ἵνα μὴ θηριάλωτος γίνῃ.
,, Καὶ ἀλλαχοῦ [a] ἔφης· ἡ πρώτη πορνεία ἣν
,, ἐκ τοῦ Ἀδὰμ προσεκείμεθα, εὐεργεσία ἐστίν·
,, ἡ δὲ δευτέρα, μείζων [b] πορνεία ἐστί, περὶ
* 1. Cor. VI. 18. ,, ἧς λέγει· * ὁ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα
,, ἁμαρτάνει· ἐπάγεις λέγων, ἡμεῖς ἐσμὲν
,, σῶμα Χριστοῦ· εἴ τις δὲ ἀφίσταται τῶν παρα-
cod. f. 109. ,, δόσεων τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι
,, τῶν ἡμῶν, ἁμαρτάνει· ὅτι προστρέχει τοῖς ἑτε-
,, ροδιδασκαλοῦσι, καὶ ἀπειθεῖ τοῖς ὑγιαίνουσι
,, λόγοις· ,, εἰπὲ σὺ τῆς ἀσεβείας προστάτα,
πῶς ἐστιν ἡ πορνεία εὐεργεσία; ἣν καὶ παρ'
αὐτοῦ τοῦ πορνεύοντος μετὰ τὴν πρᾶξιν κατα-
γινωσκομένην, καὶ παρὰ πάσης θεοπνεύστου
γραφῆς ἐξουθενημένην [c]; πῶς δὲ ἐτόλμησας τὰ
δεσποτικὰ ἀκυρῶσαι ῥήματα διὰ τὴν σὴν
ἀκόλαστον ἀναλγησίαν [d], τὰ μέχρι καὶ παρ-
οράματος τὴν μοιχείαν δηλοῦντα; ἐν οἷς φη-
* Matth. V. 28. σιν *, ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυ-
μῆσαι αὐτήν· τὰ δὲ σὰ κυρῶσαι ῥήματα,
διὰ τὴν κενὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν, καὶ διὰ
τὸ ἐπισπᾶσθαι πρὸς σεαυτὸν τοὺς ἀνδραπό-
δεις καὶ ἀκολάστους, λέγων· μὴ εἶναι ἄλλην
πορνείαν, εἰ μὴ τὴν ἐκ σοῦ ἀποφυγήν· τίνι
πιστευτέον; τοῖς ὑπὸ τῆς ἀληθείας λεγομέ-
νοις; ἢ [e] τοῖς ὑπὸ σοῦ τοῦ πλάνου καὶ τῆς ἀλη-
θείας ἐχθροῦ;

μ'. Ταῦτα τοίνυν ἐκ τῶν βλασφημιῶν
ὀλίγα συλλέξαντες πρὸς ἔλεγχον αὐτοῦ, καὶ
τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἐνταῦθα παρεθέμεθα εἰς
ἔνδειξιν τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ·
ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματός φησι τῆς καρδίας, τὸ
* Matth. XII. 34. στόμα λαλεῖ· * ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω ἑτέραν
αἵρεσιν εἶναι ἣν ἐδίδαξεν Σέργιος, καὶ ἑτέραν τοῦ
Μάνεντος· μία γάρ ἐστι καὶ ἡ αὐτή· ἡνίκα δὲ
cod. f. 109. b. ἤρξατο διδάξαι οὗτος ὁ Σέργιος, θέλων ἐπι-
συνάξαι πολλοὺς μαθητὰς καὶ ἀποσπᾶσαι τῆς
ἐκκλησίας Χριστοῦ οὐκ ὀλίγους ὀπίσω αὐτοῦ,
δισσῶς καὶ τρισσῶς ἀντέστη κατὰ πρόσωπον Βαά-
νῃ τῷ ῥυπαρῷ μαθητῇ τῷ καὶ συμμύστῃ αὐτοῦ·
καὶ εὐλάβειαν ὑποκρινόμενος, ἤρξατο ἐλέγ-

» a me absit ut te oderim: immo oro, ut » quemadmodum apostolos prophetasque » recepisti, qui sunt quatuor, ita etiam pastores recipias atque magistros, ne ferarum praeda fias. » Alibi quoque dixisti. « Prima fornicatio, quam ex Adamo contraximus, beneficium est. Secunda maior » fornicatio est, de qua dicit (Paulus): qui » fornicatur, in proprium corpus peccat. » Addisque dicens: nos Christi corpus sumus; si quis autem recedit a traditionibus corporis Christi, id est nostris, peccat, quia ad aliter docentes pergit, sanaeque doctrinae non credit. » Ain tu, impietatis antesignane, quo pacto beneficium est fornicatio? cuius fornicantem ipsum post rem peractam paenitet, quamque universa divinitus inspirata scriptura damnat. Quomodo item ausus es, propter tuam stupiditatem immodicam Domini verba infirmare, qui vel uni intuitui fornicationem imputat? dum ait: qui intuetur mulierem ob eam concupiscendam, iam illam moechatus est. Tua vero verba fornicationem metiuntur ex vana hominum gloria, nempe ut ad te pellicias servilis et luxuriosi animi adseclas; ideoque ais, nihil aliud esse fornicationem, nisi a te discessum. Cuinam credendum est? veritatis ne oraculo, an deceptori tibi et veritatis inimico?

40. Has de numero blasphemiarum, ob Sergii discipulorumque eius coargutionem, selectas heic exposuimus, ut pravum cordis eius thesaurum panderemus; etenim ex abundantia cordis os loquitur. Ceterum nemo arbitretur, Sergii haeresim ab illa Manetis differre: una enim eademque est. Cum autem docendi initium hic Sergius fecit, quo multos nancisceretur discipulos, magnumque numerum ab ecclesia Christi post se abstraheret, bis terque Bahani turpi discipulo ac symmystae suo in faciem restitit, pietatemque simulans coepit eum reprehendere, cunctis audientibus, haud qui-

a) R. ἀλλοχοῦ. — b) R. et cod. μεῖζον. — c) R. et cod. ἐξουθένη. — d) Ita cod. Sed valde suspicor emendandum esse ἀσέλγειαν. — e) R. ἠ.

dem ob fidei rationem, sed ob scelerum immanitatem. Cui respondit Bahanes: tu quidem nuper, Sergi, exortus es, neminemque magistrorum nostrorum nosti, aut cum ipsis versatus es. At ego domini Epaphroditi alumnus fui; et quemadmodum ille ab initio me erudiit, ita doceo. Sergius autem foetidum coenum, cuius ille magister erat, stomachans, coramque obiurgans, bifariam haeresim scidit. Qui cum illo itaque perseverarunt, appellavit Bahaniotas; vicissimque ille Sergii discipulos dicebat Sergiotas. Post Sergii vero obitum; ignominiae et conviciorum, quibus undique pulsabantur, impatientes, Baniotas coeperunt occidere, ut infamiam propriam eluerent. Quidam vero Theodotus, Sergii comperegrinus, ait: nullum vobis cum his hominibus discidium sit; universi enim, usque ad magistri nostri apparitionem, unam fidem tenuimus. Atque ita ab occidendo destiterunt.

41. Religiosus vero imperator Michaël, cognomento Abuas (Rhangabes), et Leo post ipsum, quum multam cernerent Christianorum partem ab hac haeresi pessum dari, iussere per universam romanam ditionem quotquot huius detestabilis sectae comperti fuissent, occidi. Pervenit itaque principum edictum in Armeniam quoque ad Caesareae episcopum Thomam, et Paracondacem praefectum. Quapropter quoscumque inveniebant, ceu perditionis duces ac morte dignos interficiebant. Nonnulli postea Sergii discipuli, Astati dicti, proditione doloque praefectum interemerunt; Cynopolitae pariter Thomam metropolitam; atque ita Astati Melitenem confugerunt, ubi regulus Saracenorum erat Monocherares; a quo Astati pago Argauno donati, sedem ibi defixerunt; et mox undequaque numero aucti, romanas terras depraedari coeperunt. Sergius autem cum suis adseclis aliquanto tempore demoratus

χὴν αὐτὸν εἰς ὑπήκοον πάντων, οὐ διὰ πίστιν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν ἀθεμίτων αὐτοῦ πράξεων· ὁ δὲ Βαάνης φησὶ πρὸς αὐτόν· σὺ νεωστὶ κατεφάνης, καὶ οὐδένα τῶν διδασκάλων ἡμῶν ἑώρακας[a], ἢ συμπαρέμεινας· ἐγὼ δὲ τοῦ κυρίου Ἐπαφροδίτου μαθητὴς ὑπάρχω· καὶ καθὼς παρέδωκέν μοι ἀπ' ἀρχῆς, οὕτως καὶ διδάσκω· ὁ δὲ Σέργιος, διὰ τὸν δυσώδη βόρβορον ὃν ἐδίδασκε, βδελυξάμενος καὶ εἰς πρόσωπον καταισχύνας αὐτόν, ἔσχισε[b] τὴν αἵρεσιν εἰς δύο· τοὺς δὲ συμπαραμείναντας αὐτῷ, ἐκάλεσε Βανιώτας· κἀκεῖνος, Σεργιώτας τοὺς μαθητὰς ὠνόμασε Σεργίου· μετὰ δὲ τὸν θάνατον Σεργίου, μὴ φέροντες οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ἑαυτῶν τὴν αἰσχύνην καὶ τὸν ὀνειδισμόν, ὃν παρὰ πάντων ὠνειδίζοντο, ἤρξαντο ἀποκτέννειν[c] τοὺς Βανιώτας, ὅπως ἐξαλείψωσιν ἐξ ἑαυτῶν τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν· εἷς δέ τις Θεόδοτος ὀνόματι, ὁ συνέκδημος Σεργίου, λέγει· μηδὲν ὑμῖν καὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις· πάντες γὰρ μέχρις ἀναδείξεως τοῦ διδασκάλου ἡμῶν μίαν πίστιν εἴχομεν· καὶ οὕτως τοῦ φονεύειν ἐπαύσαντο.

μα'. Ἰδὼν δὲ Μιχαὴλ ὁ εὐσεβὴς βασιλεύς, ὁ Ἀβουᾶς[d], καὶ Λέων ὁ μετ' αὐτὸν βασιλεύσας, ὅτι πολὺ μέρος[e] τῶν χριστιανῶν ἡ τοιαύτη αἵρεσις ἐλυμήνατο, ἐκπέμψαντες κατὰ παντὸς τόπου τῆς ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς, τοὺς εὑρισκομένους ἐν ταύτῃ τῇ μυσαρᾷ αἱρέσει ἀπέκτεννον·[f] ἦλθεν οὖν τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς Ἀρμενιάκους πρὸς Θωμᾶν τὸν ἐπίσκοπον Νεοκαισαρείας, καὶ τὸν Παρακονδάκην ἔξαρχον ὄντα· κατὰ οὖν τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν, τοὺς εὑρισκομένους ἀξίους θανάτου καὶ ὁδηγοὺς ἀπωλείας ἀπέκτεννον· ὕστερον δέ τινες τῶν τοῦ Σεργίου μαθητῶν, οἱ λεγόμενοι Ἄστατοι, διὰ προδοσίας καὶ δόλου τὸν ἔξαρχον κατέσφαξαν· καὶ οἱ Κυνοχωρῖται ὁμοίως, Θωμᾶν τὸν μητροπολίτην· καὶ οὕτως προσέφυγον οἱ Ἄστατοι ἐν Μελιτηνῇ· ἀμηρᾶς δὲ τότε τῶν ἐκεῖσε ὄντων Σαρακηνῶν ὑπῆρχεν ὁ Μονοχεράρης· λαβόντες τοίνυν παρ' αὐτοῦ οἱ Ἄστατοι, τὴν Ἀργαοῦν, κατῴκησαν ἐκεῖσε· καὶ οὕτως ἐπισυναχθέντες ἐκ πάντων τῶν μερῶν, ἤρξαντο πραιδεύειν τὴν Ῥωμανίαν· ὁ δὲ Σέργιος συνοικήσας μετὰ τῶν cod. f. 110.

a) Cod. ἑόρακας heic et alibi postea. — b) R. ἔχισε. — c) R. ἀποκτένειν. — d) R. εὐσεβέστατος βασιλεὺς ὁ Ἀββᾶς. — e) R. πολυμερῶς. — f) R. ἀπέκταναν. Ita et mox.

μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὴν Ἀργαοῦν ἐπὶ χρόνους τινάς, ὕστερον ἐκ δικαιοκρισίας θεοῦ, ἀξίνῃ ἐκκοπείς, ὡς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ διχοτομήσας, εἰς πῦρ αἰώνιον βάλλεται·[a] ὁ γὰρ Τζανίων ὁ ἀπὸ κάστελλου[b] τῆς Νικοπόλεως ὤν, εἰς ὄρος αὐτὸν εὑρηκὼς ἄνωθεν τοῦ Ἀργαοῦ σανίδας ἐργαζόμενον, τὴν ἀξίνην ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ λαβών, πατάξας τοῦτον ἀπέκτεινεν· καὶ οὕτως ἀπεῤῥάγη τὸ ἔσχατον καὶ μεῖζον πάντων
cod. f. 110 b. τῶν θηρίων τουτὶ δὲ βίου, ἔτει τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστῷ τριακοσιοστῷ τρίτῳ (1)· μαθηταὶ δὲ τούτου ὑπῆρχον μυστικώτεροι, Μιχαὴλ, καὶ ὁ Κανακάρεις, καὶ Ἰωάννης ὁ Ἀόρατος, οἱ[c] τρεῖς μιερεῖς (2), καὶ ὁ μνημονευθεὶς Θεόδοτος, Βασίλειός τε, καὶ Ζώσιμος, καὶ ἕτεροι πολλοί· οὗτοι τοίνυν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, οἱ καὶ συνέκδημοι παρ' αὐτοῖς λεγόμενοι, ὡς μιερεῖς τινες, τὸν ἅπαντα λαὸν τὸν συναθροισθέντα ἐν τῷ Ἀργαοῦ, μετὰ τὸν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου θάνατον, ταῖς διδασκαλίαις αὐτοῦ τε καὶ τῶν προηγησαμένων λυμαινόμενοι, ἰσότιμοι πάντες ὑπῆρχον· μηκέτι ἕνα διδάσκαλον ἀνακηρύξαντες καθάπερ οἱ πρώην, ἀλλὰ πάντες ἴσοι ὄντες· ἔχουσι δὲ καὶ ὑποβεβηκότας μιερεῖς, νοταρίους παρ' αὐτοῖς ὀνομαζομένους.

μβʹ. Ὁ οὖν Καρβέας ἐν τοῖς τότε καιροῖς ἀναφανεὶς, καὶ τοῦ ὀλεθρίου ἐκείνου λαοῦ καθηγησάμενος, εἰς πλῆθος αὐτὸν ἐπηύξησεν, ὥστε, μὴ χωρουμένου αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀργαοῦ, ἐλθεῖν καὶ κτίσαι τὴν Τιβρικὴν, καὶ αὐτὴν κατοικῆσαι· ὁμοῦ μὲν καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς τυραννίδα τῶν μελιτηνιατῶν Ἀγαρηνῶν ἐκφεύγων, ὁμοῦ δὲ καὶ αὐτῇ ἀνεπιμιξίᾳ τῶν ἀνθρώπων τοῖς δαίμοσι τελείως ἐξομοιούμενος, τῇ Ἀρμενίᾳ[d] τε πλησιάζειν θέλων, καὶ τῇ Ῥωμανίᾳ· ὥστε τοὺς μὲν πειθομένους αὐτῷ, ὑποσπόνδους ποιεῖσθαι, καὶ ἔχειν αὐτοὺς πρὸς τὸ αἰχμαλω-
cod. f. 111. τεύειν συλλήπτορας· τοὺς δὲ μὴ πειθομένους, Σαρακηνοῖς ἀπεμπολεῖν, λεηλατῶν τὰς τῆς Ῥωμανίας ἄκρας, τὰς πρὸς τῷ Πόντῳ κει-

Argauni, postea iusto Dei iudicio securi caesus, velut ipse ecclesiam bifariam diviserat, in ignem aeternum proiicitur. Nam Tzanio quidam, Nicopoleos castelli civis, quum hunc in monte, qui Argauno imminet, invenisset asseres operantem, securi de manu eius erepta, percussum occidit. Atque hunc vitae finem habuit postrema et pessima omnium fera, anno ab orbe condito .VIM.CCC.III. Huius porro discipuli magis intimi erant Michaël, et Canacaris, et Iohannes Aoratus, tres iniqui sacerdotes, cum iam memorato Theodoto, nec non Basilio et Zosimo, aliisque compluribus. Hi ergo Sergii discipuli, qui etiam comperegrini eius dicebantur, velut impuri quidam sacerdotes, populum Argauni collectum, post magistri sui Sergii obitum, doctrinis eius et decessorum corrumpentes, aequali omnes gradu erant; nullum iam magistrum, sicut antea mos fuerat, creantes; sed paritate servata, alios quoque sacerdotes sub se habebant quos notarios appellabant.

42. Iam vero Carbeas, qui eo tempore emersit, et pestilentis illius populi rector fuit, numerum eiusdem tantopere auxit, ut quum Argauno oppido iam contineri haud posset, illinc profectus Tibricam urbem fundaverit et incoluerit; tum ut melitenensium Agarenorum tyrannidem fugeret; tum etiam ut facta ab hominibus separatione, daemonibus similior evaderet; tum denique, ut Armeniae et romanae ditioni propinquior fieret. Ergo sibi obsequentes, foedere secum copulabat, et ad praedandos homines habebat adiutores: qui secus non obtemperarent, Saracenis vendebat, depopulans interim romanas arces ad Pontum

a) R. βάλεται. — b) R. et cod. καστέλλον. — c) R. καί pro οἱ. — d) Cod. ταῖς Ἀρμενίας.

(1) Annus hic in aera constantinopolitana ab orbe condito respondet anno Christi DCCXCV, non autem anno DCCCXII, ut scribit Raderus nescio quem calculum secutus.

(2) De vocabulo μιερεύς erudite disseritur in nova lexici stephaniani editione, cuius verba, quoniam publica sunt, heic recitare non interest.

sitas; simulque obvium perfugium parans iis qui in imperio romano propter haeresim ad necem expetebantur, oblata loci opportunitate. Quin adeo vesanos homines, quicumque intemperantioris ac lascivioris vitae erant in illis arcibus, quibus proxima erat Tibrica, turpium voluptatum licentiâ ad se illuc invitabat. Ergo Carbea vivente, partim ex praedictis eius sacerdotibus vita excesserunt, partim adhuc supererant.

43. Sed postquam is quoque obiit, pestilentis populi tyrannidem aeque arripuit Chrysocheris, consobrinus generque eius. Huius nos ergo tempore Tibricam venimus, mandato regio, ut captivos duces permutaremus; quod et factum est, secundo imperantis Basilii anno et Constantini ac Leonis, piorum iustorum magnorumque regum nostrorum. Ibi itaque novem mensibus demorati, viventibus adhuc impuris Basilio et Zosimo, vulgo dictis comperegrinis, supradictas res sedulo pervestigantes, et commentariis mandantes, eas universo orbi patefacere constituimus divino mandato ipsorum sanctorum orthodoxorum magnorumque regum nostrorum, ceu viles famuli indignique multo cum metu obsequentes. Quarumdam autem exquisitiorum apud eos haereseon notitia in sequentibus vobis tradetur; modo nobis misellis faveat ille cui gloria, Pater scilicet et Filius et sanctus Spiritus, verus unusque Deus, reique omnis visibilis invisibilisque creator, conservator, ac dominus in saecula. Amen.

μένας· ἅμα δὲ τὸ πρὸς ἕτοιμον καταφύγιον τοῖς ἐν Ῥωμανίᾳ διὰ ταύτην τὴν αἵρεσιν ἀποκτεννομένοις [a] τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ τόπου παρασκευάζων· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν λιχνοτέρους καὶ ἀκολάστους ἀνθρώπους καὶ ἄφρονας τῶν ἄκρων ἐκείνων προσεγγιζόντων τῇ Τιβρικῇ, τῇ ἐλευθερίᾳ τῶν αἰσχίστων [b] παθῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκκαλούμενος· ζῶντος τοίνυν αὐτοῦ, οἱ μὲν ἐκ τῶν μνημονευθέντων μιερέων αὐτοῦ, τὸν ἑαυτῶν βίον κατέστρεψαν, οἱ δὲ ὑπελείφθησαν.

13. Quod autem idem Deus, et non alius, caeli terraeque et omnium quae in eis sunt, creator sit, idemque invisibilis in divina substantia, pater caelestis, ubique existens, et omni verae visioni superior; paucis accurate audi. Dominus dixit: confiteor tibi pater, domine caeli et terrae. Et rursus: estote misericordes sicuti pater vester caelestis, qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super iustos atque iniustos. Et denuo: ego autem dico vobis, ne iuretis omnino neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Item apostolus: quoniam in ipso creata sunt universa in caelis et in terra, sive throni sive dominationes: omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Insuper legesis Pauli apostoli ad Athenienses concionem quae in apostolicis actibus est. Rursusque in iisdem actibus scriptum est, apostolos dimissos venisse ad suos, id est dimissos a Iudaeorum synedrio; iisque nuntiavisse quae sibi pontifices senioresque dixerant. Qua re audita vocem simul omnes extulerunt dicentes: dominator Domine qui fecisti caelum, et terram ac mare, et omnia quae in eis sunt; qui per Spiritum sanctum ore patris nostri Davidis pueri tui dixisti: quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius? Convenerunt enim vere adversus puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israhel,

facere quae manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. Sexcenta alia eiusmodi sunt, ut paulo post demonstrabitur.

14. Vides itaque ut absurda tua dissoluta fuerunt argumenta ab evangelicis apostolicisque tonitribus, ceu grandinis quaedam turris perpetuo deiecta, dum demonstratum est, a patre domini nostri Iesu Christi, invisibili et nulla figura praedito, per filium eius, cooperante sancto Spiritu, creaturam omnem tam apparentem quam invisibilem fuisse conditam. Quisnam sit itaque apud vos cultus Deus, edisserite. Utique illum esse dicetis quem Manes coluit. Certe vos imaginem quidem Dei nostri non vidistis, qui divinorum sermonum splendores, ceu ex sole imaginem, emittit. Imago enim solis, inquit, lux est. Visualis ergo vis cum sit debilis et infirma ad solare corpus sine aliquo intermedio spectandum, utitur intermedia imagine atque ita sine damno illustratur. Sic divinam quoque et incorpoream lucem existima puras mentes illustrare, ceu velox fulgur, dum iucunditate amatores suos ad maiorem cupiditatem incendit, atque ad petendum adhortatur, ut is qui illustratus fuit, hac divina semper et incorrupta luce illustretur. Sed neque vocem eius audire vultis quae praeceptorum observantiam imperat. Nam consecuti effectus demonstrant, vos eius sermonem haud habere in vobis manentem. Nam quem ipse misit, huic vos non creditis, neque scripturas scrutari vultis. Non enim existimatis neque speratis vitam in illis aeternam habere. Illae enim de ipso testantur, ideoque illas non scrutamini, ne ad ipsum veniatis vitamque aeternam consequamini. Satis quippe exploratum est, vos Dei caritatem minime habere. Qui enim fieri potest, ut caritatem Dei habeatis, qui impiorum atque fallacium stultas doctrinas magistrorum sectamini, et eam quae apud solum Deum est gloriam non quaeritis?

15. Nos quidem etsi carneis oculis invisibilem Deum esse fatemur, namque in-

ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι· καὶ ἄλλα δὲ μυρία τοιαῦτά ἐστιν, ἅπερ μικρὸν ὕστερον δηλωθήσεται.

ιδ'. Ἴδε σοι πάνυ διαλέλυνται τὰ τῶν προβλημάτων ἄτοπα ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς βρονταῖς, ὡς οἷά τις χαλάζης πύργος * εἰς τέλος καταβληθέντα, ἐν τῷ δειχθῆναι ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀόρατος καὶ ἀσχημάτιστος, διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τῇ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος πᾶσαν τὴν κτίσιν φανεράν τε καὶ ἀόρατον συνεστήσατο· τίς οὖν ἐστιν ὁ παρ' ὑμῶν θεὸς σεβόμενος, εἴπατε· πάντως ἄρα ὅτι ὁ παρὰ τοῦ Μάνεντος σεβόμενος· ὅτι δὲ αὐτοὶ οὔτε εἶδος τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἑωράκατε τὰς τῶν θείων αὐτοῦ λόγων ἀστραπὰς ὡς οἷα ἐξ ἡλίου εἶδος ἐμπορευόμενον· εἶδος γάρ, φησιν, ἡλίου τὸ φῶς· ἡ γοῦν ὄψις ἄτονος οὖσα καὶ ἀσθενὴς πρὸς τὴν τοῦ ἡλιακοῦ σώματος ἀντωπὴν ἀμέσως, χρωμένη ἐν μέσῳ τῷ εἴδει καὶ ἀβλαβῶς καταλάμπεται· οὕτω καὶ τὸ θεῖον φῶς καὶ ἀσώματον ἐννόει μοι τὸν κεκαθαρμένον νοῦν περιλάμπειν καθάπερ ἀστραπῆς τάχος, τῇ γλυκύτητι τοὺς ἐραστὰς αὐτοῦ πρὸς μείζονα πόθον ἀναφλέγον, καὶ παρακαλεῖν προτρεπόμενον, πάντοτε τῷ τοιούτῳ φωτὶ τῷ θείῳ καὶ ἀκηράτῳ καταλάμπεσθαι τὸ ἐλλαμπόμενον· ἀλλ' οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκούειν θέλετε τὴν τῶν θείων ἐντολῶν συντήρησιν νομοθετοῦσαν· τὰ γὰρ ἑπόμενα δείκνυσιν ὅτι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν ὑμῖν οὐκ ἔχετε μένοντα· ὃν γὰρ αὐτὸς ἀπέστειλεν, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε, οὐ γὰρ δοκεῖτε οὐδὲ θέλετε * ἐρευνᾶν τὰς γραφάς· οὐ γὰρ δοκεῖτε οὐδὲ ἐλπίζετε ἐν αὐταῖς ζωὴν ἔχειν αἰώνιον· ἐκεῖναι γάρ εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐρευνᾶτε αὐτάς, ὅπως μὴ ἔλθητε πρὸς αὐτόν, ἵνα ζωὴν αἰώνιον ἔξητε· ἔγνωσται γὰρ περὶ ὑμῶν ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς· πῶς γὰρ οἱ ταῖς κεναῖς καὶ ματαίαις δόξαις τῶν ἀνοσίων καὶ ἀπατεώνων ὑμῶν ἐξακολουθοῦντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ δόξαν μὴ ἐπιζητοῦντες, ἀγάπην θείαν ἔξητε;

ιε'. Ἡμεῖς μὲν οὖν εἰ καὶ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἀθεώρητον τὸν θεὸν εἶναι ὁμολογοῦμεν,

* cod. χαλάνης πυγός.

cod. f. 121. b.

* cod. θέτε.

τὸν γὰρ ἀσώματον σωματικῇ αἰσθήσει ὁραθῆναι ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τῶν θείων ἐνεργειῶν ἀμέτοχον τὸ ἀνθρώπινον γένος
cod. f. 122. ὑπάρχειν λέγομεν· ἀλλὰ νοερῶς κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς καθάρσεως ὁρᾶν τὸν θεὸν, ὅσον ἐφικτὸν ἐστὶν ἀνθρώπῳ γινώσκομεν, τρόποις οἷς μόνος οἶδεν ὁ ταῦτα ἐνεργῶν, καὶ οἱ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι· εἰ καὶ μὴ πᾶν ἐφικτὸν ὅσον ἐστὶν τὸ ἀμήχανον ἐκεῖνο καὶ ἀκατάληπτον φῶς ἐνοπτρίζεσθαι· καὶ ἀγγέλοις γὰρ ἁγίοις δυσέφικτον τῆς θείας φωτοχυσίας πέλαγος, ἀλλὰ καθ' ὅσον ἐστὶν σκεῦος κεκαθαρμένον ἐλλάμπεσθαι, ὥσπερ ἐν ἡλίῳ ἐστὶν ἰδεῖν τὰ καθαρὰ καὶ ὑλώδη καὶ λεπτότερα καὶ ὑδατώδη σώματα, τρανοτέραν ἡλιακὴν λαμπηδόνα εἰσδεχόμενα· τὰ δ' ἐναντία τούτων ἀμυδρὰν ἐξεπιπολέως καὶ μόνον αὐγάζουσαν, καὶ μὴ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀνεπιτηδειότητα· οὕτω καὶ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐπ' ἴσης φωτίζει, ἀλλ' ἡ διαφορὰ τῶν ὑλῶν δοκεῖ μὲν, οὐ καλῶς δὲ, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον φωτίζειν· θέλει γὰρ ὁ θεὸς πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, οὐ βιάζεται δέ τινα διὰ τὸ αὐτεξούσιον· τάχα δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ κυρίου σωματικὰς τῆς διατριβῆς θεοσημείας ἀοράτους εἶναί φημι, εἰ καὶ ἐδόκουν τισὶν ὁρᾶσθαι διὰ τὸ ἀνέκφρασον· ὅτι οὐ σμίλῃ, οὐ καυτῆρι, οὐ φαρμάκῳ, οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἰατρικῷ βοηθήματι πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐχρᾶτο· ἀλλὰ λόγῳ θάλασσαν ἐχαλίνου, δαίμονας ἀπήλαυνεν, νεκροὺς ἀνίστα, τυφλοῖς τὸ βλέπειν ἐχαρίζετο, παραλύτους ἔσφιγγεν, λε-
cod. f. 122. b. προὺς ἐκαθάριζεν, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν λόγῳ ἐθεράπευσεν, τὸν πατέρα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ αὐτὸς ὢν σὺν τῷ πατρὶ ἀδιαστάτως, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ συναϊδίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι· καὶ σωματικῶς ἐν τόπῳ τότε περιγραφόμενος, καὶ ἀπερίγραπτος τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὅσα τε ἐν οὐρανῷ καὶ ὅσα τε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ εἴ τίς ἐστιν ἑτέρα κτίσις τῶν οὐρανῶν ἐπέκεινα· καὶ δεικνὺς ὡς αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγῳ ποιήσας· ὁ αὐτὸς δὲ θεὸς εἰ καὶ σάρκα προσ-

corporeum a corporeo sensu spectari impossibile est; non idcirco tamen divinis operationibus communicare humanum genus negamus; sed intellectualiter pro suae quemque puritatis gradu videre Deum censemus quantum homini fas est, ea nimirum ratione quae nota Deo soli operanti est, et iis etiam in quibus Deus operatur: quamquam fieri non potest, ut qualis quantaque sit simplex illa et incomprehensibilis lux, spectetur. Namque et angelis sanctis prope inaccessum est effusae divinae lucis pelagus, sed pro vasis sui puritate collustrantur: sicut de sole observare licet, cuius radium pura seu vitrea, subtilia, aut aquosa corpora facile excipiunt: contraria autem levem ac superficiarium ac vix illuminantem, non interius penetrantem recipiunt, quia ei rei inhabilis materia est. Sic etiam Deus omnia aequaliter collustrat, sed ob materialium obiectorum differentiam videtur, quamquam haud recte, alios magis, alios vero minus illuminare. Vult enim Deus omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, etsi neminem cogit, ut liberum maneat arbitrium. Prope etiam ausim dicere invisibilia fuisse Domini cum in terra demoraretur miracula, licet ea nonnulli se videre putabant, quia reapse ineffabilia sunt. Non enim scalpro, aut cauterio, vel pharmaco, vel alio quovis medico adiutorio ad eas curationes utebatur; sed verbo mare compescebat, daemones fugabat, mortuos suscitabat, caecis visum donabat, paralyticos firmabat; et ut uno verbo dicam, omne morbi genus et languoris verbo sanabat, patrem in se gerens, et ipse in patre consistens indivise cum sancto et coaeterno vivifico Spiritu. Et tunc quidem corporaliter circumscriptus, divina tamen substantia infinitus, cunctis praesens, omnia implens, quaecumque in caelo terraque sunt, et siqua alia ultra caelos est creatura: demonstransque eundem se esse, qui caelum terramque et mare et quicquid his continetur, verbo creavit. Idem Deus car-

nem quoque adsumpsit, et tanta verbo patravit Deo digna miracula. Porro cuinam alii praeter quam creatori obediunt creaturae? Denique per infinita saecula saeculorum manebit, cuncta gubernans, et omnipotenti sua providaque voluntate conservans.

16. Quid ergo, quaeso, vestrum a nobis dissidium efficiat, quum tam accurata vobis sint exposita sacra testimonia, quibus vosmet obsequi dicitis, tandem aliquando sincere edisserite. Si certe vere adfirmatis sanctum vos evangelium et apostoli dicta sectari, adeste ad disputandum, constitutis alienigenis et diversae linguae iudicibus, ne vos opprimere videamur, et iudicium praeoccupare. Atque ita ab alienae sectae hominibus iudicemur, propositis in medio tribunali sacris oraculis, factaque diligenti contentione, utra pars vicerit, una omnes concurramus. Sicut olim Archelaus Carcharorum in Mesopotamia episcopus cum Manete disputans egit. Cur nobis causam vestri a nobis dissensus imputatis, quum oporteat nos fraterne et ex animo, si quidem velletis, concordiam fovere, et iuste potius quam contentiose agere? Nostra utique praedominas sincera irreprehensibilis veraque fides palmam sine dubio, ut solet, referet, eique causa adiudicabitur. Vestra contra falsitas explodetur, ut tenebrae solis praesentia vincuntur. Cur iam contenditis, atque universam terram ac caelum vanis vestris blateratibus superare speratis? nam ne constat quidem utrum vos in terra versemini, propter vestri numeri tenuitatem, qui semper decrescitis, et apud omnes gentes fiduciam amittitis; et vix hirundinis nidus prae ceteris incolentibus orbem christianis orthodoxis videmini: aut triangulo minimo a tellure in caelestes regiones producto, ut mathematicorum more loquamur, prae populorum universitate conferendi: ac veluti si praesens tempus, cum utroque temporum praeteritorum aeque ac futurorum spatio,

ἔλαβεν, καὶ τὰ τοιαῦτα λόγῳ ἐνεργῶν θεοπρεπῆ θαύματα· τίνι γὰρ ἄλλῳ εἰ μὴ τῷ κτίστῃ ὑπακούει τὰ κτίσματα; ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους ἔσται αἰῶνας τῶν αἰώνων, τὰ πάντα διακυβερνῶν καὶ συνέχων τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ καὶ προνοητικῷ βουλήματι.

ιϛ΄. Τί τοίνυν ἐστὶν, ὦ οὗτοι, ὃ τὴν ὑμετέραν διάστασιν ἀφ' ἡμῶν ὑμῖν ἐμποιεῖ, τῆς ἀκριβείας τῶν ἱερῶν μαρτυριῶν προκειμένης, αἷς ὑμεῖς λέγετε ἐξακολουθεῖν, πρὸς τῆς ἀληθείας εἴπατε; εἰ μὲν οὖν ἀληθὴς λόγος ἐν ὑμῖν ἐστιν ὅτι τοῖς τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλου λόγοις ἐξακολουθεῖτε *, (* supra p. 29.) δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, κριτὰς καταστήσαντες ἀλλοεθνεῖς καὶ ἑτερογλώσσους, ἵνα μὴ δόξωμεν καταδυναστεύειν ὑμῶν, καὶ τὴν κρίσιν προαρπάζειν· ἀλλ' ἐξ ἀλλοπίστων κριθῶμεν, εἰς μέσον τοῦ δικαστηρίου προθέντες τὰ ἱερὰ λόγια καὶ τῆς δίκης γυμνασθείσης (cod. f. 123.) ἀκριβῶς, οἷον μέρος νικήσει, ἐν αὐτῷ οἱ πάντες προσδράμωμεν, ὥσπερ πάλαι Ἀρχέλαος ὁ ἐπίσκοπος Καρχάρων τῆς Μεσοποταμίας πρὸς Μάνεντα διαλεγόμενος πεποίηκεν· * καὶ διὰ τί ἡμῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ (* supra p. 18.) ἡμῶν διαστάσεως ὑμῶν διατρίβετε; δέον συμβιοῦν ἡμᾶς φιλαδέλφως καὶ πνευματικῶς, εἴπερ θέλοιτε, καὶ δικαίως μᾶλλον ἢ φιλονείκως· καὶ ἡ παρ' ἡμῶν κρατουμένη ἀνόθευτος καὶ ἀμώμητος καὶ ἀληθὴς πίστις εὖ οἶδ' ὅτι συνήθως νικήσει, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ ψῆφος κυρώσεται· τὸ ψεῦδος ὑμῶν ἐκποδὼν οἰχήσεται, ὥσπερ τὸ σκότος τῇ τοῦ ἡλίου παρουσίᾳ μειούμενον· καὶ τί φιλονεικεῖτε καὶ οἴεσθε πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν νικᾶν ταῖς ματαιολογίαις ὑμῶν; οἱ μηδὲ ὅτι ἐστὲ ἐν τῇ γῇ φαινόμενοι, τῇ εὐτελείᾳ τοῦτό που καὶ τῇ βραχύτητι τῶν ἐν αὐτῇ οἰκούντων· πάντοτε δ' ἐλαττούμενοι, καὶ πάσης παῤῥησίας ἀμέτοχοι παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπάρχοντες· καὶ μηδ' ὡς νοσσιὰ χελιδόνος πρὸς τοὺς ἐν γῇ οἰκοῦντας χριστιανοὺς ὀρθοδόξους συγκρινόμενοι· ἢ ἀκαριαῖον τριγώνου σχήματος ἀπὸ γῆς πρὸς τὰς οὐρανίους μοίρας ἠγμένον, μαθηματικῶς εἰπεῖν, πρὸς πάντα τὰ ἔθνη ἀπεικαζόμενοι· ἢ τὸν νῦν χρόνον τῇ καθ' ἑκάτερα τῶν χρόνων

ἄμφω διαστάσει, τῇ ἀδηλότητι τῆς συνεχείας πρὸς πᾶσαν τὴν φύσιν παραλαμβανόμενοι· ἢ ῥανὶς μία πρὸς πᾶσαν τὴν ὑδάτων τὴν φύσιν· ἢ
cod. f. 123. b. βοτάνη μία πρὸς τὴν γῆν ἅπασαν· ἢ ὅ τι ἂν τις ἄλλο εἴποι τῶν ἐλαχίστων ἐλαχιστότατον, καὶ ἀνάξιον συγκρίσεως· νόμος γάρ, φησι, κυρίου ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται, καὶ λόγος κυ-
* Is. II. 3. ρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ *, μὴ ἀπὸ Τιβερικῆς· εἰ δ' οὐκ ἀνέχεσθε ταύτης ἀκοῦσαι τῆς αἰσίας καὶ καλλίστης βουλῆς ἡμῶν, πάντως αὐτόθεν δείκνυται ὅτι τὴν ἱερῶν λόγων τὴν χρῆσιν καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἔχετε, ἀλλὰ μόνον πρὸς ἐπι-
* an pro ὑμετέρων. κάλυψιν ἑτέρων * αἱρέσεων· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχεσθε πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ὥσπερ αἰσχυνόμενοι καὶ ἐρυθριῶντες τὰ νυκτὸς ἔργα τῶν ἀρρητοποιῶν ὑμῶν τῷ τῆς ἡμέρας φωτὶ ἀνακαλύπτειν καὶ πᾶσι δημοσιεύειν, ἀλλὰ μόνον κατὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἀφελῶν ἀνθρώπων τὴν μάχαιραν μέλιτι κεχρισμένην προσφέρειν ἐν σκότει καὶ νυκτὶ βαθείᾳ πάντα διαπραττόμενοι.

ιζ'. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, ἐξετάσαι πειράσομαι καὶ ἕτερον παρ' αὐτοῖς,
* Rom. V. 14. ὡς ἰσχυρὸν λεγόμενον· * ἐβασίλευσέ φησιν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως· καὶ, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον· ἴδε φησὶ πῶς τὸ κράτος τοῦ θανάτου τὸν διάβολον λέγει ἔχειν· τί οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; τῶν βασιλέων τὸ κλέος φόβῳ καὶ πραΰτητι κρατύνεται· καὶ τοῖς μὲν φαύλοις καὶ ἐχθροῖς αἱ πληγαὶ καὶ οἱ
cod. f. 124. φόβοι, τοῖς ἀγαθοῖς δὲ καὶ φίλοις ἡ χαρὰ καὶ ὁ ἔπαινος ἕπεται· καὶ ἐκείνους μὲν δεσμὰ καὶ φυλακαὶ καὶ δήμιοι ἐπὶ τούτοις καθεστῶτες παιδεύουσι, τῇ τῶν βασιλέων προστάξει παραδιδομένους· ἐκείνους δὲ φίλους οἱ βασιλεῖς πᾶσι τοῖς παρ' ἑαυτῶν καλλίστοις θεραπεύουσιν· ἔστιν ὅτε καὶ ἐξ αὐτῶν τινας ὀλισθαίνοντας ἐν τούτοις φιλοστόργως πρὸς μικρὸν παιδεύουσιν· πῶς οὖν εἶναι σοι δοκεῖ ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος; ὁ μηδὲν ἔχων καὶ πάντα οἰόμενος κατέχειν, καὶ ψευδῶς φασμαλογῶν καὶ λέγων, ὅτι ταῦτα ἐμοὶ παραδέδονται; ὁ μηδὲ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχων, ἄνευ θεοῦ συγχωρήσεως; πάντως γὰρ ὡς δυσμενής τις δήμιός ἐστι, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς προστάξει τοῦ

cuius longa series ignoratur, ita vos cum universa re creata comparemini: vel gutta unica cum tota aquarum natura; vel si herbae culmus cum universa terra conferatur: vel quicquid denique minimum inter minima est, et qualibet indignum comparatione. Lex, inquit Dominus, de Sion exibit, et verbum Domini de Hierusalem; non autem de Tibrica. Quod si faustum hoc et optimum audire a nobis consilium non fertis, prorsus iam ostenditis, vos sacrarum scripturarum nullum usum habere, nisi quatenus ad aliarum haereseon velamen prodest. Propterea ad veritatis lumen haud acceditis, quia vos magnopere pudet nocturna vestra quae effari non licet opera, diurna luce illustrare palamque facere, sed adversus stolidos tantum simplicesque homines gladium vestrum melle illitum exserentes, omnia in tenebris profundaque nocte peragitis.

17. Huc usque oratione perducta, aliud quoque disquirere conabor, ab iis ceu validum produci solitum. Regnavit, aiunt, mors ab Adamo usque ad Moysem. Item: ut morte sua destrueret illum qui mortis potestatem tenebat, id est diabolum. Animadverte, aiunt, quomodo apostolus potestatem mortis haberi a diabolo dicat. Quid ergo nos ad haec dicimus? Regum maiestas, timore et clementia firmatur. Et improbos quidem hostilesque verbera atque terrores, bonos autem et amicos laetitia et laus sequitur: et illos utique vincula et carceres atque carnifices his praepositi cohibent, regum iussu eis traditos; amicos autem optimo quovis beneficio reges prosequuntur: quod si aliqui interdum parumper errent, eos paterno amore breviter castigant. Quid tu vero existimas de adversario illo et superbo? qui nihil habet, et omnia se habere putat; qui mendaci iactantia ait, haec ipsi esse tradita, quum reapse ne contra porcos quidem absque Dei concessione potestatem habuerit? Prorsus nihil est aliud, quam rabidus qui-

dam carnifex, qui hominum animas mandato Dei vinctas tenuit ob peccatum progenitoris, usque ad domini Dei nostri cum carne adventum. Ipse enim Deus noster ut fortis victor inferni arcam praedatus est, vinctos carcere expedivit, hanc ipse viam resurrectione sua patefaciens: incredulorum ceteroqui habitaculum secundo suo tremendo adventui reservans. Sed non Dominus tantum ceu vinctos carcere diabolo tradidit, et magna deinde potestate mortuos in vitam revocavit, ut Lazarum, et viduae filium, et archisynagogi filiolam; verum etiam apostolus corinthium fornicatorem Satanae tradidit in interitum, inquit, carnis, ut spiritus salvaretur. Et deinde hunc paenitentia emendatum revocavit dicens: confirmate in illum caritatem, ut non circumveniamur a Satana. Hymenaeum vero et Alexandrum impaenitentes, in perpetuum Satanae tradidit, prout ad Timotheum scribit, ut discerent non blasphemare. Sed et Eutychum praecipitio exanimatum vitae restituit. Videsis ergo quomodo validum tuum argumentum vires amisit. Sed haec hactenus. Nunc age tibi divinae scripturae testimonia evidentia minimeque variantia in medium profero, prout in divinis libris se habent sine ulla metaphrasi; his videlicet te ad veritatis lumen invitans.

Divinae scripturae testimonia, quae recitato sermoni adstipulantur.

Ex Matthaei sancto evangelio.

Audistis dictum fuisse antiquis: non peierabis etc.

θεοῦ κατέχων διὰ τὴν τοῦ προπάτορος ἁμαρτίαν, μέχρι τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν· αὐτὸς γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν ὡς κραταιὸς νικητὴς τὰ ᾅδου σκυλεύσας ταμιεῖα, τοὺς δεσμίους ἠλευθέρωσεν καὶ τὸ δεσμωτήριον, αὐτὸς ὁδοποιήσας τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ τὴν τοιαύτην τρίβον, τῶν ἀπίστων δὲ κατοικητήριον μέχρι τῆς φρικτῆς καὶ δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας· καὶ οὐ μόνον ὁ κύριος παρεδίδου ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ δημίῳ τινὶ τῷ διαβόλῳ, καὶ πάλιν κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν τοὺς νεκροὺς εἰς ζωὴν ἐπανήγαγεν· καὶ ὡς τὸν Λάζαρον καὶ τῆς χήρας τὸν υἱὸν καὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου τὸ θυγάτριον· ἀλλὰ καὶ ὁ ἀπόστολος τὸν ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκότα παραδοὺς (cod. f. 124. b.) τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον, φησι, τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ· * (* I. Cor. V. 5.) πάλιν δὲ τοῦτον διὰ μετανοίας βελτιωθέντα ἀνεκαλέσατο καὶ φησίν· * (* II. Cor. II. 8.) κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ· καὶ Ὑμέναιον δὲ καὶ Ἀλέξανδρον ἀμετανοήτους ὑπάρχοντας εἰς τέλος παρεδίδου τῷ σατανᾷ, καθὼς πρὸς Τιμόθεον γράφει *, (* I. Tim. I. 20.) ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν· ἀλλὰ καὶ Εὔτυχον κρημνῷ ποτε νεκρωθέντα ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν ἐπανήγαγεν· * (* Act. XX. 9.) ἴδε σοι τοίνυν τὸ ἰσχυρὸν πρόβλημα, ὡς ὁρᾷς, γέγονεν ἀνίσχυρον· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον· ἤδη δέ σοι καὶ τὰς τῆς θείας γραφῆς μαρτυρίας τὰς προδήλους καὶ ἀποικίλους (1) εἰς μέσον προτίθημι, ὡς εἰσὶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἀμεταφράστως, δι' αὐτῶν τε πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας προσκαλούμενος.

Μαρτυρίαι τῆς θείας γραφῆς συνεργοῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου.

Ἠκούσατε ὅτι ἐρρήθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐπιορκήσεις κ. τ. λ.

Prosequitur in codice biblicorum testimoniorum ingens farrago I. ex Matthaeo f. 124. *b.* — 126. *b. II. Ex Luca f.* 126. *b.* — 127. *b. III. Ex Iohanne f.* 127. *b. III. Ex Pauli epistolis f.* 127. *b.* 130. *b.* — *IV. Ex Iacobi epistola f.* 130. *b. V. Ex Iudae epistola f.* 130. *b.* — 131. *VI. Ex actibus apostolorum f.* 131-132. *Nos tamen auctoritatum hanc nubem, Manichaeis olim refutandis fortasse necessariam, sed nobis minime, chartae parcentes et operae, omittendam censuimus.*

(1) Codex ἀποκιλους hoc loco mendose, sed bene ἀποικιλ in tertio sermone.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

cod. f. 132. Κατὰ Μανιχαίων τῶν καὶ Παυλικιάνων, τῶν μὴ ὁμολογούντων τὴν ὑπερευλογημένης καὶ ἀειπαρθένου δεσποίνης ἡμῶν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκου Μαρίας δόξαν, ἀλλ' ἀτιμαζόντων αὐτήν, καὶ λεγόντων μὴ ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι τὸν κύριον, ἀλλ' οὐρανόθεν τὸ σῶμα κατενεγκεῖν, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος δι' αὐτῆς διελθεῖν· λεγόντων δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι μετὰ τὸν φρικτὸν τοῦ κυρίου τόκον, καὶ ἄλλους υἱοὺς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἐγέννησεν ἡ ἀειπάρθενος (1).

EIUSDEM PETRI SICULI

SERMO SECUNDUS

Adversus Manichaeos, dictos etiam Paulicianos, qui non confitentur benedictae prae omnibus, semperque virginis dominae nostrae, proprie vereque deiparae, Mariae dignitatem; sed illam potius contemnunt, dicentes haud ex ipsa carnem Dominum sumpsisse, sed de caelo corpus suum detulisse, et veluti per fistulam ex ea prodiisse: adfirmantes insuper eam post venerabilem Domini partum, alios quoque liberos ex Iosepho suscepisse; quum contra perpetua virgo fuerit.

α'. Τούτων δ' ἡμῖν καλῶς διευκρινηθέντων, φέρε τῶν περὶ τῆς ὑπεραγίας παναμώμου δεσποίνης ἡμῶν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, παρ' ἡμῖν μὲν ἀναμφιβόλων, παρ' αὐτοῖς δὲ ἀμφιβαλλομένων ζητημάτων ἀπαρξώμεθα· ἐπειδὴ ταύτην δευτέραν μὲν θεοῦ, οὐ χρονικῶς λέγω, τῇ δόξῃ δὲ, πρώτην πάντων ἀοράτων τε καὶ ὁρατῶν
cod. f. 132. b. κτισμάτων εἶναι πιστεύομεν· ἀλλ' ἴθι καὶ νῦν ὡς ἔθος σοι οὐρανόθεν φοιτῶσα παντάνασσα, τὸ τῆς παρθενίας ἀκηλίδωτον ἔσοπτρον, τὸ τῆς ἁγνείας ἔμψυχον ἀπεικόνισμα, ἡ εὐήκοος τῶν ἐπικαλουμένων τὴν σὴν βοήθειαν πάντοτε καὶ πανταχοῦ ταχεῖα ἐπίκουρος, ἡ τὸν θεὸν λόγον σεσαρκωμένον ἐκ σου ἀνερμηνεύτως κυήσασα· καὶ δίδου ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις δούλοις σου λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν, ὅπως τὴν σὴν δόξαν τηλαυγῶς καὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνακαλύψωμεν.

1. His a nobis praeclare ad liquidum deductis, age nunc de sanctissima immaculata domina nostra vere proprieque deipara semper virgine Maria, quaestiones nobis quidem non dubias, Manichaeis tamen in controversiam vocatas, adgrediamur: etenim hanc secundam quidem post Deum; sed primam, non tempore dico sed gloria, inter invisibiles omnes visibilesque creaturas credimus. Sed nunc adsis, prout soles, caelitus superveniens omnium regina, virginitatis immaculatum speculum, puritatis animata imago, benigna tuam opem implorantibus semper et ubique prompta auxiliatrix, quae Deum Verbum incarnatum ex te ineffabiliter conceptum peperisti: da indignis famulis tuis ore facundo verba proferre, ut dignitatem tuam inimicis quoque tuis splendide revelemus.

(1) Nescio quo fato accidit, ut et veteres passim haeretici adversus beatissimam Deiparam eiusque virginitatem debacchati sint; et item recentiorem temporum nonnulli haeretici parem aleam pertinaciter ludant; id quod in nuperis germanicorum vel helveticorum libellis aliquot memini me videre. Oret utinam filium suum divinum pro omnium salute semper virgo Maria!

2. Importunas itaque ac stolidas contra ipsam ab his nebulonibus furiose iactatas blasphemias omittam, quia nullum huiusmodi tractationis emolumentum foret. Interea vero quae de sacris bibliis, ut isti egregii dicunt, testimonia habent, in medio statuam. Et accepit Ioseph, aiunt, coniugem suam, et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Vocabulum « donec » aiunt, certum tempus denotare videtur, quod indefinitum sit revera, quasi deinde eam cognoverit: quam si reapse non cognovisset, haud sane dicerentur ipsius Domini fratres Iacobus, et Iudas, et Iose, qui Iosephi filii fuerunt. O insaniam! Fortasse tu hoc utens ratiocinio, apostolos quoque et populum reliquum tunc in templo praesentem suspicaberis de Deipara natos, quia extentis erga eos manibus Dominus dixit: ecce fratres mei: quicumque enim voluntatem patris mei fecerit, hic meus frater et soror et mater est. An rursus putabitis apostolos atque turbas matris instar ortum Domino dedisse, quoniam ipse dixit, eos qui voluntatem illius fecerint, matrem suam esse? tunc enim non ab uno sed a pluribus fuisset genitus, quod impossibile est. Insuper cum facta resurrectione dixit Mariae Magdalenae: perge ad fratres meos, et dic illis: ascendo ad patrem meum et patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum; quod hoc quidem de apostolis dixerit, non autem de Iosephi filiis, qui eius fratres existimabantur, demonstratur in sequentibus. Venit enim, ait, Maria Magdalene nuncians discipulis se vidisse Dominum, et sibi haec diserte dixisse. Quin adeo etiam apostolos deos esse decernes, pro verborum tuorum sono, ex patris substantia genitos, quod est impossibile. Nam filii proprie pater est, improprie autem Deus; sed quatenus ille caro est, Deus; quatenus vero divinam habet eandem substantiam, pater est. Contra, apostolorum proprie est Deus, improprie pater: nam quatenus creationis causa fuit,

β'. Τὰς μὲν οὖν ἀκαίρους καὶ ἀνοήτους βλασφημίας κατ' αὐτῆς παρὰ τῶν πλάνων ἐμμανῶς προσαγομένας ἐάσω, διὰ τὸ ἀνωφελὲς καὶ ἀνόνητον· τέως δὲ τὰς γραφικὰς αὐτῶν, ὥς φασιν οἱ γεννάδαι, μαρτυρίας εἰς μέσον προθήσομαι. Καὶ παρέλαβεν Ἰωσὴφ, φησὶ, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· * τὸ ἕως, φησὶν, ὑπόνοιαν ὡς χρόνου δηλωτικὸν παρέχει, ὅπερ ἀόριστόν ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, τὸ μετὰ ταῦτα ἐγνωκέναι αὐτήν· καὶ ὅτι εἰ μὴ ἔγνω αὐτὴν, οὐκ ἂν ἀδελφοὶ αὐτοῦ κυρίου ἐλέγοντο ὁ Ἰάκωβος καὶ ὁ Ἰούδας καὶ Ἰωσῆ οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰωσήφ. Ὢ τῆς ἀνοίας· τάχα ἂν σύ γε κατὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ τότε παρόντας ἀποστόλους καὶ λοιποὺς ὄχλους ὑπολάβοις γεννῆσαι τὴν θεομήτορα· ἐπειδὴ ἐκτείνας ἐπ' αὐτοὺς ὁ κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἶπεν· * ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου· ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, οὗτός μου καὶ ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν· ἢ πάλιν τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς ὄχλους μητρικῶς ἀπογεννῆσαι τὸν κύριον, ἐπειδὴ εἴρηκεν αὐτοὺς, ὡς τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιοῦντας, ὅτι μήτηρ μου εἰσίν; καὶ οὐχ ἕνα γεγεννηκέναι αὐτὸν, ἀλλὰ πολλοὺς, ὅπερ ἀμήχανον· καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει εἰρηκότος πρὸς τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν *, πορεύθητι πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν· ὅτι δὲ περὶ τῶν ἀποστόλων τοῦτο ἔλεγεν καὶ οὐ περὶ τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ τῶν νομιζομένων εἶναι ἀδελφῶν αὐτοῦ, τὸ ἑπόμενον δείκνυσιν· ἔρχεται γάρ, φησι, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ· τοίνυν καὶ τοὺς ἀποστόλους θεοὺς ἀποφήσῃ κατὰ τὸν σὸν λόγον γεγεννημένους ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὅπερ ἀδύνατον· τοῦ γὰρ υἱοῦ κυρίως μὲν πατὴρ, οὐ κυρίως δὲ θεός· ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν σάρκα, θεός· κατὰ δὲ τὴν τῆς θείας οὐσίας ταυτότητα, πατήρ· τῶν δ' ἀποστόλων, κυρίως μὲν θεὸς, οὐ κυρίως δὲ πατήρ· ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ ποιητικὸν αἴτιον, θεός· κατὰ δὲ χάριν, πατήρ· δι' ὃ καὶ ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν οὐκ

* Matth. I. 25.
cod. f. 133.
* Matth. XII. 49.
* Ioh. XX. 17.

ἀπηξίωσεν ἀδελφὸς ἡμῶν κληθῆναι λέγων,
ὅτι οὗτός μου ἀδελφός ἐστι, κατὰ χάριν δη-
cod. f. 133. b. λονότι, ὅστις ποιήσει τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου
τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ἐκ δὲ τοῦ τῆς θεομήτορος
πανάγνου σώματος ναὸν ἑαυτῷ ἀχειροποίη-
τον ὑπεστήσατο μόνος· καθὼς λέγει Παῦ-
* Gal. IV. 4. λος· * ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενό-
μενον ἐκ γυναικός· καὶ Ματθαῖος ὁ εὐαγ-
* Matth. I. 16. γελιστής φησιν *, ὅτι ἐξ αὐτῆς ἐγεννήθη Ἰη-
σοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.

γʹ. Ἀλλὰ δεῦρο, ἀνόητε, καὶ τῆς κακουρ-
γίας τὴν λύτταν ἀφέμενος, λέγε σαφῶς τῆς
σῆς αἱρέσεως τὸ ἄτοπον· οὐρανόθεν δοκήσει καὶ
φαντασίᾳ λέγουσι καταγαγεῖν τὸ σῶμα τὸν
κύριον, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς θεομήτορος
διεληλυθέναι· ἀρχαίαν καὶ ταύτην ὑπάρχουσαν
αἵρεσιν, ἐρανιζόμενοι πάντα τὰ δηλητήρια,
ὥσπερ οἱ ἐχέφρονες τὰ ἀλεξιτήρια· πόθεν
* I. Cor. XV. 47. τοῦτο λαβόντες; ἐκ τοῦ τὸν ἀπόστολον εἰρηκέναι· *
ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύ-
τερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Ὢ τῆς
ἀναιδοῦς πωρώσεως τῶν πάντοτε ὡς οἴονται
μανθανόντων, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν
ἀληθείας ἐλθεῖν δυναμένων· τοῦτο γάρ ἐστιν
αὐτοῖς διὰ πολλῆς σπουδῆς ἀγόμενον, τὸ ἐπὶ
στόματος ἀπὸ στήθους φέρειν τὸ εὐαγγέλιον καὶ
τὸν ἀπόστολον, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἀστι-
κούς τε καὶ σὺν ἀγροίκοις· ὡς ἐστι θαυμάσαι
πολλάκις πῶς καὶ οἱ παρ' αὐτοῖς ὑπάρχοντες
cod. f. 134. Σκύθαι ὠνητοὶ δοῦλοι, ἐκ τούτων διαλέγον-
ται, μήπω τῆς γλώττης αὐτῶν πρὸς τὴν ἑλ-
ληνίδα διάλεκτον καθαρῶς ἀπευθυνθείσης,
ἀλλὰ συγκεκομμένως μὲν καὶ ὡς εἰπεῖν ἀδιαρ-
θρώτως· λέγουσι δ' οὖν. Ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὅτι
οὐρανόθεν τὸ σῶμα καταγαγεῖν τὸν κύριον
οὐδαμοῦ οὐδὲ γέγραπται, οὐδὲ πιστεύεται· εἰ
μὲν γὰρ οὐρανόθεν ἦν, τίνος χάριν υἱὸς
Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ καὶ ἀνθρώπου ὀνομά-
ζεται, καὶ ἐκ τῶν πατέρων εἶναι τὸ κατὰ σάρκα;
καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτά ἐστιν εὑρεῖν, ἅπερ
ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις διὰ τὸ ἀξιοπιστότε-
ρον λελέξεται.

δʹ. Ἀλλὰ πάντως τοῦτο χρὴ σκοπεῖν ὅτι
ὁ περὶ ἀναστάσεως τοῖς Κορινθίοις διαλεγό-
μενος, ὁ τῆς οἰκουμένης λαμπρότατος ἥλιος,
τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ τῆς σοφίας ἀνεξάν-

Deus est; gratia autem pater. Quapropter et dominus ac Deus noster non est dedignatus frater noster vocari, dum ait: hic est frater meus, gratia nimirum, qui patris mei caelestis voluntatem fecerit. Iamvero ex Deiparae sanctissimo corpore templum sibi non manufactum solus confecit, ut ait Paulus: misit Deus filium suum natum ex muliere. Et Matthaeus evangelista dicit: ex ipsa natum esse Iesum qui dicitur Christus.

3. Sed huc adesto, insane, et omissa malitiae rabie, explica clare haereseos tuae absurditatem. Aiunt Dominum corpus suum de caelo apparenter tantum et phantasticum detulisse, et per Deiparam quasi fistulam permeasse. Hanc quoque veterem haeresim, cum ceteris venenis sibi conquirentes, eodem studio quo cordati homines antidota comparant. Undenam porro id sibi sumpserunt? nempe apostolus dixit: primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de caelo. O impudentem caecitatem hominum semper ut putant discentium, et ad veritatis notitiam venire numquam valentium! Hoc enim apud illos summo studio frequentatur, ut evangelium et apostolum a pectore ad os deferant, viri aeque ac mulieres, urbani simul et agrestes: ita ut saepe mirari liceat scythica etiam quae apud ipsos sunt mancipia, ex his libris materiam disputandi sumere, etiamsi nondum lingua eorum ad graecam dialectum satis sit inflexa, sed cespitet adhuc et vix articulate loquatur. Sic ergo ipsi. Nos vero dicimus, quod corpus suum de caelo detulerit, nusquam esse scriptum aut credi. Nam si caelitus advenisset, cur Davidis filius et Abrahami atque hominis nuncupatur, et ex his patribus secundum carnem natus? Alia plurima sunt huiusmodi, quae in subiunctis propter summam quam postulant fidem dicentur.

4. Sed hoc apprime animadvertendum est, quod resurrectionis apud Corinthios adsertor, mundi sol splendidissimus, vas electionis, sapientiae inexhaustum pelagus,

adhuc illis discredentibus propterea quod ab alienis magistris et haud sana doctrina abrepti fuerant; primus, inquit, Adamus de terra terrenus, corruptelae ac mortis hereditatem natis suis reliquit, quia transgressionis auctor fuit. Non enim corpore tantum constabat de terra formato, verum etiam divino afflatu a quo anima creata fuit. Secundus homo Dominus de caelo est, quatenus aeternae vitae et incorruptibilitatis facit eos heredes caelestes, qui per aquam et Spiritum facti sunt familiares eius in baptismate, quibus ipse tamquam obedientiae magister praesidet. Quippe non est Deus simpliciter, sed incarnatus; neque vicissim est merus homo, sed hypostatice unitus. Ergo ut ille terrenus, sic et isti terreni sunt, nempe nondum baptismate in melius mutati. Atque ut ille caelestis, sic isti similiter caelestes, qui regeneratione per aquam et Spiritum sunt renati. Atque ut portavimus terreni imaginem, ita caelestis quoque portemus imaginem: sicuti corpore geniti fuimus, ita spiritu renascamur. Deinde concludens ait: quia caro et sanguis regnum Dei hereditare non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. Patet autem eum, qui natus est tantum in Adamo, et non renatus baptismate in Christo post novum hoc illius praeceptum, regnum Dei hereditare non posse, prout divinum vetitum fert. Hoc ergo significat dictio « Dominus de caelo » quod nempe regenerationis per aquam et Spiritum nobis fuerit auctor. Fortasse etiam hoc divina condescensione dictum esse recte aestimabis, quoniam Deus caelitus descendens ad homines, humanitus conversatus est, manens tamen in sua claritate ac potentia ut nos ad se traheret infra positos. Nam idcirco hominem se ac dominum nuncupavit, duplici hac appellatione duas naturas et una hypostasim innuens. Vocabulum autem « donec » nos heic non temporis demonstrativum dicimus sed indefinitum.

τλήτων πέλαγος, διαπιστοῦσιν ἔτι διὰ τὸ τοῖς ἑτεροδιδασκάλοις καὶ μὴ τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ συναπάγεσθαι, ὁ πρῶτος, ἔφησεν, Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκὸς, τὴν τῆς φθορᾶς καὶ τοῦ θανάτου κληρονομίαν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγενημένοις καταλιπὼν, ὡς τῆς παραβάσεως αἴτιος· οὐδὲ γὰρ ἐκ σώματος μόνου συνέστη τοῦ ἐκ γῆς διαπλασθέντος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ θείου ἐμφυσήματος ὃ τὴν ψυχὴν ἐδημιούργησεν· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, ὡς τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ τῆς ἀφθαρσίας κληρονόμους οὐρανίους ποιῶν τοὺς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος οἰκειουμένους αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς τῆς ὑπακοῆς διδάσκαλος καὶ ἀρχηγέτης· οὐδὲ γὰρ γυμνὸς θεὸς, ἀλλὰ σε- cod. f. 134. b.
σαρκωμένος· οὐδὲ πάλιν ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος· οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, οἱ μὴ τῷ βαπτίσματι βελτιωθέντες· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, οἱ τῇ παλιγγενεσίᾳ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἄνωθεν ἀναγεννηθέντες· καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· * * I. Cor. XV. 49.
καθὼς σωματικῶς ἐγεννήθημεν, ἀναγεννηθῶμεν καὶ πνευματικῶς· εἶτα συμπεραίνων ἐπάγει· * ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ * v. 50.
κληρονομῆσαι οὐ δύνανται· οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομήσει· δῆλον ὅτι ὁ γεννηθεὶς τῇ φθορᾷ μόνον ἐν τῷ Ἀδὰμ, καὶ μὴ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννηθεὶς ἐν τῷ Χριστῷ μετὰ ταύτην τὴν καινὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ, βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ " ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ ,, ἀναγεννήσεως γέγονεν ἡμῖν αἴτιος· ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν θείαν συγκατάβασιν τοῦτο ὑπολάβοις λελέχθαι, ἐπειδὴ ὁ θεὸς οὐρανόθεν συγκαταβὰς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος συνανεστράφη, ἐπὶ τῆς οἰκείας μένων περιοπῆς καὶ δυνάμεως, ἵν' ἡμᾶς ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὸν κάτω κειμένους· τούτου γὰρ χάριν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον καὶ κύριον ὠνόμασεν, ἐκ τῆς συναμφοτέρου τῶν κλήσεων τὰς δύο φύσεις καὶ τὴν μίαν ὑπόστασιν αἰνιττόμενος· τὸ δὲ " ἕως ,, ἡμεῖς ἐνταῦθα οὐ χρόνου δηλωτικὸν φαμὲν ὑπάρχειν, cod. f. 135.
ἀλλὰ ἀόριστον.

ε'. Καὶ τοῦτο γνώσεσθε μὲν ὑμεῖς ἀκριβῶς, ὦ οὗτοι, οἱ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ μόνον ὡς φατὲ ἐλπίζοντες, ἐν δὲ τῷ παρόντι ταῖς ἡδοναῖς καὶ τῇ ἀπιστίᾳ ἀκορέστως ἔχειν καταχρώμενοι, οἵτινες οὐκ ἐπιτεύξεσθε τῆς τοῦ μέλλοντος γλυκύτητος· ὁ παρὼν γὰρ τοῦ μέλλοντος πρόξενος, διαμείβων ἑκάστῳ τῶν βεβιωμένων, εἴτε φαύλων εἴτε ἀγαθῶν, τὴν ἀνταπόδοσιν· πόθεν δὲ περὶ τοῦ «ἕως», γνώσεσθε; ἐν τῷ τὸν κύριον εἰρηκέναι τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως
* Matth. XXVIII. 20. τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· * τί δὲ ἄρα; μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, οὐκ ἔσται μετ' αὐτῶν; καὶ τίς ὁ λόγος; καθ' ὑμᾶς γὰρ πάντως ἀπὸ τότε θέλει εἶναι μετ' αὐτῶν, καὶ οὐ νῦν· καθὼς λέγετε, ὅτι τοῦ μέλλοντος καὶ οὐ τοῦ παρόντος αἰῶνος καὶ κόσμου ἔχει τὴν ἐξουσίαν· ἀλλὰ καὶ ἕως τότε καὶ ἀπὸ τότε ἔσται ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσονται σὺν αὐτῷ μὴ ὅρῳ τινὶ περατούμενοι· γνώσονται δὲ τοῦτο καὶ οἱ ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις γραφαῖς ἐντυγχάνοντες, πολλὰς καὶ ἄλλας μαρτυρίας ἔχον-
* Gen. VIII. 7. τες, κατὰ τὸ ἐν τῇ γενέσει * λεγόμενον, ὅτι οὐκ ἀνέστρεψεν ὁ κόραξ ἐν τῇ κιβωτῷ, ἕως οὗ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· καί τοι γε οὐδὲ ὅτε ἐξηράνθη ἀνέστρεψεν·
* Ps. XII. 1. καὶ, ἕως πότε κύριε ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος *;
cod. f. 135. b. οὐ γὰρ ἐν τούτῳ χρόνον διορίζεται· καὶ ἄλλα μυρία εὑρήσεις.

ς'. Ὁ δέ μοι ἐπὶ νοῦν ἦλθεν, ὅπερ αὐτόπτως αὐτοῖς πολλάκις προσωμίλησα, λέξων ἔρχομαι· ληρῳδούντων αὐτῶν πολλάκις καὶ φληναφούντων περὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, ἔλεγον ἐγὼ πρὸς αὐτούς· οὐ θαυμάζω, ὦ οὗτοι, ὑμῶν εἰς ταύτην βλασφημούντων τῶν καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἀνεπαισχύντως καὶ θρασέως ἔργοις ἐνυβριζόντων, εἰ καὶ λόγοις τιμᾶν σχηματίζεσθε, τὸν πάσης δόξης καὶ τιμῆς ὑπεράπειρος ἀνώτερον· πῶς γὰρ οὐκ ἐναργῶς ὕβρεως ἄξιον, τὸ ἀποστερεῖν τὸν κύριον τῆς δόξης τῆς δεσπο-

5. Et hoc probe vos cognoscetis, qui futurum unice saeculum expectare vos dicentes, in praesenti autem voluptatibus et incredulitati pertinaciter dediti, futuri iucunditatem non consequemini. Nam praesens saeculum comparat nobis futurum, tribuens singulis qui vita sunt defuncti, malorum bonorumque actuum remunerationem. Undenam vero dictionis « donec » sensum cognoscetis? Nempe ex eo quod Dominus sanctis discipulis suis dixerit: et ecce ego vobiscum sum ómnibus diebus, donec saeculum consummetur. Quid ergo? post saeculi consummationem haud ulterius cum illis erit? Quid dicimus? Nam in vestra quidem sententia, ex illo prorsus tempore cum eis esse volet, non in praesenti; quoniam dicitis eum futuri, non praesentis saeculi ac mundi, habere potestatem. Atqui Christus et usque ad id tempus et exinde cum ipsis erit, et hi cum eo erunt nullo termino limitati. Cognoscent hoc etiam qui reliquas sanctas scripturas consulent, alia illic multa nanciscentes testimonia; velut illud in genesi ubi corvus ad arcam dicitur non rediisse, donec aquae siccarentur in terrae superficie; quamquam ne postea quidem quam aquae siccatae fuerunt rediit. Et illud: usque quo (1) Domine oblivisceris mei in finem? non enim hac locutione tempus definit. Et plurima alia comperies.

6. Nunc quod in mentem mihi venit, qui saepe coram cum illis sum collocutus, dicere aggredior. Quum ii saepe nugarentur ac blaterarent de semper virgine deipara Maria, equidem iis dicebam: nil miror, vos in Mariam esse blasphemos, qui filio eius Deo vero audacter impudenterque conviciamini, verbis licet honorare simuletis, qui omnia gloria et honore infinite superior est. Quid ni enim manifesta iniuria sit spoliare dominum gloriae potestate ac dominatu creaturarum suarum, per

(1) Heic latine dicere non potuimus *donec*, ex graeco ἕως πότε.

quem omnia sunt facta, et sine quo nihil eorum quae extant productum fuit? Si enim evangelicis apostolicisque monitis pareretis, rigidamque vestram ac superbam cervicem suavi iugo supponeretis, ob cognoscendum solum ipsum Deum cum Patre et Spiritu, eum inquam qui vere Deus est; nihil iam vos impediret, quominus hanc quoque confiteremini, quod sit gloriosa et summe benedicta, haud sane Dea, sed uni Deo inferior, omni autem creaturae superior. Quod si filium eius verum Deum non confitemini, quomodo carnis eius matrem honorabitis? Nam qui Deum nec confitentur nec honorant, qui fieri potest ut ei, quae homo est, honorem tribuant? Cur autem matres quisque vestras a quibuslibet dedecore affectas defenditis, et earum offensores ulciscimini, easdemque omnino pudicas esse contenditis; Dei autem matrem, cuius anima et corpus copiosissima deitatis lux purificavit, ideoque qualibet humana manu tangi non potuit, semper inquam virginem, semper augustam, quam sibi Deus ad inhabitandum delegit, quamque etiam in partu clausam esse sivit, virginitatis luce supra solis radios splendentem, impudenti vos audacique contumelia adficitis? Hanc sine dubio adversus vos ulciscetur filius eius et universi mundi Deus. Atque hinc patet nequitia vestra, dum non solum vestra panditis perversissima dogmata, verum etiam temere stultissimeque illam dehonestatis, quam ne caelorum quidem virtutes digne umquam celebrare potuerunt.

7. Aliud quoque considerandum est. Reges terreni, vel gentium principes vel praesides, aut liberi optimates, quaedam habere solent vasa quibus ipsi soli utuntur, atque ab ipsorum subditorum manibus prorsus tangi non licet, quae metum quemdam vel solo inspectu iniiciunt. Sunt item nonnulli eorum cognati, eo magis ab omnibus honorandi, quo illos genere propius contingunt. Quid autem germanum magis aut propinquius matre? Quod si Dei

τείας καὶ κυριότητος τῶν αὐτοῦ ποιημάτων, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, καὶ οὗ χωρὶς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐγένετο; εἰ γὰρ πεισθείητε ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς παραινέσεσι, καὶ τὸν ὑμέτερον αὐχένα τὸν ἀκαμπῆ καὶ ἀγέρωχον τῷ χρηστῷ ζυγῷ ὑποκλίνοιτε, τοῦ εἰδέναι μόνον αὐτὸν θεὸν σὺν πατρὶ καὶ πνεύματι τὸν ὄντως ὄντα θεόν, οὐδὲν τὸ κωλῦσον ὑμᾶς καὶ ταύτην ὁμολογῆσαι ὡς ἐστὶ δεδοξασμένη καὶ ὑπερευλογημένη, οὐ θεός, ἀλλὰ μόνον θεοῦ ἥττων *, πάντων δὲ κτισμάτων ὑπέρ; εἰ δὲ μὴ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἀληθῆ θεὸν ὁμολογεῖτε, * cod. ἥττον.
πῶς τὴν τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ μητέρα τιμήσοιτε; οἱ γὰρ μὴ θεὸν ὁμολογοῦντες ἢ τιμῶντες, πῶς ἄνθρωπον τιμήσωσιν; πῶς δὲ καὶ τὰς ἑαυτῶν μητέρας παρ' ἄλλων ἀτιμαζομένας διεκδικεῖτε, καὶ τοὺς ὑβριστὰς αὐτῶν cod. f. 136.
ἀμύνεσθε, καὶ σωφρονεῖν αὐτὰς παντοίῳ τρόπῳ μηχανᾶσθε, τοῦ θεοῦ δὲ τὴν μητέρα, τὴν ἀχέτῳ φωτὶ τῆς θεότητος καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένην, καὶ διὰ τοῦτο ἀνέπαφον πάσης χειρὸς ἀνθρωπίνης ὑπάρξασαν, τὴν ἀειπάρθενον καὶ ἀεισέβαστον, ἣν ἑαυτῷ ὁ θεὸς εἰς κατοικίαν ἐξελέξατο, καὶ πάλιν διελθὼν κεκλεισμένην κατέλιπεν, τῷ τῆς παρθενίας φωτὶ ὑπὲρ τὰς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγὰς ἀπαστράπτουσαν, ἀνεπαισχύντως καὶ θρασέως ὑβρίζετε; ἣν διεκδικήσει πάντως ἐν ὑμῖν ὁ υἱὸς αὐτῆς καὶ θεὸς τοῦ παντός· καίτοι γε ἐκ τούτου δείκνυται ἡ κακία ὑμῶν ἐν τῷ μὴ μόνον τὰ ὑμῖν δοκοῦντα διηγεῖσθαι πάνστρεβλα δόγματα, ἀλλὰ τὸ προχείρως καὶ ἀκορέστως μάτην ἐνυβρίζειν αὐτήν, ἣν οὐδὲ τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις ἀξίως ὑμνῆσαι δεδύνηνται.

ζ'. Σκεπτέον δὲ καὶ οὕτως· οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ἢ ἐθνάρχαι, ἢ ἄρχοντες, ἢ αὐτεξούσιοι ἔχουσι τινὰ σκεύη, οἷς αὐτοὶ καὶ μόνοι χρῶνται, καὶ τοῖς ὑποχειρίοις αὐτῶν πάμπαν ὑπάρχουσιν ἀπρόσιτα καὶ ἀνεγχείρητα, δέος ἐμποιοῦντα καὶ μόνον ὁρώμενα· καὶ εἰσί τινες συγγενεῖς αὐτῶν, οἵτινες ὀφείλουσι παρὰ πάντων πλείονα τιμὴν εἰσδέχεσθαι, καθ' ὅσον τῇ συγγενείᾳ προσεγγίζουσιν· τί δὲ μητρὸς γνησιώτερον ἢ ἐγγύτερον; εἰ δὲ καὶ θεοῦ μήτηρ cod. f. 136. b.
ἐστὶ σεσαρκωμένου ἀναλλοιώτως, καινὸν δὲ

καὶ παράδοξον μυστήριον πρόσεστιν τὸ δι' αὐτῆς τελούμενον, τοῦτο δὲ ἔτι μόνον καινὸν γεγονὸς ὑπὸ τὸν ἥλιον, τὸ παρθένον ἄνευ ἀνδρὸς τεκεῖν υἱὸν, πόσου θαύματος καὶ τιμῆς ἄξιον τὸ πανάγιον ἐκεῖνο καὶ ἁγιαστικὸν ὑπάρχει τέμενος; εἰ οὖν τὰ σκεύη τὰ ἄψυχα τῶν θνητῶν καὶ φθαρτῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων τοιαύτης τιμῆς ἀξιοῦνται, καὶ αἱ μητέρες αὐτῶν τοῖς ὑπηκόοις αὐτῶν πᾶσιν ὑπάρχουσιν ἀπρόσιτοι καὶ πάντων συγγενῶν τιμιώτεραι, τοῦ παντοκτίστου καὶ παμβασιλέως τὸ πανιερώτατον κατοικητήριον, τὸ ἔμψυχον παλάτιον, ὁ πανάγιος θρόνος, ἡ μυστικὴ καὶ ἁγία βασιλικὴ κλίνη, πῶς ἄρα προσιτὴ ἐγεγόνει Ἰωσὴφ τῷ δικαίῳ, δούλῳ πιστῷ καὶ δικαίῳ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος θεοῦ ὑπάρχοντι, καθὼς αὐτοὶ, ὦ πλάνοι, δυσφημεῖτε;

η'. Πολλὰς μὲν γὰρ αὐτὸς ὡς νομομαθὴς στείρας ἠκηκόει παρ' ἡλικίαν κυοφορησάσας, ἀλλ' ἐξ ἀνδρῶν σπερμανθείσας· τὸ δὲ παρθένον ἀσπόρως τεκεῖν, οὐδέπω ἠπίστατο· δίκαιος δὲ ὢν ἠξιώθη τῆς θείας ὀπτασίας λεγούσης ὥστε μὴ φοβηθῆναι διακονήσασθαι τῷ φρικτῷ τούτῳ θαύματι· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, διὰ τί εὐπειθῶς τῷ προστάττοντι ἀγγέλῳ πεισθεὶς, εὐθὺς ὑπήκουσεν εἰρηκότι, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ
cod. f. 137. τὴν γυναῖκά σου; γυνὴ γὰρ αὐτοῦ τέως οἰκονομικῶς ἐλέγετο, ὥστε συσκιάζεσθαι τὸ μυστήριον, καὶ κατὰ μικρὸν παρεκφαίνεσθαι, καθάπερ ἥλιος ἠρέμα καὶ οὐκ ἀθρόως ταῖς ἀσθενέσιν ὄψεσιν ἐκφαινόμενος· μετὰ δὲ τὸν θεῖον τόκον, οὐ γυνὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ μήτηρ τοῦ παιδίου ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐλέγετο· δείκνυσιν οὖν ἐντεῦθεν ὅτι ἐν φόβῳ καὶ ἀγωνίᾳ ἦν ὁ πρεσβύτης, μὴ τολμῶν διακονῆσαι τῷ θαύματι· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ, φησι, γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, οὐχ ἑτέρωθεν ὑπεισελθόν· καὶ πάλιν ἑτέρωθι ὁ ἄγγελός φησι πρὸς τὴν παρθένον· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ὥστε εἰ μὴ ἐκ τῆς παρθένου τὴν σάρκα προσέλαβεν, ἥτις θυγάτηρ ἦν τοῦ Δαβὶδ, οὐκ ἂν Δαβὶδ υἱὸν αὐτὸν ἐκάλεσεν·

mater est inmutabiliter incarnati, novumque et mirum est patratum per eam mysterium, insuperque novum prorsus sub caelo fuit virginem sine viri opera parere filium: quanta admiratione reverentiaque dignum sit sanctissimum illud et sacratissimum septum? Si ergo inanimata mortalium corruptibilium peccatorumque hominum vasa tanto honore dignamur, matresque eorum cunctis eorumdem subditis sunt inaccessae, et cognatis omnibus honorabiliores; creatoris omnium et regnatoris sacratissimum habitaculum, animatum palatium, thronus sanctissimus, mysticus ac sanctus regalis thalamus, quomodo abs iusto Iosepho adeundus fuisset, a servo inquam fideli et iusto incarnati ex ipsa Dei, quemadmodum vos nebulones blasphematis?

8. Multas ille quidem, utpote legis peritus, steriles audierat praeter aetatem concepisse, non sine tamen virili opera. Verum enimvero virginem sine semine peperisse, nusquam noverat. Sed enim iustus quum esset, divina visione dignus est habitus, qua monitus fuit ne verendo huic prodigio subservire metueret. Nisi enim ita fuisset, cur dociliter iubenti angelo credens, statim obtemperavit dicenti: noli timere accipere Mariam coniugem tuam? Coniux enim illius interim prudenter dicebatur, ut mysterio velamen fieret, quod paulatim manifestandum erat, ceu sol sensim et non subito infirmis oculis obiectus. Attamen post divinum partum, iam non eius coniux, sed pueri mater ab angelo dicta est. Iamvero hinc apparet in metu et anxia dubitatione fuisse seniculum, atque ei prodigio obsecundare verentem. Ergo ait: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto in ea natum est, non autem aliunde ingressum. Rursusque alibi dicit angelus Virgini: et ecce concipies in utero, et paries filium, dabitque ei dominus Deus thronum Davidis patris eius. Quamobrem, nisi carnem ex Virgine sumpsisset, quae Davidis filia erat, profecto eum filium Davidis non ap-

pellavisset. David enim de stirpe Abrahami erat, et de Adami posteris, non autem caelitus corpus adeptus. Et denuo: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur sanctum*, ex ipsa scilicet genitum, non iam antea factum, et per suppositionem subinductum, ut aiunt ineruditi.

9. Quandonam autem vir iustus desponsatam suam gravidam videns, nisi confirmatum ei fuisset, a Spiritu sancto id effectum, passus esset cum uterum ferente iter facere et comitari, et simul describi, atque habitare? quomodo natum filium consecrare et sanctificare ex legis praescripto, sanctum sanctorum et totius ordinis sacerdotalis in caelo et in terra auctorem? et eundem fuga subducere, vel potius simul fugari? Et de fuga cum eodem ac matre eius ex Aegypto reverti, atque ad dies festos Hierosolymam ipsum secum deducere, et illic eo remanente dolere, haud sane de errabundo ut puero, absit, sed quia tanto gaudio et gloria vel brevi tempore orbatus fuisset? Iam qui tam reverenda ac mira vidisset, quomodo de copula cogitasset, vel quicquam agitare animo adversus semper Virginem ausus fuisset, quum ipse inter servos Dei obedientissimus esset ac iustus? Vel quomodo Deus Verbum suam secundum carnem matrem, aliorum quoque liberorum fieri nutricem toleravisset? Vel quomodo denique sanctissima Virgo, cuius anima et caro plus quam caelestes virtutes purificata fuerat, quomodo inquam, id quod dicere horreo passa esset? Multae enim sunt mulieres apud nos Christianos, qui sanctae matris eius famuli sumus, atque ab eadem ad puritatem virginitatisque arctam custodiam instituti fuimus, multae sunt inquam, quae filio uno suscepto, alterius viri coniugium non admittunt. Sunt aliae quae prorsus immunes permanent virilis copulae et contactus atque convictus. Decus alioqui Deiparae visibilia omnia et invisibilia excedit, Deo solo excepto, quan-

Δαβὶδ γὰρ γεγονὼς ἦν τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ
Ἀδὰμ ἀπόγονος, οὐκ οὐρανόθεν τὸ σῶμα
ἐσχηκώς· καὶ πάλιν· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύ-
σεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει
σοι· δι᾽ ὃ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, ἐξ αὐτῆς
δηλονότι γεννώμενον, οὐκ ἤδη γεγενημένον
καὶ ὑπεισελθὸν ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ ἀπαί-
δευτοι φάσκουσιν.

θ΄. Πότε δὲ καὶ ἀνήρ τις δίκαιος τὴν ἑαυ-
τοῦ μνηστὴν ὁρῶν ἐγκυμονοῦσαν, εἰ μὴ πλη-
ροφορίαν δέξοιτο ὡς ἐκ πνεύματός ἐστιν
ἁγίου τὸ τελούμενον, ἀνέχεται τῇ ἐγκυμο-
νούσῃ συνοδεύειν καὶ συμπαραμένειν, καὶ
συναπογράφεσθαι, καὶ συνοικεῖν; καὶ τὸν τεχ- cod. f. 137. b.
θέντα παῖδα ἀφιεροῦν καὶ ἁγιάζειν κατὰ τὸν
νόμον, τὸν τῶν ἁγίων ὑπεράγιον καὶ πάσης
ἱεραρχίας δοτῆρα, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς
ὑπάρχοντα; καὶ φυγαδεύειν αὐτὸν, μᾶλλον
ἢ φυγαδεύεσθαι; καὶ ἐκ τῆς φυγῆς σὺν αὐτῷ
καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανέρχεσθαι,
καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἑαυτῷ συναγάγειν εἰς
Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπομένοντι ὀδυνᾶσθαι, οὐχ
ὡς πλανηθέντι οἷα παιδὶ, μὴ γένοιτο, ἀλλ᾽
ὅτι τοιαύτης χαρᾶς τε καὶ δόξης κἂν πρὸς
βραχὺ ἐχωρίσθη; καὶ ὁ τοιαῦτα φρικτὰ καὶ
θαυμαστὰ ἰδὼν, πότε κἂν ἐννοῆσαι συνου-
σίαν, ἢ ἐνθυμηθῆναι κατὰ τῆς ἀειπαρθένου
ἐτόλμησεν, ὁ ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ δούλοις εὐπει-
θέστατος ὑπάρχων καὶ δίκαιος; ἢ πότε ὁ
θεὸς λόγος ἠνέσχετο ἵνα ἡ κατὰ σάρκα μή-
τηρ αὐτοῦ, καὶ ἄλλων τιθηνὸς γενήσεται; ἢ
πότε ἡ παναγία παρθένος, ἡ ψυχὴν καὶ
σάρκα ὑπὲρ τὰς οὐρανίους δυνάμεις κεκα-
θαρμένη, φρίττω εἰπεῖν, τοῦτο κατεδέξατο;
πολλαὶ γὰρ γυναῖκες παρ᾽ ἡμῖν τοῖς χρι-
στιανοῖς εἰσι, τοῖς ἐπωνύμοις Χριστοῦ καὶ τῆς
ἁγίας μητρὸς αὐτοῦ δούλοις, τοῖς ἐξ αὐτῆς
νομοθετεῖσιν πρὸς ἁγνείας καὶ παρθενίας
ἀσφαλεστάτην συντήρησιν, αἵτινες ἑνὸς παι-
δὸς μητέρες γινόμεναι, ἑτέρου ἀνδρὸς συν-
άφειαν οὐ προσίενται· καὶ εἰσὶν ἄλλαι αἳ
παντελῶς ἀνέπαφοι διαμένουσιν πάσης ἀν-
δρικῆς συναφείας τε καὶ ἁφῆς καὶ ὁμιλίας·
καί περ τὰ τῆς τοῦ θεοῦ μητρὸς ὑπὲρ πάντα cod. f. 138.
εἰσὶ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, πλὴν μόνου
θεοῦ, ἐνδοξότερά τε καὶ ἐξαισιώτερα· καὶ

οὐ μόνον γυναῖκες, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες ἄπειροι τοιοῦτοι παρθένοι γεγόνασι καὶ εἰσίν (1)· εἰ οὖν οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀχρεῖοι δοῦλοι τοιούτων χαρισμάτων ἀξιοῦνται, ἡ πηγὴ τῶν χαρισμάτων καὶ θείων δωρεῶν ὑπάρξασα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτῆς κυρίου δὲ καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος, πῶς ἄμοιρος ὑπῆρξε τοιούτου ἰδιαιτάτου αὕτη καὶ ἐξαιρέτου χαρίσματος, ὅπερ αὐτῇ καὶ μόνῃ ἀξίως ἔπρεπεν, ἢ ἄλλῳ τινὶ, τὸ ἐξ αὐτῆς τεκεῖν ἀσπόρως τὸν βασιλέα κύριον; καὶ διὰ τοῦτο ἀπρόσιτον, δέος ἐμποιοῦν καὶ μόνον νοούμενον, ἅγιον καὶ φοβερὸν ἔμψυχον σκεῦος, καὶ συγγένειαν ἀκροτάτην ὑπάρξαι τῆς αὐτοῦ τιμίας, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδεν, καὶ ἁγίας ἐξ αὐτῆς σαρκώσεως;

ι'. Σκόπει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ θείου τόκου ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσὴφ φησίν· μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· γυναῖκα δὲ αὐτοῦ εἶπεν, ὥστε μὴ νομίζειν αὐτὸν ἐπιβουλευθεῖσαν ὑπάρχειν τὴν παρθένον· μετὰ δὲ τὸν σωτήριον τόκον, οὐκέτι γυναῖκα αὐτοῦ εἶπεν, ὡς τοῖς θαύμασι τοῖς τότε γενομένοις τοῦ πρεσβύτου ἱκανῶς βεβαιωθέντος θεῖον εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἀνθρώπινον· λέγω δὲ τῇ τῶν μάγων ἐπιδημίᾳ, τῇ
cod. I. 138. b. τῶν ἀγγέλων ὑμνῳδίᾳ, τῷ ξένου καὶ παρηλλαγμένου ἀστέρος ἐξαισίῳ δρόμῳ, τῇ τῶν ποιμένων ἐπιστασίᾳ, καὶ πρὸ τούτων τῇ ἀνωδίνῳ λοχείᾳ· ἀλλὰ τί φησιν; ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· καὶ πάλιν· ἐγερθείς, φησι, παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· ἐν ποίᾳ δὲ γραφῇ εὗρες λεγούσῃ αὐτὴν καὶ ἕτερον υἱὸν γεννῆσαί ποτε; εἰ μὴ ἐκ κακουργίας καὶ πολ-

tumvis gloriosa et eximia. Sed et viri innumeri pariter virgines fuerunt et sunt. Si ergo viles inutilesque famuli huiusmodi charismatibus digni habentur, illa quae charismatum divinorumque donorum fons est, in nomine filii sui, domini nostri Deique Iesu Christi, qui unus de sancta Trinitate est, quomodo expers fuerit tam proprio et tam peculiari charismate, quod eam solam pro dignitate decebat, prae alio mortali quovis, nempe ut sine semine regem Dominum pareret? Atque ob id inaccessum foret, quod reverentiam vel unice cogitatum incutit, sanctum illud et tremendum animatum vas; ita ut maxima convenientia esset, eo quem solus ipse scit modo, cum eius honoranda et sancta, quam de Maria sumpsit, incarnatione?

10. Hoc etiam animadverte, quod ante divinum quidem partum angelus Iosepho ait: ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. Coniugem appellat, ne is existimaret, suspicionem aliquam esse de virgine. Post Servatorem autem partu editum, haud ulterius coniugem dixit: ceu sene ex patratis tunc miraculis satis confirmato, quod divinum illud non humanum esset negotium: videlicet ex magorum adventu, angelorum hymnodia, peregrinae et exorbitantis stellae cursu insolito, pastorum interventu, atque in primis partu sine dolore. Sed enim quid ait? Surge et accipe puerum ac matrem eius, et fuge in Aegyptum. Et postea: surge, inquit, et accipe puerum, et vade in terram Israhelis. Quanam vero in scriptura comperisti, ipsam alium quoque peperisse aliquando puerum? Nisi forte ex multa vestra nequitia ac stu-

(1) En adhuc novam pii caelibatus laudationem. Et quidem nobilis laudator apparuit caelibum multorum sui temporis christianorum magnus quoque caesariensis Eusebius in nuper detecto Theophaniae opere lib. III. 21. 22. Nihilo tamen minus hodierni sparguntur libelli, qui piae virginitatis instituto acriter detrahunt. Nihil ergo valet honor perpetuus virginitati ab ecclesiae habitus? Frustra virginitatem laudaverunt, primo quidem in evangeliis Christus dominus, deinde Paulus in epistolis, et Iohannes in apocalypsi? Nihil deinceps effecerunt tot luculentissimis, quae extant, pro virginitate scriptis Clemens romanus, Basilius, Gregorius nyssenus, Chrysostomus, Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus, aliique?

pore contra semper virginem deiparamque Mariam nugas, latrantium more canum, ex impuro ore vestro in cassum effunditis.

11. De filiis autem a Iosepho sene ante Christi adventum genitis, quis fide dignior testis sit, quam ipsi illi sancti, qui servos se non fratres appellant? Quorum unus dicit: « Iacobus Dei et domini nostri Iesu » Christi servus » videlicet nequaquam frater. Alter vero: « Iudas Iesu Christi servus » et non dixit, frater. Statimque addit: « fra- » ter autem Iacobi » erroneam veluti corrigens multorum opinionem, palamque cunctis nuncians audire volentibus: servus sum, o homines, domini Iesu Christi. Cur me fratrem eius vocatis, cuius stupenda nativitate caelestes quoque virtutes attonitae fuerunt, quum divinae dispensationis mysterium enarrare nequirent? Etsi ille humanitus omnia audire non recusabat, infirmitatibus nostris indulgens. Nam et Iosephi filium appellari se audiens, quamquam minime esset, non aegre ferebat: et quasi faber per contumeliam a mendacibus Iudaeis vocatus, non irascebatur. Et a nobis ante eius adventum ex Iosepho genitis, Iacobo inquam, Iose, et Simone, et me quoque Iuda, ob priorem nostram incredulitatem reiectus, non excanduit, sciens humanae infirmitatis fragilitatem, dum eum alloqueremur tamquam aetate corporali priores, ideoque ei aemulantes, propter summam nostri cordis caecitatem, ut ait evangelista, eique dicentes: transi hinc, et vade in Iudaeam, ut et tui discipuli opera tua quae facis videant. Nimirum ei non credentes, propter nostram imperfectio-

λῆς ἐμβροντησίας κατὰ τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας τὰς φλυαρίας, δίκην κυνῶν ὑλακτούντων ἐκ τῶν ἀνοσιουργῶν ὑμῶν στομάτων μάτην ἐκφέρετε.

ια'. Περὶ δὲ τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ τοῦ πρεσβύτου τῶν πρώην αὐτῷ γεννηθέντων πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τίς ἀξιοπιστότερος μάρτυς ἐκείνων αὐτῶν ἐστι δικαίων, δούλους ἑαυτοὺς ὁμολογούντων οὐ δ' ἀδελφούς; ὧν ὁ μὲν ἔφησεν· « Ἰάκωβος θεοῦ καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ » δοῦλος * », καὶ οὐκ ἀδελφὸς δηλονότι· καὶ (* Iac. I. 1.) ὁ ἕτερος· « Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος * », (* Iud. v. 1.) οὐκ ἀδελφὸς εἰπών· καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει « ἀδελ- » φὸς δὲ Ἰακώβου· » τὴν πεπλανημένην ἔννοιαν τῶν πολλῶν ὥσπερ ἐπιδιορθούμενος ἐν τῷ εἰπεῖν, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου· καὶ σαφῶς πᾶσι διαγγέλλων τοῖς ἀκούειν ἐθέλουσιν ὅτι δοῦλός εἰμι, ἄνθρωποι, τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· τί με καλεῖτε ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὗ ἐν τῷ φρικτῷ τόκῳ καὶ αἱ ὑπερουράνιοι δυνάμεις ἐξεπλάγησαν, μὴ εὐποροῦσαι τῆς θείας οἰκονομίας ἀναγγεῖλαι τὸ μυστήριον; εἰ καὶ ἀνθρω- (cod. f. 139.) πίνως πάντα κατεδέχετο ἀκούειν, συγκαταβαίνων ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· καὶ γὰρ καὶ υἱὸς Ἰωσὴφ ἀκούων *, καίπερ μὴ ὢν υἱὸς αὐτοῦ, οὐκ (* Ioh. VI. 42.) ἐδυσχέρανεν· καὶ ὡς τέκτων ὀνειδισθεὶς ὑπὸ τῶν πλάνων Ἰουδαίων *, οὐκ ὠργίσθη· καὶ παρ' (* Matth. XIII. 55.) ἡμῶν τῶν πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας γεννηθέντων τῷ Ἰωσὴφ (1) Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴ καὶ Σίμωνος καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Ἰούδα, ἐξ ἀπιστίας ἡμῶν τῆς πρώην ἀπελαυνόμενος, οὐκ ἐμήνιασεν, εἰδὼς τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας τὸ εὐόλισθον, λεγόντων ἡμῶν πρὸς αὐτόν, ὡς ἅτε πρώτων τῇ σωματικῇ ἡλικίᾳ ὑπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦτο ζηλοτυπούντων αὐτῷ διὰ τὸ ἀκμὴν πεπωρωμένην ἔχειν τὴν καρδίαν, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής· * καὶ λεγόντων αὐτῶν μετάβηθι ἐντεῦ- (* Ioh. VII. 3.) θεν, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μα-

(1) Quod beatus Iosephus ex priore coniuge, ante nuptias cum semper virgine Maria, liberos susceperit, qui idcirco latiore sensu dicti fuerint fratres Domini, non Petri huius tantummodo, sed et nonnullorum patrum sententia fuit, quos citat ex Baronio Sandinius hist. famil. sacr. p. 423; contradicente tamen apprime Hieronymo in Matth. cap. XII. his verbis: « quidam fratres Domini de alia » uxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apocryphorum, et quamdam Escham mulier- » culam confingentes. Nos autem, sicut in libro, quem contra Helvidium scripsimus, continetur, » fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Salvatoris, intelligimus etc. » Atque hoc vulgo pie iam creditur in tota ecclesia.

θηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου, ἃ σὺ ποιεῖς· ἀπιστοῦντες αὐτῷ διὰ τὸ ἀτελῶς διακεῖσθαι, καὶ μήπω τῷ ἁγίῳ πνεύματι βαπτισθέντες· τῆς γοῦν θείας ἐπιφανείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀξιωθέντες, ὥς φησιν ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις *, νῦν ὡς τέλειοι τελείοις ὑμῖν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐπιστέλλομεν, ὅτι δοῦλοί ἐσμεν τοῦ κυρίου, οὐκ ἀδελφοί· ἐγὼ δὲ Ἰούδας καὶ Ἰάκωβος, ἀδελφοὶ ἀλλήλων ὑπάρχομεν· τάχα δὲ διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ὡς προγνώστης οὐκ ἐνί τινι ἐξ αὐτῶν τὴν ἀειπαρθένον καὶ θεοτόκον ἐν τῷ σταυρῷ κρεμάμενος παρέθετο, ἀλλὰ τῷ
cod. f. 139. b. θεολόγῳ καὶ μαθητῇ Ἰωάννῃ τῷ υἱῷ Ζεβεδαίου, ἵνα τελείως τοὺς πλάνους ἀποβουκολήσῃ τῆς πεπλανημένης αὐτῶν ἐννοίας· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, πῶς ἐνεδέχετο ἵνα τοὺς υἱοὺς αὐτῆς, ὥς φατε, ἐάσασα μεθ' ἑτέρου συνοικήσῃ ἡ ἀειπάρθενος; ἀλλ' ὥσπερ οὗτος ὁ παρθένος καὶ θεολόγος, ἀδελφὸς ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐλέγετο, οὕτως κἀκεῖνοι διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀδελφοὶ ἐλέγοντο, οὐχ ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὄχλων· οὐδαμοῦ γὰρ εὑρήσεις τὸν κύριον ἀδελφοὺς αὐτοῦ τούτους ἀποκαλέσαντα, εἰ μὴ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ὄχλοι τούτους οὕτως ὠνόμαζον· τοῦτο γὰρ ἡ οἰκονομία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον· τῶν δὲ ἱερῶν μαρτυριῶν ἐντεῦθεν ἀπάρξομαι, δεικνύντων ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ γεγεννῆσθαι τὴν θεοτόκον, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν ἐσχηκότα τὸ σῶμα.

Μαρτυρίαι τῆς θείας γραφῆς συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ κ. τ. λ.

* Matth. XXIV. 49.

nem, et quia nondum sancti Spiritus baptismum receperamus. Sed enim postea divino sancti Spiritus adventu digni habiti, ut dixerat eius qui non mentitur promissio, nunc ut perfecti perfectis vobis omnibus quotquot in terra vivitis scribimus, nos Domini servos esse non fratres. Ego vero Iudas et Iacobus, fratres sumus. Fortasse autem ob id ipsum Dominus, futuri non nescius, neutri ex his semper Virginem deiparamque in cruce pendens commendavit, sed Iohanni discipulo, Iohanni inquam Zebedaei filio, ut omnino mendaces Iudaeos a sua falsa opinione retraheret. Nisi enim res ita se haberet, quomodo passus esset, ut filiis suis ut vos dicitis omissis, cum alio habitaret Virgo? Verum ut hic virgo et theologus, frater a Domino appellabatur, ita et illi dispensationis causa fratres non a Domino sed a turbis vocitabantur. Nusquam enim comperies hos a Domino fratres appellatos, sed ab apostolis tantum turbisque eo titulo denotabantur. Sic enim dispensationis ratio ferebat. Sed haec hactenus. Nunc sacrorum testimoniorum initium faciam, quae demonstrant, de Abrahami Davidisque stirpe ortam Deiparam, atque ex ipsa dominum nostrum Iesum Christum natum esse, neque aliunde corpus suum habuisse.

Divinae scripturae testimonia, quae recitato sermoni suffragantur.

Ex evangelio secundum Matthaeum.

Liber generationis Iesu Christi etc.

Sequuntur in codice a f. 139. b. ad f. 141. testimonia ex Genesi, evangeliis Lucae et Iohannis, Pauli apostoli epistolis ad Romanos, ad Galatas et ad Timotheum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ

Κατὰ τῶν αὐτῶν Παυλικιάνων λεγόντων ὅτι ὁ κύριος ἐπὶ τοῦ δείπνου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἀληθῶς ἄρτον καὶ οἶνον, ἀλλὰ παραβολικῶς (1) εἶπεν, λάβετε, φάγετε, τὰ ῥήματα αὐτοῦ λέγων· καὶ οὐδαμοῦ φησι παρείληπται τοῦτο ποιεῖν. cod. f. 131. supra p. 14.

EIUSDEM PETRI SICULI

SERMO TERTIUS

Contra eosdem Paulicianos, qui dicunt Dominum in caena discipulis suis haud vere obtulisse panem ac vinum, sed parabolice locutum, sumite, manducate; nempe verba sua denotando. Neque id usquam fecisse traditum dicunt.

1. En iam ad duas praedictas tertiam hanc adiungimus lucubrationem circa tremendam divinamque sanctorum mysteriorum initiationem, quae media fuit inter Domini nativitatem et eiusdem crucifixionem. Iam vero quod evidens sit haec institutio, sicut etiam sancti baptismi ex aqua et Spiritu sancto, quo Christiani omnes imbuimur, neque ab ipsis fieri calumnia possit, propter eius rei simplicissimam in divina scriptura demonstrationem, cunctis est exploratum. Nihilominus in hoc etiam simpliciores decipere conantur hi scelesti dicentes, non oportere hanc liturgiam peragere, neque sacrum pretiosi corporis ac sanguinis domini Deique nostri nutrimentum participare, causam quidem nullam prorsus adferentes, propter evangelicorum apostolicorumque testimoniorum minime variam sententiam; sed aientes tantummodo, dictum fuisse symbolice a Domino: sumite, manducate, et bibite ex eo omnes; ipsa sua videlicet verba denotante, quoniam nihil ibi reapse erat panis et vini. Quod commentum ideo fortasse ipsis ex-

α΄. Ἰδοὺ πρὸς τοῖς δυσὶ τρίτον ἡμῖν προκείσθω κεφάλαιον περὶ τῆς φρικτῆς καὶ θείας τῶν ἁγίων μυστηρίων μυήσεως, ὅτι μέση τῆς τοῦ κυρίου γεννήσεως καὶ τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ αὕτη γέγονεν· ὅτι μὲν γὰρ φανερόν ἐστι τοῦτο, ὡς καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα τὸ δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος ἁγίου, ὃ πάντες χριστιανοὶ βαπτιζόμεθα, καὶ μὴ διαβληθῆναι παρ᾽ αὐτῶν δυνάμενον, ὡς ἁπλουστάτην ἔχον ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τὴν δήλωσιν, πᾶσι πρόδηλον· ὅμως καὶ ἐν τούτῳ πειρῶνται τοὺς cod. f. 131 b. ἁπλουστέρους ὑποκλέπτειν οἱ ἀνόσιοι λέγοντες, μὴ δεῖν λειτουργίαν τοιαύτην ἐπιτελεῖσθαι, μηδὲ τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν μετέχειν, αἰτίαν ἐντελῶς μὴ ἐπιφέροντες, διὰ τὸ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν μαρτυριῶν ἀποίκιλον γνώρισμα· λέγοντες ἢ μόνον ὅτι συμβολικῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ κυρίου τό, λάβετε φάγετε καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τὰ ῥήματα αὐτοῦ λέγων, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀληθῶς ἄρτος καὶ οἶνος· τάχα καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ σόφισμα βασκαίνοντος αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ τῶν φωτισμάτων τῆς θείας ἐναμφθῆναι κοινωνίας· οὐδὲ γὰρ τοῦτο θεμιτὸν αὐτοῖς ὑπάρ-

(1) Ita heic codex. Sed tamen p. 14, nec non paulo infra συμβολικῶς.

χεῖ μὴ τῷ θείῳ βαπτίσματι τελεσθεῖσιν, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει βεβαιωθεῖσιν· ἡ γὰρ θεία κοινωνία, τῶν τετελειωμένων καὶ πιστῶν ἐστι μετάληψις· τοῖς δὲ ἀτελέσι καὶ ἀσφραγίστοις (1) καὶ ἀπίστοις, πάμπαν ἀπρόσιτος ὑπάρχει καὶ ἀμέτοχος, διὰ τὸ ἐξ ἑκουσίου γνώμης τυφλώττειν αὐτοὺς περὶ τὴν ἀλήθειαν· πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, ὥς φησι τὸ ἱερὸν
* Ioh. III. 20. λόγιον *, μισεῖ τὸ φῶς· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχονται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν αὐτῶν τὰ ἔργα.

cogitavit invidus diabolus, ne divinae communionis lumine illustrentur. Certe hoc ipsis iam non licet, quia divino baptismo non sunt perfecti, neque in fide orthodoxa confirmati. Nam divina communio a perfectis atque fidelibus participatur: imperfectis autem et non consignatis atque infidelibus prorsus est inaccessa et incommunicabilis, quia sponte ad veritatem caecutiunt. Omnis enim qui male agit, ut ait sacrum oraculum, lucem odit: ac propterea ad lucem non veniunt, ut non arguantur opera eorum.

β'. Ἡμεῖς τοίνυν ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ εἶναι πιστεύομεν τὸ παντοδύναμον πρόσταγμα, ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει τοῦ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντος εἰρηκότος βλαστησάτω ἡ γῆ
cod. f. 142. βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος
* Gen. I. 11. καὶ καθ' ὁμοιότητα· * καὶ εἰσέτι καὶ νῦν τῷ θείῳ ὑπακούουσα προστάγματι πάντα τὰ φυτὰ ἀνελλειπῶς ἐτησίως ἐκφέρει· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ δείπνῳ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἄρτον ἀληθῶς καὶ οἶνον δόντος καὶ λέξαντος, λάβετε φάγετε [τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου] καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ νῦν καὶ εἰσέτι τὸ αὐτὸ διαφυλάττεται πρόσταγμα τῇ τῶν θείων ὑπηρετῶν ἱερουργίᾳ τελειούμενον· ὁρατῶς μὲν τοῦ ἄρτου προκειμένου, ἀοράτως δὲ τοῦ παναγίου ἐπιφοιτῶντος πνεύματος, καὶ τὰ προτεθέμενα ἁγιάζοντος· καὶ οὐκ ἀντίτυπα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πανάγιον σῶμα καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν ἀποτελοῦντος (2), ἐξ οὗ καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁγιαζόμεθα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μεταλαμβάνοντες.

2. Nos ergo unius eiusdemque Dei credimus esse praeceptum omnipotens, initio quidem mundi ab eo conditi, dicentis: germinet terra herbam foeni, facientem semen in suo unamquamque genere ac specie. Et en usque hodie divino praecepto obtemperans omne genus stirpium annuatim indeficienter producit. In sacra vero caena sanctis apostolis panem vere vinumque quum exhibuerit Dominus, dixeritque: sumite, manducate [hoc est corpus meum]; et bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus, novi testamenti, quod pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem; nunc adhuc idem observatur mandatum divinorum ministrorum sacro officio consummatum; visibiliter quidem pane proposito, invisibiliter autem superveniente sanctissimo Spiritu, et oblata sanctificante; nec sane antitypa, sed sanctum ipsum corpus pretiosumque sanguinem domini ac Dei nostri efficiente; ex quo nos quoque peccatores sanctificamur, dum in remissionem culparum sumimus.

γ'. Ἄγε δὲ καὶ τὰς περὶ τούτου ἱερὰς ῥήσεις, ὡς διάκεινται ἐν ταῖς ἱεραῖς πτυκταῖς
* cod. ἁπλουστῳ. ὑπογράψωμεν, τῷ ἁπλουστάτῳ * καὶ ἀποικίλῳ τῆς φράσεως αὐτῶν πρὸς ἀξιοπιστίαν τοῦ παρόντος ζητήματος ἀρκούμενοι· τίς γὰρ

3. Agesis de hoc quoque dogmate sacras locutiones, prout in sacris voluminibus iacent, infra scribamus, simplicissimo ipsarum et constante verborum tenore ad praesentis controversiae auctoralem defi-

(1) Vides Manichaeos sine baptismo et sine confirmatione, atque usu eucharistiae.
(2) Animadverte praeclarum testimonium de ss. eucharistia.

nitionem contenti. Quis enim Deo fide dignior? Quis post eum alius, praeter eos qui ei oculati testes adfuerunt, evangelistas dico et apostolos, maiorem nostram fiduciam postulat? Prorsus nemo. Testis sermo eorum et vita itemque miracula, quae apud omnes indubia sunt, nullique reprehensioni obnoxia, quaeque ipsos veros Dei famulos testesque fuisse demonstrant. Ergo ipsos nunc loquentes audiamus.

Divinae scripturae testimonia, quae recitato sermoni suffragantur.

Ex evangelio secundum Matthaeum.

Fecerunt autem discipuli prout iusserat illis Iesus, et paraverunt pascha etc.

ἀξιοπιστότερος τοῦ θεοῦ; τίς δὲ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, πλὴν τῶν αὐτοπτῶν αὐτοῦ καὶ ὑπηρετῶν, τῶν εὐαγγελιστῶν λέγω καὶ ἀποστόλων, cod. f. 142. b. ὑπάρχει πιστότερος; ὄντως οὐδείς· καὶ μάρτυς καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ βίος αὐτῶν καὶ τὰ θαύματα ἄληπτα παρὰ πᾶσιν ὑπάρχοντα καὶ ἀνεπίληπτα, καὶ δεικνύντα δούλους τοῦ θεοῦ ἀληθινοὺς αὐτοὺς ὑπάρχειν καὶ μάρτυρας· διὸ καὶ νῦν αὐτῶν λεγόντων ἀκούσωμεν.

Μαρτυρίαι τῆς θείας γραφῆς συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.

Ἐποίησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα κ. τ. λ.

In hac pagina 142. b. desinit abruptus tertius sermo, seu testimonia illum confirmantia, quae certe petita fuerunt post Matthaeum ex Marco et Luca Pauloque ubi de ss. eucharistia loquuntur. In amissis autem reliquis operis quaternionibus perierunt tres posteriores libri, quos auctor promisit in historia p. 15-16, nempe de sanctae crucis cultu, de veteris testamenti auctoritate, et de ecclesiastica hierarchia. Alium operis pleniorem codicem optare magis quam sperare licet. Sed ante quam de hoc opere dicere desino, nequeo non mirari Ioh. Christoph. Wolfium, qui in praef. ad anecd. gr. T. II. Petrum nostrum siculum facit constantinopolitanum, sanctum thaumaturgum, et Argivorum episcopum, citato Bollando T. II. febr. p. 610. (cum citare debuisset T. I. maii p. 428.) Sed reapse nihil commune habent Petrus siculus et Petrus argivus, non aetatem, non patriam, non miracula, non vitae denique professionem.

DE SEQUENTIBUS DISPUTATIONIBUS ADVERSUS MANICHAEOS

MONITUM EDITORIS.

Petri siculi egregiis adversus Manichaeos scriptis, iam superius a nobis editis, placet subtexere subtiles aliquot contra eosdem haereticos disputationes, a me in prisco bibliothecae vaticanae codice compertas, quas etiam latinitate donavi. Quoniam vero hi dialogi dicuntur in titulo habiti iubentibus Iustino et Iustiniano augustis, annum quoque adamussim tenemus tractatus huius, nempe Christi DXXVII. Etenim hoc anno, mense aprili Iustinus senior augustum creavit Iustinianum, qui proximo mense sextili solus imperium coepit tenere, mortuo Iustino. Tantae itaque antiquitatis scripto nolui diutius graecas litteras et orthodoxam religionem fraudare.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΙ

ΦΩΤΕΙΝΟΥ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ.

DISPUTATIONES

PHOTINI MANICHAEI CUM PAULO CHRISTIANO.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΣ ΠΡΩΤΗ

Περὶ κτίσεως τῶν ψυχῶν.

cod. f. 219. b. Κελεύσει τῶν δύο δεσποτῶν φλαβίου Ἰουστίνου, καὶ Ἰουστινιανοῦ, τῶν αἰωνίων αὐγούστων, ἐκινήθη ἡ διάλεκτος Φωτεινοῦ μανιχαίου, καὶ Παύλου τοῦ πέρσου τοῦ χριστιανοῦ, ἐπὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου Θεοδωρου τοῦ ἐπάρχου. Διάλεκτος ἐγένετο περὶ μανιχαϊκῆς τε καὶ χριστιανικῆς δόξης ὧν δὲ ὁ μὲν τῆς μανιχαϊκῆς δόξης προϊστάμενος ἀνήρ τις τῆς θρησκείας ἐκείνης διδάσκαλος· τῆς δὲ χριστιανικῆς ἕτερος· ἡ δὲ διάλεκτος οὕτω πως ἐκινήθη.

Μανιχαῖος. Ἐπειδὴ ἐμοὶ καὶ σοὶ ὡμολόγηται εἶναι ψυχὰς ταύτας λογικάς τε καὶ νοεράς, πόθεν ἄρα τὴν ὕπαρξιν αὗται ἔχουσιν; ἐκ τῆς θείας οὐσίας, ἐπεὶ καὶ αὕτη παρ' ἡμῶν ὡμολόγηται, ἢ ἑτέρωθέν πόθεν; Χριστιανός. Κατὰ τὴν τῶν χριστιανῶν δόξαν ἐρωτᾷς νῦν πόθεν αἱ ψυχαὶ ἔχουσι τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν, ἢ ἑτέρως πῶς;
cod. f. 250. Μ. Ὅπως οὖν βούλει· λέγε πόθεν εἰσὶν αἱ ψυχαί. Χ. Τὸ πόθεν καὶ τὸ ἔκ τινος, πλεοναχῶς νενόηται παρ' ἐμοί· καὶ γὰρ ὡς ἐξ ὑποκειμένου, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος, καὶ ἄλλως ἐκλαμβάνεται· τὰ δὲ πολλαχῶς λεγόμενα, χρὴ σαφηνίζειν· εἰπὲ τοίνυν σημασίαν τὸ πόθεν, καὶ τὸ ἐκ, ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἐξείληπταί σοι; Μ. Ὡς ἐξ ὑποκειμένου. Χ. Ὡς ἐξ ὑποκειμένου αἱ ψυχαὶ, οὔτε ἐκ τῆς θείας οὐσίας οὔτε ἄλλοθέν ποθεν εἰσίν. Μ. Ἀλλ' ὡς ἔκ τίνος, ἐκ τοῦ θεοῦ εἰσὶν αἱ ψυχαί; Χ. Ὡς ἐκ τοῦ δημιουργήσαντος, τουτέστιν ὑπὸ τοῦ δημιουργήσαντος· ἔσται γὰρ καταχρηστικώτερον ἡ ἐκ πρόθεσις ἀντὶ τοῦ ὑπό. Μ. Ὡς ἔοικεν ἐκ μὴ ὄντων τὰς ψυχὰς ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγονέναι λέγεις. Χ. Καλῶς νενόηκας τὸ μήπω παρ' ἐμοῦ λεχθὲν, ὁμολογούμενον δέ. Μ. Οὐδὲ ἡ κοινὴ συνήθεια, οὐδὲ ὁ ὀρθὸς λόγος ὡμολόγησεν ἢ ὁμολογήσει ποτὲ τὸ δύνασθαί τι ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι. Χ. Ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καὶ ἡ κοινὴ συνήθεια ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν κανονίζεται· ἐπερωτήθητι γοῦν εἰ βούλει ποίαν ἔννοιαν σώζεις ἐπὶ τοῦ θεοῦ, ὡς ἐπὶ τοῦ ἴσου ἀνθρώποις, ἢ ὡς ἐπὶ τοῦ ἀνίσου. καὶ τοῦ καθ' ὑπερβολὴν ἢ κατ' ἔλλειψιν; Μ. Οὔτε ἴσον ἀνθρώποις τὸν θεὸν φημὶ, οὔτε χείρονα, μείζονα δὲ πάντως. Χ. Πόθεν δὲ ὁρμώμενος λέγεις μὴ δύνασθαί τι γενέσθαι ἐκ μὴ ὄντος; Μ. Ἐκ τοῦ μὴ ὁρᾷν ποτὲ τοῦτο γενόμενον. Χ. Παρὰ τίσιν; Μ. Παρ' ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις. Χ. Πῶς οὖν ἴσον μὴ ἔχων τὸν θεὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἴσα τὰ τοῦ θεοῦ δεῖξαι τοῖς ἡμετέροις πειρᾷς; Μ. Ποῦ τοῦτο

DISPUTATIO PRIMA

De animarum creatione.

Iussu duorum dominorum Flavii Iustini et Iustiniani, semper augustorum, commota est disputatio Photii manichaei cum Paulo persa christiano, sub illustrissimo praeside Theodoro. Disputatio versata est circa manichaicum et christianum dogma: erat autem manichaici dogmatis patronus vir quidam eius sectae magister; christiani autem alter e nominatis. Ergo disputatio ita commota fuit.

Manichaeus. Quandoquidem mihi tecum convenit, animas esse rationales et intellectuales, undenam ipsae naturam suam sortiuntur? ex substantia ne divina, quoniam et hanc nos esse confitemur, an aliunde? Christianus. Utrum secundum Christianorum sententiam nunc rogas unde animae suam habeant substantiam, an alio sensu? M. Utrumlibet. Dic ergo unde sint animae. Ch. Vocabula unde et ex quo, multifariam a me intelliguntur. Vel enim tamquam ex subiecto, vel tamquam ex eo qui facit, vel etiam aliter a me haec vocabula accipiuntur. Quae autem varium habent significatum, ea declaranda sunt. Dic ergo significatum vocum «unde» et «ex» an de divina substantia intelligas? M. Ex subiecto intelligo. Ch. Animae tamquam ex subiecto neque ex divina substantia, neque aliunde sunt. M. Verum si tamquam ex aliquo, num ex Deo sunt animae? Ch. Nempe tamquam ex creatore, id est a creatore. Erit enim abusive particula «ex» loco «a». M. Videris mihi, ex non extantibus animas a Deo factas dicere. Ch. Recte intellexisti, quod nondum dixeram, sed tamen profitebar. M. Nec vulgaris consuetudo, nec recta ratio fassa est umquam vel fatebitur, quicquam fieri ex nihilo posse. Ch. Humanae mentis ratio, et communis consuetudo, ex iis quae apud nos accidunt, regulam capit. Temet itaque interroga, quamnam de Deo sententiam teneas, utrum is pari gradu sit cum hominibus, an impari, an etiam inferiore? M. Neque aequalem hominibus Deum dico, nec deteriorem, immo vero prorsus maiorem. Ch. Quid te igitur movet, ut neges fieri aliquid posse ex nihilo? M. Quia nihil hac ratione effectum cernitur. Ch. Apud quos, oro? M. Apud nos homines. Ch. Atqui cum non existimes Deum esse pari gradu ac homines, cur Dei

res conaris pares humanis demonstrare? M. Et ubinam ego id egi? Ch. In eo quod dicis, nullam rem fieri posse ex nihilo a Deo, sicuti ne ab hominibus quidem.

M. Nescio qua malitia sermones effutis; ego vero scio, quod etiam a maioribus nostris accepi, et constanter retineo, nihil scilicet ex non extantibus fieri umquam potuisse. Nam si quid fiat ex non extantibus, idem in nihilum pariter dissolvetur. Quicquid enim ex aliquo fit, in id unde prodiit resolvendum est. Ch. Ergo non quia ex non extantibus nihil fieri possit, vim capit sententia tua. Quod autem ex nihilo ortum, non resolvendum sit in nihilum, non absurde timetur. Nam si ex ipsa nihili natura nihil prorsus gignitur; verum id efficitur a creatoris potentia, quae et producere valet, et perseverantiam quoque pro lubito largiri; sequitur ut quemadmodum productio, non suapte natura sed voluntate producentis contigit, ita rerum factarum perseverantia, non natura sed eadem facientis voluntate conservetur. Alioqui vero unde didicisti, id quod ex nihilo provenerit, resolvi in nihilum debere, quum nihil ut tu opinaris ex nihilo umquam sit ortum, neque in nihilum resolutum? M. Didici hoc ex ea quod quae ex subiecto fiunt, id idem resolvi solent. Ch. Si ita loqueris, idem est ex sententia tua subiectum, atque illud quod non est subiectum. M. Cur ita? Ch. Subiacent ne non extantia, his quae ex non extante facta sunt, sicuti extans subiacet his qui ex extantibus sunt facta, an potius aliter dicis? M. Si quid ex non extantibus fit, non extantia ei quod ex illis est factum subiacent, sicuti extantia, his quae ex illis facta fuerunt. Ch. Ergo in sententia tua, ea quae non sunt, reapse sunt: quo fit ut inter vos differatis non re sed vocabulis. M. Immo vero rerum differentia est. Sed quia quod impossibile est, adfirmas possibile, dum ais fieri aliquid ex non extantibus, cogar aliquid dicere quod praeter meum propositum est. Ch. Si loquutio ex non extantibus tibi molesta est, non utar his verbis amplius in hac tecum disputatione, sed transferens praedictae locutionis sensum in aliud vocabulum, perspicue sententiam meam, quam sub loquutione non extantium foveo, exponam. M. Quovis sermonis genere mentem tuam explica. Ch. Sine ullo subiecto a creatore factae sunt animae. Namque eo sensu, quo nullum est subiectum unde factae sint animae, loquutio quoque non extantium a me dicta fuit. Quare non subiacent iis quae ex non extantibus sunt facta, ea quae non extant, sicuti extantia iis quae sunt ex extantibus: neque in non extantia resolventur, sicut ea, quae sunt ex extantibus, in extantia: conservantur enim a divina potentia, uti dictum fuit.

M. Quoniam ea quae communi sensu rectoque sermone nituntur, dialectica vi subvertere tentas, tamquam vir demonstrativus, non argumentis opinabilibus, sed ex vera rerum natura, demonstra utrum animae ex non extantibus factae sint. Ch. Libenter quod petis agam, si tamen breve aliquid mihi roganti responderis. M. Quicquid vis sciscitare. Ch. Valet ne in sermone diaeretica metho-

πεποίηκα; Χ. Ἐν τῷ λέγειν, μὴ δύνασθαί τι ἐκ μὴ ὄντος γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ· καθάπερ οὐδὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων. cod. f. 250. b.

Μ. Οὐκ οἶδ' ὅπως πανούργως προφέρεις τοὺς λόγους· ἐγὼ δὲ ἐπίσταμαι ὃ καὶ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων παρείληφα, καὶ εἰσαεὶ διαφυλάττω· τὸ μηδὲν δύνασθαί τι ἐκ μὴ ὄντων γίγνεσθαι· εἰ γὰρ γενήσεταί τι ἐκ μὴ ὄντων, ἀναλυθήσεται εἰς τὸ μὴ ὄν· πᾶν γὰρ τὸ ἔκ τινος γινόμενον, ἀνάλυσιν εἰς τὸ ἐξ οὗ γεγένηται ἔχει. Χ. Οὐκοῦν οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐκ μὴ ὄντων τί γίνεσθαι, διϊσχυρίζῃ τοῦτο δογματίζειν· ὅπως δὲ μὴ ἀναλυθῇ τὸ ἐκ μὴ ὄντων γεγονὸς εἰς τὰ μὴ ὄντα, ἀλλ' οὐκ ἄλογος ὁ φόβος· εἰ γὰρ ἐκ μὴ ὄντων φύσει γίνεται οὐδαμῶς, οὐδέ τι, οὐδὲ τινὰ ποιεῖ δὲ ἡ τοῦ ποιοῦντος δύναμις, ἡ παράγειν δυναμένη, καὶ διαμονὴν τῷ γεγονότι ἰσχύει χαρίσασθαι· ὥστε καθάπερ ἡ παραγωγὴ ἐκ τῶν μὴ ὄντων γεγονότων, οὐ φύσει, ἀλλὰ προαιρέσει τοῦ ποιήσαντος ἐγένετο· οὕτω καὶ ἡ διαμονὴ τῶν γεγονότων, οὐ φύσει, ἀλλὰ τῇ αὐτῇ προθέσει τοῦ ποιήσαντος φυλάττεται· ἄλλως τε δὲ πόθεν μεμάθηκας ὡς πᾶν τὸ ἐκ μὴ ὄντος γινόμενον, ἀνάλυσιν εἰς τὸ μὴ ὂν ἔχει, μηδενὸς ἐκ μὴ ὄντος κατὰ σὲ ποτὲ γενομένου, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθέντος; Μ. Ἐκ τοῦ τὰ ἐξ ὑποκειμένου γινόμενα ἀνάλυσιν εἰς τὸ ὑποκείμενον ἔχειν. Χ. Τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ αὐτό ἐστι κατὰ σὲ ὂν ὑποκείμενον καὶ μὴ ὂν ὑποκείμενον. Μ. Πῶς; Χ. Ὑπόκεινται τὰ μὴ ὄντα τοῖς ἐκ μὴ ὄντων γιγνομένοις· καθάπερ τὸ ὂν ὑπόκειται τοῖς ἐξ ὄντων γιγνομένοις, ἢ ἄλλως πῶς λέγεις; Μ. Εἰ γίγνεταί τι ἐκ μὴ ὄντων, τὰ μὴ ὄντα τῷ γιγνομένῳ ἐξ αὐτῶν ὑπόκειται· καθάπερ τὰ ὄντα τοῖς ἐξ αὐτῶν γιγνομένοις. Χ. Ὥστε κατὰ σὲ τὰ μὴ ὄντα, ὄντα ἐστί· καὶ ἔστι ἡ μεταξὺ ὑμῶν διαφωνία, οὐ πραγμάτων, ἀλλ' ὀνομάτων. Μ. πραγματικὴ μὲν ἡ διαφωνία· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἀδύνατον καὶ δυνατὸν προφέρεις, φάσκων γίνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντων, ἀναγκάζομαι τὰ παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν λέγειν. Χ. Εἰ τῶν μὴ ὄντων ἡ προσηγορία σὲ σκανδαλίζει, οὐ κέχρημαι τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ ποτὲ ἐν τῇ πρὸς σὲ διαλέκτῳ, ἀλλὰ μεταβάλλων τῆς προκειμένης λέξεως τὴν ἔννοιαν ἐπ' ἄλλην λέξιν, σαφῶς τὴν ἐμὴν διάνοιαν, ἣν ἐκ τῆς προσηγορίας τῆς περὶ μὴ ὄντων σώζω, παραστήσω. Μ. Οἵῳ βούλει λόγῳ σαφήνισον τὴν ἔννοιαν. Χ. Χωρὶς τινὸς ὑποκειμένου ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ γεγόνασιν αἱ ψυχαί· κατὰ γὰρ τὴν ἔννοιαν τοῦ μὴ ὑποκεῖσθαί τι ἐξ οὗ γεγένηνται αἱ ψυχαι, καὶ ἡ τῶν μὴ ὄντων προσηγορία εἴρηται παρ' ἐμοῦ· διὸ οὐχ ὑπόκειται τοῖς ἐκ μὴ ὄντων γεγονόσι τὰ μὴ ὄντα, ὡς τοῖς ἐξ ὄντων τὰ ὄντα· οὐδὲ εἰς τὰ μὴ ὄντα ἀναλυθήσεται ὡς τὰ ἐξ ὄντων εἰς τὰ ὄντα· συγκροτεῖται γὰρ θείᾳ δυνάμει ὡς εἴρηται. cod. f. 251.

Μ. Ἐπειδὴ καὶ τὰ ἐκ τῆς κοινῆς συνέσεως καὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου διαλεκτικῶς ἀνατρέπειν πεπείρασαι ὡς ἀποδεικτικὸς ἀνὴρ μὴ ἐξ ἐνδόξων, ἀλλὰ προσέχων τῇ τῶν πραγμάτων ὑπάρξει, δεῖξον, εἰ αἱ ψυχαὶ ἐκ μὴ ὄντων γεγόνασι. Χ. Προθύμως τὸ αἰτηθὲν ἐντελέσω, εἰ βραχύ τι ἀποκρίνοιο ἐρωτώμενος. Μ. Ἐρώτησαι ὅ τι καὶ βούλει. Χ. Ἰσχύει ἡ διαιρετικὴ μέθοδος εἰς τὴν τῶν πραγμάτων αἵρεσίν τε καὶ διάκρισιν; ἢ οὔ [illegible] πάνυ.

X. Διαιρετικῇ τοίνυν μεθόδῳ χρώμενος τῇ παρ' ἐμοῦ cod. f. 251. b. καὶ σοῦ ὁμολογηθείσῃ, ὡς ἱκανῇ εἰς αἵρεσίν τε καὶ διάκρισιν πραγμάτων, ἀποδείκνυμι τὸ προκείμενον. M. Ἐκτέλεσον τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν. X. Ἡ ψυχὴ οὖσα ἀσώματος καὶ λογικὴ καὶ νοερά, τοῦτο γὰρ παρ' ἐμοί καὶ σοί τε ὡμολόγηται, ἢ ἐκ τῆς θείας οὐσίας ὑπάρχει, ἢ ἔκ τινος ἑτέρου ὑποκειμένου, ἢ ἐκ μὴ ὄντων, ἢ καθ' ἑαυτὴν ἀΐδιος ἐστιν· ἄλλως γάρ πως οὐκ ἐνδέχεται διαιρεῖσθαι τὸν προκείμενον λογον· ἢ ἄλλως πῶς αὐτὸ λέγεις; M. Ἀληθέστατα τῆς διαιρέσεως τὰ μέρη, καὶ ἀδύνατον ἄλλο προσκεῖσθαι τῇ διαιρέσει μέρος. X. Τί οὖν; εἰ δειχθείη μήτε ἐκ τοῦ θεοῦ εἶναι τὰς ψυχάς, μήτε ἔκ τινος ὑποκειμενου, μήτε ἀϊδίας καὶ καθ' ἑαυτάς, συνάγεται ἐξ ἀνάγκης ὅτι γεγόνασιν ἐκ μὴ ὄντων. M. Κἂν μὴ θελήσει τίς, εἰ ταῦτα δειχθείη, τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἶναι τὰς ψυχὰς ὁμολογήσει. X. βούλει οὖν πρῶτον δείξομεν ὅτι ἐκ τῆς θείας οὐσίας οὐκ εἰσίν αἱ ψυχαί; M. Δεῖξον πρότερον. X. Πόθεν ἡ περὶ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξις λαμβάνεται, ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων ὑπάρξεως, ἢ ἄλλοθέν ποθεν; M. Οὐκ ἄλλοθέν ποθεν ἢ ἐκ τῆς ὑπάρξεως αὐτῶν. X. Λέγομεν οὖν τὰ προσόντα τῷ θεῷ καὶ τὰ τῇ ψυχῇ εἴδη ἄλλα καὶ ἄλλα μὴ εἶναι; M. Ἐπιστημονικῶς τὰ λεγόμενα, καὶ διὰ τοῦτο ἥδομαι αὐτοῖς. X. Παντὶ λόγῳ ἀναμάρτητος ὁ θεός, ἢ καί τινι λόγῳ ἁμαρτάνει; M. Ἀναμάρτητος πάντη ὁ θεός. X. Καὶ ἡ ψυχὴ ἄρα ὁμοίως, ἢ ἁμαρτάνει τινὶ τρόπῳ;

Μανιχαῖος οὐδὲν ἀπεκρίνατο πρὸς τοῦτο· ὁ δὲ Χριστιανὸς μετὰ τὴν σιωπὴν ἔφη· κἂν σιωπᾷς ὑφορώμενος τὸ σύμπαν, ἐξ ἀνάγκης ὁ θεὸς παντὶ τρόπῳ ἀναμάρτητος· ἡ ψυχὴ οὐ παντὶ τρόπῳ ἀναμάρτητος· ἡ ψυχὴ ἄρ' οὐκ ἔστι τῆς θείας οὐσίας. M. Οὐ συνήχθη ἀκολούθως τοῖς λήμμασι τὸ σύμπαν. X. Ἔλεγξον εἰ οὕ- cod. f. 252. τως ἔχει ὡς ἔφης. M. Δέδεμαι ἐν δεσμοῖς καὶ οὐ δύναμαι. X. Εἰ καὶ δέδεται τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐχ' ἡ ψυχὴ προβέβληται ἐν δεσμοῖς· καθ' ὑμᾶς δὲ τῇ τοῦ σώματος κακοῦ τῇ φύσει ὑπάρχοντος ταπεινώσει τὲ καὶ θλίψει, ὑψοῦται μᾶλλον ἡ ψυχή· διαλέχθητι οὖν μᾶλλον ἐν δεσμοῖς ὢν ἢ τούτων χωρίς, τοῦ σώματος διὰ τούτων ταπεινουμένου, καὶ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα μεγαλοφρονούσης; M. Ἐπικουρίαν ἔχων ἀρχόντων διαλέγω. ἐγὼ δὲ μὴ ἔχων μηδαμόθεν τὴν ἐπικουρίαν, σιωπὴν ἄγειν ὀφείλω. X. Μανιχαίων ὑπάρχεις διδάσκαλος; M. Καὶ εἰμὶ καὶ ὁμολογῶ. X. Ὑπὲρ ἀληθείας δὲ πάσχουσιν οἱ τῶν Μανιχαίων διδάσκαλοι ἢ ἄλλως πῶς λέγεις; M. Ὑπὲρ ἀληθείας ὡς ἐμοί γε λελόγισται. X. Εἶχεν ὁ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἐπικουρίαν ἀρχόντων ὅταν δεσμοῖς περιεβέβλητο, ἢ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ταύτην ἠμέλησε τῆς οἰκείας διδασκαλίας ἐν δεσμοῖς ὤν; Ὁ Μανιχαῖος δὲ κἀνταῦθα σιωπήσας, οὐκ ἀπεκρίνατο. X. Εἰ δὲ σιωπᾷς, διαλέγεσθαι μὴ βουλόμενος, οὐκ οἶσθα διὰ τί· ἀλλ' ὅμως τὰ ὑπόλοιπα τῶν ἐμῶν ἀποδείξεων οὐκ ἐάσω· οὔπω γὰρ πάντας τοὺς λόγους τοὺς ἀποδεικνύντας μὴ εἶναι τὰς ψυχὰς ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας παρέθηκα. M. Λέγε ὅ τι καὶ βούλει· ἡδέως γὰρ ἕπομαι τοῖς λεγομένοις, εἰ οὐκ ἀναγκάζομαι διαλέγεσθαι· ἀσθένεια γάρ τις 'μοὶ συνέπεσεν. M. Ἡ θεία οὐσία ἀμέριστος;

dus ad rerum discretionem atque optionem, nec ne? M. Valde quidem. Ch. Ergo diaeretica methodo utens, quam ambo profitemur rerum optioni discretionique idoneam, propositum meum iam demonstro. M. Promissa tua fac. Ch. Anima quum sit incorporea, rationalis, intellectualis, hoc enim mecum tibi convenit, vel ex divina substantia est, vel ex aliquo alio subiecto, vel ex non extantibus, vel ipsa per se ab aeterno est. Aliter enim fieri non potest ut propositus sermo dividatur. Nisi tu forte aliter censes. M. Verissimae sunt divisionis huius partes, neque fieri potest ut huic divisioni aliquid addatur. Ch. Quid ergo? Si demonstratum fuerit neque ex Deo esse animas, neque ex quovis subiecto, neque ab aeterno et per se ipsas, conficitur necessario, eas ex non extantibus existere. M. Utique vel nolens quispiam, si haec demonstrata fuerint, animas ex non extantibus existere confitebitur. Ch. Vin ergo primum demonstremus, ex divina substantia non esse animas? M. Demonstra hoc primum. Ch. Undeuam rerum demonstratio sumitur, ex ipsa ne rerum substantia, an aliunde? M. Haud aliunde omnino quam ex ipsa rerum substantia. Ch. Dicimus ergo eas quae Deo animaeque insunt qualitates haud esse diversas inter se. M. Sapienter haec dicta sunt, ideoque his delector. Ch. Num Deus omnino impeccabilis est, an aliquo modo peccabilis? M. Impeccabilis prorsus Deus. Ch. Anima autem ita ne se habet, an aliquo modo peccat?

Manichaeus nihil ad hoc respondit; quo silente Christianus dixit: quamquam tu siles, de re tota metuens, necessario tamen Deus prorsus est impeccabilis; sequitur ergo ut anima divinâ non constet substantiâ. M. Ex his lemmatibus generalis consequentia non colligitur. Ch. Coargue, si res ita se habet ut dicis. M. Vinculis alligor, ideoque non valeo. Ch. Etiamsi corpus alligatur, anima tamen in vincula non est coniecta: in vestra autem sententia, corporis quod suapte natura malum est deiectione et pressura, anima magis extollitur. Disputa igitur in vinculis potius constitutus, quam sine his; quandoquidem ab his corpus deprimitur, anima vero hinc extollitur. M. Ego si a praesidibus adiuvor, disputo: cum autem nulla horum ope sustentor, silentium debeo tenere. Ch. Tu ne Manichaeorum magister es? M. Fateor enimvero me esse. Ch. Pro veritate patiuntur Manichaeorum magistri, nec ne? M. Pro veritate sane, ut ego arbitror. Ch. Habuit ne beatus apostolus auxilium a praesidibus cum vinculis esset constrictus? an quia id non habuit, neglexit magisterium suum dum esset in vinculis? Manichaeus heic quoque silens, nihil respondit. Ch. Si taces, interloqui nolens, causam non video; nihilominus reliquas demonstrationes non omittam: nondum enim argumenta omnia, quibus demonstratur animas non esse ex Dei substantia, exposui. M. Quantum vis loquere, audio enim libenter, praesertim si ad interloquendum non cogor: etenim infirmitas quaedam mihi incidit. Ch. divina substantia indivisibilis est: animae autem partes sunt divinae substantiae, ut

vos dicitis. Aut igitur indivisibilis substantia dividetur, quod est absurdum; aut animae ex divina substantia non sunt. M. Veluti ramenta ex auro, et radii ex sole, sic animae ex Deo sunt. Ch. Nescio quomodo etiam non coactus interloqueris, modo infirmitatem excusans, modo ut alter Momus ad disputandum procurrens: attamen quod a te dictum est, iam disquiram. Sectione ac divisione ramenta ex auro sunt, nec ne? M. Auri sunt partes. Ch. Idem itaque de Deo quoque dicis? M. Idem. Ch. Quomodo ergo indivisibilis est divina substantia, si in plures partes divisa est, sicut in ramenta aurum? M. Ratione quidem substantiae, indivisibilis divina substantia, ratione tamen modi cuiusdam divisibilis est. Ch. Quanam igitur ratione divina substantia divisa est, quum sit indivisibilis?

Manichaeus tacuit, nihil respondens. Post breve autem silentium Christianus ait: etiamsi tu taces, nihilominus praeclarum hunc a vobis adsertum modum, quo Deus per se indivisibilis dividitur, praesentibus patefaciam. M. Tuum est aut dicere, aut secus. Ch. Penes Manichaeos unum est principium bonum, alterum malum, utrumque aeternum. Temporis autem lapsu ira quaedam et pugna his principiis intervenit; non alterutrius voluntate, sed a principio malo. Ut enim ipsi narrant, voluntas illa videns, a veritatis lumine rapi evertique regnum suum; bonus vicissim Deus cernens malum sibi adversari, quod si minime cohiberetur, et rebus suis consuleret, fore ut a contrario insidias pateretur, ita secum rationibus supputatis deliberavit, nempe ut ex se emitteret partes aliquot substantiae suae, et adversus contrarium principium proiiceret; quod et reapse fecit. Hoc autem susceptis divinis particulis (sive has Manichaei partes appellent, sive unum quid, sive segmenta, sive aliter ut ut maluerint) constitit in proprio gurgite, in se habens divinas particulas. Haec est penes adversarium et Manichaeos divina oeconomia, et eiusdem oeconomiae hypothesis, qua efficitur ut divisus fuerit Deus indivisibilis. Atqui si evertetur haec eversione minime indigens hypothesis, Manichaeorum quoque oeconomia concidet; qua eversa, manet divina substantia in perpetuum indivisa, quae a manichaica hypothesi coacta fuerat ad divisionem. Iam quum sic everterit, bonus quidem Deus seu divina substantia aut ita egit, quia fortior malo, malum timuit, aut quia aequalis aut quia debilior. Atqui si ut fortior, absurde id dicitur; neque enim timuisset infirmiorem qui fortior fuisset. Sin quia aequalis, erit ergo malum bono par viribus. Hoc autem ne ipsi quidem aiunt. Quod si ut infirmior timuit, id quidem adhuc est absurdius; nam malum fortius bono isti egregii confiterentur. Hac ergo divisione, dogmatis eorumdem demonstrata absurditate, corruit ipsorum oeconomia et eiusdem causa: neque vel secundum hanc oeconomiam divisa fuit indivisibilis Dei substantia. Alioquin autem, si ratione substantiae indivisibilis est Deus, sequitur ut animae ne-

ἔστιν· αἱ δὲ ψυχαὶ μέρη τῆς θείας οὐσίας εἰσὶ καθ'
ὑμᾶς· ἢ τοίνυν ἡ ἀμέριστος οὐσία μερισθήσεται, ὅπερ
ἄτοπον, ἢ οὐκ εἰσὶ τῆς θείας οὐσίας αἱ ψυχαί. Μ. Κα-
θάπερ ψήγματα ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ, καὶ ἀκτῖνες ὑπὸ τοῦ
ἡλίου, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ ἐκ τοῦ θεοῦ. Χ. Μὴ ἀναγκα-
σθεὶς διαλέγῃ, οὐκ οἶδ' ὅπως· πῆ μὲν ἀσθένειαν προφα-
σιζόμενος, πῆ δὲ ἰὼν ὡς μῶμος ἐπὶ τὴν διάλεκτον· τὸ
λεχθὲν δὲ ὅμως παρὰ σοῦ ἤδη ἐπισκέπτομαι· τμήσει καὶ cod. f. 252. b.
μερισμῷ τὰ ψήγματα ἐκ τοῦ χρυσοῦ εἰσὶν ἢ οὔ; Μ. Τοῦ
χρυσοῦ εἰσὶ μέρη. Χ. Ὁμοίως οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ λέ-
γεις; Μ. Ὁμοίως. Χ. Πῶς οὖν ἀμέριστος ἡ θεία οὐσία,
μερισθεῖσα ἐν πλείοσι μέρεσι καθάπερ ὁ χρυσὸς ἐν τοῖς
ψήγμασι; Μ. Τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ ἀμέριστός ἐστιν ἡ
θεία οὐσία, τῷ δὲ τῆς οἰκονομίας λόγῳ μεριστή. Χ. Τι-
νὶ οὖν λόγῳ ἡ θεία οὐσία ἐμερίσθη, ἀμέριστος ὑπάρ-
χουσα;

Μανιχαῖος ἐσιώπησε, μηδὲν εἰρηκώς· μετὰ δὲ τὴν
σιωπὴν, ὁ Χριστιανὸς ἔφη· καὶ σοῦ σιωπήσαντος, τὰ
σεμνὰ τῆς παρ' ὑμᾶς οἰκονομίας δι' ἣν ὁ θεὸς ἀμέρι-
στος ὢν ἐμερίσθη, τοῖς παροῦσιν ἀναγγελῶ. Μ. Ἐν σοὶ
ἔστι καὶ λέγειν καὶ μή. Χ. Παρὰ τοῖς Μανιχαίοις μία
μὲν ἀρχὴ ἐστὶν ἀγαθή· ἑτέρα δὲ κακή· ἀΐδιοί τε ἀμ-
φότεραι· χρόνῳ δὲ μανία τὶς καὶ πόλεμος μεταξὺ τού-
των τῶν ἀρχῶν συνέστη· οὐ τῇ τῶν ἑκατέρων προαιρέ-
σει, ἀλλὰ τῇ τῆς κακίας ἀρχῇ· κατ' αὐτοὺς γὰρ ἐκείνη
ἡ θέλησις θεασαμένη τὸ τοῦ ἀγαθοῦ φῶς ἁρπάσαι καὶ
παρασαλεύειν τὴν ἐκείνου βασιλείαν· θεασάμενος ὁ ἀγα-
θὸς θεὸς τὸν ἐπικείμενον, καὶ ὡς εἰ μὴ κινηθείη, καὶ
πρὸς ἑαυτὸν γένηται, ἐπιβουλευθήσεται ὑπὸ τοῦ ἐναν-
τίου, ἐβουλεύσατο τοιαύτην βουλὴν καθ' ἑαυτὸν ὤν· ὡς
ἂν προβάλῃ μέρη τινὰ ἐκ τῆς οἰκείας οὐσίας, καὶ ῥίψῃ
τῇ ἐναντίᾳ ἀρχῇ· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν· ἡ δὲ, λαβοῦσα
τὰς θειας μοίρας, ὡς Μανιχαῖοί γε ὀνομάζουσιν, εἴτε
μέρη, εἴτε ὡς εἷς, εἴτε τμήματα, εἴτε ἄλλως πῶς θέ-
λουσι λέγειν, ἱστήει ἐπὶ τὸν ἴδιον βυθὸν ἔχουσα ἐν
ἑαυτῇ τὰ θεῖα τμήματα· αὕτη οὖν ἐστιν ἡ παρὰ τῷ
ἀντιλέγοντι καὶ τοῖς Μανιχαίοις οἰκονομία, καὶ ἡ τῆς
οἰκονομίας ὑπόθεσις· δι' ἣν ὁ θεὸς ἐμερίσθη ἀμέριστος
ὤν· ἀλλ' εἰ ἀνατραπείη αὕτη ἡ μὴ δεομένη ἀνατροπῆς
ὑπόθεσις, ἀνατέτραπται καὶ ἡ τῶν Μανιχαίων οἰκονο-
μία· εἰ δὲ ἡ οἰκονομία ἀνατέτραπται, μένει καὶ ἡ θεία
οὐσία ἀμέριστος ἐς τὸ διηνεκὲς παραβιασθεῖσα ὑπὸ τῆς
μανιχαϊκῆς ὑποθέσεως ἐκτενεχθεῖσα εἰς μερισμόν· ἀνα- cod. f. 253.
τρέπων δὴ οὕτως ἀγαθὸς θεὸς, εἴτε ἡ θεία οὐσία, ἢ ὡς
ἰσχυρότερος τοῦ κακοῦ, τὸ κακὸν ἐφοβήθη, ἢ ὡς ἶσος,
ἢ ὡς ἀσθενέστερος· ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἰσχυρότερος, πα-
ράλογον τὸ λεγόμενον· οὐ γὰρ ἂν ἐφοβήθη τὸ ἀσθε-
νὲς, ἰσχυρότερος ὑπάρχων αὐτός· εἰ δὲ ὡς ἶσος, ἔσται
τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ ἶσον κατὰ τὴν δύναμιν· τοῦτο δὲ
οὔ φασιν· εἰ δὲ ὡς ἀσθενέστερος καὶ ἐφοβήθη, παραλο-
γώτερον· ποιοῦσι γὰρ ἰσχυρότερον τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κα-
κὸν, ὅπερ οὗτοι αὐτοὶ ὁμολογοῦσι. Ταύτῃ δὲ τῇ διαιρέ-
σει παραλόγου δειχθέντος τοῦ δογματιζομένου παρ' αὐ-
τοῖς, οἴχεται καὶ ἡ οἰκονομία καὶ ἡ ταύτης αἰτία· καὶ
οὐδὲ διὰ τὴν μὴ οὖσαν οἰκονομίαν ἡ ἀμέριστος οὖσα θεία
οὐσία ἐμερίσθη· ἄλλως δὲ εἰ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ἀμέ-
ριστος ὁ θεὸς, οὐ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας αἱ ψυχαὶ εἰσὶν

ἐκ τοῦ θεοῦ, ὡς οἱ Μανιχαῖοί γε φασίν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως.

Ἔχω δὲ καὶ ἄλλα περὶ τοῦ προκειμένου λέγειν· εἰσὶ δὲ ταῦτα· εἰ ἡ θεία οὐσία ἐν θνητῷ καὶ φθαρτῷ σώματι πολιτεύεται ὡς χρῄζουσα τούτου, ἡ ψυχὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς θείας οὐσίας· ἔτι ἡ ψυχη ὧν ἔχει γνῶσιν, ἕξει λήθην ποτέ· ὁ δὲ θεός ὧν ἔχει γνῶσιν οὐχ ἕξει λήθην ποτέ· ἡ ψυχὴ ἄρα οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς θείας οὐσίας· ἔτι ὁ θεὸς οὐδαμῶς αἰσθήσεων. τουτέστιν ὄψεως, ἀκοῆς, ὀσφρήσεως, γευσεως, χρῄζει εἰς ἐκτέλεσιν τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν, αἱ δὲ ψυχαὶ χρῄζουσιν· αἱ ψυχαὶ ἄρα οὐκ εἰσὶν τῆς θείας οὐσίας. Μ. Ἡ ψυχὴ πάλαι λόγος ἦν, καὶ ἀκοὴ ἦν, καὶ ὄψις ἦν, καὶ γεῦσις ἦν, καὶ ἁφὴ ἦν· νῦν δὲ ἐν τῷ σώματι καταβληθεῖσα, γέγονεν ἀκουστικὴ ἐξ ἀκοῆς, καὶ λογικὴ ἐκ λόγου, καὶ ἁπτικὴ ἐξ ἁφῆς, καὶ ὀσφραντικὴ ἐξ ὀσφρήσεως. Χ. Πρῶτον μὲν ὡς δέδεικται οὐ πάλαι λόγος ἦν ἡ ψυχή, ἢ ἀκοή, ἢ ὄψις, ἢ ὄσφρησις, ἢ γεῦσις, ἢ ἁφή, καὶ ἐξ ὑποθέσεως χωρὶς ἀποδείξεως παρείληπται τοῦτο· ἔπειτα δὲ ὁ θεὸς αὐτὸς λόγος ἐστὶν, ἐξ οὗ ἡ ψυχή, ἵνα καὶ ἡ ψυχὴ ᾖ λόγος ἐκ τοῦ θεοῦ οὖσα, ἢ ἄλλως πῶς λέγεις; Μ. Καὶ ὁ θεὸς λόγος, καὶ ἀκοή, καὶ τὰ λοιπὰ ἔστιν· καὶ ἡ ψυχὴ πρὶν ἢ καταβληθῇ ἐν τῷ σώματι, τοιαύτη ἦν οἷος καὶ ὁ θεός ἐστιν. Χ. Πᾶς λόγος τινός ἐστιν, καὶ πᾶσα ἀκοὴ τινός ἐστιν
cod. f. 253. b. ἀκοή· καὶ εἰ ἔστιν ὁ θεὸς ἀκοή τε καὶ λογος, εὑρεθήσεται ὁ θεὸς ἄλλου θεός, καὶ ἔσται πρὸ τοῦ ἀγαθοῦ τὶ θεοῦ, οὗ ἔστι λόγος· ὅπερ καὶ καθ' ὑμᾶς ἄτοπον.

Σιωπήσας δὲ κἀνταῦθα ὁ Μανιχαῖος οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Χριστιανὸς μετὰ τὴν σιωπὴν εἶπεν. Ἐπειδὴ ἡ τοῦ λόγου ἀκολουθία παρεῖδε τὸ δεύτερον παράδειγμα τῶν ἀκτίνων καὶ τοῦ ἡλίου. σκοπητέον καὶ τοῦτο· αἱ ἀκτῖνες συνυπάρχουσι τῷ δίσκῳ, καὶ ὁ δίσκος αἴτιός ἐστιν τῶν ἀκτίνων· αἱ δὲ ψυχαὶ οὐ συνυπάρχουσι τῷ θεῷ ἀεί, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκονομίαν καὶ κατ' αὐτὸν τον ἀντιλεγόμενον, ποτὲ γεγόνασιν· οὐκ ἄρα καθάπερ ὑπὸ τοῦ ἡλίου αἱ ἀκτῖνες, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ ἐκ τοῦ θεοῦ· ἔτι αἱ ἀκτῖνες οὖσαι ἐκ τοῦ δίσκου, οὐδαμῶς ἀναλύονται εἰς τὴν τοῦ δίσκου οὐσίαν· αἱ δὲ ψυχαὶ κατὰ τὸν ἀντιδιαλεγόμενον, ἐξ οὗπερ γεγόνασι θεοῦ εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον ἀναλυθήσονται ποτέ· οὐκ ἄρα καθάπερ αἱ ἀκτῖνες ὑπὸ τοῦ ἡλίου, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ· καὶ τούτοις μὲν τοῖς λόγοις δέδεικταί μοι ὡς οὐκ εἰσὶν αἱ ψυχαὶ τῆς θείας οὐσιας· ὅτι δὲ οὔτε ἔκ τινος ὑποκειμένου δηλονότι· εἰ γὰρ ἀσώματος ἡ ψυχὴ καὶ λογική, οὐδὲν δὲ ἀσώματον ἢ λογικὸν ἔκ τινος ὑποκειμένου γίγνεται, δῆλον ὡς οὐδὲ ἡ ψυχή· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ καθ' ἑαυτὴν ἀΐδιος· ὑπόκειται γὰρ τῷ σώματι καταχρέος· κἂν τῷ δοξολογεῖν κἂν τῷ εὐχαριστεῖν· εἰ δὲ οὐκ ἐγεγόνει ὑπὸ τοῦ θεοῦ οὐδὲ χρεωστεῖ αὐτῷ· χρεωστεῖ δέ, γεγένηται ἄρα ὑπ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ὥσπερ παρ' ὑμῖν χρεωστεῖ τῷ θεῷ ἡ ψυχὴ δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν προσφέρειν, ἀλλ' ὡς γεγονυῖα ὑπ' αὐτοῦ· εἰ δὲ οὔ τε ἐκ τῆς θείας οὐσίας, οὔτε δὲ ἔκ τινος ὑποκειμένου, οὔτε καθ' ἑαυτὴν ἀΐδιος, δῆλον ὅτι ἐκ μὴ ὄντων, τουτέστιν ὑποκειμένου τινὸς χωρίς, ὑπὸ τοῦ θεοῦ δὲ ὡς δημιουργήσαντος γεγένηται. Τέλος σὺν θεῷ.

quaquam ratione substantiae a Deo sint, ut Manichaei adfirmant. Et haec quidem ita se habent.

Alia quoque habeo quae de proposito argumento dicam. Sunt autem huiusmodi. Si divina substantia in mortali corruptibilique corpore habitat quasi eo indigens, certe anima ex divina substantia non est. Insuper anima quorum habet notitiam, aliquando patietur oblivionem; Deus autem quorum habet notitiam, numquam experietur oblivionem. Ergo anima ex divina substantia non est. Praeterea Deus nequaquam sensibus, id est visu, tactu, olfactu, gustu, indiget ad suarum operationum effectum; animae autem his indigent: ergo animae ad divinam substantiam non pertinent. M. Anima olim ratio erat, auditus erat, visus erat, gustus erat, tactus erat: nunc autem in corpus coniecta, facta est acustica ob auditum, rationalis ob rationem, tangendo et olfaciendo idonea ob tactum et olfactum. Ch. Primo quidem haud est demonstratum, animam olim fuisse rationem, aut auditum, aut visum, aut olfactum, aut gustum, aut tactum: haec enim ex hypothesi, non ex demonstratione sumuntur. Deinde vero, num Deus est ratio, ex qua anima, ita ut anima quoque sit ratio ex Deo existens, an aliter potius dicis? M. Et Deus est ratio, atque auditus, nec non reliqua est; et anima antequam intra corpus clauderetur talis erat qualis Deus est. Ch. Quaevis ratio, alicuius ratio est; et quivis auditus, alicuius auditus est; si ergo ratio et auditus Deus est, utique comperietur Deus alterius Dei, eritque aliquid ante bonum Deum, cuius est ratio: quae res a vobis quoque absurda iudicatur.

Silens autem heic quoque Manichaeus, nihil respondit. Christianus vero post id silentium ait: quandoquidem sermonis series in causa fuit, ut secundum exemplum praetermitteretur radiorum ac solis, nunc id quoque considerandum est. Radii existunt una cum disco, et discus radiorum causa est. Animae non existunt cum Deo semper, sed ex oeconomia, ut ait ipse adversarius, aliquando factae sunt: haud igitur sicut radii ex sole, ita etiam animae ex Deo. Insuper radii qui ex disco sunt, numquam in disci substantiam resolvuntur: animae autem, secundum adversarium, in Deum, a quo sunt, aliquando resolventur. Non ergo eadem ratione qua radii a sole, procedunt a Deo animae. Atque his demum sermonibus demonstratum a me fuit non esse animas ex divina substantia: neque ex aliquo subiecto scilicet. Nam si incorporea est anima ac rationalis, nihil autem incorporeum aut rationale ex aliquo subiecto fit, constat ne animam quidem ita fieri. Sed neque per se ipsa aeterna est: est enim corporis usibus subiecta, sive dum Deum glorificat sive dum gratias agit. Atqui si a Deo facta non esset, nihil ei deberet. Debet autem; ergo a Deo facta est. Non enim sicut fit inter homines, debet Deo anima laudem et gratiarum actiones, sed eo nomine debet quod ab eo facta sit. Si ergo neque ex divina substantia, neque ex subiecto aliquo est, neque per se ipsa aeterna est, constat eam ex non extantibus esse, id est absque subiecto quovis, atque a Deo creatore factam.

DISPUTATIO SECUNDA

De duobus Manichaeorum principiis.

Deinde in secunda disputatione, uno die interposito, ex utriusque partis placito, haec agitata fuerunt. Manichaeus. Ego hodie interrogantis partes agam, quandoquidem in priore dialogo res nostrae ventilatae fuerunt. Christianus. Vestrae quidem res in priore dialogo ventilatae sunt, ut dixisti, non tamen omnes. Antea vero oportebat omnia conveniente disquisitione tractare, et tum demum nostrarum rerum initium facere. Sed quia tibi placet ut ante vestrae doctrinae examen debitum, nostra expendantur, prout vis interroga. M. Quibus de rebus tractandum nunc censes? Ch. Is debet interrogare qui discit, non qui disserit. M. Nunc ego discere malo quam disserere. Ch. Mihi ergo cedis docendi partes? M. Cedo utique. Ch. Apud nos Christianos, nec non et alios hoc extat firmumque habetur capitulum, nempe esse aliqua in arbitrio nostro. Te ergo oportet, quoniam discipuli partes maluisti, hoc in primis admittere. Quod si dictae rei demonstrationem quoque vis cognoscere, conabor dicere. Post dictum autem capitulum eiusque demonstrationem, reliqua etiam dogmatum nostrorum capitula libenter volenti tibi exponam cum propriis cuiusque demonstrationibus. M. Ex medio rerum cursu, non ex principio, initium docendi facis. Ch. Discentis ne, an docentis vel alterius cuiuslibet officium est dicere, quodnam futurum sit discenti utile doctrinae initium? M. Docentis est. Ch. Meum est itaque, quod voluero initium docendi facere.

Naturalia autem partim accidunt necessitate naturae. Necessitate porro naturae illa accidere dico quae ipsa per se invitis nobis a natura efficiuntur, ut mori, et crescere usque ad definitam aetatem animalia. Quaedam etiam naturali sequela eveniunt; quorum tamen effectus interdum fallit, veluti liberorum genitura ex copula. Hoc quidem ex contingentibus est; neque enim semper ex copula sequitur liberorum genitura. Quaecumque igitur necessitate naturae fiunt, absque peccato fiunt etiam ab hominibus ratione utentibus. Quaecumque vero vel fieri vel non fieri possibile est, in irrationali quidem natura culpa carent, cuicuimodi fuerit operatio: non enim ratiocinii usum habent, quo possint facienda discernere. In hominibus autem alia natura temperatis, sunt haec interdum proprie mala, cum recta ratio actui non praeest, quia ignaviâ nostrâ infirmatur, vel omnino voluptatibus est debilitata. Etenim peccatum est cum fit electio et usus rerum vel actuum, quae naturaliter fieri et non fieri possunt a rationabilibus animantibus. Porro virtus hominis est, ut possit aliquid agere, ad quod naturali motu incitetur; quod idem si in quibusdam adiunctis male fieri, aut omnino semper iniquum credatur, ab eo abstineat, rationis gubernatione rectus, et voluptatum illecebras calcet. Sed dicunt: cur non incapaces nos peccati fecit Deus, ut numquam voluntarii peccaremus? Verum qui haec obiiciunt, stomachari videntur, quod eos Deus lapides aut ligna non fecerit, et irasci benefactori, propterea quod rationales homines creaverit, et non potius ad boni malique electionem inertes. Quod si dicunt: oportuit nos fieri rationales, bonique et mali discretionem habere, sed tamen in recte agendo immotos perstare; nihil hi mihi aliud videntur quaerere nisi ut nos homines non fieremus, sed eadem qua Deus natura ditaremur. Solus quippe Deus veri mali faciendi impotens est. Unde ait apostolus, impossibile esse mentiri Deum. Nam malitia infirmitas quaedam est, quae in creatis conspicitur: apud vero increatum, quodnam sit infirmitatis vestigium? Quod si nos eiusdem qua Deus naturae essemus, haud iam hercle creaturae diceremur, sed dii natura essemus, sicut ille Deus est.

De Tenebris.

Tenebrae definiendae sunt aëris quaedam obscuritas, lucis orbitate, non aliquid substantialiter subsistens: vel locus qui obstructione corpora obumbret, aut ut simplicius dicatur, locus luce carens.

Sanctorum patrum syllogismi.

1. Omne malum puniendum est: nihil autem puniendum quod sit incorruptibile; ergo nullum malum incorruptibile.

2. Nihil est corruptibile quod sit increatum; est autem malum corruptibile; ergo malum non est increatum.

3. Divinae scripturae diabolum poenae traditum dicunt: omne autem poenae traditum, mutabile est: nihil porro quod sit mutabile, increatum est; nullum ergo malum increatum est.

4. Nihil increatum est mutabile: atqui malum est mutabile, si a bono vincatur: ergo malum non est increatum.

5. Partiale bonum, nec non malum, mutatur, quia non sunt increata: sed substantiale bonum est immutabile. Atqui malum, quod Manichaei dicunt esse substantiale, mutabile est, nam et ipsi hoc puniendum fatentur.

6. Nihil secundum substantiam malum est, quia malitia est qualitas; atqui nulla qualitas est substantia: ergo malum non est substantia.

7. Cuncta invicem contraria corruptibilia sunt: atqui increata non sunt corruptibilia: ergo contraria non sunt increata.

8. Omnis qui honestam rem cupit, efficacem habet cupiditatem: atqui Deus destruere malitiam cupit: ergo corruptibilis res est malitia: quae quum sit corruptibilis, destruetur, ideoque non est increata.

9. Si increatum est malum, ipsi naturaliter inest ut sit malum: atqui nemo naturaliter agens peccat: ergo malum non peccat: iam qui non peccat reus non est: reus tamen est Satanas: ergo hic non est increatus.

10. Aiunt quidam: si poena facit resipiscere malos, ea utique bona est: si ergo poena bona est, contraria est huic bonorum promissio: atqui contraria esse non possunt quatenus bona: ergo promissio malum quid est. Quod si non mala est promissio sed bona, poena utique malum quid est. Quod si mala poena, non iam eam Deus sed Satanas infligit. Porro poenam non infligit adseclis suis, quia sunt aeque atque ille mali; alioqui opus esset ipsum quoque quum malus sit, poenae subiacere: ergo bono poenam imponit. Atqui impossibile hoc est; ergo malus daemon eam non imponit, sed Deus. Quibus respondendum est: quicquid a Deo infertur, utiliter infertur, quia id bonum est vel bonum efficiens, aut malum cohibens. Nam Deus, cohibendi mali studiosus, illud infert: non autem adgrederetur cohi-

Περὶ σκότους.

Σκότος οὖν ὁριστέον τί ἀφεγγὲς τοῦ ἀέρος, στερήσει φωτός, οὐκ οὐσίᾳ ὑφεστηκός· ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματα σκιαζόμενον· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τόπον φωτὸς ἐστερημένον.

Συλλογισμοὶ ἁγίων πατέρων 1).

α'. Πᾶν κακὸν κολαστέον· οὐδὲν δὲ κολαστέον ἄφθαρτον· οὐδὲν ἄρα κακὸν ἄφθαρτον. cod. f. 267.

β'. Οὐδὲν φθαρτὸν ἀγέννητον· ἔστι δὲ τὸ κακὸν φθαρτόν· τὸ ἄρα κακόν, οὐκ ἀγέννητον.

γ'. Αἱ θεῖαι γραφαὶ κολάσει παραδίδοσθαι τὸν διάβολον φασί· πᾶν δὲ κολάσει παραδιδόμενον, τρεπτόν· οὐδὲν δὲ τρεπτὸν, ἀγέννητον· οὐδὲν ἄρα τῶν κακῶν ἀγέννητον.

δ'. Οὐδὲν ἀγέννητον τρεπτόν· τρεπτέον δὲ τὸ κακόν, κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ ἄρα κακόν, οὐκ ἀγέννητον.

ε'. Τὸ μερικὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν τρέπεται, οὐ γάρ ἐστιν ἀγέννητα· τὸ δὲ οὐσιῶδες καὶ ἀγαθὸν, ἄτρεπτον· τὸ δὲ κακόν, ὅ φασιν οἱ Μανιχαῖοι οὐσιῶδες εἶναι, τρεπτέον, εἴ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν αὐτὸν εἶναι κολαστέον.

ϛ'. Οὐδὲν κατ' οὐσίαν κακόν, τῷ τὸ κακὸν ποιὸν εἶναι· οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία; τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία.

ζ'· Πάντα τὰ ἐναντία ἀλλήλων ἐστὶ φθαρτικά· τὰ δὲ ἀγέννητα, ἄφθαρτα· τὰ ἄρα ἐναντία οὐκ ἀγέννητα.

η'. Πᾶς ὁ εὐλογως ὀρεγόμενος τινὸς, ἐπιτετευγμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν, ἧς εὐλόγως ὀρέγεται· θεὸς δὲ φθεῖραι τὴν κακίαν ὀρέγεται· τῶν φθαρτῶν ἄρα ἔστιν ἡ κακια· τῶν δὲ φθαρτῶν οὖσα, ἀφανισθήσεται· ἀφανιζομένη δέ, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος.

θ. Εἰ ἀγέννητον τὸ κακόν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακῷ εἶναι· οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν, ἁμαρτάνει· τὸ ἄρα κακὸν οὐχ' ἁμαρτάνει· τὸ δὲ μὴ ἁμαρτάνον, οὐχ' ὑπαίτιον· ὑπαίτιος δὲ ὁ σατανᾶς· οὐκ ἄρα ἀγέννητος.

ι'. Φασὶ τινές, εἰ μεταποιεῖ τοὺς φαύλους ἡ κόλασις, ἀγαθὴν εἶναι· εἰ δὲ ἡ κόλασις ἀγαθή, ἐναντία δὲ ταύτῃ ἡ ἐπαγγελία τῶν ἀγαθῶν· τὰ δὲ ἐναντία οὐ δύναται ὡς ἀγαθὰ εἶναι· ἡ ἄρα ἐπαγγελία κακόν· μὴ κακῆς δὲ τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλ' ἀγαθῆς οὔσης, ἡ κόλασις ἐστὶ κακόν· εἰ δὲ ἡ κόλασις κακόν, ἀλλ' οὐχ' ὁ θεός, ἀλλ' ὁ σατανᾶς αὐτὴν ἐπιφέρει· ἐπιφέρει δὲ τὴν κόλασιν οὐ τοῖς ἑαυτοῦ· εἰσὶ γὰρ ὡς αὐτὸς πονηροί· καὶ ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ὄντα πονηρὸν ὑποπίπτειν τῇ κολάσει· τῷ ἄρα ἀγαθῷ ἐποίσει αὐτήν· ἀλλὰ ἀδύνατον τοῦτο· οὐκ ἄρα ὁ πονηρὸς αὐτὴν ἐπιφέρει, ἀλλ' ὁ θεος. Πρὸς οὓς ῥητέον· πᾶν τὸ ὑπὸ θεοῦ ἐπιφερόμενον, χρησίμως ἐπιφέρεται, τυγχάνον ἀγαθὸν ἢ ἀγαθοῦ ποιητικόν, ἢ κωλυτικὸν κακοῦ· ὁ γὰρ θεὸς κωλύειν τὸ κακὸν βουλόμενος, ἐπιφέρει τοῦτο· οὐκ ἂν ἐπεχείρει κωλύειν τὸ κακὸν, εἰ μὴ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τὸ κακόν· κωλυ-

1) Videlicet S. Gregorii nysseni ed. paris. T. II. p. 612, non tamen sine varietate.

όμενον δὲ τοῦτο, οὐ δύναται εἶναι φύσει καὶ ἀγένητον· τὸ κακὸν ἐν ταῖς ἐνεργείαις εὑρίσκεται· κακὸν γὰρ ἐστὶ μεταχειρίζεσθαι τοὺς λόγους τὰ κατὰ φύσιν οὐδὲ ὄντα.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ 1) ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΡΟΣ ΜΑΝΙΧΑΙΟΝ.

Ὀρθόδοξος. Εἰ τὸ σῶμα τῆς ὕλης, ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ καθ' ὑμᾶς, ἐναντία οὐ συντίθεται ἄνευ τεχνίτου τινός· οἷον τὸ μέλαν καὶ λευκὸν ὑπὸ ζωγράφου, καὶ ὑπὸ ἰατρῶν τὰ θερμὰ εἴδη τοῖς ψυχροῖς, τίς ὁ συναγαγὼν τὰ ἐναντία, ψυχήν τε καὶ σῶμα, ἓν ζῶον ἐργασάμενος; Μανιχαῖος. Ὁ ἀγαθὸς θεὸς ἀτάκτως κινουμένης τῆς ὕλης, λαβὼν μοῖραν τινὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, τῇ ὕλῃ προσέπεμψε, δελεάσαι αὐτὴν βουλόμενος· ἡ δὲ λαβοῦσα κατέπιε· καὶ οὕτω ἐκ τῆς κράσεως ἀμφοτέρων τὰ σύνθετα γέγονεν 2). Ὀρ. Ταῦτα μῦθοι τινές εἰσι πλέον τῆς ἀσεβείας τὸ ἀπίθανον ἔχοντες· πρῶτον μὲν ὅτι οὐδεὶς ἑαυτὸν συντίθησι πρὸς ἑτέρου γένεσιν· πρὸς τούτοις δὲ παθητὸς καὶ μεριστὸς ὁ θεὸς ἐντεῦθεν εὑρίσκεται, εἴ γε μέρος αὐτὸς λαβὼν τῇ ὕλῃ προσέῤῥιψεν· ἀλλὰ καὶ ἡ ὕλη τοῦ εἶναι κακὴ ἐλευθερωθήσεται, ἐρασθεῖσα τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ φῶς καταπιοῦσα· ἄλλον τε δὲ ἀποκρίναί μοι, ἀσώματος ὁ θεός; Μ. Ναὶ, ἀσώματος. Ὀρ. Πῶς οὖν ὁ ἀσώματος καὶ ἁπλοῦς τομὴν ἢ διαίρεσιν ὑπομένει; Μ. Ἀλλ' οὐ διαίρεσιν ἢ τομὴν γεγονέναι λέγω τῆς θείας οὐσίας, ἀλλὰ προσβολὴν ὁμοούσιον τῷ προβαλλομένῳ· καὶ πρὸς τοῦτο διαμάχεσθαι χριστιανοὺς ὄντας ὑμᾶς, οὐκ οἶμαι [οἳ] τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ λόγον, οὐ τμῆμα τῆς τούτου πατρὸς οὐσίας φατὲ, καὶ ὅμως ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ παρ' ὑμῖν ὁμολογεῖται καὶ εἰς τὸν κόσμον ἀποσταλέσθαι ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς
cod. I. 268. κηρύττεται· οὕτως οὖν τομῆς μὴ γενομένης ὁ ἀγαθὸς θεὸς δύναμίν τινα προεβάλετο πρὸς τὸ ἐπισχεῖν τῆς ὕλης τὴν ἀταξίαν. Ὀρ. καὶ οὕτως ἐλεγχθείης τῷ τῆς τομῆς ἐγκλήματι περιπίπτων. Μ. Ἔλεγξον καὶ πείσομαι τοῖς σοῦ. Ο. Διαιρεῖσθαι τὴν ὕλην καὶ τὸν θεὸν ἰδίοις τόποις οἶδα πολλάκις ἀκηκοὼς ὑπὸ τῶν Μανιχαίων· καὶ ὡς τὸ μὲν νότιον τῇ ὕλῃ, τὸ δὲ βόρειον καὶ ἀνατολικὸν καὶ δυτικὸν προσνέμεται τῷ ἀγαθῷ θεῷ. Μ. Οὕτως γὰρ ὁμολογοῦμεν. Ο. Πῶς οὖν οὐ δέδοικας τὴν τοσαύτης βλασφημίας ὑπερβολὴν, περιγραπτὸν εἰσάγων τὸ θεῖον, ὃν ἀγαθὸν καὶ παντοδύναμον ὁμολογεῖς, καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς κακίστης ὕλης περιγραφόμενον; πέρας γὰρ τῷ θεῷ δίδως, ἐν τόπῳ τοῦτον ὑποτιθέμενος· πέρας γάρ ἐστι τόπος τοῦ περιέχοντος, καθὸ περιέχει τὸ περιεχόμενον· περιεχόμενος δὲ ὁ θεός, περιγραπτὸς πάντως ἐστι· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τὸν θεὸν περιέχων τόπος, περιγράφεται κατ' ἐκεῖνο τὸ τέλος, καθὸ τῆς ὕλης τοῦ τόπου ἐφάπτεται· καὶ οὕτως

bere malum, nisi mali cohibitio possibilis foret. Porro hoc cohibitum non potest esse increatum. Malum enim in operationibus invenitur. Malum quippe est si aggrediamur dicere de iis, quae in rerum natura non sunt.

IOHANNIS ORTHODOXI DISPUTATIO CUM MANICHAEO.

Orthodoxus. Si corpus a materia est, anima autem ex bono Deo est, ut vos dicitis, contraria quidem non componuntur absque artifice aliquo; veluti nigrum et album a pictore, et a medico calidae species cum frigidis; quis inter se composuit contraria, animam scilicet et corpus, unum animal efficiens? Manichaeus. Bonus Deus, quum seditionem commoveret materia, sumptam particulam aliquam suae ipsius substantiae, in materiam iniecit, esca illam allicere volens; quae hanc exceptam ebibit; atque ex utriusque concretione compositio extitit. O. Hae sunt fabulae quaedam, magis etiam incredibiles quam impiae. Primum quidem quia nemo se ipsum componit, ut alium producat. Deinde his positis, patibilis divisibilisque Deus hinc comperitur, si quidem partes sui sumptas in materiam proiecit. Sed et materia quominus sit mala absolvetur, quoniam bonum adamavit, eiusque lucem ebibit. Nunc aliud mihi responde: est ne incorporeus Deus? M. Sane incorporeus. O. Quomodo igitur incorporeus et simplex sectionem aut divisionem patitur? Ego neque divisionem neque sectionem factam dico divinae substantiae, sed emissionem consubstantialem emittenti. Atque huic sententiae repugnare vos Christianos non puto, qui filium Dei Verbum, sectionem substantiae paternae non dicitis, et simul tamen patri consubstantialem confitemini. Idem in mundum propter hominum salutem missus in sancta scriptura praedicatur. Sic ergo, nulla interveniente sectione, bonus Deus vim quandam ex sese emisit ad compescendam materiae perturbationem. O. Atque ita in improbatae sectionis culpam incidit. M. Demonstra, et ego dictis tuis credam. O. Dividi materiam ac Deum propriis locis, scio me non semel audisse a Manichaeis; atque australem partem materiae, borealem, orientalem, occidentalesque partes bono Deo attribui. M. Sic nos profitemur. O. Quomodo ergo non horres tantae blasphemiae excessum? circumscriptum inducens Deum, quem bonum, et omnipotentem confiteris, et tamen a pessima materia limitatum. Etenim terminum Deo das, dum eum in loco collocas: nam locus terminus est continentis, quatenus in se continet comprehensum: comprehensus autem Deus, prorsus est circumscriptus: et ipse qui Deum continet locus, eo termino circumscribitur,

1) Intelligo Iohannem damascenum. Attamen hic noster dialogus plane diversus est ab eo qui extat contra Manichaeos sub illius nomine in Opp. T. I. p. 429. seq.

1) Audiamus S. Augustinum Manichaeorum errores apprime callentem de agone christ. cap. III. «Manichaei dicunt ante mundi » constitutionem fuisse gentem tenebrarum, quae contra Deum rebellavit: in quo bello credunt miseri omnipotentem Deum » non sibi aliter potuisse succurrere, nisi partem suam contra eam mitteret. Cuius gentis principes, sicut illi dicunt, devora» verunt partem Dei, et temperati sunt ut posset mundus de illis fabricari. Sic dicunt Deum pervenisse ad victoriam cum mag» nis calamitatibus et cruciatibus et miseriis suorum membrorum, quae membra dicunt esse commixta tenebrosis visceribus » cipum illorum, ut eos temperarent, et a fervore compescerent etc.»

quo loci materia pertingit: atque ita circumscripto loco circumscribetur a vobis Deus, qui intra certum locum Deum limitatis.

Sed haec missa faciamus. Narra porro mihi, an proprio in loco stantem Deum dicas ex sese emisisse vim, atque ad materiae proiecisse locum? M. Enimvero sic aio. O. Si ergo ex Deo emissio ad alium facta est locum, Deo aliam stationem occupante, quid ni a patris substantia separata fuit? Nam quae locis distant, ea invicem distare necesse est. Nonne sic igitur, ex sententia tua, Dei vis extra eiusdem substantiam prodiit? Iam quod extra aliquem est, id omnino ab eiusdem substantia separatum est. Nos autem haud vestras impietates sectamur, neque duo principia locis separata adfirmamus, sed unum universitatis creatorem, et unum rerum omnium initium, patrem ac filium, cuncta implens dogmatis instar credimus: patrem in filio, filium in patre una confitentes, iuxta illud effatum: ego in patre, et pater in me. Itemque: omnia quae habet pater, mea sunt. Unde et inspiratus Iohannes tamquam omnia implente Trinitate, de Deo Verbo ait: in propria venit, et sui eum non receperunt: secundum vero vos Manichaeos, non in propria venit, sed potius in aliena; si quidem ad materiae locum accessit, volens animas in alieno loco alligatas, ut vos dictis, redimere. Quare et illam quam revocabas sectionem (a te alioqui non semel adfirmatam) putans sic divinae substantiae divisionem vitare, ne sic quidem vitasti: namque in eandem recidis irreligiositatem.

Sed unde discessi, illuc denuo sermonem converto. Responde ergo mihi: materia per se, absque cum Deo commixtione, simplex ne est, an composita? M. Simplex. O. Ex simplicibus autem fit compositum? M. Ita est. O. Si ergo simplex est materia, patet eam ab alio aliquo componi: nemo enim se ipsum ad compositionem adducit. Quomodo ergo ab alio composita, caret initio? Alioqui etiam, composita ex diversis componuntur quae praeexistunt, ut electrum ex argento et auro compositum: simulve spectabile, ut caput aliquod ex ossibus, carne, membranis ac nervis: haec enim una consistunt, quum sint diversa, nihilque ex his singulis extitit ante compositum ex ipsis caput. Ergo si materia composita est, ne ipsa quoque unum principium est, sed multo plura si ipsa per se composita sit, et sine ulla cum Deo compositione. M. Ergo simplicem dicis esse materiam? O. Minime simplicem esse aio materiam, sed demonstrare volo eam non esse absque initio neque increatam, ut tu ais, et non sine suis qualitatibus a Deo fuisse productam: qualitatibus eius semper variantibus, aliisque cum aliis permutatis, prout ipsius creatori Deo placuerit. Nam si esset simplex, quomodo ex uno simplici, materia inquam, composita fierent corpora? Quomodo item in uno simplici, materia scilicet, duo contraria deprehendimus generationem et corruptionem? Quod si ex ipsa sunt corpora, eadem quoque ex se ipsa corpus erit: nam quod est genitum ex aliquo corpore, ipsum quoque corpus est.

ὑπὸ περιγραφομένου τόπου περιγραφήσεται ὁ θεὸς καθ' ὑμᾶς, τοὺς τόπῳ τινὶ περιορίζοντας τὸν θεόν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρείσθω· εἰπὲ δέ μοι ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ μένοντα τὸν θεὸν φῇς προβαλέσθαι τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ἐπὶ τὸν τῆς ὕλης ἐξαποστεῖλαι τόπον; M. Ναὶ, τοῦτο φημί. O. Εἰ οὖν ἐκ τοῦ θεοῦ προβολὴ ἐν ἑτέρῳ γέγονε τόπῳ. τοῦ θεοῦ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ διαμείναντος, πῶς οὐκ ἐμερίσθη τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως; τὰ γὰρ διεστῶτα τοῖς τόποις, πάντως καὶ ἀλλήλων διαιρεῖσθαι ἀνάγκη· καὶ οὕτως οὖν ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις κατὰ σὲ οὐκ ἔξω τῆς αὐτοῦ γέγονεν ὑποστάσεως; τὸ δὲ ἔξω τινὸς ὑπάρχον, πάντως καὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ διῄρηται· ἡμεῖς δ' οὐχ ἑπόμεθα ταῖς ὑμῶν ἀσεβείαις, οὐδὲ δύο ἀρχὰς διῃρημένας τοῖς τόποις φαμὲν, ἀλλ' ἕνα τοῦ παντὸς διμιουργὸν, καὶ μίαν τὴν πάντων ἀρχὴν λέγοντες, πατέρα τε καὶ υἱόν τὰ πάντα πληροῦν δογματίζομεν· πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πατρὶ προσομολογοῦντες κατὰ τὸ λόγιον τὸ φάσκον· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ, πάντα τὰ τοῦ πατρὸς, ἐμά ἐστι· διὸ καὶ Ἰωάννης ὁ θεοφόρος, ὡς τὰ πάντα πληρούσης τῆς ἁγίας τριάδος, περὶ τοῦ θεοῦ λόγου φησίν· εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον· καθ' ὑμᾶς δὲ τοὺς Μανιχαίους οὐκ εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὰ ἀλλότρια· εἴ γε τῷ τῆς ὕλης ἐπῆλθε τόπῳ τὰς ψυχὰς ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ πεπεδημμένας καθ' ὑμᾶς βουλόμενος ἀνασῶσαι· ὥστε καὶ δι' ὧν ἀνεκαλέσω τὴν τομὴν τὴν πολλάκις ὑπὸ σοῦ λεχθεῖσαν, οἰόμενος ἐκφεύξεσθαι τῆς θείας οὐσίας τὴν ἀφαίρεσιν, οὐδ' οὕτως ἐκπέφευγας, εἰς τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν περιπέπτωκας.

Ἀλλ' ὅθεν ἐξέβην, τῷ λόγῳ πάλιν ἐπάνειμι· ἀπόκριναι οὖν· ὕλη καθ' ἑαυτὴν, ἄνευ τῆς πρὸς θεὸν συγκράσεως, ἁπλῆ ἐστιν ἢ σύνθετος; M. Σύνθετος. O Ἐξ ἁπλῶν δὲ τὸ σύνθετον γίνεται; M. Οὕτως ἔχει. O Εἰ τοίνυν σύνθετος ἡ ὕλη, δῆλον ὡς ὑπό τινος ἑτέρου συντέθειται· οὐδεὶς γὰρ ἑαυτὸν πρὸς σύνθεσιν ἄγει· πῶς οὖν ὑφ' ἑτέρου συντιθεῖσα, ἄναρχός ἐστι; ἄλλως τε τὰ σύνθετα, ἐκ διαφόρων συντέθειται, προϋπαρχόντων μὲν, ὡς τὸ ἔλεκτρον τὸ ἐκ χρυσίου καὶ ἀργύρου συντεθέν· συνθεωρούμενον ὡς ἤ τις κεφαλὴ ἐξ ὀστέων καὶ σαρκῶν, καὶ ὑμένων, καὶ νεύρων· ταῦτα γὰρ ἅμα συνέστη διάφορα ὄντα, καὶ οὐδαμῶς ἕκαστον προϋπέστη τῆς ἐξ αὐτῶν συντεθείσης κεφαλῆς· ἡ ὕλη οὖν εἰ σύνθετός ἐστι, καὶ αὕτη οὐκέτι ἔσται μία ἀρχὴ, ἀλλὰ πολὺ πλείους, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν σύνθετος οὖσα καὶ ἄνευ τῆς πρὸς θεὸν συνθέσεως. M. Ἁπλῆν οὖν φῇς εἶναι τὴν ὕλην; O. Οὐχ' ἁπλῆν εἶναι λέγω τὴν ὕλην, ἀλλὰ δεικνῦναι βουλόμενος ὅτι οὐκ ἄναρχός ἐστιν, οὐδὲ ἀγέννητος ὡς σὺ φῇς· καὶ ὅτι σὺν ταῖς ποιότησιν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ παρήχθη· τῶν περὶ αὐτὴν ποιοτήτων ἀλλαττομένων ἀεὶ καὶ μεταβαλλουσῶν ἄλλης εἰς ἄλλην, ὅταν παρασταίη τῷ ταῦτα παραγαγόντι θεῷ· εἰ γὰρ ἁπλοῦς ἐστι, πῶς ἐξ ἑνὸς ἁπλοῦ, φημὶ δὴ τῆς ὕλης, τὰ σύνθετα γέγονεν σώματα; πῶς δὲ ἐν τῷ ἑνὶ ἁπλῷ τῇ ὕλῃ, δύο ἐναντία εὑρίσκομεν, γένεσίν τε καὶ φθοράν; εἰ δὲ ἐξ αὐτῆς τὰ σώματα, σῶμα ἐξ αὐτῆς καὶ αὕτη ἔσται· τὸ γὰρ γεγεννημένον ἔκ τινος σώματος, σῶμα ὑπάρχει· εἰ δὲ σῶμα ἡ ὕλη, cod. f. 262.

καὶ σύνθετος· σύνθετος δὲ τυγχάνουσα, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος ὡς ἀποδέδεικται.

M. Πόθεν οὖν νόσοι καὶ θάνατοι. καὶ τὰ τοιαῦτα τὰ κακά; εἰ γὰρ μὴ ἐξ ὕλης ἀνάρχου καὶ ἀγενήτου καὶ φύσει κακῆς ταῦτα τυγχάνει, ὁ θεὸς αἴτιος ἔσται τῆς τούτων γενέσεως. O. Τί γὰρ κακὰ νομίζεις τὰς νόσους καὶ τὸν θάνατον; καί τοι θάνατος μὲν ἐλευθεροῖ τοῦ σώματος τὴν ψυχήν, καὶ τοῦ δεσμοῦ τῆς ὕλης ἀπαλλάττει· νόσος δὲ πάλιν τήκει τὸ σῶμα, ὥσπερ σὺ νομίζεις σῶμα κακὸν ὑπάρχον· πολλάκις δὲ καὶ ἁμαρτίας ἐνεργεῖν κωλύει ἡ νόσος, ἃς ἔπραξεν ἂν ὁ νοσῶν, εἰ μὴ τῇ νόσῳ πεπήδετο· ἄλλως τε ἀπόκριναί μοι πυνθανομένῳ, δεῖ τὴν κακίαν μισεῖν; M. Ναί. O. Πῶς οὖν ταύτην, ἣν μισεῖν προσποιεῖς, μεγίστως τιμᾷς; ὁμοίαν αὐτὴν λέγων τῷ ἀγαθῷ θεῷ, ἀΐδιόν τε καὶ ἄναρχον καὶ ἀγέννητον. M. Οὐχ' ὁμοίαν αὐτὴν ποιοῦμεν τῷ ἀγαθῷ θεῷ· οἴδαμεν γὰρ τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ἀγαθόν, φωτοειδῆ, παντοκράτορα· εἰ καὶ ἄναρχος οὖν ἡ κακία, ἀλλὰ πολὺ τοῦ θεοῦ ἀποδέει. O. Ἔοικας ἀγνοεῖν ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ φωτοειδὲς τοῦ θεοῦ καὶ εἰς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, καὶ εἰς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, ἤτοι χάρισμα, φθάνει· ὃ μέν τοι τῆς θείας φύσεως ἐστὶ χαρακτηριστικὸν τὸ ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, τοῦτο ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐνθεωρεῖται· εἰ δὲ τῇ κακίᾳ δίδως τὰ κυρίως καὶ πρώτως χαρακτηριστικὰ τῆς θείας φύσεως, πῶς οὐχ' ὁμότιμος ἔσται τῷ θεῷ; εἰπὲ δέ μοι ποῦ παντοκράτορα λέγεις τὸν θεόν, εἴ γε κατά σε τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς οὔπω κεκράτηκεν; M. Ἀλλ' ἔσται καιρὸς ὅτε καὶ αὐτῆς κρατήσει· O. Οὐκοῦν οὔπω νῦν παντοκράτωρ ἐστίν, ἐπεὶ οὔπω κεκράτηκεν τῆς ἀϊδίου αὐτῷ συνούσης ὕλης· ὕστερον δὲ ὃ μὴ νῦν ἔχει, προσγενήσεται αὐτῷ κατά σε· δυνάμει γὰρ νῦν παντοκράτωρ ὑπάρχων, ὕστερον ἐνεργίᾳ γενήσεται, ἐξ ἁπλοῦς εἰς τελειότητα ἐρχόμενος. O. Ἀπόκριναί μοι πῶς νῦν οὐκ ἔστι παντοκράτωρ. ὡς μὴ δυνάμενος, ἢ ὡς μὴ βουλόμενος; εἰ μὲν ὡς μὴ δυνάμενος, πῶς ὅλως παντοκράτωρ; χρὴ γὰρ εἶναι παντοκράτωρα ἀεί, καὶ παντοδύναμον· εἰ δὲ ὡς μὴ βουλόμενος, πρῶτον μὲν βασκαίνει τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἔπειτα δὲ καὶ αἴτιος τῆς κακίας εὑρίσκεται· δυνάμενος μέν, μὴ βουλόμενος δὲ αὐτὴν ἀνελεῖν.

M. Πόθεν οὖν τὰ κακά; O. Οὐκ ἀκολουθίᾳ τινὶ λογικῇ ἡ ἐρώτησις παρὰ σοῦ γεγένηται· χρὴ γὰρ εἰδέναι εἰ ἔστι κακόν, καὶ τί ἐστι κακόν· εἶθ' οὕτω ζητῆσαι πόθεν συνίσταται. M. Οὕτω ζητήσωμεν. O. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν οὐσία, τὰ δὲ ποιότης, τὰ δὲ ἐνέργεια· καὶ οὐσία μὲν ἐστιν, ἐγώ, σύ· ποιότης λευκόν, μέλαν, γλυκύ, πικρόν. καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν ὑποκειμένοις σώμασιν θεωρούμενα· ἐπιτηδειότης δὲ πρὸς ἣν πεφύκασι τὰ γεγονότα σώματα δυνάμει τυγχάνειν· οἷον ἐπιτηδείως ἔχουσιν αἱ χεῖρες τέχνας ἐργάζεσθαι, γλῶσσα δὲ λόγῳ διακονεῖν, πόδες δὲ πρὸς βάδισιν, παιδίον δὲ πρὸς μάθησιν τεχνικήν· ἐνέργεια δὲ ἔστιν ἡ τοῦ κατὰ φύσιν πρᾶξις, ἢ τοῦ ἀλόγου ὡς ἀλόγου, ἢ τοῦ λογικοῦ ὡς λογικοῦ· τί οὖν τῶν εἰρημένων ὁρίζῃ τὸ κακὸν εἶναι; M. Ἐνέργειαν· δῆλον δὲ ὅτι πᾶσα ἐνέργεια οὐσία ἐστὶν ἐνεργείας. O. Πᾶσα μὲν ἐνέργεια οὐσία ἐστὶν ἐνεργείας· ἐρωτῶ δέ σε ἡ κακία ἐνέργεια οὖσα, καὶ οὐσία εἶναι

Quod si corpus materia est, ergo composita. Quod si composita, non est increata, ut fuit demonstratum.

M. Undenam ergo morbi, et mortes, et huiuscemodi mala? Nam si haec ex materia initio carente, increata, et snapte natura vitiosa non sunt, Deus horum causa erit. O. Cur vero tu mala esse iudicas, morbos ac mortem? Mors certe animam corpore liberat, et a materiae vinculo solvit: morbus item corpus consumit, quod tu corpus malum esse existimas. Saepe etiam peccata committere prohibet morbus, quae utique aeger admisisset, nisi morbo impediretur. Alioqui responde mihi: oportet ne malitiam odisse? M. Vero inquam. O. Cur ergo hanc, quam odisse simulas, plurimum honoras? dum eam similem dicis bono Deo, sempiternam atque increatam. M. Haud similem eam facimus bono Deo: novimus enim Deum altissimum, bonum, in luce versantem, omnipotentem. Quamquam igitur absque initio est malitia, attamen longe inferior Deo est. O. Nescire videris, bonitatem, et lumen Dei, sanctis angelis quoque nobisque hominibus doni instar communicari; sed tamen quod divinae naturae characteristicum est, ut sit nempe Deus absque initio et ingenitus, id in alio nemine observari. Quod si tu malitiae attribuis quae principaliter praecipueque characteristica divinae naturae sunt, quid ni haec pari cum Deo honore sit? Dic item mihi quandonam omnipotentem Deum fuisse adfirmes, si quidem te iudice nondum materiam eiusque effectus superavit? M. Sed tempus aderit, cum ipsam superabit. O. Ergo nondum omnipotens est, quia coëxistentem ei materiam nondum superavit: sed postea quod nunc non habet, ei superveniet, te iudice: nunc enim insita tantum virtute omnipotens est, postea et actu talis erit, ex simplici ad perfectionem progressus. Responde mihi, cur modo non sit omnipotens, num quia nequit, an quia non vult? Nam si quia nequit, quomodo omnino sit omnipotens? Oportet enim eum semper esse omnipotentem, et omni vi praeditum. Quod si quia non vult, primo quidem invidet humanae saluti; deinde et malitiae causa esse comperitur, quia quum possit, non vult eam de medio tollere.

M. Unde igitur mala? O. Haud rationali consequentia a te interrogatum est: oportet enim an sit malum, et quid sit scire, tum demum exquirere undenam existat. M. Sane ita exquiramus. O. Quae existunt, partim substautia sunt, partim qualitas, partim vis activa. Substautia quidem, ego et tu: qualitas, album, nigrum, dulce, amarum, et siqua alia huiusmodi in subiectis corporibus spectantur. Idoneitas cui singula corpora sunt nata, ut ita potentialiter sint: veluti manus idoneae sunt opificiis, lingua ut serviat sermoni, pedes ambulando, puer eruditioni puerili. Vis autem activa est congrua naturae actio, vel irrationalis ut talis, vel rationalis ut item talis. Quid ergo ex dictis malum esse definis? M. Operationem. Constat autem omnem operationem esse substantiam operationis. O. Utique omnis vis activa substantialis est. Sed quaero a te, malitia quum sit vis activa, num etiam substantia esse potest?

M. Ita aio. O. Primum quidem contradicis tibi, dum ex substantia fieri dicis vim activam, rursusque hanc non esse vim activam dicis: unde et summa ignorantia laborare apud dialecticae quoque imperitos videberis. Quaero autem ex te, num omnis operatio mala sit? M. Minime gentium O. Quam ergo dicis malam operationem? M. Homicidum, adulterium, iniustitiam, et quaevis huiusmodi. O. Si homicidium, ex sententia tua, naturaliter malum est, iudices qui latrones ac sicarios interficiunt, male agunt. Rursusque, cur aliquis cum sua uxore rem habens non peccat, cum aliena id agens peccat, quum tamen eadem sit actio? Puto te ob haec vel nolentem confiteri, actionem omnem neutram veluti esse, determinari autem ab agentis voluntate, ut virtus vitiumve evadat: namque alter temperanter cum sua uxore, alter impudice cum aliena versatur. M. Cupiditas nonne mala est? O. Non plane; nam et haec neutrius qualitatis est, fierique potest ut etiam honestate exornetur a mentis gubernatione. Aliquando certe ad rem honestam tendit cupiditas: namque alius misericordia movetur, alius pecuniae amore: alius liberorum causa, alius voluptatis, rei venereae dat operam.

M. Nunc mihi hoc edissere, utrum corporum corruptio ac putredo a Deo bono et incorruptibili sit? O. Locutio « ex aliquo » multifariam adhibetur: est enim filius ex me consubstantialiter, est ex fabro lignario scamnum, ex terra fructus, ex rege confiscationes. Nos ergo nequaquam ex Dei substantia dicimus fieri corruptionem, sed voluntate eius ea fieri quae nobis utilia sunt. Nam si quamvis adeo fragiles res humanae sint, tantopere ob has insanimus, ut etiam litibus et bellis harum causa decertemus; quid eramus acturi si Deus caducas non fecisset? Quomodo etiam immortalis vitae donum aestimaremus, quam nobis Dei caritas collatura est, nisi antea vitam hanc corruptibilem et temporalem experti essemus, quam nos ipse prudenter praegustare voluit? Alioqui, si corruptio mala est, generatio sine dubio bona est Atqui in eodem corpore tum generatio tum corruptio fit: non est ergo corporis natura mala, uti vos contenditis, qui corpus in malarum rerum classe statuitis. Cur autem tu, quae mala in corporibus iudicas, contemplaris et recitas, bona autem ex his manantia dissimulas? Nam primo quidem fructibus ex terra suppeditatis nutrimur et conservamur: lapidibus ac lignis aedes construimus, quibus ab imbre et frigore protegimur, sed et ardorem solis vitamus, quem tu deificare non erubescis: ferro autem non tantummodo terram aramus, verum etiam irruentes hostes propulsamus. Age vero si his convictus, nihilominus perstas putredinem ac foetorem obiiciens; an ignoras, ea quae animum adficiunt, putredini multo magis ac foetori esse obnoxia? Atqui in sententia vestra, boni Dei substantia est anima: ergo bonus Deus causa erit horum, quae reputas, malorum putredinis ac foetoris. M. Si mala in mundo non sunt, cur leges ea puniunt? Hoc maxime tuam coarguit insaniam: nam nisi nostri arbitrii esset male vel bene agere, haud

δύναται; Μ. Οὕτω φημί. Ο. Πρῶτον μὲν ἐναντίος σεαυτῷ ὑπάρχεις, ἐξ οὐσίας γενέσθαι λέγων ἐνέργειαν, καὶ πάλιν οὐκ εἶναι τὴν ἐνέργειαν ὑποτιθέμενος· ὅθεν πάσης ἀμαθίας ὑπερβολὴν καὶ παρὰ τοῖς ἄγαν ἀπείροις διαλεκτικῆς οὐ διαφεύξῃ νοσῶν· ἐρωτῶ δέ σε, ἆρα πᾶσα ἐνέργεια κακή; Μ. Οὐ πάντως· Ο. Ποίαν οὖν λέγεις κακὴν ἐνέργειαν; Μ. Φόνον, μοιχεῖαν, ἀδικίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ο. Εἰ ὁ φόνος κατὰ σὲ φύσει κακός, οἱ δικασταὶ τυμβορύχους καὶ ἀνδροφόνους φονεύοντες, κακῶς ποιοῦσι· καὶ παλιν· τί δήποτε ὁ μὲν τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ μιγνύμενος οὐχ' ἁμαρτάνει, ἐν ἀλλοτρίᾳ δὲ τοῦτο ποιῶν ἁμαρτάνει: καὶ ταῦτα μιᾶς ἐνεργείας οὔσης τῆς μίξεως· οἶμαι σε διὰ τούτων καὶ ἄκοντα προσομολογεῖν, ὅτι πᾶσα ἐνέργεια μέση ἐστί· ποικίλεται δὲ τῇ γνώμῃ τοῦ μετιόντος, ἀρετὴ ἢ κακία γινομένη· ὁ μὲν γὰρ σωφρό- cod. f. 270.
νως τῇ ἰδίᾳ μίγνυται, ὁ δὲ ἀκολάστως τῇ ἀλλοτρίᾳ. Μ. Ἡ ἐπιθυμία οὐκ ἔστι κακή; Ο. Οὐ πάντως· μέση γάρ ἐστι καὶ αὕτη· καὶ δυνατὸν αὐτὴν κοσμηθῆναι τῇ τοῦ νοῦ ἐπιστασίᾳ· ἀμέλει καὶ καλῶν ἐστὶν ἐπιθυμῆσαι· ὁ μὲν γὰρ ἔστι φιλόπτωχος, ὁ δὲ φιλάργυρος· καὶ ὁ μὲν παιδοποιΐας χάριν τῇ μίξει κέχρηται, ὁ δὲ χάριν ἡδονῆς.

Μ. Τοῦτό μοι εἰπέ, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀφθάρτου θεοῦ ἡ φθορὰ τῶν σωμάτων καὶ σῆψις ἐγένετο; Ο. Τὸ ἔκ τινος πολλαχῶς λέγεται· ἔστι γὰρ ἐξ ἐμοῦ ὁ υἱός μου ὁμοούσιος ἐμοί· ἐκ τοῦ τέκτονος τὸ βάθρον· ἐκ δὲ τῆς γῆς οἱ καρποί· ἐκ τοῦ βασιλέως δημεύσεις· ἡμεῖς τοίνυν οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ φαμὲν εἶναι τὴν φθορὰν, βουλήσει δὲ αὐτοῦ ἐνεργεῖσθαι συμφέροντα ἡμῖν· εἰ γὰρ φθαρτῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, οὕτω περὶ αὐτῶν μεμήναμεν ὡς δικαστήρια καὶ πολέμους κατ' ἀλλήλων κινεῖν, τί οὐκ ἂν ἐτολμήσαιμεν εἰ ἄφθαρτα ταῦτα παρήγαγεν; πῶς δὲ καὶ αἴσθησιν ἐμέλλομεν τῆς δωρεᾶς λαβεῖν τῆς ἀφθάρτου ζωῆς, ἣν ἡμῖν ἐφιλοτιμήσατο ὁ κύριος ἡμῶν, εἰ μὴ πρότερον ἐν πείρᾳ γεγόναμεν τῆς φθαρτῆς ταύτης καὶ ἐπικήρου ζωῆς, εἰς ἣν ἡμᾶς προαγωνίσασθαι καλῶς ἔχειν ἐδοκίμασεν; ἄλλως τὲ δὲ εἰ ἡ φθορὰ κακὸν, ἡ γένεσις πάντως ἀγαθόν· ἀλλὰ μὴν περὶ τὸ αὐτὸ σῶμα γένεσις καὶ φθορὰ, οὐκ ἄρα σῶμα φύσει κακόν, ὡς ὑμεῖς διαβεβαιοῦσθαι τὸ σῶμα τῆς κακίας εἶναι δογματίζοντες· διὰ τί δὲ ἃ μὲν νομίζεις εἶναι κακὰ τῶν σωμάτων θεωρεῖς τε καὶ λέγεις; τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀγαθὰ παρατρέχεις; πρῶτον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἐκ γῆς ἀναδιδομένων καρπῶν τρεφόμεθά τε καὶ συνιστάμεθα· ἐκ δὲ λίθων καὶ ξύλων, οἴκους κατασκευάζομεν, δι' ὧν ὄμβρου καὶ κρύους ἐλευθερούμεθα· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἡλίου τὸ καυσῶδες ἐκκλίνομεν, ὃν σὺ θεοποιῶν, οὐκ αἰσχύνῃ· σιδήρῳ δὲ οὐ μόνον τὴν γῆν ἀροῦμεν, ἀλλὰ καὶ πολεμίους ἐπιόντας φυλαττόμεθα· εἰ δὲ τούτοις ἐλεγχόμενος, ἐπιμένοις σῆψιν καὶ δυσωδίαν προβαλλόμενος, ἴσως ἀγνοεῖς ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς μετασχόντα μᾶλλον τὴν σῆψιν καὶ δυσωδίαν ὑφίσταται· ἀγαθοῦ θεοῦ δὲ καθ' ὑμᾶς ἡ ψυχὴ οὐσία ἐστίν· ὁ ἀγαθὸς οὖν θεὸς αἴτιος ἔσται ὧν νομίζεις κακῶν τῆς σήψεως τὲ καὶ δυσωδίας. Μ. Εἰ μὴ ἔστι κακά, διὰ τί νόμοι κολάζουσιν αὐτά Ὁ. Τοῦτο μάλιστα ἐλέγχει τὴν σὴν φρενοβλάβειαν· εἰ γὰρ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἦν τὰ κακὰ καὶ ἀγαθοποιεῖν, οὐκ ἂν ἐκόλαζον τοὺς κακούργους οἱ νό-

*

μοι, οἵ τινες πολλάκις οὐ τὴν πρᾶξιν σκοποῦσιν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν, τοῦ πράξαντος ἐξετάζουσιν· οἷον ἔρριψέ τις ξύλον καὶ ἄκων ἀνεῖλε τινά, οὐ κρίνουσι φόνου τὸν ἐργασάμενον· ἐμίγη τίς ἄκων ἀλλοτρίᾳ τινὶ γυναικὶ, εὑρὼν αὐτὴν ἐπὶ κλίνης αὐτοῦ κειμωμένην, ὡς τῇ ἑαυτοῦ μιγνύμενος γαμετῇ, ἀπολύουσι μοιχὸν τὸν κατηγορούμενον, εἰ τοῦτο δειχθείη.

Ἀπόκριναι δέ μοι διὰ τί τὸν ἥλιον προσκυνεῖτε; M. Ὅτι φωστήρ ἐστι τοῦ κόσμου, τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ γέννημα. O. Σῶμά ἐστι ἢ ἀσώματος; M. Ἀσώματος. O. Πῶς ὁ ἀσώματος σωματικῶς ὁρᾶται; τὰ μὲν γὰρ ἀσώματα νοητῶς θεωρεῖται· ὁ δὲ ἥλιος αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ περιγραπτοῖς σώμασι καταλαμβάνεται· ἄλλως τε ἔστι τί τῶν ἀσωμάτων σωματικὰς ἔχον ποιότητας; M. Οὐ νομίζω. O. Ἀλλὰ μὴν ὁ ἥλιος σωματικὰς ἔχει ποιότητας, θερμός τε γάρ ἐστι καὶ ξηρός· αὗται δὲ σωμάτων ποιότητες· σῶμα ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ ἥλιος· πῶς δὲ οὐκ ἐρυθριᾶτε σέβοντες ὃν μισεῖν ὠφείλετε ὡς ἐναντίον ποιοῦντα τοῦ δόγματος ὑμῶν; M. Διὰ τί ἐναντίον; O. Ὅτι τὰ σώματα, ἃ τῆς κακίας ὑμεῖς εἶναι λέγετε, τρέφει τε καὶ συγκροτεῖ καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, μὴ τῇ πείρᾳ μαχόμενος· εἰπὲ δέ μοι καὶ τοῦτο, κρίσιν ὁμολογεῖς; M. Ναί. O. Τίς ὁ κρίνων, καὶ τίς ὁ κρινόμενος; M. Κρίνει μὲν ὁ ἀγαθὸς, κρίνεται δὲ ἡ ἁμαρτήσασα πᾶσα ψυχή. O. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἁμαρτήσαντα κολάζων εὑρίσκεται ὁ θεὸς, εἴπερ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐστιν ἡ κρινομένη ψυχή· πῶς δὲ κατακρίνεται ἡ μὴ ἑκουσίως ἐργασαμένη τὸ πονηρόν; ἀνάγκῃ γὰρ φύσεως καὶ προαιρέσει γίνεσθαι φατὲ τὰ κακά· ἀλλ' ἐπειδὴ δύο ἀρχὰς εἶναι φατὲ θεὸν καὶ ὕλην, καὶ τὸν μὲν θεὸν ἀγαθὸν, τὴν δὲ ὕλην πονηρὰν, καὶ ἑκάστῃ φύσει κεχωρισμένον καὶ ἰδιάζοντα τόπον ἀφορίζειν τολμᾶτε, καὶ
cod. f. 271. ἑτέρους δὲ τούτοις ἐπισυνάπτετε μύθους, ὅτι θεωρήσασα ἡ ὕλη τὸ φῶς τοῦ θεοῦ, εἰς ἔρωτα ἦλθε, καὶ ὥρμησε πρὸς τὸ φῶς· ἣν ἰδὼν ὁ ἀγαθὸς θεὸς πρὸς πόλεμον παρασκευαζομένην, τῆς οἰκείας οὐσίας μέρος ἀποτεμὼν, ἐπέβαλε ταύτῃ· ἡ δὲ λαβοῦσα ἐγέννησε πάντα τὰ σώματα· ἐπεὶ οὖν ταῦτα φατὲ, ἀνατροπὴν τούτων σύντομον ποιησόμεθα· πρῶτον οὖν ἐξεταστέον τὴν πρᾶξιν, εἰ ἁρμόττουσα καὶ κατάλληλός ἐστι τῇ φύσει τοῦ θεοῦ· εἶτα τῆς πράξεως τὸν σκοπόν· εἶτα τὸ τέλος.

Εἴδωμεν τοίνυν ἐπὶ θεοῦ πρῶτον, εἰ ἁρμόττει τῇ τοῦ θεοῦ φύσει τὸ πραχθὲν ὑπ' αὐτοῦ· τί τοίνυν κατὰ φύσιν ἐστὶ τῷ θεῷ; δηλονότι τὸ ἀγένητον καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ καθ' ὑμᾶς Μανιχαίους καὶ ἐν τῷ οἰκείῳ μεῖναι τόπῳ· ἀλλ' ἡ πρᾶξις κατὰ τὴν ὑμῶν ὑπόθεσιν ἐναντία τῇ φύσει δείκνυται· λυμαίνεται γὰρ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις· οὔτε γὰρ εἷς ἀγένητος διαμένει ὁ εἷς ἀγαθὸς θεὸς, ὅταν εἰς δύο ἢ καὶ πλείω ἀγένητα διαιρεθῇ· οὔτε ἀγαθός· ποῦ γὰρ ἀγαθὸς ὁ ἑαυτὸν ἐχθραίνων, ὁ μέρος τι ἑαυτοῦ προδοὺς τοῖς πολεμίοις; ποῦ δ' ἂν εἴη ἀγαθὸς, ἑαυτὸν μὲν ἐλευθερῶν διὰ τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως, ἐπ' ὀλέθρῳ δὲ τῶν δημιουργηθέντων τοῦτο ποιῶν; ἀλλ' οὔτε ἐν οἰκείῳ τόπῳ διέμεινε παντελῶς, μετέπεσε γὰρ αὐτοῦ μέρος ἐπὶ τὸν τόπον τῆς ὕλης· Δεύτερον ζητητέον εἰ τῷ σκοπῷ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ πρᾶξις· τίς οὖν ὁ σκοπός; δῆλον ὅτι ἡ νίκη· δείκνυται δὲ καὶ ἐν τῷ σκοπῷ ἐναντίον ἔχουσα ἡ πρᾶξις· δῆλον γὰρ ὅτι ὁ ἡνωμένος, τοῦ

sane punirent maleficos leges, quae saepe haud actum spectant, sed agentis propositum disquirunt: veluti, lignum quis iecit, et invitus hominem occidit; non damnant caedis leges eum qui fecit. Mixtus est aliquis alienae mulieri, quam in suo lectulo inventam putavit esse propriam uxorem; absolvunt eum adulterii crimine leges, si res demonstretur.

Praeterea responde mihi, cur Deum adoretis? M. Quia luminare mundi est, boni Dei genitura. O. Corporeus ne est, an incorporeus? M. Incorporeus. O. Quomodo incorporeus corporaliter cernitur? Namque incorporea mente contemplamur,' solem sensibiliter oculis et circumscriptis corporibus comprehendimus. Praeter quam quod estne aliquid incorporeum cum corporeis qualitatibus? M. Non puto. O. Atqui sol corporeas habet qualitates, est enim calidus aridusque, quae sunt corporum qualitates: est igitur corpus sol. Cur vero non vos pudet adorare eum quem odisse debetis, quia vestro dogmati contraria facit? M. Cur contraria? O. Quia corpora, quae vos malitiae esse dicitis, nutrit, et compingit. Atque his nemo contradicit, quin rei expertae repugnet. Hoc etiam mihi dic: iudicium fore confiteris? M. Equidem. O. Quis iudex, et quis iudicatus? M. Iudicat bonus Deus, iudicatur quaevis anima peccatrix. O. Atqui se ipsum peccantem comperietur Deus punire, si certe ex eadem substantia est quae iudicatur anima. Cur vero condemnatur, quae involuntaria [malum operata est? Etenim necessitate naturae non voluntate fieri mala dicitis. Sed quoniam duo principia esse dicitis, Deum ac materiam; et Deum quidem bonum, materiam malam; et utrique naturae separatum propriumque locum adsignare audetis, et alias his connectitis fabulas, quod nempe materia luce Dei visa, amore exarserit atque ad illam accurrerit; quam Deus cernens ad certamen paratam, substantiae propriae partem dissectam illi iniecerit; qua recepta, corpora cuncta genuit materia; quoniam igitur haec dicitis, refutationem brevem eorumdem faciemus. Primo igitur perpendenda est actio, utrum consonans congruensque sit Dei naturae: deinde actionis scopus: denique finis.

Videamus itaque in Deo primum, utrum eius naturae congruat quod ipse facit. Quid est secundum Dei naturam? Nempe ut sit increatus, incorruptibilis, bonus, atque etiam, ut vos dicitis Manichaei, ut in proprio loco maneat. Atqui actio, in vestra hypothesi, contraria Dei naturae apparet. Is enim quaqueversus a praedictis damnificatur: neque iam manet unus increatus unicus ille Deus, quum in duo immo et plura increata dividatur. Neque incorruptus remanet, utpote divisus. Insuper ne bonus quidem: quomodo enim bonus sit, qui se ipsum odiens, partem sui hostibus prodit? Rursus quomodo sit bonus, dum se ipsum quidem liberat in mundi factura, verumtamen ad rei factae perniciem id efficit? Sed neque proprio in loco prorsus perstitit; etenim pars eius ad materiae locum transilivit. Secundo loco quaerendum est, utrum actio tendat ad scopum: nam certe patet rem unitam fortiorem esse partibus suis; et

eum qui in propria natura perstat, validiorem illo esse qui ex sua natura fuerit demutatus: denique qui propria in sede manet, firmiorem illo esse, qui ad aliam translatus fuerit. Quid ergo congruum conveniensque seopo est? nempe robur suum potius conservare, quam distrahendo infirmius reddere. Videamus et tertium, utrum nempe seopo actio respondeat. Quamnam igitur finalem victoriae utilitatem esse dicitis? certe aut essentiae Dei conservationem esse dicetis, aut ne proprio loco decederet, aut ut destrueretur materia vel in melius converteretur. Attamen contraria his reputare actio suadet. Nam neque Dei essentia in sua natura perstitit, parte proiecta; neque incolumis libertas fuit, mundi enim inserviit generationi, partem sui creaturis impertiens: neque demum in proprio se continuit loco, parte ipsius ad materiam translata. Neque materiae natura perempta fuit aut mutata: mansit enim quicquid erat ab initio indemutabile: ita ut vana quaqueversus ac fatua appareat haec quae a vobis fabulae instar hypothesis fabricata est. Licet vero etiam ex operationibus, et ex causa, et ex locis, quos subiungemus, vestrae irreligiositatis absurditatem coarguere.

Ex operatione quidem sic funditus evertitur. Si contrariae sunt naturae, contraria quoque operatio. Si ergo Dei operationem activam fatemur, materiae operatio passiva erit. Si ita est, subiacet ergo Deo servitque materia. Iam si subiacet atque servit, non est certe increata. Praeterea, vel duae naturae agunt, vel duae patiuntur; vel alia agit et alia patitur, vel ambae patiuntur et agunt. Sed si duae agunt, dii erunt; siquidem agere Dei officium est, materiaeque curam gerere. Quod si ambae patiuntur, diversae erunt utraque, et alius creator quaeretur. Si vero una patitur et una agit, patiens quidem creata, agens increata. Denique si ambae et agunt et patiuntur, quatenus agunt, dii erunt; quatenus patiuntur, materiae. Eaedem ergo erunt, dii et materiae, creatae et increatae.

Ex causa quoque redarguimini. Quam ob causam, materiam esse dicimus malam? Nempe vel quia increata est et principium, vel quia materia, vel quia corpus, vel quia dividitur et immutatur. Atqui si quia increata est et principium, Deus quoque talis est. Si quia materia, materia autem appellatur propterea quod obnoxia est generando ex se, ideo propter eandem hypothesim ne Deus quidem bonus erit, quia et ipse obnoxius est producendo ex se animas et angelos, ut vestrum o Manichaei dogma est. Si quia est corpus, non est ipsamet causa ut corpus sit, sed Deus; etenim ante quam proiiceret particulam sui in materiam, ea corpus non erat. Si quia dividitur et immutatur, Deus in sententia vestra iisdem malis erit obnoxius: nam si dividitur in angelorum atque animarum procreationes, neque tamen ex eo proveniunt dii, exploratum est eum non solum dividi, verum etiam esse mutatum. Quod si denique haud hanc esse causam dicitis cur mala sit materia, sed quia haec peccat, sciendum est, nihil quod in rerum natura necessario fiat, esse peccatum. Namque omne peccatum libera electione fit. Ele-

μερισθέντος ἰσχυρότερος· καὶ ὁ κατὰ φύσιν, τοῦ παρὰ φύσιν τραπέντος δυναμώτερος· καὶ ὁ ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ μένων, τοῦ μεταπεσόντος εἰς ἕτερον τόπον· τί οὖν ἀκόλουθον καὶ πρεπῶδες τῷ σκοπῷ; τηρῆσαι μᾶλλον τὴν ἰσχὺν, καὶ μὴ τῇ διαστάσει ἀσθενεστέραν ταύτην ποιεῖν. Εἴδωμεν δὲ καὶ τὸ τρίτον εἰ κατάλληλος τῷ τέλει ἡ πρᾶξις· τί οὖν τὸ ἐκ τῆς νίκης τέλος φατέ; ἢ γὰρ τὴν φυλακὴν τῆς συστάσεως τοῦ θεοῦ ἐρεῖτε παντελῶς, ἢ τὴν ἐλευθερίαν, ἢ τὸ τοῦ οἰκείου τόπου μὴ μεταστῆναι, ἢ ἵνα ἀναιρεθῇ ἡ ὕλη, ἢ ἵνα μεταβληθῇ ἐπὶ τὸ κρεῖττον· ἀλλ' ἡ πρᾶξις τὸ ἐναντίον τούτοις ὑπαγορεύει νοεῖν· οὔτε γὰρ ἡ σύστασις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ κατὰ φύσιν διέμεινε, προδοθέντος τοῦ μέρους· οὔτε ἡ ἐλευθερία, ἐδούλευσε γὰρ τῇ γενέσει τοῦ κόσμου, ἐξ ἑαυτοῦ μέρος τοῖς δημιουργηθεῖσιν ἐνθείς· οὔτε δὲ ἐν τῷ οἰκείῳ διέμεινε τόπῳ, μεταστάντος τοῦ μέρους ἐπὶ τὴν ὕλην· οὔτε δὲ ἡ φύσις τῆς ὕλης ἀνῃρέθη ἢ μετεβλήθη· ἔμεινε γὰρ ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς ἀμετάτρεπτον· ὥς γε πανταχόθεν ἕωλον καὶ μωρὰν δείκνυσθαι τὴν ὑπόθεσιν, ἣν μυθολογοῦντες συνεθήκατε· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν καὶ τῆς ατίας κἀκ τῶν τόπων, ὧν ὑποτίθεμεν, τῆς ἀσεβείας ὑμῶν ἐλέγξαι τὸ ἄτοπον.

Ἐκ μὲν οὖν τῆς ἐνεργείας ἀνατρεπτικῶς οὕτως· εἰ ἐναντίαι αἱ φύσεις, ἐναντία καὶ ἐνέργεια· εἰ οὖν ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, ποιητικὴ ὁμολογεῖται, ἡ τῆς ὕλης παθητικὴ ἔσται· εἰ δὲ τοῦτο, ὑπόκειται ἄρα τῷ θεῷ καὶ δουλεύει· οὐκ ἄρα ἀγένητός ἐστιν· ἄλλως τε δὲ ἢ αἱ δύο ποιοῦσιν, ἢ αἱ δύο πάσχουσιν, ἢ ἡ μὲν ποιεῖ, ἡ δὲ πάσχει, ἢ αὗται πάσχουσι καὶ ποιοῦσιν· ἀλλ' εἰ μὲν αἱ δύο ποιοῦσι, θεοὶ ἔσονται, εἴ γε τὸ ποιεῖν θεοῦ μελέτη * καὶ ὕλης ἐπινοεῖσθαι· εἰ δὲ πάσχουσιν ἀμφότεραι, * dubium in ed. voc.
ἄλλαι ἔσονται αἱ δύο, καὶ ἕτερος ὁ ποιητὴς ζητηθήσεται· εἰ δὲ ἡ μὲν πάσχει, ἡ δὲ ποιεῖ· ἡ μὲν πάσχουσα γενητή, ἡ δὲ ποιοῦσα ἀγένητος· εἰ δὲ αἱ δύο πάσχουσι καὶ ποιοῦσι, καθὸ μὲν ποιοῦσι, θεοὶ ἔσονται, καθὸ δὲ πάσχουσιν, ὕλαι· αἱ αὐταὶ οὖν ἔσονται θεοὶ καὶ ὕλαι. γενηταὶ καὶ ἀγήνητοι.

Κἀκ τῆς αἰτίας δὲ ἐλέγχει τοῦτο ὑμᾶς· τί τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι τὴν ὕλην κακὴν ὑποτίθεμεν; ἢ γὰρ διότι ἀγένητος καὶ ἀρχὴ, ἢ διότι ὕλη, ἢ διότι σῶμα, ἢ διότι διαιρεῖται καὶ μεταβάλλεται· ἀλλ' εἰ μὲν διότι καὶ ἀγένητος καὶ ἀρχὴ, καὶ ὁ θεὸς τοιοῦτος· εἰ δὲ διότι ὕλη, δὲ προσαγορεύεται διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι εἰς γένεσιν τῶν ἐξ αὐτῆς, διὰ τοῦτο κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν οὐκ ἀγαθὸς ὁ θεός· ὑπόκειται γὰρ εἰς γένεσιν τῶν ἐξ αὐτοῦ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων ὡς ὑμεῖς οἱ Μανιχαῖοι δογματίζετε· εἰ δὲ διότι σῶμα, οὐχὶ αὐτὴ αἰτία τοῦ εἶναι σῶμα ἀλλ' ὁ θεός· εἴ γε πρὸ τοῦ ἐμβάλλειν τὸ ἐξ αὐτοῦ μέρος τῇ ὕλῃ, οὐκ ἦν σῶμα· εἰ δὲ διότι διαιρεῖται καὶ μεταβάλλεται ὁ θεὸς καθ' ὑμᾶς τοῖς αὐτοῖς ἐνεχόμενος κακοῖς ἔσται· εἰ γὰρ διαιρεῖται εἰς γενέσεις ἀγγέλων καὶ ψυχῶν, πλὴν δὲ ἐξ αὐτοῦ οὐ θεοὶ, δῆλον ὅτι οὐ μό- cod f. 272.
νον διαιρεῖται, ἀλλὰ καὶ μετεβλήθη· εἰ δὲ οὐ τοῦτο φατὲ αἴτιον εἶναι τοῦ κακὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, ἀλλὰ τὸ ταύτην ἁμαρτανειν, ἰστέον ὡς οὐδὲν τῶν κατὰ φύσιν ἐξ ἀνάγκης γινομένων, ἁμάρτημα τυγχάνει· πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ἐκ προαιρέσεως γίνεται· ἡ δὲ προαίρεσις ἐκ ψυ-

χῆς· ἡ δὲ ψυχὴ οὐσία θεοῦ καθ' ὑμᾶς· ἐκ θεοῦ ἄρα ἡ ἁμαρτία, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ὕλης, κατὰ τὸ ὑμῶν ἀσεβέστατον δόγμα.

Κἀκ τῶν τόπων δὲ ὧν ὑμεῖς ὑποτίθεσθε τὸν μὲν τῷ θεῷ, τὸν δὲ τῇ ὕλῃ προστέμοντες, ὑμᾶς ἀπελέγξω μηδὲν δογματίζοντας· εἰ γὰρ ἀγένητος ὁ θεὸς, καὶ ἡ ὕλη· ἕκαστος δε ἐν τόπῳ τυγχάνει καθ' ὑμᾶς· ὁ δὲ τόπος ἕτερός ἐστι κατ' οὐσίαν τῶν ἐν αὐτῷ περιεχομένων, συμβήσεται τοὺς τόπους συναγενήτους εἶναι τοῖς σὺν αὐτοῖς· καὶ οὕτως οὐ δύο τὰ ἀγένητα ἀλλὰ δ', θεὸν, καὶ ὕλην, καὶ ἑκάτερον τὸν τόπον εὑρήσεις· εἰ δὲ τοὺς τόπους πρεσβυτέρους φατὲ τῶν ἐν αὐτοῖς, οὐκέτι ὁ θεὸς καὶ ὕλη ἀγένητοι ἔσονται, ἀλλα μᾶλλον οἱ τούτων προϋπάρχοντες τόποι· εἰ δὲ τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην πρὸ τῶν τόπων εἶναι φατὲ, ἄρα οὐκ ἦσαν κεχωρισμένοι θεὸς καὶ ὕλη, ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις ὑπῆρχον· οὐ γὰρ ἦν οὔπω τόπος ὁ διορίζων· καὶ οὕτως ὁ τῆς παρ' ὑμῶν ἐναντιότητος διαλυθήσεται λόγος· οὐ γὰρ ἐν ἀλλήλοις ἡ φύσις ὑφίστασθαι δύναται τῶν ἐναντίων· ὥστε πανταχόθεν ὑμῶν ἀπελήλεγκται ἡ μυθώδης τερατολογία· μὴ ὑμᾶς ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους τοῖς τῆς ἀσεβείας περιπείρητε δόγμασιν, ἀλλὰ προσδραμόντες τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας, τὸν ζόφον τῆς ἀγνοίας ἐκκαθάρατε τῶν ψυχῶν· αὐτεξουσιότητι γὰρ καὶ οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως ἄνθρωποι τὸ δοκοῦν ἐν αἱρέσει ποιούμεθα. Τέλος.

ctio autem ab anima est; anima autem substantia Dei, ut vos dicitis: ex Deo igitur peccatum, et non ex materia, iuxta vestrum scelestissimum dogma.

Age vero etiam ex locis, quos vos partim Deo partim materiae adsignatis, coarguam vos nihil omnino dicere. Nam si Deus increatus est, item et materia; utrumque autem in loco suo, ut vos dicitis stat; locus autem diversâ naturâ est ab iis qui eo continentur, consequens erit ut loci pariter sint in creati: atque ita non duo sed quatuor esse increata, Deum ac materiam, et utrumque locum, esse comperies. Quod si locos dicitis esse antiquiores rebus ibi comprehensis, haud iam Deus et materia increati erunt, sed ii potius qui ante ipsos existebant loci. Secus vero, si Deum ac materiam ante locos extitisse dicatis, ergo non erant olim separati Deus ac materia, sed invicem coëxistebant: non enim adhuc erat discriminans locus. Atque ita vestra de rerum repugnantia doctrina corruit. Na turae enim contrariae invicem coëxistere nequeunt. Atque ita portentosae vestrae fabulae quaqueversus exploduntur. Ne itaque vosmet aliosque impiis dogmatibus ceu spinis implicetis; sed ad veritatis lucem properantes, inscitiae tenebras ex animabus vestris pellite. Etenim libero arbitrio, non naturae necessitate, nos homines quod visum fuerit, faciendum eligimus. Explicit.

ΠΕΡΙ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΚΟΥΒΡΙΚΩΝ 1).

Cod. vat. 680. f. 103. α. Οὗτοι Ἀκουανῖται μὲν ὕστερον ἐκλήθησαν, διότι Ἀκούαν οὕτω καλούμενον τινὰ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμώμενον ὑφηγητὴν ἔσχοντες μιαρᾶς αἱρέσεως· Μανιχαῖοι δὲ καὶ Κούβρικοι ἄνωθεν ὠνομάσθησαν ἀπὸ Μανέντος πέρσου· ἐκεῖνος γὰρ Κούβρικος ἐκαλεῖτο πρότερον, εἶτα μετεκάλεσεν ἑαυτὸν Μάνεντα· δηλοῖ δὲ ὁ Μάνης τῇ Βαβυλωνίων γλώσσῃ τὸ σκεῦος, ἢ ὡς ἔνιοι φασὶ τὸν διδακτικόν. Παράκλητον δὲ ἑαυτὸν ἐκάλεσεν ὁ ἄθλιος Μάνης· καὶ τὸν Χριστὸν ἔφη δοκήσει μόνῃ καὶ φανῆναι καὶ παθεῖν· πρὸς τούτοις εἰσηγήσατο δύο ἀρχὰς, πονηράν τε καὶ ἀγαθήν· δύο γὰρ ὑποθέμενος ἀγεννήτους καὶ ἀϊδίους, θεόν τε καὶ ὕλην, τὸν μὲν θεὸν προσηγόρευσεν φῶς, τὴν δὲ ὕλην σκότος· καὶ τὸ μὲν φῶς, ἀγαθόν· τὸ δὲ σκότος, κακόν· τὴν παλαιὰν διαθήκην ἐβλασφήμησε, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα, καὶ πάντας τοὺς προφήτας· ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις θεοῖς προσκυνεῖν ἐπέτρεψε· μετενσωματώσεις ψυχῶν ἐδίδασκε· σαρκὸς ἀνάστασιν ἠρνήσατο· βοτάνας καὶ δένδρα καὶ ὕδωρ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἔμψυχα εἶναι ἀπεφήνατο· καὶ ἕτερα μυρία τοιαῦτα παρελήρησεν· τελευταῖον δὲ τὸν τρόπον τοῦτον πνεύματι κεπφωθεὶς οἰήσεως, καὶ τοῖς αὐτὸν ἄγουσι δαίμοσι θαῤῥήσας, τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Περσῶν ἀσθενοῦντα θεραπεύειν ἐπηγγείλατο· καὶ δὴ προσήνεγκέ τινα τούτῳ θεραπευτικὰ φάρμακα· αὐτίκα δὲ τὸ μειράκιον ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσὶ διεφώνησεν· ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, εἰς φυλακὴν τοῦτον κατέκλεισε· καὶ τότε μὲν χρήματα πλεῖστα τοῖς φύλαξι παρασχὼν, ἐξέφυγεν· ὕστερον δὲ κατασχε-

DE MANICHAEIS QUI ET CUBRICI.

1. Hi Acuanitae postremo appellati fuerunt, quia nescio quem Acuam Mesopotamia oriundum scele stae haereseos ducem habuerunt. Etenim Manichaei antiquitus Cubrici etiam nominati fuerunt ex Manete persa, qui Cubricus antea nuncupatus, deinde se Manetem transnominavit. Significat autem Manes Babyloniorum lingua vas, vel ut nonnulli dicunt, docendi peritum. Sed et Paracletum semet dixit infelix Manes; et Christum secundum phantasiam tantum apparuisse ac passum. Insuper duo introduxit principia, malum et bonum: tum duobus ingenitis sempiternisque propositis, Deo ac materia; Deum quidem, lucem; materiam vero, tenebras appellavit. Tum et adversus vetus testamentum, et eum qui in illo locutus est, cunctosque prophetas blasphemus fuit; solemque et lunam et stellas ceu deos adorari sinebat: transmigrationes animarum docebat, carnis resurrectionem negabat: herbas, arbores, aquam, et reliqua omnia dicebat esse animata; alia demum huiusmodi innumera delirans effutiebat. Postremo tali elationis spiritu inflatus, daemonibusque a quibus agebatur fretus, aegrotantem Persarum regis filium sanaturum se spopondit, cui et pharmaca quaedam obtulit, quibus epotis ilico puer in manibus eius expiravit. At rex iratus Manetem in vincula coniici iussit; qui pecuniam plurimam custodibus largitus, fuga se subduxit. Sed deinde captus, arundinibus excoriatus fuit, eiusque cutis

1) Ex Nicetae choniatae thesauro orthodoxae fidei, adhuc graece inedito, exceptis partibus non exiguis a nobis in Spicilegio rom. T. IV. editis.

paleis farta, in Perside conservabatur: cuius honorandi causa Manichaei super calamos lectos suos insternunt.

Confutatio.

2. Apostolicum dictum, quod nempe in similitudine hominis apparuerit Dominus, et habitu sit inventus ut homo, Manichaei prave interpretantes, haeresim sibi conflaverunt dicentes, secundum phantasiam tantummodo apparuisse et passionem pertulisse Christum. Nos autem de Christi satione populus, dictum hoc, quod in similitudinem hominis factus sit, talique habitu inventus, sic pie intelligere edocti fuimus; credimusque, eum nostra natura adsumpta, aequalem nobis similemque apparuisse, ceu qui servi formam adsciverit, id est hominis naturam susceperit, non tamen humano more sed absque semine. Etenim de femina procedere, humanum est, et ipsius etiam Christi proprium; sed de virgine nasci, supra hominem est, et uni Christo peculiare. Etsi enim humanam speciem habuit, eàque vere circumdatus fuit, attamen plus quam homo erat, quatenus haud simplex homo erat, sed unitus divinitati. Alioqui, ut ita dicam, similitudo, habitus, et ambigua locutio « ut homo » videntur quodammodo incarnationis rationi officere: verumtamen haud homini similis Dominus fuit, sed homo perfectus: nec veluti in scena corpus repraesentavit; suamve incarnationem simulans, subditiciam hominis personam exterius sibi circumposuit; nec velut in muris umbrae coloribus pinguntur, habitum tantummodo non hominis naturam adsumpsit; ita ut haud proprie homo esset, sed velut homo videretur. Ita quippe apostolici dicti superficies apparet, iis qui profundius non introspiciunt. Sed enim reapse Dominus substantialiter sibi adunans humanam naturam, nihilominus in ipsius cum deitate coniunctione inconfusam]et minime mutatam conservavit. Nam duplex similitudinis genus esse scimus; alia enim rei diversitatem habet, alia secus. Namque a prototypo procedentes imagines, et invicem similes dicimus itemque prototypo; sed tamen a prototypo ita diversas, ut archetypi simul imaginisque ratio servetur; inter se tamen non diversas, ita ut prototypi imagines maneant. Ergo divus quoque apostolus similem dicit homini Deum, quatenus ea substantia immutabilis erat: sed et habitu inventum hominem. Iamvero habitus duplicem habet notionem, fictitiam videlicet et veram. Staturam erectam dicimus hominis habitum; et hic verus est habitus. Sed enim habitus quoque adsumitur Socratis aut Platonis, nempe huius vel alterius qui in scenas inducuntur, personae, ut in fabulis olim fiebat; atque hic habitus fictitius est et mendax. At vero in causa nostra habitus veritatem rei denotat. Namque habitu (i. e. figura) Dominus inventus est homo, id est ipsa taliter figurata humana substantia: etenim non hominis solam substantiam propriae personae substantiam fecit, interim vero formam habitumque humanum a nostro diversum habuit, sed et substantia et forma inventus est ut homo.

θεὶς, ἐξεδάρη καλάμοις· καὶ τὸ δέρμα τούτου πλησθὲν ἀχύρου ἐφυλάττετο ἐν Περσίδι· τιμῶντες δὲ αὐτὸν οἱ Μανιχαῖοι ἐπὶ καλάμων τὰς ἰδίας κοίτας ποιοῦνται.

Ἀντίῤῥησις.

β'. Τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν * ἐν ὁμοιώσει ἀνθρώπου φανῆναι τὸν κύριον, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, οἱ Μανιχαῖοι κακῶς ἐκλαβόμενοι, αἵρεσιν ἑαυτοῖς συνεστήσαντο φάσκοντες, κατὰ φαντασίαν μόνην ὀφθῆναι καὶ παθεῖν τὸν Χριστόν· ἡμεῖς δὲ ὁ τῆς φυτείας Χριστοῦ λεὼς, τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι καὶ σχήματι εὑρεθῆναι, οὕτω θεοσεβῶς νοεῖν ἐδιδάχθημεν, καὶ πιστεύομεν ὅτι τὴν ἡμετέραν φύσιν προσλαβὼν καὶ ἶσος ἡμῖν ὤφθη καὶ ὅμοιος ὡς μορφὴν δούλου λαβὼν, ἤτοι φύσιν ἀνθρώπου δεξάμενος, οὐ κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ἀλλὰ δίχα σπέρματος· τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς προελθεῖν, ἀνθρώπινον καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἴδιον· τὸ δὲ ἐκ παρθένου, ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ μόνου Χριστοῦ· εἰ γὰρ καὶ τὸ ἀνθρώπινον εἶδος εἶχε, καὶ ἀληθῶς αὐτὸ περιέκειτο, ἀλλ' οὖν πλέον εἶχεν ἀνθρώπου, τὸ μὴ ψιλὸν αὐτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλ' ἡνωμένον θεότητι· καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν τὸ ὁμοίωμα καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἀμφίβολον τοῦ ἐπιῤῥήματος τὸ, ὡς ἄνθρωπος, δοκοῦσιν οἷον τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγῳ λυμαίνεσθαι· πλὴν οὐχ ὅμοιος ἀνθρώπῳ ὁ κύριος γέγονεν, ἀλλ' ἄνθρωπος τέλειος· οὐδ' ὥσπερ ἐν σκηνῇ δραματουργήσας τὸ σῶμα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὑποκριθεὶς, ὑποβολιμαῖον προσωπεῖον τὸν ἄνθρωπον ἔξωθεν περιεβάλετο, οὐδ' ὥσπερ αἱ κατὰ τῶν τοίχων διὰ χρωμάτων σκιαὶ, σχῆμα μόνον καὶ οὐ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν προσείληφεν, ὡς μὴ κυρίως εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος φαίνεσθαι· ταῦτα γὰρ ἡ ἐπιπόλαιος τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου ἐπιβολὴ ἐμφαίνει τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος ἐγκύπτουσιν· ἀλλ' οὐσιώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἐτήρησε ταύτην ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσει ἀσύγχυτόν τε ἀναλλοίωτον· διπλῆν δέ τινα τὴν ὁμοιότητα διδασκόμεθα· τὴν μὲν, τὸ παρηλλαγμένην ἔχουσαν· τὴν δὲ, τὴν ταυτότητα σώζουσαν· τὰς μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου προελθούσας εἰκόνας, πρός τε ἀλλήλας ὁμοίας εἶναι φαμὲν καὶ πρὸς τὸ πρωτότυπον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρωτότυπον, παρηλλαγμένως, ὅπως δὴ καὶ ὁ τοῦ ἀρχετύπου λόγος, καὶ ὁ τῆς εἰκόνος σωθείη· πρὸς δὲ ἀλλήλας ἀπαραλλάκτως, ἵνα δὴ καὶ εἰκόνες τοῦ πρωτοτύπου μένειεν· καὶ ὁ θεῖος τοίνυν ἀπόστολος ὅμοιον φησὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸν θεὸν, κατὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον· ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματι φησὶν εὑρεθῆναι αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον· τὸ δὲ σχῆμα διττὴν ἔχει τὴν ἔννοιαν, τὴν ὑποκριτὴν δηλαδὴ, καὶ τὴν ἀληθινήν· ὄρθιον γὰρ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σχῆμα φαμέν· τοῦτο δὲ ἀληθινόν· ἀλλὰ καὶ σχῆμα λαβεῖν Σωκράτους ἢ Πλάτωνος, τόνδε ἢ ἐκεῖνον τῶν ὑποκρινομένων ἐν ταῖς σκηναῖς τὰ πρόσωπα ὡς ἐν τοῖς δράμασιν πρῶτον ἐγίνετο· τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα πεπλασμένον ἐστὶ καὶ ψευδές· ἐνταῦθα δὲ τὸ σχῆμα τὴν ἀλήθειαν ὑποδείκνυσι· σχήματι γὰρ εὑρέθη ὁ κύριος ἄνθρωπος, τουτέστιν αὐτῇ τῇ τοιῶσδε ἐσχηματισμένῃ ἀνθρωπίνῃ οὐσίᾳ· οὐ γὰρ τὴν οὐσίαν μόνην τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει οὐσίωσε, τὴν δὲ μορφὴν ἤτοι τὸ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινον σχῆμα ἀλλοῖον ἔχων προῆλθε, καὶ οὐχ οἷον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ οὐσίᾳ καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος.

* Philip. II. 7.

γ΄. Ὅτι δὲ οὐ δύο ἀρχαί εἰσι κατὰ τῶν Μανιχαίων ἀθεότητα, μία μὲν ἀγαθή, ἑτέρα δὲ πονηρά, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα· ἐναντία εἰσὶν ἀλλήλοις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρόν· καὶ φθαρτικὰ ἀλλήλων, καὶ ἐν ἀλλήλοις, ἢ σὺν ἀλλήλοις οὐχ ὑφιστάμενα· ὥσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος· ἕκαστον οὖν τούτων ἐν μέρει ἔστι τοῦ παντός· καὶ πρῶτον μὲν περιγραφήσεται οὐχ ὑπὸ τοῦ παντὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μέρους τοῦ παντὸς τούτων ἕκαστον· ἔπειτα τίς ὁ τὴν χώραν τοῖς ἐναντίοις, τῷ πονηρῷ δηλαδὴ καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀποτεμόμενος; οὐ γὰρ ἄν τις φήσειεν οἴκοθεν ἀμφότερα συνεναχθῆναι καὶ συμβιβασθῆναι· ἐπεὶ οὐδὲ κακὸν τὸ κακὸν εἰρήνην ἄγον καὶ φιλιούμενον τῷ ἀγαθῷ· οὐδὲ ἀγαθὸν αὖθις τὸ ἀγαθὸν, φιλίως πρὸς τὸ κακὸν διακείμενον· εἰ δ᾽ ἕτερος ὁ τούτων ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν τάξιν καὶ τὴν διατριβὴν ἀφορίσας, ἐκεῖνος ἂν εἴη μᾶλλον θεὸς ὁ τὰ διεστῶτα συνειληφώς· ἀνάγκη δὲ καὶ δυοῖν θάτερον ἐπὶ τούτοις συμβαίνειν, ἢ συνάπτεσθαι καὶ φέρειν ἄλληλα, ἢ εἶναι τί μέσον διιστῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν, ὥσπέρ τι διάφραγμα διεῖργον ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀμφότερα· καὶ οὐκέτι λοιπὸν δύο, ἀλλὰ τρεῖς ἀρχαὶ ἔσονται· καὶ τούτων τὸ ἕτερον ἀνάγκη, ἢ εἰρηνεύειν ὅπερ τὸ κακὸν οὐ δύναται· τὸ γὰρ εἰρηνεύειν, οὐ κακόν· ἢ μάχεσθαι, ὅπερ τὸ εἰρηνεῦον οὐ δύναται· μία τοίνυν ἀρχὴ ἀγαθὴ πάσης κακίας ἀπηλλαγμένη.

δ΄. Εἰ δὲ φήσουσι, καὶ πόθεν τὸ κακὸν ἔφυ; ἀμήχανον γὰρ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν εἰληφέναι τὴν γένεσιν, φαμὲν ὅτι τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερον ἐστὶν ἢ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν παρατροπή· οὐδὲν γὰρ κακὸν κατὰ φύσιν· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς, λίαν εἰσὶ καλὰ, καθ᾽ ὃ γεγόνασι· μένοντα τοίνυν καθὼς ἔκτισται, καλὰ λίαν εἰσίν· ἑκουσίως δὲ ἀποφυγόντα ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐλθόντα, ἐν τῷ κακῷ γίνονται· κατὰ φύσιν μὲν οὖν πάντα δοῦλα καὶ ὑπήκοα τῷ δημιουργῷ· ὅταν δὲ ἑκουσίως τί τῶν κτισμάτων ἀφηνιάσῃ, καὶ παρήκοον τοῦ ποιήσαντος αὐτὸ γένηται, ἐν ἑαυτῷ συνέστησεν τὴν κακίαν· ἡ γὰρ κακία οὔτε οὐσία τις ἐστὶν, οὔτε οὐσίας ἰδίωμα, ἀλλὰ συμβεβηκός· ἤγουν ἑκούσιος τίς παρατροπὴ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ ἁμαρτία τῆς αὐτεξουσίου τοῦ διαβόλου γνώμης εὕρεμα· κακὸς οὖν ὁ διάβολος, οὐ καθ᾽ ὃ γέγονεν, ἄγγελος γὰρ φωτεινότερος καὶ λαμπρότερος ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἔκτισται, αὐτεξούσιος ὡς λογικός· ἑκουσίως δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς ἀπεφοίτησε, καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τῆς κακίας ἐγένετο, θεοῦ μακρυνθεὶς τοῦ μόνου ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ· ἐξ αὐτοῦ γὰρ πᾶν ἀγαθὸν ἀγαθύνεται· καὶ καθόσον ἐξ αὐτοῦ ἐμακρύνθη γνώμῃ, οὐ γὰρ τόπῳ, ἐν τῷ κακῷ γέγονεν.

Μάταιος τοίνυν ὁ Μάνης, καὶ σκότους φθεγγόμενος ἄξια, οἷς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην ἀΐδια δοξάζει καὶ θεῷ συναγέννητα· καίπερ ἀκούων Μωϋσέως λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γέγονε· καὶ ὡς ἅμα τὸ φῶς παρήχθη, καὶ τὸ σκότος ὑπεχώρησε· καὶ γὰρ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, καὶ ὁ Ἀρίστωνος Πλάτων καὶ οἱ τούτων διάδοχοι καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, τῆσδε τῆς δόξης γεγένηνται,

3. Quod autem duo principia non sint, prout vult Manichaeorum impietas, bonum unum, alterum malum, hinc cognoscemus. Contraria invicem sunt bonum ac malum, seque mutuo perimunt, neque alterum in altero, vel simul consistere queunt; prorsus ut luci tenebrisque usuvenit. Ergo horum unumquodque pars est totius. Et primo quidem non a toto solum circumscribetur unumquodque horum, verum etiam a totius parte. Deinde quis locum contrariis, malo videlicet ac bono definivit? Neque enim aliquis dicet utrumque sponte propria congregatum simul vel conciliatum. Nam neque malum sit, quod pacem amicitiamque cum bono foveat; neque vicissim bonum, quod amice erga malum se habeat. Quod si alius quilibet utrique horum proprium ordinem stationemque adsignavit, ille enimvero potius Deus est, qui discordes conciliavit. Porro alterutrum in his evenire necesse est, nempe vel copulari et invicem tolerare, vel esse aliquid intermedium quod bonum a malo separet; videlicet saepem quasi aliquam ambo illa dirimentem. Atque ita non duo erunt sed tria principia. Tunc antem alterutrum fieri necesse est; nempe vel pacem tenere, id quod malo usuvenire nequit; nam pacem tenere, non est mali officium. Vel pugnare, id quod a pacis studioso abhorret. Unum est igitur principium bonum ab omni malitia alienum.

4. Quod si dicant, undenam malum natum est? impossibile enim est ex bono malum sumere originem; nos respondemus, malum nihil aliud esse quam boni privationem, et rei conversionem a naturali ordine ad non naturalem: nihil enim quod malum sit, secundum naturam est; siquidem omnia quae fecit Deus, valde bona sunt, quatenus creata fuere. Quamdiu igitur manent prout creata fuerunt, valde bona sunt: sed ubi sponte a naturali ordine exorbitant, naturaeque adversantur, mala fiunt. Nempe quum aliqua creatura sponte fit contumax, et creatori suo rebellis, tunc malitiam contrahit: alioqui malitia neque substantia aliqua est, neque substantiae proprietas, sed accidens. Malum est igitur voluntaria aversio a naturali ordine, ad non naturalem, idque peccatum dicitur. Porro peccatum liberae diaboli voluntatis inventio est. Malus itaque diabolus, non qualis factus fuit, etenim angelus prae ceteris lucidior splendidiorque a creatore conditus fuit, liberoque arbitrio praeditus, utpote rationalis. At ille sponte sua a virtute quae secundum naturam est recessit, et in malitiae tenebras decidit, a Deo remotus qui solus bonus vivificusque est: namque a Deo quicquid bonum est, bonitatem accipit. Et quantum ab eo diabolus sententia sua, non loco, discessit, tantundem malo se mersit.

5. Stultus itaque Manes, et digna tenebris loquens, quatenus tenebras atque materiam sempiternas existimat et Deo congenitas. Et tamen Moysem audierat dicentem: in principio fecit Deus caelum et terram: et quod ex non extantibus omnia sint facta: et quod luce producta, tenebrae disparuerint. Etenim Sophronisci quoque filius Socrates, et Aristonis filius Plato, et horum successores aliique plurimi,

in hac sententia fuerunt: nam ex praeexistente materia res omnes fuisse efformatas, easque Deo coaeternas dixerunt, ipsarumque causam Deum nominant. Neque idcirco ipsam materiam malam esse definiunt. Etenim blasphemiam maximam putant, si quis Deum malorum auctorem adfirmet. Et illi quidem venia fortasse aliqua digni sunt, propterea quod neque propheticos sermones audierunt, neque divos apostolos habuere magistros, sed ratiocinio tantum suo rerum scientiam complexi sunt. Hi vero quasnam impietate sua dignas poenas luent, qui divinis evangeliis fruentes, horum lucem fugiunt, tenebrasque vespertilionum instar sectantur? Nam quia ars omnis apud homines subiecta materia indiget, opinati sunt hi stulti ne Deum quidem absque materia posse aliquid efficere: neque agnoscunt, quantum inter hominem ac Deum intersit; neque opus esse ut omnia imagini insint, quae archetypo: et hominem quidem, utpote qui est imago, ex extantibus fabricare; Deum autem ex extantibus pariter et non extantibus. Quod manifeste docebit divina scriptura. Ait quippe apostolus: fide intelligimus aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invisibilibus invisibilia fierent. Et rursus: qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt. Sed enim mundanae creationis scriptor Moyses docuit, quaenam ex non extantibus, quaenam vero ex extantibus creator fecerit. Nam caelum, terram, et reliqua elementa, ex non extantibus fecit: in principio, inquit, fecit Deus caelum et terram. Lucem item ex non extantibus creavit: dixit quippe Deus, fiat lux, et facta est lux. At vero firmamentum ex iam creatis confecit: fiat enim, inquit, firmamentum in medio aquae, dividatque aquam ab aqua. Semina pariter et plantas de terra pullulare iussit. Sic etiam brutorum animalium genera produxit, ex aquis quidem volatilia, et ea quae in aquis discurrunt, et quae in aquis aeque ac terra vivunt: de terra vero quadrupedes, et reptilia. Hominem denique partim ex non extantibus, partim vero ex extantibus fecit: nam corpus de terrae pulvere sumptum formavit, animam tamen de re non extante creavit. Neque enim, prout impia Marcionis doctrina fuit, consubstantialis est factori suo anima, sed ex non extante condita.

6. Age vero dum veteri testamento maledicit, locutumque in illo Deum respuit, et mox lunae, soli, ac stellis cultum impendit, herbas, arbores alte comantes, aquasque perennes, anima praeditas indicat, et alia aeque absurda deblaterat, congruum profecto nomen suum maniae (i. e. insaniae) esse demonstrat, ex quo vocabulo appellationem merito eum traxisse arbitror. Iam lex quoque civilis in sexagesimo libro statuit, nemini adire licere Manichaeorum bona sive ex testamento sive ab intestato; sed eorum omnes facultates in fiscum esse deferendas. Rebaptizantur autem qui ex his ad puram nostram fidem accedunt. Namque haec haeresis adhuc perdurat, et sunt Cubricorum pagi et praediola circa Apolloniadem.

τοῦ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης τὰ πάντα δημιουργηθῆναι, καὶ συναΐδια αὐτὰ τοῦ θεοῦ λέγοντες, αἴτιον αὐτῆς τὸν θεὸν ὀνομάζουσιν· οὐ μὴν αὐτὴν [ὕλην] καὶ κακὴν ὁρίζονται· μεγίστην γὰρ βλασφημίαν νομίζουσι τὸ φάναι τὸν θεὸν εἶναι τῶν κακῶν ποιητην· καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἔχουσιν ἴσως τινὰ συγγνώμην, μητε προφητικῶν ἐπακούσαντες λόγων, μήτε τοὺς θείους ἀποστόλους ποδηγοὺς ἐσχηκότες, μόνοις δὲ τοῖς λογισμοῖς τὴν τῶν ὄντων ἐπιτρέψαντες γνῶσιν· οὗτοι δὲ ποίας ἂν τίσειαν δίκας τῆς ἀσεβείας ἀξίας, τῶν μὲν θείων ἀπολαύσαντες εὐαγγελίων, τὸ δὲ τουτων ἀποδράσαντες φῶς, καὶ τὸ σκότος ἀσπασάμενοι ταῖς νυκτερίσι παραπλησίως; ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα τέχνη παρὰ ἀνθρώποις ὕλης ὑποκειμένης προσδεῖται, ὑπέλαβον οἱ ἀνόητοι καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὕλης δίχα δημιουργεῖν· καὶ οὐ συνεῖδον ὅσον ἀνθρώπου καὶ θεοῦ τὸ διάφορον· καὶ ὡς οὐκ οἷόν τε τὴν εἰκόνα πάντα ἔχειν, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ὁτι ἄνθρωπος μὲν ὡς εἰκὼν ἐκ τῶν ὄντων δημιουργεῖ, θεὸς δὲ καὶ ἐξ ὄντων καὶ μὴ ὄντων· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς διδάξει ἡ θεία γραφη· ὁ μὲν γὰρ ἀπόστολος φησί *· πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι [τοὺς αἰῶνας] ῥήματι θεοῦ εἰς τὸ μὴ ἐκφαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι *· καὶ πάλιν· ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα *· ὁ δὲ τὴν κοσμογένειαν γράψας Μωϋσῆς ἐδίδαξε τίνα μὲν ἐκ μὴ ὄντων, τίνα δὲ ἐξ ὄντων ἐποίησεν ὡς δημιουργός· καὶ οτι τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἐκ μὴ ὄντων πεποίηκεν· ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ τὸ φῶς δὲ ὡσαύτως ἐκ μη ὄντων ἐδημιούργησεν· εἶπε γάρ, φησιν, ὁ θεός· γενηθητω φῶς, καὶ ἐγένετω φῶς· τὸ δε στερέωμα ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων παρήγαγεν· γενηθήτω γάρ, φησί, στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔσται διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος· καὶ τὰ σπέρματα δὲ καὶ τὰ φυτὰ ἐκ γῆς βλαστῆσαι προσέταξεν· ὥσπερ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ γένη παρήγαγεν· ἐκ μὲν τῶν ὑδάτων τὰ ἀεροπόρα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι διαπορευόμενα, καὶ τὰ ἀμφίβια προσαγορευόμενα· ἐκ δὲ τῆς γῆς τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετά· τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ὄντων ἐποίησε· τὸ μὲν σῶμα διέπλαττε χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς· τὴν δὲ ψυχὴν ἐκ μὴ ὄντων ἐδημιούργησεν· οὐ γὰρ κατὰ τὸν δισσεβῆ Μαρκίωνος λόγον, ὁμοούσιος ἐστὶν ἡ ψυχὴ τοῦ πεποιηκότος, ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντος ἔκτισται.

* Hebr. XI. 3.
* Rom. IV. 17.

ϛ. Ἀλλὰ καὶ τὴν παλαιὰν βλασφημῶν διαθήκην, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα ἀθετῶν, καθεξῆς δὲ καὶ σεληνῃ καὶ ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄστρασι σέβας ἀποδιδούς, καὶ βοτάνας καὶ δένδρα ὑψιπέτηλα καὶ ἀέναα ὕδατα ἔμψυχα εἶναι οἰόμενος καὶ ἑτεράττα φθεγγόμενος ἄτοπα, φερώνυμον ἑαυτὸν ἀληθῶς τῆς μανίας δείκνυσιν· ἐξ ἧς οἶμαι καὶ τὴν προσωνυμίαν δικαιως ἐκτήσατο. Ἀλλὰ καὶ ὁ νόμος ἐν ἑξηκοστῷ φησὶ βιβλίῳ μηδένα τοὺς Μανιχαίους κληρονομεῖν ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, τὰ δὲ πράγματα αὐτῶν εἰς το δημόσιον εἰσκομίζεσθαι ταμιεῖον. Ἀναβαπτίζονται δὲ οἱ ἐκ τουτων τῇ ἀμωμήτῳ ἡμῶν προσιόντες πίστει· ἔτι γὰρ ἡ αἵρεσις αὕτη ἐπικρατεῖ, καὶ κῶμαι εἰσὶ καὶ κτησείδια τῶν Κουβρίκων περὶ τὴν Ἀπολλωνιάδα κείμενα.

FINIS.

EDITORIS MONITUM.

Manichaeorum historia amplaeque illorum refutationes, quas hoc volumine complexi sumus, revocarunt nobis in memoriam Didymum alexandrinum, qui inter primos ac nobiles sectae illius adversarios numeratur: cuius tamen qui extat contra Manichaeos libellus, nonnisi pars operis imperfecta est. Et quidem, excussis nuper a me duobus scripti eius vaticanis codicibus, nihil ultra editionem publicam comperi. Sed tamen quia de Didymo cogitare coeperam, nolui vacuus a vestigatione mea desinere; donec in praeclara ad Pauli epistolas ms. catena, unde iam Cyrillum sumpseram, plurimam Didymi partem in secundam ad Corinthios commentantis observavi; quam cum totam ineditam esse cernerem; neque enim vel Oecumenius, vel graeca nupera Oxonii edita catena quicquam Didymi ad hanc epistolam continent; rem hanc egregiam protinus in adversaria mea retuli, factamque raptim de graeca etiam latinam, in sequentibus tomi paginis ad ecclesiae usum exposui: sicut superioribus annis Victorinum, Didymi aequalem, ad Pauli epistolas pariter commentantem, ex vaticanis codicibus edidi.

Didymum celeberrimum alexandrinae scholae magistrum, qui inter innumeros auditores Hieronymum quoque nostrum ac Rufinum habuit, quis ignorat? Veterum plurima de eo testimonia tam studiose in calce librorum eius de Trinitate coacervavit Mingarellius, ut nemo superaddere quicquam possit. Iam praeter eius in totum fere vetus testamentum commentarios, quorum multa memoria superest, in Matthaeum quoque et Iohannem scripsisse Didymum, testis est Hieronymus de script. ill. cap. 109. *Sed in Matthaeum quidem nihil Didymi superesse videtur sive in impressis sive in mss. catenis. At in Iohannem segmenta illius aliquot conservavit catena a Corderio edita. Ego vero quum tres vaticanas in Iohannis evangelium catenas mss. consuluerim, una quidem nihil Didymi habuit; sed tamen aliae duae mediocres aliquot illius particulas feliciter obtulerunt, quas Corderius prorsus desiderat. Has nos igitur ceteris Didymi copiis subiungemus. Commentatum quoque ad actus apostolicos Didymum, catenae editae docent. Quin etiam ad epistolas catholicas habuit graece Didymum Cassiodorus inst. div. cap.* 8, *et ab Epiphanio scholastico latinum redditum gratulatus est, quae reapse translatio typis excusa superest. At enim nonnulli critici, quos inter Cellerius auct. sacr. T. VIII. p.* 739, *prope impudenter negabant vel dubitabant hunc esse Didymi foetum. Sed ecce oxoniensis nuper edita ad catholicas catena, habet fragmenta aliquot nominatim Didymi, quae latino Epiphanii textui prorsus respondent. In epistolas quoque ad Galatas atque ad Ephesios scripsisse Didymum narrat Hieronymus in suis epistolarum illarum prooemiis.*

Sed ut ad rem nostram pretiosissimam accedamus, Didymum epistolam Pauli ad Corinthios latissime interpretatum fuisse, adfirmat idem Hieronymus ep. 49. *Quamquam vero diserte haud dicit priorem potius quam posteriorem, patet eum de priore loqui; tractat enim locum Pauli celebrem de nuptiis ac virginitate. (I. Cor. VII. 7.) Mirum ceteroqui est, quod in nostro vaticano codice nihil legitur Didymi ad priorem epistolam, inter varios qui catenam conficiunt interpretes; mox tamen ad posteriorem tanta Didymi copia exuberat, ut prope integer commentarius esse videatur, capitulo nono excepto, ubi manifesta Didymi omissio est. Ac ne quisquam de auctore dubitet, semper Didymi nomen ad cuiusque segmenti caput accurate in codice scribitur. Liceat itaque nobis laetari, quod tandem aliquando praeclarum Didymi scriptum vulgetur, quem hominem Hieronymus praef. ad Oseam dicit sui temporis eruditissimum, et in epistola* 50. *praedicat praecipuum scientia scripturarum ut eloquentia Tullium, argumentis Aristotelem etc. Rufinus quoque hist. eccl. II.* 7. *ait Deum, in errorum caligine, velut lampadem quandam divina luce fulgentem Didymum accendisse, narratque hunc magno Athanasio episcopo valde probatum, et a divo Antonio visitatum. Mitto laudes eximias a Socrate et Sozomeno aliisque in eum cumulatas. Nec denique de accusationibus Didymo illatis loquar, quas satis Mingarellius vel diluit vel elevavit.*

ΔΙΔΥΜΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΕΥΤΕΡΑΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΑΥΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ.

DIDYMI ALEXANDRINI

COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM SECUNDAM PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS.

Paulus apostolus - et Timotheus frater, ecclesiae Dei quae est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in universa Achaia.

Cunctos qui in Achaia sunt alloquitur; nam pars Achaiae Corinthus. Mittit autem epistolam tamquam a se et Silvano et Timotheo scriptam; quod tamen haud semper facit. Sed hoc ab eo fieri existimo, quoties ecclesiae alicui scribit quae de facie ipsum et adsumptos ab eo ministerii socios nosceret. Ceteroquin alii hoc loco aiunt, si forte nonnulli sodales eius sententias aliquas ei scribenti suggererent, tunc illorum nomina adiicere solitum, ita ostendentem ab ipsis quoque aliquid contributum scripturae. Et hoc quidem propter eximiam animi modestiam agebat. Utrum vero sano sensu dici queat, eum qui Spiritu sancto impellente scribebat, alieno auxilio indigere, tumet considera. Nihilominus, etiamsi epistola a tribus est, ipse solus Christi apostolus per voluntatem Dei denotatur; quia ceteri scripturae socii, apostolorum erant discipuli.—Verba «cum omnibus sanctis, ambiguo sensu dicuntur. Nam vel: nobiscum omnes sancti vos alloquuntur; vel: vobiscum omnes sanctos alloquimur. Neque non sciendum est, in nonnullis exemplaribus haberi, tamquam a Paulo et Timotheo tantum praesentem epistolam fuisse scriptam.

Παῦλος ἀπόστολος - καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ.

Πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ προσαγορεύει· μέρος γὰρ τῆς Ἀχαΐας ἡ Κόρινθος· προσ- Cap. I. 1. cod. f. 340. a.
φωνεῖ δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὡς ὑπ' αὐτοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου γραφεῖσαν· καί τοι οὐκ ἀεὶ τοῦτο ποιῶν· τοῦτο δὲ οἴομαι αὐτὸν ποιεῖν, ὅταν γράφῃ ἐκκλησίᾳ γνωριζούσῃ κατὰ πρόσωπον αὐτόν τε καὶ τοὺς παραλαμβανομένους ἐν τῇ συντάξει· εἰσὶ δὲ οἱ περὶ τῶν οὕτως ἐχόντων λέγοντες, ὅτι εἴ ποτε γράφοντος αὐτοῦ ὑπέβαλον νοήματά τινες τῶν συνόντων, καὶ τούτων τὰ ὀνόματα προσέταττεν, δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτοὶ συνεβάλοντο τῇ γραφῇ· ἐπράττετο δὲ τοῦτο διὰ πολλὴν ἀτυφίαν· εἰ δὲ ὑγειῶς ἔχει τὸν ἐξ ἁγίου πνεύματος γράφοντα δεῖσθαι τῆς πρὸς ἕτερον συλλήψεως, ἐπίστησον· ὅμως δὲ εἰ καὶ ἐκ τριῶν ἐστιν ἡ ἐπιστολὴ, ἀλλά γε αὐτὸς μόνος ἀπόστολος Χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ σημαίνεται, τῶν σὺν αὐτῷ προσφωνούντων μαθητῶν ὄντων ἀποστόλων.—Τὸ σὺν ἁγίοις πᾶσιν, ἀμφι- cod. f. 340. b.
βόλως λέγεται· ἤτοι γὰρ σὺν ἡμῖν πάντες οἱ ἅγιοι προσαγορεύουσιν ὑμᾶς, ἢ σὺν ὑμῖν πάντας τοὺς ἁγίους προσαγορεύομεν. Οὐκ ἀγνοητέον, ἔν τισιν ἀντιγράφοις φέρεσθαι, ὡς ὑπὸ Παύλου καὶ Τιμοθέου μόνου κεχάρακται τὸ προκείμενον γράμμα 1).

1) Singularis videtur haec Didymi lectio, nempe Silvani nomen in titulo epistolae post alia duo: neque enim id nomen occurrit apud Chrysostomum, vel Theophylactum, vel Oecumenicum, neque apud graecarum vel latinarum varietatum collectores. Quin adeo nomen id in titulo desiderat ipse catenae vaticanae textus, cui subest Didymi commentarius. Deest Silvanus etiam in codice vetustissimo et celebri vat. 1209. Num ergo ex capituli versiculo 19, coniecturaliter a scriba aliquo vetere translatus fuit in titulum Silvanus, quae deinde lectio in alios codices propagata fuerit? Atqui Didymus nonnisi aliqua exemplaria propriae lectioni contraria fuisse memorat. Utique et sanctus Basilius, in quem casu incidi, de Sp. S. cap. XXV. prorsus ostendit se Silvanum in huius epistolae titulo legisse.

Cap. I. v. 2. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη.

cod. f. 310. b. Ἐπεύχονται οἱ γράφοντες χάριν καὶ εἰρήνην ὑπαρχθῆναι Κορινθίοις ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· τῆς αὐτῆς δηλονότι ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ διδομένης δωρεᾶς· ὡς γὰρ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ ὁ πατὴρ, ταῦτα ὁ υἱὸς ὁμοίως ὑφίστησιν· οὕτως ἃ δίδωσιν ὁ πατὴρ χαρίσματα, ὁ υἱὸς δωρεῖται. μία γὰρ χάρις καὶ εἰρήνη μία πρὸς τῆς τριάδος δίδοται. Καὶ τοῦτο δὲ λεκτέον, πατέρα ἑαυτῶν τὸν θεὸν εἰρηκότες, οὐκέτι ἀδελφὸν, ἀλλὰ κύριον ἑαυτῶν τὸν σωτῆρα φασίν. δεικνύντες ὅτι κἂν υἱοὶ θεοῦ γένωνται οἱ γενητοὶ, οὐδὲν ἧττον δοῦλοι μένουσι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ δημιουργοῦ αὐτῶν τυγχάνοντος· μόνος γὰρ αὐτὸς ἀληθείᾳ καὶ οὐ θέσει υἱὸς ὢν θεοῦ, δεσπότης ἐστὶ τῶν υἱοποιουμένων.

v. 3. Εὐλογητὸς ὁ θεός.

cod. f. 311. a. Εὐλογητὸν τὸν θεὸν φασὶν οἱ θεῖοι λόγοι, οὐ τῷ εὐλογίαν δεδέχθαι, ἀλλὰ τῷ παρέχειν αὐτήν· ὡς γὰρ ἅγιος καὶ ἀγαθὸς μόνος αὐτὸς, ἁγιάζων καὶ ἀγαθοὺς ποιῶν, καὶ οὐ γινόμενος ταῦτα ἅπερ ἑτέρους ποιεῖ· οὕτω μόνος εὐλογητός ἐστιν, εὐλογίαν παρέχων ἀλλ' οὐ δεχόμενος· οὗτος ὁ εὐλογητὸς θεὸς, θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ὑπάρχει· θεὸς μὲν διὰ τὴν οἰκονομίαν, πατὴρ δὲ διὰ τὸ λόγον καὶ μονογενῆ υἱὸν ὑπάρχειν.—Πατὴρ οἰκτιρμῶν κατ' οὐσίαν, πηγὴ αὐτῶν τυγχάνων· οὐ γὰρ ἐξ ἀναλήψεως ἀρετῆς εὑρίσκεται τοιοῦτος, οἷοί εἰσιν οἱ γινόμενοι οἰκτίρμονες· ὡς ὁ πατὴρ οὐράνιος, οἰκτίρμων ἐστίν· ὁ γὰρ τῶν οἰκτιρμῶν πατὴρ μεταδίδωσι τοῖς σπεύδουσι μιμεῖσθαι αὐτὸν, οὐκ εἶναι, ἀλλὰ γίνεσθαι οἰκτίρμοσιν· πρὸς τούτοις καὶ πάσης παρακλήσεως, ἐμπα[θείας], καὶ χάριτος ὢν θεός· αὕτη ἐστὶν ἐν ᾗ καὶ δι' ἧς παρακαλοῦνται πάντες οἱ ὑπὲρ ἀληθείας μᾶλλον δὲ εὐσεβείας θλιβόμενοι· οὕτω γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους θλιβομένους ὄντας αὐτῶν ὑποδεεστέρους, διδάξουσι παρακαλεῖσθαι ὑπὸ τῶν θλιβόντων.

v. 6. Εἴτε δὲ θλιβόμενοι.

cod. f. 312. a. Θλίβεσθαι φασὶν οἱ διδάσκαλοι ὑπὲρ προκοπῆς καὶ σωτηρίας τῶν πεπαιδευμένων, ἵν' ὑπομονὴν ἔχοντες τελείαν βεβαιωθῶσιν, ἐλπίζοντες τυχεῖν ἐπαξίων ἀμοιβῶν δοθησομένων τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζομένοις ἀποστόλοις καὶ τοῖς τούτων ἀκροαταῖς.

v. 7. Ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων.

cod. f. 313. a. Ἐπείπερ κοινωνίαν εἶχον τῶν παθημάτων ἐφ' οἷς ἡ παράκλησις, δηλοῖ αὐταῖς τὴν ὑπάρξασαν

Gratia vobis et pax.

Orant scribentes ut gratia et pax sit Corinthiis a Deo patre, et a domino Iesu Christo: quia nimirum idem a patre filioque donum confertur. Nam sicut quae opera facit pater, eadem agit filius similiter; ita quae dat pater munera, eadem filius donat: una quippe gratia, et una pax a Trinitate tribuitur. Verumtamen hoc quoque dicendum est, quod ii qui patrem suum Deum dicunt, nequaquam fratrem sed dominum suum appellant Salvatorem: sic demonstrantes, se quamquam filios Dei creatos, nihilominus servos domini Iesu manere, qui ipsorum creator est. Solus enim is vere et non adoptione filius Dei, dominus illorum est qui sunt adoptati.

Benedictus Deus.

Benedictum Deum sacrae litterae nuncupant, non quasi ipse benedictionem recipiat, sed quia ipsam dat. Sicut enim sanctus bonusque ipse solus est, quia sanctificat bonosque facit, neque ipse tamen talis efficitur, quales ceteros efficit; ita solus benedictus est, et benedictionem tribuens, non autem recipiens. Hic itaque benedictus Deus, Deus est et pater domini Iesu; Deus quidem illius propter humanationem, pater autem eiusdem quatenus Verbum est et unigenitus filius. Pater essentialiter misericordiarum, quatenus fons illarum est: quoniam haud talis est virtutis electione, prout sunt qui misericordes fiunt: sicut pater caelestis, misericors est: nam pater misericordiarum iis qui se imitari student, tribuit non ut sint essentialiter, sed ut fiant misericordes. Praeterea omnis consolationis, clementiae, gratiaeque Deus est: in qua videlicet et per quam recreantur omnes qui pro veritate, immo vero pro recta religione, adfliguntur. Sic enim hi adflictos alios, seque infirmiores, docebunt sub tribulantium verbere solamen percipere.

Sive autem tribulamur.

Adfligi se dicunt magistri, ob profectum atque salutem alumnorum, ut perfectam patientiam habentes roborentur; dum sperant dignas datum iri remunerationes apostolis pro veritate decertantibus, itemque illorum discipulis.

Sicut socii passionum estis.

Quia participes passionum fuerant, quarum causa fit consolatio, significat illis tribulatio-

nem magnam, quae in Asia sibi acciderat ab accusatione calumniaque Demetrii. Ac sane convenienter, quoniam dixit pati se pro illorum consolatione et salute, ut patientiam adquirant, quae in ipsis passionibus operatur, recte inquam manifestat illis, se cum sociis quasi supra vires persecutionem ac tribulationem passum, adeo ut propemodum ambigeremus, utrum vitae finis instaret. Sistit etiam causam ob quam sibi mori prope contigerat, dicens: quoniam in nobis confidebamus, fore ut adversus quamlibet tribulationem haud remisse nobis adesset auxiliator Deus; ut in ipso et per ipsum omni aerumnae superiores fieri non dubitaremus, nempe quod Deus brevi tempore ope sua destituens, suasit ipsis ut ei semper confiderent. Namque haec fiducia non solum incolumes eos conservat qui vivunt: sed illos etiam qui vitam amiserunt ad eandem revocat, Deo scilicet a mortuis eos suscitante. Quamobrem et nos ipsos excitamus, et vos hortamur, quominus in virtute vestra fiduciam habeatis: ne videlicet vita excidamus, sed in Deo speremus, qui nos, etiamsi in mortem inciderimus, vivificabit. Scitote autem quod, etiamsi perturbationem agoniamque habuerimus propter instantem gravissimam tribulationem, attamen in corde tantum haec pugna fuerit: habuimus enim responsum mortis, mortem nobis cogitatione tenus indicentes, nihil porro turbulentum agentes.... Unde recte reputavimus debere nos confidere in illo qui ex mortuis resuscitat et morte liberat. Praedictis consonat et illud: turbatus sum, et non sum locutus. Nec non illud de Iobo dictum, quod labiis non peccaverit coram Domino, acerbis licet ac terribilibus eidem contingentibus. Patet autem non de communi vita vel morte scribi haec. Ait enim: qui de tali tantaque morte nos eripuit et eripit; in quem speravimus. Nam si de communi morte heic sermo esset, numquam morerentur hi qui ita loquuntur, lapsu temporum extra corpus facti. Atqui reapse communem mortem subeunt, qui talia heic adfirmant. De illa igitur morte loquuntur, quae animam ab aeterna vita abstrahit.

Adiuvantibus et vobis oratione pro nobis.

His verbis docet, magna sane et divina be-

θλίψιν οὖσαν μεγάλην ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐκ [διαβο- Cap. I.
λῆς καὶ συκοφαντίας Δημητρίου 1)· καὶ εἰκότως
γε, ἐπείπερ εἶπεν πάσχειν ὑπὲρ τῆς ἐκείνων παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, ὅπως κτήσωνται ὑπομονὴν τὴν ἐν τοῖς αὐτοῖς παθήμασιν ἐνεργουμένην, φανεροῖ αὐτοῖς ὡς ὑπὲρ δύναμιν διωγμὸν καὶ θλίψιν ὑπέμεινεν αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· ὡς μικροῦ δεῖν ἐξαπορηθῆναι, τουτέστιν ἐκπεσεῖν τοῦ ζῆν· παρίστησι δὲ τὴν αἰτίαν τοῦ μικροῦ δεῖν τοῦτο παθεῖν, εἰπών· ἐπεὶ γὰρ πεποιθότες ἦμεν ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ὡς πρὸς πᾶσαν θλίψιν ἀνενδότως ἵστασθαι βοηθῶν ἡμῖν ὁ θεός· ὅπως ἐν αὐτῷ καὶ δι᾽ αὐτοῦ πάντων ἐπιπόνων περιέσεσθαι θαῤῥῶμεν· ὀλίγον πως γυμνώσας τῆς παρ᾽ αὐτοῦ βοηθείας, ἔπεισεν ὡς δεῖ πάντοτε ἐπ᾽ αὐτῷ πεποιθέναι· ἡ γὰρ τοιαύτη πεποίθησις οὐ μόνον ἐν ζωῇ τοὺς ζῶντας φυλάττει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ταύτην ἀποβαλόντας αὖθις εἰς αὐτὴν ἄγει ἐγείρας αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν· ὅθεν καὶ ἑαυτοὺς διεγείρομεν, καὶ ὑμῖν παρεγγυῶμεν μὴ ἐπ᾽ οἰκείᾳ δυνάμει τὴν πεποίθησιν ἔχειν· ὅπως μὴ τῆς ζωῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐλπίσωμεν, ὅστις ἡμᾶς ζωοποιήσει κἂν ἐν νεκρότητι γενώμεθα· ἴστε δὲ ὅτι, εἰ καὶ τάραχον καὶ ἀγωνίαν ἔσχομεν ἐκ τῆς καταλαβούσης βαρυτάτης θλίψεως, ἀλλ᾽ οὖν μέχρι τῆς καρδίας ἔστη τὰ τοῦ κλόνου· ἔσχομεν γὰρ τὸ ἀπόκριμα τοῦ
θανάτου, καταψηφισάμενοι ἑαυτοῖς * θάνατον · cod. ἑαυτόν.
μέχρι τῶν λογισμῶν, οὐδὲν ταραχῶδες πράξαντες.... 2) ὅθεν καὶ ἔννοιαν ἔσχομεν ἀγαθὴν περὶ τοῦ δεῖν πεποιθέναι ἐπὶ τῷ ἐγείροντι ἐκ νεκρῶν καὶ ῥυομένῳ ἐκ θανάτου· τοῖς προκειμέ-
ναις συνᾴδει τὸ, ἐταράχθην καὶ οὐκ ἐλάλησα *· * Ps. LXXXVI. 5.
καὶ τὸ περὶ τοῦ Ἰὼβ ὡς οὐχ ἥμαρτεν τοῖς χείλε-
σιν ἐναντίον κυρίου *, πικρῶν καὶ φοβερῶν συμ- * Iob. I. 22.
βεβηκότων αὐτῷ· φανερὸν δὲ ὅτι οὐ περὶ τοῦ κοινοῦ ζῆν καὶ θανάτου γράφεται τὰ προκείμενα· φησὶ γάρ· ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο καὶ ῥύεται, εἰς ὃν ἠλπίκαμεν· εἰ γὰρ περὶ τοῦ κο[ινοῦ θανάτου] ἐλέγετο ταῦτα, οὐ τεθνήξονταί ποτε οἱ ταῦτα λέγοντες, κατὰ χρόνον ἔξω αὐτοῦ γινομένους· ἀλλὰ μὴν τεθνήκασι τὸν κοινὸν θάνατον οἱ ταῦτα βεβαιούμενοι· περὶ γὰρ τοῦ θανάτου φησὶ τοῦ κατασπῶντος τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς.

Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει. v. 11.

Ἐν τοῖς προκειμένοις διδάσκει ὡς τὰ μεγά- cod. f. 313. b.

1) Intelligit Demetrium argentarium, qui Paulo negotium in Asia facessiverat. Act. XIX. 24.

2) Haec et aliquot sequentes exiguae verborum lacunae sunt, relicto in codice spatio; quod indicium est, nostrum fuisse exscriptum ex antiquiore detrimentis identidem adfecto.

Cap. I. λα ὄντως καὶ θεῖα δωρήματα δίδοται, εὐχῆς πλειόνων ὑπὲρ ἑνὸς λαμβάνοντος ἀναπεμπομένης· διὸ καὶ εἰς εὔνοιαν καὶ διάθεσιν τὴν πρὸς αὐτὸν διεγείρων φησίν· ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσθην ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμβαλλομένων καὶ ὑμῶν τῇ δεήσει ὑπὲρ ἐμοῦ· ἵνα ἐκ πολλῶν πρεσβευόντων προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς τοὺς θλιβέντας γενόμενον χάρισμα ὑπὸ πλειόνων εὐχαριστηθῇ· εἰ γὰρ πολλοὶ οἱ συνυπουργήσαντες τῇ δεήσει εἰς τὴν ὑπάρξασαν δωρεὰν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸ τοὺς αὐτοὺς τούτους εὐχαριστῆσαι τῷ παρασχόντι θεῷ.

v. 12. *Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν.*

cod. f. 314. b. Τὸ πρὸς θεὸν καύχημα μαρτυρεῖται ἐκ τῆς συνειδήσεως· εἴρηται δὲ περὶ τῆς συνειδήσεως μὴ δεχομένης πρόσωπον· αὕτη οὖν ἡ καύχησις, ἥτις μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν ὑπάρχει, παρεσκεύασεν ἐν ἁγιότητι καὶ εἰλικρινείᾳ, ἀλλὰ μὴ ἐν ἀνθρωπίνῃ παιδεύσει ἀναστραφῆναι ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, μάλιστα δὲ πρὸς ὑμᾶς· ὁ γὰρ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον παιδεύων, οὐκ ἀνθρωπίνην ἐπαγγέλλεται διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῶν ἁγίων γινομένην γραφῶν· ἥτις διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι κηλῖδος τινὸς, εἰλικρινής ἐστιν· σαρκίνην δὲ σοφίαν, τὴν περὶ αἰσθητῶν ὠνόμασεν, ἣν ὁ ἔχων οὐ χωρεῖ τὴν τοῦ πνεύματος σοφίαν, μωρίαν αὐτὴν λογιζόμενος· ἔθος δὲ τῇ γραφῇ τὰ περὶ τῶν κοσμικῶν καὶ ὑλικῶν μαθήματα σάρκινα καλεῖν· οὕτω γοῦν καὶ φρόνημα λέγεται τῆς σαρκός· καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῆς σαρκὸς καταλέγονται αἱρέσεις, φαρμακεῖαι, εἰδωλολατρίαι· οὐ γὰρ ἔτι ταῦτα σάρκινα ῥητέον παρονομαζόμενα ἀπὸ τῆς αἰσθητῆς σαρκός· εἴρηται γὰρ ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἕξεως, καθ' ἣν ὁ ἐνεργῶν, κατὰ σάρκα περιπατεῖν λέγεται, καὶ γίνεται σάρκινος πραθεὶς ὑπὸ ἁμαρτίαν· ὅμως δὲ εἰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ἀνεστράφημεν ἐν ἁγιότητι καὶ εἰλικρινείᾳ, ἀλλ' οὖν τοῦτο πρὸς ὑμᾶς μᾶλλον καὶ μᾶλλον πεποιήκαμεν.

v. 13. *Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε.*

cod. f. 315. a. Παρειλήφασιν ὑμῖν ἀναγινώσκειν τὰ εὐαγγέλια καὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, οὐχ ἕτερα ὧν ἀναγινώσκετε γράφομεν· ὡσαύτως γὰρ ἐκείνοις ἐστὶ θεόπνευστα, ἃ χαράττομεν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς· ἐπιγινώσκετε οὖν καὶ ὑμεῖς αὐτὸ τοῦτο, μερικὴν διάληψιν τέως ἔχοντες· προσδοκῶμεν δὲ σὺν θεῷ φάναι, ἐπιγνῶναι ὑμᾶς ἕως τέλους τουτέστι τελείως καὶ ἀνελλειπῶς· ἐπιγνόντες γὰρ ἡμᾶς ἐκ μέρους, προσλαμβάνοντες ἀεὶ τῇ φθασάσῃ ἐπιγνώσει ἐπίτασιν τῶν γνωσθέντων καὶ ἕτερα

neficia concedi, multis pro uno accipiente orantibus. Quare et illorum benivolentiam et erga se adfectum excitans, ait: ex tali tantaque morte ereptus fui a Deo, faventibus etiam vobis oratione pro me: ut ob beneficium, multorum hominum orantium gratia a me tribulato acceptum, gratiae a pluribus agantur. Nam si multi ad impetrandam gratiam oratione adiuverunt, sequitur ut iidem hi gratias agant datori Deo.

Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae.

Gloriatio in Deo, testimonium a conscientia habet. Dicitur id autem de conscientia quae personam non accipit. Haec ergo gloria, quae est conscientiae nostrae testimonium, fecit ut nos cum sanctitate et puritate, non autem secundum humanam disciplinam conversaremur in universo mundo, maxime vero apud vos. Nam qui ex evangelii regula erudit, haud humanam nunciat doctrinam, sed illam quam sanctae scripturae tradunt; quae quum absque omni macula sit, sincera est. Carnalem vero sapientiam dicit illam rerum sensibilium, quam qui habet, spiritus sapientiam non capit, quia stultitiam esse hanc arbitratur. Mos autem scripturae est, mundanarum ac materialium rerum disciplinas, appellare carnales. Sic itaque etiam carnis prudentia dicitur: atque inter carnis opera numerantur haereses, veneficia, idololatriae. Nequaquam enim haec carnalia sunt dicenda, quasi sumpto a sensibili carne nomine; sed dicuntur potius a materiali adfectione, ex cuius norma qui operatur, secundum carnem ambulare dicitur, evaditque carnalis, peccati manceps factus. Verumtamen, etiamsi in universo mundo cum sanctitate ac puritate versati sumus, apud vos utique magis magisque id sategimus.

Non enim alia scribimus vobis, quam quae legitis.

Nam cum vos soleatis legere evangelia et legem atque prophetas, nos quidem haud diversa ab his quae legitis, scribimus: aeque enim a Deo inspirata sunt, quae in epistolis charaxamus. Hoc itaque et vos sciatis, qui hactenus nonnisi partem institutionis habuistis. Speramus autem, cum Dei ope, fore ut vos in finem usque cognoscatis, id est perfecte et absque ullo defectu. Nam quum nos ex parte cognoscatis, mox superiori notitiae incrementum

scientiae addentes atque alias observationes, perfectam evidentiam habebitis, nos paria scribere Moysi et prophetis atque evangelistis. Etenim quod factum est ad eos verbum Dei, idem in nobis quoque loquitur, a Christo non alienum. Confido autem, vos hoc animo adfectos, de me gloriari. Nam et nostrum gaudium vos estis in die Domini, qua iudicium exercebit de omnibus qui ante tribunal eius apparebunt. Fortasse autem quae ex vero lumine in animabus fit illuminatio, ea dies Domini est.

Hac confidentia volui prius venire ad vos.

Hac locutione demonstrat gaudere se de Corinthiorum emolumento, quia meliores illos effecerat. Propterea in hoc proposito perseverans, volebat iterum ad eos accedere dum in Macedoniam pergeret. Et postea illinc revertens, rursus invisere, ut denuo de illorum utilitatibus laetaretur. Apparet enim ex utriusque epistolae scriptura Paulum Corinthi fuisse: itemque ex verbis «sed parcens vobis, non veni rursus ad vos Corinthum» id ipsum ostenditur.

Ego autem testem Deum invoco
in animam meam.

Conscius licet sermonis Domini in evangelio, non oportere iurare, sed exacte loqui, nempe EST, quando reapse est; NON vero, cum ita se res habet: nunc tamen cum iuramento adfirmare videtur. Atque id iuste admodum. Nam quia suum erga Corinthios adfectum nunciat, hic vero nonnisi in mente et corde subsistit; verisimile autem erat, dilectos illos dubitare de tam genuino erga se amore, testem dicti sui invocat Deum in suam animam, qui arcana quoque in ipsa latentia scit. Ait quippe: venio ad vos desiderio vestri impulsus. Et si quando id minime facio, nonnisi ut vobis parcam memet cohibeo. Scitis enim, me cum primo ad urbem vestram veni, anno integro cum mensibus sex istic versatum, dum quotidianum vestrum in Christo incrementum et utilitatem lubens spectarem. Tum profecto, praeter communem doctrinam, mysticas etiam traditiones vobis exposui. Id enim in priore epistola ostendi, adhortans vos ut quae accepistis retineretis. Sed quia nunc probe cognovi, a falsis aliquot magistris vos decipi, qui resurrectionem a mortuis et animae immortalitatem negant, praetereaque rerum quoque indifferentium scientiam subvertunt; has ob cau-

θεωρήματα, τελείαν ἕξετε θεωρίαν, ὡς τὰ αὐ- Cap. I.
τὰ γράφομεν Μωϋσεῖ καὶ τοῖς προφήταις καὶ τοῖς εὐαγγελισταῖς· ὁ γὰρ πρὸς ἐκείνους γενόμενος θεὸς λόγος, καὶ ἐν ἡμῖν λαλεῖ, οὐχ ἕτερος ὢν τοῦ Χριστοῦ· πέποιθα δὲ ὅτι οὕτως ὑμῶν διακειμένων, ὅτι * καυχᾶσθε ἐν ἡμῖν· καὶ γὰρ ἡμῶν τὸ καύχημα ὑμεῖς ἐστε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου, ἐν ᾗ κρινεῖ τοὺς φανερουμένους ἐν τῷ βήματι αὐτοῦ· δυνατὸν δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς γινόμενον ἐν ταῖς ψυχαῖς φωτισμὸν, ἡμέραν εἶναι τοῦ κυρίου.

* sic repetitur in cod.

Ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον. v. 15.

Διὰ ταύτης τῆς λέξεως παρίστησιν ὅτι χα- cod. f. 315. b.
ρὰν ἔσχεν ὠφελουμένων Κορινθίων ἐν τῷ βελτιοῦν αὐτούς· διὸ ταύτῃ ἐμμένων τῇ προθέσει, ἠβούλετο πάλιν ἐπιδημῆσαι αὐτοῖς ἀπιὼν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ· κἀκεῖθεν ἐπιστρέφων πάλιν αὐτοὺς ἰδεῖν, ἵνα πάλιν εὐφρανθῇ ὠφελουμένων αὐτῶν· φαίνεται γὰρ διὰ τῆς γραφῆς ἀμφοτέρων τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολῶν γενόμενος ἐν Κορίνθῳ· ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ « φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον » τὸ αὐτὸ τοῦτο παρίσταται.

Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι v. 23.
ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν.

Εἰδὼς τὸ εἰρημένον πρὸς τοῦ σωτῆρος ἐν εὐ- cod. f. 319. b.
αγγελίῳ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὀμνύναι ἀλλ' ἔχειν λόγον ἀκατάγνωστον περὶ τοῦ ναὶ ὡς ὄντως ναὶ, καὶ τοῦ οὒ ὡς οὕτως ἔχοντος, διαβεβαιούμενος ἐνταῦθα ὀμνύναι δοκεῖ· καὶ μάλα γε δικαίως· ἐπεὶ γὰρ διάθεσιν ἑαυτοῦ ἣν εἶχεν πρὸς Κορινθίους ἀπαγγέλλει, αὕτη δὲ ἐν διανοίᾳ καὶ καρδίᾳ τὸ εἶναι ἔχει, εἰκὸς δὲ ἦν τοὺς ἀγαπωμένους ἀμφιβάλλειν περὶ τῆς οὕτως πρὸς αὐτοὺς γνησίας ἀγάπης, μάρτυρα τῶν λεγομένων καλεῖ τὸν θεὸν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἐπιστάμενον καὶ τὰ ἐν τῷ κρυπτῷ ταύτης κείμενα· φησὶ γὰρ, ἐπιδημῶ πρὸς ὑμᾶς ποθῶν ὑμᾶς· καὶ ὅτε δὲ τοῦτο οὐ πράττω, πάλιν φειδοῖ τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπέχω· ἴστε γὰρ ὅτι πρότερον ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν ὑμῶν ὅλον ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ ἐπεδιέτριψα, χαίρων ἐν τῷ καθημέραν ὑμᾶς κατὰ Χριστὸν ὠφελουμένους προκόπτειν· ἀμέλει γοῦν πρὸς τῇ κοινῇ διδασκαλίᾳ, καὶ μυστικὰς παραδόσεις παρέθηκα ὑμῖν· τοῦτο γὰρ ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἐπιστολῇ ἐδήλωσα, διεγείρων κατασχεῖν ὑμᾶς ἃ παρειλήφατε· ἐπεὶ δὴ δὲ νῦν ἀκριβῶς πέπεισμαι ὡς ψευδοδιδάσκαλοί τινες ἀπατῶσιν, ἀθετοῦντες τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἐπὶ διαμονὴν τῆς ψυχῆς· ἔτι μὴν καὶ τὴν περὶ ἀδιαφόρων γνῶσιν διαστρέφοντες· τούτου χάριν ἐπέσχον νῦν πρὸ

Cap. I. θεραπείας τινὸς διὰ γραμμάτων ὑπαρχθῆναι δυναμένης ἐπιδημῆσαι ὑμῖν· ταῦτα δὲ ἐπιστ[έλλω] κύριον τῆς πίστεως ὑμῶν ἐμαυτὸν ἀναγορεύων· συνεργοῦμεν γὰρ εἰς τὸ πιστεύειν ὑμᾶς διὰ διδασκαλίας· καὶ ἐπεὶ ἐκ κατηχήσεως ἡμῶν τῇ πίστει προσεληλύθατε, ὥσπερ ἐδιδάξαμεν, οὕτω καὶ ὑπομιμνήσκομεν, ὅπως ἐμμένητε ᾗ κατορθώσατε πίστει· κἂν γάρ τινες ἐκλονήθησαν ὑπὸ τῶν ἀπατεώνων, ἀλλ᾽ οὖν θαῤῥῶ ὡς ἑστήκατε ἐν ᾗ παρελάβετε πίστει, ὄντες ἐν αὐτῇ βέβαιοι.

sas distuli nunc, ante aliquod remedium quod per litteras fieri potest, ad vos venire. Haec autem per epistolam scribo, dominum me vestrae fidei denuncians; vobis enim ad credendum opitulamur per magisterium. Et quoniam per catechesim nostram ad fidem accessistis, nos sicuti docuimus, sic etiam vobis commemoramus, ut in ea, quam recte suscepistis, fide maneatis. Quamquam enim nonnulli a deceptoribus subversi fuerunt, nihilo minus confido vos in ea qua imbuti fuistis fide firmos fore.

Cap. II. 3. Ἡ ἐμὴ χαρὰ, πάντων ὑμῶν ἐστιν.

Meum gaudium, omnium vestrum est,

cod. f. 350. b. Ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ, φησὶ, πάντων ὑμῶν ἐστιν διὰ τοῦ εὐφήμου· καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ δηλῶν, λέγω δὴ τὸ ἡ λύπη ἡ ἐμὴ, πάντων ὑμῶν ἐστιν· ἔδει γὰρ λυπουμένῳ τῷ ἀποστόλῳ συλλυπεῖσθαι Κορινθίους, ἵνα καὶ χαίροντι * συγχαίρωσιν· ὅτι δὲ ἐκ γνησίας διαθέσεως ἐπιστέλλω ταῦτά, φησι, γινώσκετε ἐκ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας διὰ πολλῶν δακρύων ὑπηγορεῦσθαι τὴν ἐπιστολήν· οὐ γὰρ ἐβουλόμην τοιούτων ὑμᾶς δεῖσθαι ἐπιπλήξεων, ἀλλ᾽ ἀποδείξεων τῶν περὶ τῆς ἀληθείας δογμάτων καὶ ὑπομνήσεως, μᾶλλον δὲ προτροπῆς πρὸς τελείαν ἀρετήν.

* cod. χαίροντες.

Gaudium meum, inquit, omnium vestrum est propter bonam famam; demonstrans simul quod praecessit, nempe tristitia mea, omnium vestrum est. Oportuit enim moesto apostolo contristari simul Corinthios, ut etiam laeto congauderent. Quod autem haec vero adfectu commotus scribam, scitis inquit quoniam ob multam tribulationem et angustias cordis multis cum lacrymis epistolam dictavi. Neque enim voluissem vos huiusmodi increpationibus indigere, sed ut vobis dogmata potius veritatis ostenderentur, atque ut moneremini, immo vero ad perfectam virtutem compelleremini.

v. 10. Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ.

In persona Christi.

cod. f. 352. a. Διττὴν τοῦτο διάνοιαν ἔχει τὸ ἐν προσώπῳ 1) Χριστοῦ· δηλοῦται γὰρ ἤτοι ἐν προσώπῳ, τουτέστιν ἐνώπιον καὶ βλέποντος Χριστοῦ· ἀλλὰ καὶ τὸ φέρων τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον κεχάρισμαι, εἰδὼς ὅτι καὶ αὐτὸς πάντα τὰ πρὸς μακαριότητα χαρίσασθαι κρίνας ἐπεδήμησεν τῷ βίῳ· αὐτοῦ τοίνυν φέρων τὸ πρόσωπον· μιμεῖσθαι γὰρ αὐτὸν εὔχομαι. καὶ σύμμορφος αὐτοῦ εἶναι· συνεχώρησα τὴν ἁμαρτίαν τῷ μετανοήσαντι· ὅθεν καὶ ὑπὸ . . . τῆς γνώμης εἶναι προτρέπομαι· οὐκ ἀγνοεῖν γὰρ τοῦ σατανᾶ τὰ πανουργεύματα δεῖ, ὡς πάλαι τῆς πορνείας γινομένης αὐξάνειν τὴν βλάβην θέλων, παρεσκεύαζεν τὸ ἀσυμπαθὲς, ὡς μὴ πενθεῖσθαι τὸν ἑαλωκότα τῇ κακίᾳ· νῦν δὲ ἔπεισεν ἀσπλαγχνίαν εἶναι πρὸς τὸν παυσάμενον τοῦ κακοῦ, ἵνα διὰ τούτου κἀκεῖνον ἀπολέσῃ, καὶ ὑμᾶς ἀλαζόνας καὶ ὑπερηφάνους κατ᾽ αὐτοῦ ἀποδείξῃ· ἀλλ᾽ ὅρα μή τις ἀπεκδεχόμενος τὸ βούλημα τοῦ ἀποστόλου, δόξῃ φαῦλον εἶναι τὸ γνῶσιν ἔχειν τῶν σατανικῶν νοημάτων· βλαπτικὸν γὰρ ἥκιστα τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ μᾶλλον ὠφελητικόν· τὸ γὰρ εἰδέναι τὴν νόησιν καὶ προαίρεσιν, οὐ ποιεῖ κακὸν, ἀλλὰ τὸ αἱρεῖσθαι· ἀμέλει γοῦν

Duplicem habet sensum haec dictio « in persona Christi. » significat enim vel coram, et Christo spectante; vel etiam Christi gerens personam donavi, sciens ipsum quoque beatitudinis nostrae causa omnia donare volentem, in mundum venisse. Ergo illius gerens personam; imitari enim eum gestio, et ei conformari. Condonavi peccatum poenitenti: quamobrem *pari ut vos* sententia sitis, cohortor. Non enim Satanae astutiam ignorare oportet, qui veteris fornicationis augere damnum volens, misericordiam sustulit, ne doleat qui iniquitatem patravit. Nunc autem nullam inventum iri clementiam suadet ab eo qui peccare desiverit; ut sic et illum pessumdet, et vos vanos atque superbos adversus eundem efficiat. Sed cave, ne quis suscepto apostoli consilio, existimet vanam esse satanicarum artium cognitionem. Id enim nullius detrimenti est, immo potius utile. Nam scientia cogitandi atque eligendi, malos nos haud efficit, sed ipsa electio. Itaque ne illos quidem qui coarguere praestigiatores suscipiunt, propterea quod il-

1) Graece πρόσωπον *vultus* et *persona;* non item *persona* latine, nisi theatrali sensu vel usu.

lorum malitiam norunt, nos reprehendimus; immo eos valde adprobamus. Non enim, inquam, mali cognitio, sed electio, malos facit. Scimus itaque Satanae cogitationes, non ut secundum eas operemur, sed ne decepti capiamur.

καὶ τοὺς ἐλέγχειν τοὺς ἀπατεῶνας προαιρουμένους, Cap. II.
εἰδότας τὰ τῆς ἀπάτης ἐκείνων, οὐ μεμφόμεθα, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀποδεχόμεθα· οὐ γὰρ τὸ εἰδέναι, ἀλλὰ τὸ προαιρεῖσθαι τὰ φαῦλα κακοὺς ποιεῖ· ἴσμεν τοιγαροῦν τὰ νοήματα τοῦ σατανᾶ, οὐχ ὅπως ἐνεργῶμεν κατ' αὐτὰ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπατώμενοι παγιδευθῶμεν.

Cum venissem autem in Troadem.

Contigit illi ex Troade in Macedoniam transitio, visionis cuiusdam causa. Namque in actuum apostolorum libro dictum est, Paulo in Troade constituto, virum macedonem revelantis more ipsi esse oblatum, atque ita iubentem: transiens in Macedoniam adiuva nos. Tacuit autem hoc in epistola, mentis suae modestia iudicans haud esse tempestivum rem huiusmodi de se dicere, ut in sequentibus demonstrabit. Interim Deo gratias agit propter transitum, ut postea dicet. Animadverte autem quid significet, amplo mihi patefacto ostio in Domino. Videtur enim aperiri verbo ostium a Domino iis qui divino consilio praedicationem adgrediuntur, non autem ab humano artificio subsidia petunt. Quamobrem Deus ait: aperi os tuum, et implebo illud. Et sapiens clamat: aperi os tuum verbo Dei; id est paratus esto cupide alacriterque ad excipiendam Dei doctrinam. Videtur etiam aperiri verbo ostium, cum auditores parati ad catechismi susceptionem sunt.

Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρῳάδα. v. 12.

Γέγονεν αὐτῷ ἡ ἐκ Τρῳάδος εἰς Μακεδο- cod. f. 352. b.
νίαν μετάβασις ἐξ ὀπτασίας· ἐν γὰρ τῇ γραφῇ
τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων * εἴρηται, ὡς ὄντι αὐ- * Act. XVI. 9.
τῷ ἐν Τρῳάδι, ἀνὴρ μακεδὼν ὤφθη ἀποκαλύψεως τρόπῳ κελεύων· ἔφασκεν γὰρ, διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν· ἐσιώπησε δὲ τοῦτο γράφων τὴν ἐπιστολὴν, γνώμης μετριότητι δοκιμάσας μὴ εὔκαιρον εἶναι τὸ λέγειν τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ ὡς ἐν τοῖς ἑπομένοις δείξει· ὁμέλει γοῦν χάριν ὁμολογεῖ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ μεταβάσει, ὡς ἑξῆς ἐπιφέρων ἐρεῖ· ἐπίστησον δὲ τί βούλεται, θύρας μοι ἀνεῳγμένης μεγάλης ἐν κυρίῳ· τάχα γὰρ ἀνοίγεται θύρα τοῦ λόγου πρὸς τοῦ κυρίου τοῖς ἐξ ἐπινοίας θείας δεχομένοις τὸ λέγειν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης τέχνης παρασκευὴν ἔχουσιν· λέγει γοῦν θεός· πλάτυνον τὸ στόμα
σου, καὶ πληρώσω αὐτό *· καὶ ὁ σοφὸς κέκραγεν· * Ps. LXXX. 11.
ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ θεοῦ *, τουτέστιν παρε- * Prov. XXXI. 8. gr.
σκευασμένος ἔσο πόθῳ καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὸ λαβεῖν ἐκ θεοῦ διδασκαλίαν· τάχα δὲ ἀνοίγνυται
θύρα τοῦ λόγου * καὶ ὅταν οἱ ἀκροαταὶ ἕτοιμοι * ita cod. non λόγῳ.
πρὸς παραδοχὴν τῆς παιδεύσεως ὦσιν.

Christi bonus odor bonus.

Propterea, inquit, manifestat Deus per nos odorem scientiae Christi in omni loco, quia Christi bonus odor sumus. Sicut enim qui eius lumen participant, lumen mundi sunt; ita ubi unguentum est, ii qui huic cohaerent, odorem eius expirant. Haec autem odora expiratio, aliis quidem fit odor mortis ad mortem, aliis vitae odor ad vitam. Neque tamen expostulandum est, quod fiat odor mortis ad mortem; etenim eius rei causa sunt illi quibus contingit. Veluti sanus cibus nocere videtur, si aegrotis intempestive ministretur. Quotquot enim morte illa correpti, quae a peccato accidit, haud recta mente divinam notitiam excipiunt, ex morte practicorum peccatorum, ad consequentem impias opiniones mortem transeunt. Sicuti vice versa qui divinam notitiam cum vivificis operibus excipiunt, de vita in vitam transferuntur. Namque ut materiale unguentum sani-

Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ. v. 15.

Διὰ τοῦτο φησὶ φανερῶν * ὁ θεὸς δι' ἡμῶν cod. f. 355. a.
τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ * cod. φανερῶς.
τόπῳ, ἐπείπερ Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν· ὡς γὰρ φωτὸς αὐτοῦ τυγχάνοντες οἱ μέτοχοι, φῶς εἰσι τοῦ κόσμου, οὕτω καὶ μύρου ὄντος, οἱ ἑνούμενοι αὐτῷ εὐωδία αὐτοῦ εἰσιν· αὕτη δὲ ἡ εὐώδης πνοὴ, τοῖς μὲν ὀσμὴ ἐκ θανάτου εἰς θάνατον· τοῖς δὲ ὀσμὴ ἐκ ζωῆς εἰς ζωὴν ὑπάρχει· ἀλλ' οὐκ αἰτιατέον εἰ γίνεται ἡ ὀσμὴ ἐκ θανάτου εἰς θάνατον· παρὰ γὰρ τὴν πρόφασιν τῶν οἷς συμβεβήκει τοῦτο γίνεται· ὥσπερ καὶ ὑγιεινὴ τροφὴ βλάπτειν δοκεῖ τοὺς νοσοῦντας ἀκαίρως προσφερομένη· ὅσοι γὰρ ὑπὸ θάνατον ὄντες τὸν ἐπιγινόμενον τῇ ἁμαρτίᾳ, δέχονται οὐκ ὀρθῇ γνώμῃ τὴν θείαν γνῶσιν, ἐκ θανάτου πρακτικῶν ἁμαρτημάτων, ἐπὶ θάνατον τὸν ἀκολουθοῦντα τοῖς ἀσεβέσι φρονήμασιν ἔρχονται· ὥσπερ τοὺς παραδεχομένους αὐτὴν μετὰ πράξεων ζωοποιῶν, ἐκ ζωῆς εἰς ζωὴν φέρει· ὡς γὰρ τὸ αἰσθητὸν μύρον

Cap. II. πρὸς ὑγείαν καὶ εὐεξίαν συμβαλλόμενον βλάπτει
τὰ ἔντομα ζῷα οὐ φέροντα αὐτοῦ τὴν ἀκροτάτην
πνοήν, οὕτως ἡ θεία εὐωδία ὠφελεῖ καὶ εἰς
ὑγείαν ἄγει, μᾶλλον δὲ ζωὴν, τοὺς τηροῦν-
τας τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ· οὗτοι
γὰρ ἀληθῶς ἄνθρωποί εἰσιν· βλαπτομένων ἐξ
αὐτῆς τῶν κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον μεταβαλλόν-
των· ὡς καλεῖσθαι ἀλληγορικῶς μυίας σαπριού-
σας σκευασίαν ἐλαίου ἡδύσματος, κατὰ τὸν ἐκ-
* Eccle. X. 1. κλησιαστήν *.

tati bonoque corporis habitui utile, insectis animalibus nocet, quae illius acutissimam fragrantiam non ferunt; ita divinus odor prodest sanitatemque confert, immo vitam, iis qui imaginem ac similitudinem retinent creatoris Dei. Hi quippe vere homines sunt. Secus autem illo odore laeduntur ii qui interiorem hominis formam mutant; in tantum, ut allegoricе appellentur muscae putrefacientes compositionem olei suavitatis, ut ait Ecclesiastes.

v. 17. Οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοί, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.

Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei.

cod. f. 355. b. Οὐ προσεκτέον τοῖς ἀπὸ τῶν ἑτεροδόξων λέ-
γουσιν ὅτι οἱ ἀπόστολοι ἐν Χριστῷ διδάσκον-
τες κατεναντίον τοῦ θεοῦ τοῦ ἑτέρου παρὰ τὸν
πατέρα τοῦ σωτῆρος, τουτέστιν ἐναντία αὐτῷ
φθεγγόμεθα· πολλοὺς δὲ λέγει τοὺς ἀπατῶντας
διὰ τὸ χυδαῖον· καὶ γὰρ αὕτη ἡ φωνὴ, λέγω δὲ
οἱ πολλοὶ, ὁμώνυμος οὖσα, σημαίνει πλείονα·
λέγεται γαρ ποτὲ ἀντὶ τοῦ τινές· ὡς ὅταν ὁ κύ-
* Matth. VII. 22. ριος λέγῃ *· πολλοὶ ἐροῦσι μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ·
ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τῶν πρὸς ὀλίγους διαςελλομένων,
* Idem XX. 16. ὡς ἐν τῷ *· πολλοὶ μὲν κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκ-
* Rom. V. 19. τοί· δηλοῖ ἡ λέξις καὶ τοὺς πάντας, ὡς ἐν τῷ *,
ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς, ἁμαρτω-
λοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί· πάντες γὰρ ἄνθρω-
ποι παρακούσαντος τοῦ Ἀδάμ, ὑπὸ ἁμαρτίαν εἰ-
σίν 1)· δηλοῖ δὲ καὶ τοὺς χυδαίους, ὡς ἐν τῷ προ-
κειμένῳ, καὶ τῷ μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε
* Iac. III. 1. ἀδελφοί *· σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ὅπως ποτὲ πλεί-
* Ps. III. 2. ονας ὄντας, καθάπερ ἐν τῷ *, πολλοὶ ἐπανίςαν-
ται ἐπ' ἐμέ· καὶ πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου·
ἐν τῇ ἐκκειμένῃ φωνῇ τῇ, οὐκ ἐσμὲν ὥς τινες
καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, τουτέστιν
ἐξυδαροῦντες αὐτὸν διὰ ψυχρολογίας καὶ μωρᾶς
ἐξηγήσεως· ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας ἀδόλως καὶ
καθαρῶς αὐτὸν προσφερόμεθα.

Non est adtendendum iis heterodoxis qui dicunt apostolos in Christo docentes, de alio Deo locutos praeter Salvatoris patrem; id est ei contraria nos loqui. Multos autem cum dicit, deceptores significat, propter eius generis hominum abundantiam. Namque hoc vocabulum, id est multi, homonymum cum sit, plura significat. Dicitur enim interdum pro « quidam. » Veluti cum Dominus dixit: multi dicent mihi in illa die. Sed etiam ut distinguamus a paucis, dicitur; velut ibi: multi quidem vocati, pauci vero electi. Significat hoc vocabulum etiam omnes; velut ibi: sicut enim per inobedientiam unius, peccatores constituti sunt multi. Cuncti enim homines propter unius inobedientiam, peccato obnoxii facti sunt. Significat etiam exuberantiam, ut in proposito versiculo; nec non iu iis verbis: ne multi magistri sitis, fratres. Significat etiam quamlibet multitudinem, veluti: multi insurgunt adversus me. Et, multi dicunt animae meae. In supradicta locutione dicit: non sumus sicut quidam adulterantes verbum Dei, id est aquam ei miscentes per frigidam stultamque interpretationem; sed cum sinceritate, absque dolo, pureque illnd pronunciamus.

Cap. III. 1. Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν;

Incipimus iterum nosmet ipsos commendare?

cod. f. 356. a. Ἐπιπλήττει ἠρέμα Κορινθίοις ὡς ἔτι ἀγ-
νοοῦσι τὸ ἀποστολικὸν μέγεθος, φάσκων· ὡς ἐξ
εἰλικρινείας ἐκ θεοῦ κατέναντι θεοῦ λαλοῦντες,
δοκοῦμεν καὶ ὑμῖν πεφανερῶσθαι ὡς οὕτως ἔχο-
μεν γνώμης· εἰ μὴ ἄρα οὕτως διάγετε ὡς δεῖ-
σθαι συνιστάσης ἡμᾶς ἐπιςολῆς πρὸς ὑμᾶς· οὕ-
τω δὲ φανερὰ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐστιν, ὡς μήτε
ὑμᾶς συνιςᾶν ὑμᾶς ἄλλοις, μὴ δὲ ἑτέρους ὑμῖν·
καὶ γὰρ αὐτοὶ ὑμεῖς ἐπιστολή ἐστε Χριςοῦ ὑφ'

Tacite obiurgat Corinthios, ceu adhuc apostolici culminis ignaros, dum ait: cum sinceritate ex Deo coram Deo loquimur: arbitramur vobis satis constare quae sit animi nostri sententia. Nisi forte ita estis adfecti, ut opus sit epistola quae nos vobis commendet. Adeo vero nostra manifesta sunt, ut neque vobis opus sit commendare vosmet aliis, neque vicissim alios vobis. Nam vos ipsi epistola Christi estis a

1) Animadverte Didymi testimonium de originali peccato.

nobis excogitata, pragmatice scripta spiritu Dei, non atramento. Pragmaticum autem et theoreticum vitae genus, a spiritu Dei viventis formam accipit; adeo ut qui ita formatus est, secundum Dei spiritum vivat. Nam qui insipiente anima sunt, ut lapideae tabulae ab atramento typos excipiunt: at homines dociles, et ad obsequendum Deo cor carneum id est sensibile gerentes, scribentem in se experiuntur spiritum Dei viventis. Inscribitur enim illis tripliciter disciplina in cordis latitudine; dante Deo videlicet leges illorum menti, id est super cordis latitudine perscribente.

Fiduciam autem talem habemus etc.

Nemo existimet stupide nos agere, dum sincera ratione coram Deo in Christo loqui nos dicimus. Sic enim erga Deum adfecti sumus, sicuti Deus nos idoneos fecit qui ad verbi ministerium vocavit; non quod sufficientes simus ex nobis cogitare aliquid quasi ex nobis secundum Dei scientiam. Ipse autem qui dedit nobis ministerium novi testamenti, fiduciam quoque loquendi exacuit. Porro ministerium traditum nobis, spiritùs est non litterae: vivificat vero spiritus: vivificantis spiritus novum testamentum est non vetus. Quippe haud superventura est post hanc alia doctrina in hoc mundo; sed ei non est ulla successio. Utuntur quidem hac dictione heterodoxi ad veteris testamenti improbationem, dicentes: litteram sane illam occidere, novam autem vivificare quum vivifici Spiritus sit. Atqui sunt hi coarguendi ceu longe ab apostolica mente aberrantes. Quamquam enim littera occidit, attamen laudabilem occisis mortem infert. Quippe dum hi per inscitiam malitiamque viverent ante legalis doctrinae susceptionem, ea mox suscepta perimuntur, abiecto quod agebant improbae vitae genere. Sic enim idonei fient ad suscipiendam a Spiritu vitam. Nimirum qui in malo est, ex huius norma vivit: qui autem a malo declinat, vitam quam secundum illud agebat deserit, ut per bona opera ad beate vivendum perveniat. Sicut enim malum et bonum coëxistere nequeunt, sic ambae hae vitae simul esse non possunt. Non ergo vituperatur littera, quatenus malae vitae finem imponit: statim enim ad vitam, quae secundum spiritum est, deducet.

ἡμῶν διανοηθεῖσα, πραγματικῶς γεγραμμένη πνεύματι θεοῦ, ἀλλ' οὐ μέλανι· λόγοι μὲν γὰρ χαράττονται μέλανι, πραγματικὸς δὲ καὶ θεωρητικὸς βίος πνεύματι θεοῦ ζῶντος χαρακτηρίζεται· ὡς τὸν οὕτω γραφέντα, ζῆν κατὰ θεὸν πνεύματι· οἱ γὰρ ἠλίθιοι τὰς ψυχὰς ὡς πλάκες λίθιναι δέχονται ἐκ μέλανος τοὺς τύπους· οἱ δὲ εὐεικτοι πρὸς συγκατάθεσιν τῶν θείων, ἐν καρδίαις σαρκίναις τουτέστιν αἰσθητικαῖς δέχονται γραφὴν τὴν ἐκ ζῶντος θεοῦ πνεύματος· ἀπογράφονται γὰρ τὴν παίδευσιν τρισσῶς ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας, ἅτε τοῦ θεοῦ διδόντος νόμους ἐν τῷ ἐπιγράφειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας· Cap. III.

Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν κ. τ. λ. v. 4.

Μή τις οἰέσθω βλακεύεσθαι ἡμᾶς ἐφ' ἑαυτοῖς λέγοντας, ὡς ἐξ εἰλικρινείας κατέναντι θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν· οὕτω γὰρ περὶ αὐτὸν * διακείμεθα, ὡς θεὸς ἡμᾶς ἱκανοὺς πρὸς διακονίαν τοῦ λόγου καλέσας ἐποίησεν, οὐκ ἔχοντας ἐξ αὐτῶν τὸ λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν κατὰ θείαν ἐπιστήμην· αὐτὸς ὁ δοὺς διακονεῖν ἡμῖν τὴν καινὴν διαθήκην, τὴν πεποίθησιν τὴν πρὸς τὸ λέγειν ὤρεξεν· ἔστι δὲ ἣν ἐπιστεύθημεν διακονίαν, πνεύματος ἀλλ' οὐ γράμματος· ἀποκτέννει μὲν γὰρ τὸ γράμμα, ζωοποιεῖ δὲ τὸ πνεῦμα· τῆς τοῦ ζωοποιοῦντος πνεύματος ἡ διαθήκη καινὴ οὐ παλαιουμένη· οὐ γὰρ ἐπιγίνεται διδασκαλία ἄλλη μετ' αὐτὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ· ἀδιάδοχος γάρ ἐστι· χρῶνται δὲ καὶ τῇ λέξει ταύτῃ πρὸς διαβολὴν τῆς παλαιᾶς διαθήκης οἱ ἑτερόδοξοι 1), φάσκοντες ἐκείνην μὲν τὴν γραφὴν θανατοῦν, ζωοποιεῖν δὲ τὴν καινὴν ὡς οὖσαν τοῦ ζωοποιοῦντος πνεύματος· διὸ ἐλεγκτέον αὐτοὺς πολὺ μακρὰν ὄντας τῆς ἀποστολικῆς διανοίας· εἰ γὰρ καὶ ἀποκτέννει τὸ γράμμα, ἀλλ' οὖν ἐπαινετέον ἐπιφέρει θάνατον τοῖς ἀναιρουμένοις· ζῶντες γὰρ τῇ ἀγνοίᾳ καὶ τῇ κακίᾳ πρὸ παραδοχῆς τῆς νομικῆς διδασκαλίας, μετὰ τὸ παραδέξασθαι αὐτὴν θανατοῦνται, ἀποβάλλοντες ἣν εἶχον πονηρὰν ζωήν· οὕτω γὰρ ἕτοιμοι πρὸς τὸ δέξασθαι τὴν τοῦ πνεύματος ζωοποίησιν ἔσονται· οἷον ὁ ὢν ἐν κακῷ, ζῇ κατ' αὐτό· ὁ ἐκκλίνας ἀπ' αὐτοῦ, ἀποβάλλει ἣν εἶχε κατ' αὐτὸ ζωήν, ἐλευσόμενος διὰ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ποιήσεως ἐπὶ τὸ μακαρίως ζῆν· ὡς γὰρ τὸ κακὸν καὶ ἀγαθὸν ἀσυνύπαρκτα, οὕτω καὶ αἱ ἑκάτεραι ζωαὶ ἅμα εἶναι οὐ δύνανται· οὐ ψέγεται τοιγαροῦν τὸ γράμμα, τέλος ἐπιβαλὸν τῇ φαύλῃ ζωῇ· προσάξει γὰρ εὐθέως τῇ κατά τὸ πνεῦμα ζωοποιήσει.

cod. f. 357. a.

* cod. ἑαυτον.

1) Intelligit Manichaeos, qui hoc dicto abutebantur ob vetus testamentum reiiciendum.

Cap. III. v. 7.

Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη λίθοις κ. τ. λ.

cod. f. 358. a. Συγκρίνει ἀμφοτέρας τὰς διαθήκας τὴν καινὴν καὶ παλαιὰν, ἑκατέρᾳ μαρτυρῶν τὸ ἐν δόξῃ τῇ ἐκ θεοῦ δεδόσθαι· ὅμως δὲ εἰ καὶ ἀμφότεραι δεδοξασμέναι, ἡ ἐν πνεύματι πλείονα δόξαν ἔχει· εἰ δὲ ἐκ συγκρίσεως πλείων ἡ τοῦ πνεύματος δόξα, οὐ ψεκτὴ πρὸς ἣν συγκρίνεται· ἀγαθοῦ γὰρ ἀγαθὸν, μᾶλλον ἀγαθόν· διακονία γὰρ θανάτου ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη λίθοις, ἡ διὰ Μωϋσέως ἐστὶν, διακονοῦσα θάνατον ὃν εἴπομεν ἐπιφέρειν τὸ γράμμα· ὥσπερ οὖν ἐκείνη τοῦ λεχθέντος θανάτου ποιητικὴ, οὕτω τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἐκεῖνον ζωῆς πάροχος ἡ τοῦ πνεύματος διακονία· πειρᾶται δὲ ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν τοῦ ἐν δόξῃ εἶναι τὴν τοῦ πνεύματος διακονίαν, ἐκ τοῦ ἐλάττονος ποιούμενος τὴν ἐπιχείρησιν· φησὶ γάρ· εἰ ἡ τῆς κατακρίσεως διακονία τοσαύτην ἔσχεν δόξαν, ὡς μὴ πάντας τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὴν τελείωσιν βλέψαι δύνασθαι, μόγις γὰρ κεκαλυμμένην αὐτὴν ἔφερον, πόσῳ μᾶλλον ἡ πνευματικὴ διακονία ἔσται ἐν δόξῃ; Τοῦ αὐτοῦ θεωρήματος καὶ ἑτέραν ἐπιχείρησιν ποιεῖται φάσκων· ἡ προτέρα γραφὴ κατακρίνουσα τοὺς ἀξίους ἧς εἶχον κατὰ ἁμαρτίαν ζωῆς, ὡς τὸν εἰρημένον ἐνεγκεῖν θάνατον, μέχρι καιροῦ τινὸς δέδοται· διαδέχεται γὰρ αὐτὴν ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία αὕτη ἀδιάδοχος οὖσα· εἰ τοίνυν τὸ καταργούμενον, τὸ τέλος ἔχει ἐν δόξῃ, πολλῷ πλέον τὸ μένον πλείονα δόξαν ἔχει· ἡ «καταργεῖται» λέξις οὐ λοιδορικῶς κεῖται· ἀμέλει γοῦν καὶ ἡ ἐκ μέρους τῶν ἁγίων γνῶσις καὶ προφητεία καταργηθήσεται, οὐ καθάπαξ, ἀλλὰ παρουσίᾳ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθείας· καὶ ὥσπερ εἰ λέγοιμεν καταργεῖσθαι τὴν εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν ἐξ ἐπιστήμης τῶν τελείων θεωρημάτων, οὐχ ὑβριστικῶς φαμέν· δηλῶσαι γὰρ διὰ τῆς λέξεως προτιθεμένης χρείας* τῆς πρὸς τὸν εἰσαγόμενον Παῦλον· τοιγαροῦν τοιαύτην πεποίθησιν ἔχοντες, ὡς διάκονοι καινῆς διαθήκης τεθειμένοι, ἀνεγκαλύπτως τὴν διδασκαλίαν προφέροντες, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα, τελείων ὄντες ἀκροατῶν διδάσκαλοι· ἐπείπερ ἣν προφερόμεθα παίδευσιν, οὐκ ἔξωθεν δέεται δόξης, σύμφυτον αὐτὴν ἔχουσα· Μωϋσῆς μὲν γὰρ κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἔφερεν, τοῖς πολλοῖς τοῦ λαοῦ ὁμιλῶν· οὐ γὰρ ἔφερον τὸ μεγαλοφυὲς τῆς διδασκαλίας· ἀμέλει γοῦν τοῖς πρεσβυτέροις καὶ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυὴ, καὶ εἴ τις κατ' ἐκείνους διαλεγόμενος, γυμνὴν ἐπεδείκνυτο τὴν δόξαν· ἐγίνετο δὲ καὶ τοῦτο ὡς καὶ πλείονα

* ita est in cod.

Quod si m nistratio mortis, litteris deformata in lapidibus etc.

Comparat inter se ambo testamenta, novum ac vetus, utrique decus attribuens divinae originis. Attamen quamvis ambo gloriosa, nihilominus quod est spiritale, gloriam habet maiorem. Etsi ergo facta comparatione, spiritalis testamenti gloria maior est, haud idcirco vituperabile alterum cui comparatur. Nam boni bonum, magis bonum. Iam vero mortis ministratio litteris deformata in lapidibus, Moysis lex fuit, quae mortem illam ministrabat, quam diximus a littera inferri. Sicut ergo lex mortem quam diximus efficiebat; ita vitam, quae post illam mortem est, praebet spiritus ministratio. Conatur vero demonstrationem facere, gloriosam esse spiritus ministrationem, a minore argumentum instruens. Ait enim: si ministratio damnationis tantam gloriam habuit, ut nequaquam cuncti filii Israhel ad perfectionem possent spectare; vix enim velatam ipsam perferebant; quanto magis spiritalis ministratio in gloria erit? Eiusdem generis aliud quoque argumentum facit, dicens: scriptura prior dignos vitae illo genere homines damnans quod a peccato habebant, ita ut praedictam mortem experirentur, usque ad certum tempus data fuit: excepit enim illam doctrina evangelica, cui nulla successio datur. Si ergo quod evacuatur, finem habet gloriosum; multo magis quod manet, in gloria est. Vocabulum «evacuatur» non ponitur contumeliose. Ceteroquin ipsa quoque, quae ex parte est sanctorum scientia ac prophetia evacuabitur; non tamen absolute, sed superveniente veritatis cognitione. Ac veluti si diceremus evacuari praeliminarem eruditionem a perfectae doctrinae scientia, hoc iniuriose non esset dictum: nam praedicto vocabulo demonstratur Pauli ad evangelium introducentis officium. Ergo hanc fiduciam habentes, ceu novi testamenti ministri constituti, absque ullo velamine doctrinam praeferentes, magna confidentia utimur, quippe qui sumus perfectorum auditorum magistri. Etenim quam profitemur institutionem, ea exteriore gloria non indiget, quum habeat congenitam. Moyses quidem velamen super faciem suam gestabat, cum ad populi multitudinem verba faciebat; neque enim plebs doctrinae altitudini par erat. Sed tamen seniores ac Iesum Navi filium alloquens, et

alium aliquem his parem, nudatam gloriam ostendebat. Iam hoc et alia plura symbolice a Moyse fiebant: etenim vir hic legis personam gerit. Et quoniam lex, tam sensu quam verbis, dicta fuit ad homines qui litteram tantummodo et vocabulum comprehendere poterant, obvoluta umbris et figuris, nunc adest sublimius scandentibus, ea quae spiritali allegoria dicta fuerant, sine ullo velamine tradens. Quamvis itaque quibusdam velatus est Moyses, haud ipse in culpa est, sed ii potius qui sine velamine gloriam eius spectare nequeunt. Alioquin ipse Iesus criminandus foret qui haud omnibus mysteria pandebat. Etenim extraneis ea per parabolas dicebat: atque ita evangelica doctrina iis qui foris erant, operte; iis autem qui in mysticum sensum penetraverant, aperte loquebatur, parabolarum faciens explanationem. Quippe intra domum ingressis ait: vobis datum est nosse mysteria regni; iis autem qui foris sunt, cuncta in parabolis fiunt. Ergo praedicta verba ostendunt, idcirco Moysem faciei suae gloriam velasse, quia caecutiebant mentes illorum, quominus nudam illam aspicerent. Constat ex ante dictorum omnium contextu Moysem a Paulo pro lege dici.

Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas

His verbis evertitur fabula separantium Dei scripturam. Una quippe est sive typis umbrisque velata, sive absque velamine apparens: quandoquidem a dominico Spiritu revelationem eius accipimus, firmiter credentes libertatem esse Spiritum Domini.

In quibus Deus huius saeculi etc.

Deum huius saeculi, diabolum esse aiunt; sicut etiam daemonia, gentium dii; et venter, gulosorum Deus. Quidam vero interpunctionem faciunt post « in quibus Deus. » Deinde tamquam a capite legunt: huius saeculi excaecavit mentes infidelium. Atqui facile refutanda dicunt. Nam si quidam huius saeculi infideles sunt, utique invenientur alii infideles qui non sunt huius saeculi. Iam vero quisque infidelis ad hoc saeculum pertinet. Nemo enim qui supra seeculum se extulit et futuro factus est dignus, mente caecutit, sed illuminatos oculos gerit. Novi quosdam qui praedictam locutionem explicabant dicentes opertum esse evan-

ἄλλα συμβολικῶς ὑπὸ Μωϋσέως· ὁ γὰρ ἀνὴρ οὗ- Cap. III.
τος τοῦ νόμου φέρει τὸ πρόσωπον· καὶ ἐπεὶ ὁ νό-
μος πρὸς διάνοιαν καὶ ῥητόν ἐστιν εἰρημένος τοῖς
κατὰ γράμμα καὶ λέξιν μόνον προσβαλεῖν δυν-
αμένοις, κεκαλυμμένος σκιᾷ καὶ ἱστορίαις, προσ-
έρχεται τοῖς ὑπεραναβεβηκόσι, τὰ κατ᾽ ἀλληγορίαν
πνευματικὴν ἄνευ καλύμματος παραδιδούς· κἂν
τοίνυν κεκάλυπται Μωϋσῆς τισὶν, οὐκ αὐτοῦ
ἀλλὰ τῶν μὴ δυναμένων ἄνευ καλύμματος τὴν
δόξαν αὐτοῦ ὁρᾶν, τὸ ἔγκλημα· ἐπεὶ καὶ τῷ Ἰη-
σοῦ ἐγκλητέον τὰ μυστήρια μὴ πᾶσι φανεροῦντι·
τοῖς γὰρ ἔξω ἐν παραβολαῖς αὐτὰ ἐλάλει· ὥστε
καὶ ὁ εὐαγγελικὸς λόγος τοῖς μὲν ἐξωτερικοῖς,
κεκαλυμμένως· τοῖς δὲ ἔνδον εἰς τὴν μυστικὴν
διάνοιαν εἰσεληλυθόσιν, ἀνεγκαλύπτως διαλέγε-
ται, τὴν σαφήνειαν τῶν παραβολῶν ποιούμενος,
φάσκων τοῖς εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσιοῦσιν *· ὑμῖν * Matth. XIII. 11.
δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας, τοῖς
δὲ ἔξω ἐν παραβολαῖς πάντα γίνεται· ἀμέλει
γοῦν προκείμενον αὐτὸ δείκνυσιν, διὰ τοῦτο κα-
λύπτειν Μωϋσέα ἣν ἔχει δόξαν ἐπὶ τοῦ προσ-
ώπου, ἐπεὶ πεπώρωνται τὰ νοήματα τῶν μὴ οἵων
τε γυμνὸν αὐτὸν ὁρᾶν· φαίνεται διὰ τοῦ εἱρ-
μοῦ πάντων προκειμένων τὸν νόμον Μωϋσέα
καλῶν.

Οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία κ. τ. λ. v. 17.

Ἐκ τούτων ἀνατρέπεται ὁ μῦθος τῶν δια- cod. f. 361. a.
κοπτόντων τὴν θεοῦ γραφὴν 1)· μία γάρ ἐστιν ὅτε
μὲν τύποις καὶ σκιᾷ κεκαλυμμένη, ὅτε δὲ ἄνευ
καλυμμάτων προφαινομένη· ἐπείπερ ἀπὸ πνεύμα-
τος κυριακοῦ τὴν ἀποκάλυψιν αὐτῆς δεχόμεθα,
πεπεισμένοι ἐλευθερίαν εἶναι τὸ κυρίου πνεῦμα.

Ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου κ. τ. λ.. Cap. IV. v. 4.

Θεὸν τοῦ αἰῶνος τούτου τὸν διάβολον εἶ- cod. f. 364. a.
ναι φησὶν, ὡς καὶ τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεοὶ,
καὶ ἡ κοιλία τῶν γαστριμάργων· στίζουσι δὲ τι-
νὲς εἰς τὸ ἐν οἷς ὁ θεός· ἑξῆς ἀναγινώσκον-
τες ἀπὸ ἰδίας ἀρχῆς, τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύ-
φλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων· ἀμέλει γοῦν
καὶ εὐέλεγκτα λέγουσιν· εἰ γὰρ ἄπιστοί τινές εἰ-
σιν τούτου τοῦ αἰῶνος, εὑρεθεῖεν ἕτεροι ἄπι-
στοι οὐκ ὄντες αὐτοῦ· πᾶς γὰρ ἄπιστός ἐστι
τούτου τοῦ αἰῶνος· οὐδεὶς γὰρ ὑπερβὰς αὐτὸν
καὶ καταξιωθεὶς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, τετύ-
φλωται ἐν νοήμασιν, ἀλλ᾽ ἔχει πεφωτισμένους
τοὺς ὀφθαλμούς· ἔγνων τινὰς σαφηνίζοντας τὴν
προκειμένην λέξιν, φάσκοντας κεκαλυμμένον εἶ-

1) Rursus Didymus Manichaeorum errorem vellicat.

Cap. IV. ναι τὸ εὐαγγέλιον, οὐ τοῖς πάντη ἀπίστοις· οὐ-
δὲ γὰρ κεκαλυμμένου αὐτοῦ ἢ γυμνοῦ πεῖραν
ἔχουσιν· ἔλεγον δὲ οὗτοι ἀπολλυμένους εἶναι ἐν
οἷς κεκάλυπται τὸ εὐαγγέλιον, τοὺς παραδεξα-
μένους μὲν αὐτὸ, μὴ μὴν ἄνευ καλύμματος
προσβαλόντας αὐτῷ· οἷοι ἐτύγχανον οἱ ἐν πα-
ραβολαῖς ἀκούοντες τῶν Ἰησοῦ λόγων, τοῦ ἀπολ-
λύμενοι ἐπ' αὐτῶν κειμένου ἐπὶ δηλώσει τοῦ
κατὰ ἀλλοίωσιν μεταβαλεῖν· οἱ γὰρ προκόπτον-
τες εἰσὶ τοιοῦτοι, ἀεὶ ἐξ ἑτέρων ἕτεροι γινό-
μενοι· ὅθεν οὐκ ἐπὶ ψόγου ἔλεγον κεῖσθαι τὸ
* Ps. CI. 27. ἀπολλύμενοι, ἀλλ' ὡσαύτως τῷ*· οἱ οὐρανοὶ ἀπο-
* Baruch. III. 3. λοῦνται· καὶ, ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα*· αἱ
γὰρ λέξεις αὗται ἀπόλλυσθαι τίθενται τοῦ ἐν
προκοπῇ, ἐκ ποιότητος εἰς ποιότητα μεταβαί-
νοντας.

gelium haud iis qui omnino sunt infideles, quum hi neque operti neque aperti ullum experimentum habeant. Hi vero interpretes aiebant, pereuntes illos, quibus opertum est evangelium, intelligi eos oportere, qui receperunt quidem, sed non sine velamine ad id accesserunt: instar illorum qui in parabolis audiebant Iesu sermones: et vocabulum « pereuntes » de iis positum putabant, ob illorum demonstrandam mutabilitatem. Namque eiusmodi sunt qui proficiunt, semper aliter atque aliter semet praebentes. Quamobrem haud vituperandi causa positum vocabulum « pereuntes » censebant: sed perinde ut: caeli peribunt. Et, nos perimus in aevum. Nam haec pereundi vocabula ponuntur ob significandum profectum, de tali statu in alium transeundo.

v. 5. *Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν.*

cod. f. 364. a. Ἀναφορὰν ἔχει ἡ προκειμένη λέξις πρὸς τὸ,
οὐχ ὅτι κυριεύομεν τῆς πίστεως ὑμῶν· ἀκολού-
θως γὰρ ἐκείνῳ ῥηθείη ἂν, οὐχ ἑαυτοὺς κηρύτ-
τομεν· διὸ οὐ κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως· κη-
ρύττομεν γὰρ Ἰησοῦν Χριστὸν θεὸν κύριον, ἑαυ-
τοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Χριστοῦ· ὥστε οὐχ
ἡμεῖς ἀλλ' αὐτὸς κυριεύει τῆς πίστεως ὑμῶν,
ἀποδεχόμενος ἢ κρίνων ὑμᾶς καθ' αὐτήν· πρὸς
τούτοις καὶ τὸ ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους
φῶς λάμψαι, συναπτέον τῷ, ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνα-
κεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπ-
τριζόμεθα· ἐκ σκότους δὲ λάμπεται φῶς τῷ ἐξ
ἀγνοίας εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐρχομένῳ· λέγο-
* cod. ἀληθοῦς. μεν γοῦν ἐξ ἀγνοοῦντος καὶ εὐήθους* ἐπιστήμονα
καὶ πεπαιδευμένον γίνεσθαι· τῆς οὖν προκατα-
λαβούσης τοὺς ἀνθρώπους ἀγνοίας καὶ κακίας
ὠνομασμένων σκότους, ἔλαμψεν ὁ θεὸς ἐν ταῖς
καρδίαις φωτισμὸν πρακτικῆς τε καὶ διανοητικῆς
ἀρετῆς· ἵν' ἔχωσι θεωρίας τῆς δόξης Χριστοῦ ἐν
προσώπῳ αὐτοῦ· δόξαν δὲ ἤτοι καθ' ἣν φρονοῦσι
περὶ αὐτοῦ, ἢ δόξαν καθ' ἣν δεδοξασμένον αὐτὸν
ἴσμεν.

Non enim nosmet ipsos praedicamus.

Relationem habet proposita lectio ad illam: non quia fidei vestrae dominemur: etenim connexe diceretur, non nosmet ipsos praedicamus; propterea fidei vestrae non dominamur: praedicamus enim Iesum Christum Deum dominum; nosmet autem servos vestros propter Christum: adeoque nequaquam nos sed ipse vestrae fidei dominatur, probans aut improbans vos secundum ipsam. Propterea locutio illa: quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, coniungenda est cum altera, nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculamur. E tenebris autem effulget lux venienti de inscitia ad veritatis agnitionem. Dicimus igitur, ex ignaro et insipiente sapientem et eruditum fieri. Cum igitur praeoccupasset homines inscitia et improbitas, quae appellantur tenebrae, explendescere fecit Deus in cordibus lumen practicae theoricaeque virtutis, ut adquirerent homines notitiam gloriae Christi in persona ipsius. Gloriam inquam, vel qua fidem habent erga ipsum, vel gloriam qua ipsum glorificatum agnoscimus.

v. 7. *Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον*
ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν.

cod. f. 365. b. Ὀστράκινα λέγει σκεύη τὰς εὐτελεῖς λέ-
ξεις καὶ τὸ ἄπλαστον τῆς ἑρμηνείας· εἰ γὰρ οἱ
κήρυκες τοῦ εὐαγγελίου κατὰ ἀνθρωπίνην φιλοσο-
φίαν ἐπρέσβευον τῆς ἀληθείας, ὑπωπτεύθη ἂν
ἐξ ἀνθρωπίνης τέχνης καὶ μὴ ἐκ δυνάμεως θεοῦ
κεκρατῆσθαι τοὺς ἀνθρώπους τῇ σωτηριώδει παι-
δεύσει· ἀγραμμάτων δὲ καὶ ἰδιωτῶν ὄντων τῶν

Habemus autem thesaurum istum
in vasis fictilibus.

Fictilia vasa nuncupat vile dicendi genus, et simplicem elocutionem. Nam si evangelii praedicatores secundum humanam philosophiam veritatem nunciassent, suspicio fuisset num humano artificio potius quam virtute Dei subiugati fuissent homines salutari doctrinae. Sed quum illitterati idiotaeque fuerint ministri, ex-

cellentia virtutis Dei, secundum thesauri scientiam, ex Deo et non ex mortalibus viribus, reputabitur. Huic consonum est illud: sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus sapientiae verbis. Habebat enim thesaurum scientiae, secundum quam non erat idiota, in fictilibus vasis, quatenus idiota sermone erat. Nonnulli vero aiunt fictilia vasa esse haec quibus induti sumus corpora, dum in sensibilibus rebus versamur. Sententia autem est: quoniam adhuc carne circumdati, quae veritatis contemplationi officit, notitiam nihilominus Trinitatis habemus. Sed enim sublimitas magnitudinis scientiae huius non ex nobis, sed ex Dei virtute confici nobis dignoscitur. Sic etiam Cyrillus.

In omni re tribulationem patimur, sed non angustiamur.

Utique pro circumstantium malorum acerbitate, desperandum foret ac pereundum; sed Deo nos consolante, omnia nobis ad salutem proclivia. Etsi igitur in omni re tribulamur, nostri tamen animi fortitudine ad incitas non redigimur. Et quamquam ceu omni ope destitutos nonnulli nos putant, ideoque persequuntur et infestant, nos tamen omnino alacres non trepidamus, nec perimus, nec prosternimur. Nam dum improbi subvertere nos conantur, perstamus immobiles, insectantibus fortiter resistimus, omnia nobis ad salutem suppetunt. Sciendum est, verbum angustiari modo significare tribulari, modo aliud. Cum autem utrumque verbum ponitur, tribulari quidem significat externam adgressionem; angustiari vero, haesitare mentis deliberatione. Cum denique non simul ambo ponuntur, tunc aequabiliter idem significant.

Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum.

Vocabula ἀεὶ et πάντοτε, in praecedente textu posita, non significant sine fine aut principio, sicuti sempiternum dicimus, sed incessanter et continuatim. Nam qui Iesu mortificationem non modo utique, modo secus, in corpore suo circumfert, semper hoc se facere adfirmabit. Sed et qui vitam et pietatem ac sedulum officium retinet perpetuo pro veritate decertandi, dicet: revera nos qui vivimus praedicto modo, id est sine intermissionibus, in mortem tra-

Cap. IV.
διακονουμένων, ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως τοῦ κατὰ τὴν γνῶσιν θησαυροῦ ἐκ θεοῦ καὶ οὐκ ἐκ θνητῶν ὑποληφθήσεσται*· τούτῳ συνᾴδει τὸ, εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει· καὶ τὸ, ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις*· εἶχεν γὰρ τὸν θησαυρὸν τῆς γνώσεως, οὐκ ὢν κατ' αὐτὴν ἰδιώτης, ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἰδιώτης ὢν τῷ λόγῳ· εἰσὶ δὲ οἱ «ὀστράκινα σκεύη λέγοντες ἃ περικείμεθα σώματα, » ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὄντες, διανοίᾳ τοιαύτῃ· ἐπεὶ » ἔτι σάρκα περικείμενοι τὴν ἐμποδίζουσαν τῇ » θεωρίᾳ τῆς ἀληθείας, γνῶσιν ἔχομεν τὴν περὶ » τῆς τριάδος· ἡ ὑπερβολὴ τοῦ μεγέθους τῆς » γνώσεως οὐκ ἐξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ δυνάμεως » ὑπάρχουσα ἡμῖν γνωρίζεται. » Τοῦτο καὶ Κύριλλος 1).

* cod. ὑποληφθησεσθαι.
* I. Cor. II. 4.

v. 8. Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι.

cod. f. 365. b.
Ὅσον ἐπὶ τῇ πικρότητι τῶν περιεστηκότων, ἀπηυδήσαμεν ἂν καὶ ἀπωλόμεθα· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ παρακαλοῦντι θεῷ, πάντα ἡμῖν πρὸς σωτηρίαν εὐμαρῆ· κἂν ἐν παντὶ οὖν πράγματι θλιβώμεθα, γενναιάζοντες οὐ στενοχωρούμεθα· κἂν ὡς ἀπόρους ἡμᾶς τινὲς ὑπολαμβάνωσι διώκοντες καὶ ἀνατρέποντες, ἀλλ' οὖν ἡμεῖς ἐν ἅπασιν εὐποροῦντες οὐκ ἐξαπορούμεθα, οὐκ ἀπολλύθα, οὐ καταβαλλόμεθα· ἀνατρεπόντων γὰρ τῶν πονηρῶν, στήκομεν ἀκλόνητοι· διωκόμενοι, γενναιάζομεν, πορίμων ἡμῖν πάντων ὄντων πρὸς σωτηρίαν· ἰστέον ὅτι τὸ στενοχωρεῖσθαι ὅτε μὲν ταυτόν ἐστι θλίβεσθαι, ὅτε δὲ ἕτερον· ὅταν γὰρ ἀμφότερα λέγηται, δηλοῖ τὸ μὲν θλίβεσθαι τὴν ἔξωθεν περίστασιν· τὸ στενοχωρεῖσθαι, τὸ ὀκλάζειν τῇ προαιρέσει καὶ λογισμῷ· ὅταν δὲ μὴ ἀμφότερα λαμβάνηται, ἐκ παραλλήλου δηλοῦσι τὸ αὐτό.

v. 11. Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν.

* v. 10. cod. f. 366. b.
Τὸ ἀεὶ καὶ πάντοτε * κείμενα ἐν τῇ προκειμένῃ λέξει οὐ τὸ ἀτελεύτητον καὶ ἄναρχον δηλοῖ, καθὼς λέγομεν τὸ ἀΐδιον, ἀλλὰ τὸ ἄπαυστον καὶ ἀδιάστατον· ὁ γὰρ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ μὴ ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ οὔ, περιφέρων ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ, πάντοτε τοῦτο ποιεῖν ἐρεῖ· ἀλλὰ καὶ ὁ ζωὴν καὶ εὐσέβειαν καὶ σπουδὴν ἔχων ἀδιαστάτως ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λέξει· ὡς ἄρα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, τὸν εἰρημένον τρόπον τοῦτ' ἔστιν ἄνευ διαλειμμάτων, εἰς θάνατον

1) Extat revera hic Cyrilli tractus, quem uncis inclusimus, in editione nostra Cyrilli commentariorum ad hanc epistolam in part. gr. p. 94, lat. p. 61. Cyrillus itaque antiquiorem se Didymum expresserat.

Cap. IV. παραδιδόμεθα· εἰς τοῦτο λήψῃ καὶ τὸ λεχθὲν
ὑπὸ Στεφάνου πρὸς Ἰουδαίους, ἀεὶ γὰρ ὑμεῖς τῷ
* Act. VII. 51. ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτετε *. Συνέζευξε γὰρ αὐ-
τῷ τὸ, τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πα-
τέρες ὑμῶν; ταύτης τῆς διανοίας ἐστὶ καὶ τὸ,
* Ps. XCIV. 10. εἶπα ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ *· τοῦτ' ἔστιν οὐ
ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀδιαστάτως· τὸ ἐσιώ-
* Is. XLII. 14. gr. πησα δὲ, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι *; τὸ ἀτελεύτη-
τον καὶ ἄπαυστον δηλοῖ· εἰ γὰρ καὶ νῦν, φησὶ,
μακροθυμῶ ἁμαρτανόντων ὑμῶν, ἀλλ' οὖν οὐκ
εἰς τὸ ἄπαυστον ἔσται ὑπέρθεσις τῆς τιμωρίας·
μετὰ γὰρ πολλὴν μακροθυμίαν, τιμωρηθήσον-
ται οἱ ἐμμένοντες τῇ κακίᾳ.

dimur. Ita intelliges etiam dictum a Stephano Iudaeis: semper vos Spiritui sancto resistitis. Subiunxit enim: quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Eadem sententia est verborum: dixi, hi semper errant corde, id est non, modo utique, modo secus, sed continuo. Locutio autem: tacui, num semper tacebo? infinitum et incessabile denotat. Nam etsi nunc, inquit, sum longanimis peccantibus vobis, non tamen infinita erit dilatio poenae. Nam post multam longanimitatem, punientur qui in malitia perseverant.

v. 13. *Ἔχοντες τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως.*

cod. f. 367. a. Πνεῦμα καλεῖ, φησι, πίστεως τὴν μετέχου-
σαν τῆς πίστεως ἣν ἔχει τὶς [ζωήν].

Habentes eundem spiritum fidei.

Spiritum nuncupat fidei, illam quam quis habet participem fidei [vitam].

Cap. V. 1. *Ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία.*

cod. f. 368. a. Δύο οἰκίας διαφόρους σημαίνει ἡ προκειμέ-
νη γραφή· μίαν μὲν ἐπίγειον καὶ χειροποίητον,
τὸν φαινόμενον εἶναι κόσμον ταῖς τοῦ Θεοῦ χερ-
σὶν εἰς τὸ εἶναι παρηγμένον· δεικνὺς γὰρ τὰ αἰ-
σθητὰ πάντα, φησὶν, ἡ χείρ σου ἐποίησε ταῦ-
* Ps. CVIII. 27. τα πάντα *· ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου
* Ps. CI. 26. εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ *, τῆς αὐτῆς ἐστι νοήσεως· οἰ-
κίαν δὲ ἀχειροποίητον οὖσαν ἐν τοῖς οὐρανοῖς,
τὸν κόσμον τὸν ἄλλον παρὰ τοῦτον· ἐπεὶ οὖν
καταλυομένου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, οὐ παρά-
γει τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, παρ-
ελευσομένων οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν, οἱ ἄνθρωποι
καταστρέφουσι τὸν οἰκήσαντα πρότερον ἐν τῇ
καταλυομένῃ ἐπιγείῳ οἰκίᾳ, διαδέξεται ἡ μέλ-
λουσα καὶ αἰώνιος· εἶπεν δὲ, οἰκίαν ἔχομεν
ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· δεικνὺς
ὅτι ἀπεντεῦθεν μᾶλλον δὲ ἐκ πολλοῦ εὐτρέπι-
σται τοῖς ἀξίοις τοῦ τυχεῖν αὐτῆς· ἀμέλει γοῦν
τὰς ἐν αὐτῇ ἐπαγγελίας ἃς ὀφθαλμὸς οὐκ εἶ-
δεν, οὐδὲ ἄλλη αἴσθησις ἢ νόησις κατείληφεν,
προητοιμάσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τοῖς αὐτὸν ἀγα-
* 1. Cor. II. 9. * Matth. XXV. 34. πῶσιν εἴρηται *· καὶ ὁ σωτήρ φησι *· κληρονομή-
σατε τὴν βασιλείαν τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν πρὸ
καταβολῆς κόσμου· αὕτη δὲ ἡ λεχθεῖσα αἰσθη-
* cod. μόνη. τὴ μονὴ *, οἰκία εἴρηται οὐ καθάπαξ ἡμῶν,
ἀλλ' ἡ τοῦ σκήνους ἡμῶν· ἡ γὰρ ἐπουράνιος, ἡμῶν
προηγουμένως οἴκησίς ἐστιν· κἂν γὰρ ἐξ ἀνα-
στάσεως ἀποδοθῇ τὸ σκῆνος τῆς ψυχῆς, ὡς
εἶναι καὶ αὐτὸ ἐν τῇ ἐπουρανίῳ οἰκίᾳ, ἀλλ' οὖν
προηγουμένως τῆς ψυχῆς ἡ διατριβὴ αὕτη, κα-
τὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ οὗ περίκειται σκηνώμα-
τος· ὡς αὖ ἐπίγειος κατὰ πρότερον λόγον οἰ-

Terrestris nostra domus.

Duas diversas domos significat haec scriptura; unam quidem terrestrem et manufactam, nempe hunc aspectabilem mundum, Dei manibus ad existentiam productum. Namque ostendens sensibilia omnia dicit psalmista: manus tua fecit haec. Sed et illud: opera manuum tuarum sunt caeli, eandem sententiam continet. Domum vero non manufactam quae in caelis est, mundum esse intelligimus ab hoc nostro diversum. Quoniam itaque sensibili hoc dissoluto mundo, non tamen transit caeli terraeque figura, tamquam ad non existendum traducta; demutant homines illum, qui habitator dissolutae postea domus fuerat, eumque futura excipiet et aeterna. Dixit autem, domum habemus non manufactam aeternam in caelis, ut demonstret quod abhinc diu iam parata est dignis eam adsequi. Sane et promissae in illa res, quas oculus non vidit, neque alius quilibet sensus intellectusve comprehendit, praeparatae a Deo diligentibus illum dicuntur. Et Salvator ait: possidete regnum paratum vobis iam inde a mundi constitutione. Haec autem sic appellata sensibilis mansio, haud domus nostra simpliciter dicitur, sed tabernaculi nostri. Nam reapse domus caelestis, principaliter nostra habitatio est. Etsi enim in nostra resurrectione reddetur suum animae tabernaculum, ut et ipsum sit in caelesti domo; attamen ille incolatus principaliter animae mansio est, per accidens vero etiam eius quo circumdatur tabernaculi. Quamobrem terrestris primaria ratione domus est taberna-

culi; secundariâ autem, ipsius quoque animae quae in corpore est. Legi alicubi, domum quidem terrestrem tabernaculi dici, compositum hoc ex ossibus carnibusque corpus. Quum ergo tabernaculum, id est visibile et organicum corpus, sit in hac domo, figura interioris hominis; qui sic interpretantur aiunt, resoluta hac crassi corporis domo, transire animam in caelestem regionem, quae appellatur domus non manufacta aeterna. Recuperabit tamen anima quod deposuerat corpus, factum iam caeleste, quod habitaculum de caelo appellatur.

Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quae de caelo est, superindui cupientes.

Etiamsi resoluta tabernaculi supradicta domo, nos tabernaculo hoc circumdati, cum eo in caelestem domum transituri simus, nihilominus hoc retento gemimus, superindui cupientes habitaculo, quod est de caelo; id est deposito illo a nobis corpore, quod de caelo aliquando existet, cum incorruptione et immortalitate induetur. Sed quamvis hoc habitaculum optamus, videsis an qui illo induitur, prorsus ab eo contegatur. Hoc enim significant verba: siquidem vestiti, non nudi, inveniemur. Nudus autem non invenitur qui illo indutus fuit, si certe fidelis sanctusque fuerit, nempe si ante illud induerit sibi dominum Iesum, et arma lucis, et viscera misericordiae. Namque infidelis et improbus, etiamsi spiritale corpus nanciscatur, quod de caelo habitaculum appellatur, nudus nihilominus invenietur, quia operam non dedit ut interioris hominis vestimenta haberet. His ita se habentibus, nos qui in tabernaculo sumus, gravati gemimus: quia terrenum tabernaculum aggravat mentem multis curis plenam. Sed enim quamquam eo habendo gravamur, non tamen abiicere optamus, sed indui potius habitaculo quod de caelo est: ut absorbeatur quod mortale est a vita. Non enim destruet vita tabernaculum nostrum, quum induerimus immortalitalitatem, sed id absorbebit, quatenus validior fiet eius qualitas, quam eius in quo sumus mortales.

Sive enim mente excedimus, Deo. Sive sobrii sumus, vobis.

Illi autem de his coarguantur a vobis; loquitur nimirum de pseudo apostolis. Nos vero

κία ἐστὶν τοῦ σκήνους· δευτέρως δὲ καὶ τῆς ψυχῆς οὔσης ἐν τῷ σώματι· ἀνέγνων που οἰκίαν μὲν ἐπίγειον σκήνους λέγεσθαι τὸ ἐξ ὀστῶν καὶ σαρκῶν συγκείμενον σῶμα· σκῆνος δὲ ὂν ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ, τὸ σχῆμα τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν αὐγοειδὲς καὶ ὀργανικὸν σῶμα, οἱ οὕτως ἑρμηνεύοντες φασὶν οὖν καταλυομένης ταύτης τῆς οἰκίας τοῦ παχέος σώματος, μετοικίζεται ἡ ψυχὴ ἐπὶ τὸν οὐράνιον χῶρον 1), καλούμενον οἰκίαν ἀχειροποίητον αἰώνιον· ἀπολήψεται δὲ καὶ ὃ ἀπέθετο σῶμα οὐράνιον γεγενημένον, ὅπερ οἰκητήριον ἐξ οὐρανοῦ ὀνομάζεται. Cap. V.

Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. v. 2.

Εἰ καὶ καταλυθείσης τῆς προειρημένης οἰκίας τοῦ σκήνους, περικείμεθα τὸ σκῆνος ἐν αὐτῷ μεταβαίνοντες εἰς τὴν οὐράνιον οἰκίαν, ἀλλ' οὖν ἐν αὐτῷ τυγχάνοντες στενάζομεν ἐπενδύσασθαι ποθοῦντες τὸ ἐξ οὐρανοῦ οἰκητήριον· τοῦτο δέ ἐστιν ὃ ἀπεθέμεθα σῶμα ἐξ οὐρανοῦ ποτε χρηματίζον, ὅτ' ἂν τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἐνδύσηται· ἀλλ' εἰ καὶ ἐπιποθοῦμεν τοῦτο τὸ οἰκητήριον, σκόπει εἰ ὁ ἐνδυσάμενος αὐτὸ πάντως σκεπάζεται πρὸς αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ δηλοῦται ἐκ τοῦ, εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ, εὑρεθησόμεθα· οὐ γυμνὸς δὲ εὑρίσκεται ἐνδυσάμενος αὐτὸ, ὁ πιστὸς καὶ ἅγιος πρὸ αὐτοῦ τούτου ἐνδυσάμενος τὸν κύριον Ἰησοῦν καὶ ὅπλα φωτὸς καὶ σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ· ὁ γὰρ ἄπιστος καὶ φαῦλος, κἂν τύχῃ τοῦ πνευματικοῦ σώματος, ὃ καλεῖται ἐξ οὐρανοῦ οἰκητήριον, γυμνὸς εὑρεθήσεται, οὐ σπουδάσας ἔχειν τὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐνδύματα· τούτων οὕτω τυγχανόντων, οἱ ἐν τῷ σκήνει ὄντες ἡμεῖς, στενάζομεν βαρούμενοι· ἐπείπερ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα· ὅμως εἰ καὶ βαρούμεθα ἐκ τοῦ ἔχειν αὐτὸ, οὐκ ἀποβαλεῖν αὐτὸ ποθοῦμεν, ἀλλ' ἐνδύσασθαι τὸ ἐξ οὐρανοῦ οἰκητήριον, ἵνα κρατηθῇ καταποθὲν τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς· οὐ γὰρ ἐξαφανίζει ἡ ζωὴ τὸ σκῆνος ἡμῶν ὅτ' ἂν ἐπενδυσώμεθα τὴν ἀθανασίαν, ἀλλὰ καταπίνει αὐτὸ, ἐπικρατεστέρας γινομένης τῆς ἐξ αὐτῆς ποιότητος τοῦ καθ' ὃ θνητοί ἐσμεν. cod. f. 369. a.

Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. v. 13.

Ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ τούτοις ἐλεγχέσθωσαν παρ' cod. f. 371. a.
ὑμῶν· λέγει δὲ περὶ τῶν ψευδαποστόλων· ἡμεῖς

1) En evidens testimonium, contra recentiorum temporum Graecos, de iustorum animabus in caelum transferendis, non expectata corporum resurrectione.

Cap. V. δὲ ὑμῶν χάριν καὶ δι' ὑμᾶς ταῦτα πράττο-
μεν· κἄν τε γὰρ ἔξω τῶν ἀνθρωπίνων γενόμε-
νοι τῷ θεῷ ἐκστῶμεν, ἀλλ' οὖν σωφρονοῦμεν
ὑμῖν, τῆς θείας ἐκστάσεως οὐ μανίαν ἀλλὰ νη-
φαλιότητα ἐχούσης· οὐ προσεκτέον γὰρ τοῖς ἀπὸ
τῶν Φρυγῶν 1) λέγουσι τοὺς ἀποστόλους καὶ προ-
φήτας ἐξίστασθαι, ὥστε παραπαίειν· παρηκο-
λούθουν γὰρ οἷς ἔλεγον καὶ ἔπραττον εἰ καί τι-
νες ἄλλοι· ἠπατήθησαν δὲ οἱ ἠλίθιοι ἐκ τῆς
ὁμωνυμίας· οὐ γὰρ μόνον τὸ παραπαίειν καὶ πα-
ρακόπτειν σημαίνει ἡ ἐξέστη φωνὴ, ἀλλὰ καὶ
τὸ ἐκπλαγῆναι ἐπὶ θαυμασμῷ· οὕτω γὰρ ἐξέστη
* Gen. XXVII. 33. Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην *· καὶ ἐκστήσονταί τι-
νες ἐπὶ τῷ κυρίῳ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ
* Os. III. 5. gr. κατὰ τὸν προφήτην *· εἰ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ δηλοῦ-
ται ὑπὸ τῆς φωνῆς, ἐπιστήτω ὁ ἐντυγχάνων
ταῖς γραφαῖς.

v. 14. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς.

cod. f. 371. b. Ἐξηγεῖται τὸ εἶδος ἧς ὑπομένει ἐκστάσεως,
φήσας· συνεχόμεθα 2) ὑπὸ τῆς πολλῆς εἰς ἡμᾶς
γενομένης ἀγάπης θεοῦ· μετὰ τοῦ θαυμάζειν,
δοκιμάζοντες ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ὁ Χριστὸς
ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· οὐκ ἂν
γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθνησκεν, εἰ μὴ πάντες
ὑπεύθυνοι ἦμεν θανάτου· εἰ τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν
καὶ δι' ἡμᾶς ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη, ἀναστάντες
σὺν αὐτῷ ζῶμεν· οὐκέτι δι' αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστιν
ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντι καὶ
ἀναστάντι· ζῶντες δὲ αὐτῷ, καὶ κατ' αὐτὸν, πάν-
τα ἃ βούλεται πράττομεν καὶ λέγομεν καὶ δια-
νοούμεθα· ὡς ἕκαστον τεθαῤῥηκότα εἰπεῖν· ἡ ψυ-
* Ps. XXI. 31. χή μου αὐτῷ ζῇ *· καὶ ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ
* Gal. II. 20. ἐν ἐμοὶ Χριστός *.

v. 16. Ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα.

cod. f. 372. a. Ἐπεὶ ζῶμεν τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ
ἐγερθέντι, ἀφ' οὗ ἠρξάμεθα οὕτω εἶναι, οὐδένα
ἔτι κατὰ σάρκα γινώσκομεν, ὑπερβάντες τὴν σάρ-
κα καὶ τὰ ταύτης πάθη, ἔτι μὲν καὶ τὴν σκιώ-
δη τοῦ νόμου διδασκαλίαν· εἰ δὲ καὶ τὸν Χρι-
στὸν ἔγνωμεν κατὰ σάρκα, ἔτι ἰουδαΐζειν θέλον-
τες καὶ ἕπεσθαι τῇ σαρκίνῃ διηγήσει τοῦ νόμου,
ἀλλὰ νῦν οὐκέτι οὕτως αὐτὸν, ἀλλ' ὡς θεὸν
λόγον γινώσκομεν· γενόμενος γὰρ ὁ λόγος σὰρξ,
οὐκ ᾤκησεν ἀλλ' ἐσκήνωσεν 3) ἐν ἡμῖν, ἵνα μετὰ
τοῦτο θεασώμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μο-
νογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀλη-
θείας· διαφέρει γὰρ τὸ οἰκῆσαι τοῦ σκηνῶσαι,
ὡς καὶ ὁ οἶκος σκηνῆς· ἀεὶ γὰρ μένει ὁ οἶκος

vestri causa haec agimus. Sive enim extra humanas res constituti ad Deum mente excedemus, nihilominus vobis sobrii sumus; quia extasis non insaniam sed sobrietatem habet. Neque adtendendum est Phrygum adseclis dicentibus apostolos atque prophetas mente ita excessisse, ut delirarent. Etenim quid loquerentur et agerent, hi apprime sentiebant. Fucum autem his insipientibus fecit homonymia. Nam vocabulum extasis, non delirium tantummodo aut deliquium significat, verum etiam stuporem ex admiratione. Sic enim et Isaac grandi extasi mente excessit. Et nonnulli extasim experientur in Domino et in bonis eius, ut ait propheta. Iam utrum alias quoque significationes habeat hoc vocabulum, videat ille qui scripturis operam impendit.

Caritas enim Christi urget nos

Exponit quodnam genus extaseos patiatur, dicens: urgemur a plurima Dei erga nos caritate; non sine admiratione reputantes, quod si unus pro omnibus mortuus est Christus, utique omnes mortui fuerant. Non enim pro omnibus mortuus esset, nisi omnes morti obnoxii essemus effecti. Si ergo pro nobis et propter nos mortuus est ac resurrexit, nos quoque resurgentes cum eo vivemus: nec iam per nos ipsos, humanitus, sed ei qui passus resurrexit. Viventes autem cum ipso, et secundum ipsum: id est omnia quae is vult agimus, et loquimur, et cogitamus. Ita ut unusquisque confidenter dicat: anima mea illi vivit. Et, vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus.

Nos abhinc neminem novimus secundum carnem.

Quoniam vivimus ei qui pro nobis mortuus est ac resurrexit; ex quo taliter esse coepimus, neminem iam secundum carnem cognoscimus, superiores facti carni et huius passionibus, nec non umbratili legis doctrinae. Quod si etiam Christum cognovimus secundum carnem, iudaizare adhuc volentes et carnalem legis dictatum sequi, nunc tamen haud eum amplius hac ratione agnoscimus, sed tamquam Verbum Deum. Verbum enim caro factum, non habitavit sed hospitatum est inter nos, ut nos postea gloriam eius videremus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Differt enim habitare ab hospitari, sicut etiam

1) Dicit Cataphrygas seu Montanistas. — 2) Συνεχόμεθα etiam *cogimur*, *possidemur*, *correpti sumus*.
3) Reapse Iohannes I. 14 utitur verbo ἐσκήνωσε, quod latini liberius fecerunt *habitavit*.

domus ab hospitio: semper enim stat domus immobiliter fundata; tabernaculum portabilis domus est. Utique hospitantur qui proficiunt, habitant vero perfecti. Transibo enim in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

Signa in Christo nova creatura.

Qui in Christo est, quatenus scilicet eum participat, nova est creatura. Tale sibi cor fieri sanctus vir precabatur dicens: cor mundum crea in me Deus. Hoc significatu, condit in semet ipso Servator duo in unum novum hominem. Ut hoc igitur fieret, idcirco subdidit se creatum, dicens: Dominus creavit me initio viarum suarum ad opera. Neque tamen denotat materialem formationem vocabulum creari, sicut alibi pluribus dictum fuit. Facta autem nova creatura credentium Christo, vetera transierunt abrogata, novis introductis. Et siquidem vetera pro legalibus et propheticis dicit, desiverunt haec subintrante evangelio. Haec tamen vetera ac nova, non tam vero subiecto, quam mentis conceptu differunt. Eadem enim est utriusque testamenti doctrina, sive cum velato sive cum aperte proposita fuit. Vetera ergo sunt quae dicuntur velata. Quod si quis dicat eos mores, qui fidem praecesserunt, constitutionem priscam fuisse, haec quidem praeteriit, succedente evangelica doctrina; priorique legislationi congruet illud dictum: omnia ex Deo. Nam et lex et prophetae et evangelia quoque ex Deo sunt, secundum posteriorem institutionem; ita ut omnia nova ex Deo sint; et quidem etiam illa quae praeterierunt. Porro omnia ex Deo sunt, qui nos sibi reconciliavit per Christum. Valde enim inimici eramus, errore et peccatis subiugati: sed ei reconciliati fuimus, veniam ab ipso et per ipsum consecuti. Reconciliavit autem sibi nos per Dominum, qui pro nobis mortuus est ac resurrexit. Ne autem sensu occalleamus ad tantum Dei beneficium, reconciliationis doctrinam apostolis tradidit, ut ab his eruditi, in Christo permaneamus. Per hunc enim permanens erit, post reconciliationem, nostra cum Deo amicitia.

ἀμετακινήτως τεθεμελιωμένος· ἡ δὲ σκηνὴ οἶκός Cap. V.
ἐστι φορητός· ἀμέλει σκηνοῦσιν οἱ προκόπτοντες,
οἰκοῦσιν οἱ τετελειωμένοι· διελεύσομαι γὰρ ἐν τό-
πῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ *. * Ps. XLI. 5.

Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις. v. 17.

Ὁ ἐν Χριστῷ τῷ μετέχειν αὐτοῦ γινόμε- cod. f. 372. b.
νος, καινὴ κτίσις ἐστίν· τοιαύτην ὑπαρχθῆναι
τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ εὐχόμενος ὁ ἅγιος εἶπεν *· καρ- * Ps. L. 12
δίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός· κατὰ τοῦ-
το τὸ σημαινόμενον, κτίζει ἐν αὑτῷ ὁ σωτὴρ
τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον *· ἵν' οὖν τοῦτο * Ephes. II. 15.
ὑπαρχθῇ, τούτῳ τῷ τρόπῳ ὑπέβαλεν ἑαυτὸν κτι-
σθῆναι λέγων· κύριος ἔκτισέν με ἀρχὴν ὁδῶν
εἰς ἔργα *· οὐ δηλοῖ οὐσίωσιν τὸ κτισθῆναι ῥῆμα, * Prov. VIII. 22.
ὡς ἐν ἄλλοις διὰ πλειόνων δέδεικται 1)· γενο-
μένης δὲ καινῆς κτίσεως ἐν τῷ Χριστῷ τῶν πε-
πιστευκότων, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε πεπαλαιωμέ-
να, τῶν καινῶν εἰς μέσον ἠγμένων· καὶ εἰ μὲν
ἀρχαῖα τὰ νομικὰ καὶ προφητικὰ λέγει, παρελή-
λυθε ταῦτα τῶν εὐαγγελίων διαδεξαμένων· τού-
των τῶν παλαιῶν καὶ καινῶν οὐ καθ' ὑποκείμε-
νον, ἀλλ' ἐπινοίᾳ ἐχόντων τὴν διαφοράν· ἡ γὰρ
αὐτὴ διδασκαλία τῶν δύο διαθηκῶν ὁτὲ μὲν κε-
καλυμμένως, ὁτὲ δὲ γυμνῶς γέγονεν· ἀρχαῖα οὖν
ἐστι τὰ κεκαλυμμένα· εἰ δέ τις τὰ πρὸ τῆς πί-
στεως ἔθη καὶ κατάστασιν ἀρχαίαν εἶναι λέγοι,
παρῆλθε ταῦτα παυσάμενα ἐνεστηκυίας τῆς κα-
τὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, πρὸς τὴν προτέραν
ἀπόδοσιν ἁρμόσει τὸ, πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ 2) καὶ
γὰρ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ εὐαγγέλια
ἐκ τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν ὑστέραν διήγησιν, πάντων
τῶν καινῶν ἐκ θεοῦ ὄντων, οὐ μὴν καὶ τῶν παρ-
εληλυθότων· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ κατ-
αλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Χριστοῦ· ἐχθροὶ
γὰρ ἦμεν πολὺ, ἀπάτῃ καὶ ἁμαρτήμασι κεκρατη-
μένοι· κατηλλάγημεν δὲ αὐτῷ, ἄφεσιν πρὸς αὐ-
τοῦ καὶ δι' αὐτοῦ εἰληφότες· κατήλλαξεν δὲ ἡμᾶς
ἑαυτῷ διὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἀνα-
στάντος κυρίου· ὅπως δὲ μὴ ἀναισθητῶμεν τῆς
πολλῆς θεοῦ εὐεργεσίας, τὴν περὶ τῆς καταλλα-
γῆς διδασκαλίαν δέδωκε τοῖς ἀποστόλοις 3), ἵνα
παιδευόμενοι ὑπ' αὐτῶν ἐμμένωμεν τῷ ἐν Χριστῷ
εἶναι· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐπίμονος ἔσται ἡ μετὰ τὴν
καταλλαγὴν ὑπάρξασα πρὸς θεὸν φιλία.

1) Videmus hoc loco innui poenitentiae sacramentum a Christo institutum, et per apostolos sacerdotesque deinceps administrandum.

2) Haec quoque adversus Manichaeos, quos ipsorum confutator Didymus saepe prae oculis habebat.

3) Memorat heic Didymus commentarium suum in Proverbia, cuius nos ipsi non paucas reliquias ex vaticano codice edidimus, quas videsis ad citatum heic Proverbiorum locum cap. X. 17, ubi reapse pluribus de hac re agitur.

Cap. V. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν.

v. 21. Τὸν μὴ γνόντα φησὶν, ἀντὶ τοῦ τὸν μὴ πει-
cod. f. 371. a. ραθέντα ἁμαρτίας· οὐ γὰρ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὴν φύσιν αὐτῆς φησὶ, μᾶλλον γὰρ πάντων ᾔδει αὐτὴν ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ τὸ μὴ πειραθῆναι αὐτῆς· οὕτω γὰρ καὶ ὁ φυλάσσων ἐντολὴν, οὐ γνώσεται
* Eccle VIII. 5. ῥῆμα πονηρόν *.

Etenim eum qui non noverat peccatum.

Nescientem dicit, pro experimentum non habentem peccati. Non enim ignorasse peccati naturam dicit, etenim hanc prae ceteris Servator noverat, sed peccati fuisse expertem. Nam et ille qui mandatum observat, dicitur non agniturus verbum malum.

Cap. VI. 3. Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ δόντες προσκοπήν.

cod. f. 375. b. Ἐπεὶ δεκτῷ καιρῷ καὶ σωτηρίας ἡμέρᾳ ἐπακούσας θεὸς ἐβοήθησε, πέμψας τὸν ἴδιον υἱὸν καὶ παραδοὺς αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, μηδεὶς κατὰ μηδένα τρόπον προσκοπὴ ἀπιστίας γένηται, ἵνα μὴ μῶμον σχῇ ἡ διακονία τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· ὅθεν σπουδαστέον συνιςάναι ἑαυτοὺς ἔργοις ἀγαθοῖς κᾂν ἐπίπονα ὦσι· γίγνεται δὲ τοῦτο, ἐὰν ὑπομονὴν ἔχοντες, θλίψεις καὶ ἀνάγκας καὶ στενοχωρίας καὶ τὰ παραπλήσια γενναίως φέρωμεν, δεσμὰ καὶ φυλακῆς πεῖραν ἱλαρῶς φέροντες· οὕτω γὰρ ἁγνεύειν κατὰ τὴν ψυχὴν συμβήσεται, ὀρθὰ φρονοῦσαν καὶ πράττουσαν·
* ita cod. non ὑμῶν. τὰς ψυχὰς γὰρ ἡμῶν *, φησιν, ἡγνικότες ἐν τῇ
* I. Petr. I. 22. gr. ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας *· ἀλλὰ καὶ ὁ φόβος κυρίου ἁγνὸς ὢν, πᾶσαν ἁγνείαν περιποιεῖ τῷ αὐτὸν ἀνειληφότι.

Nemini dantes ullam offensionem.

Quoniam propitio tempore et die salutis Deus exaudiens auxiliatus est, proprium filium mittens tradensque pro nobis, nemo ullatenus offendiculum infidelitatis fiat, ne probrum habeat evangelicae doctrinae ministerium. Quare curandum sedulo est ut commendemus nos operibus bonis, etiamsi laboriosa fuerint. Fiet autem hoc, si patientiam retinentes, tribulationes, necessitates et angustias aliaque huiusmodi fortiter pertulerimus, vincula etiam et carceres hilariter perpetientes. Sic enim nobis sanctificari animam continget, recte sentientem atque agentem. Animas, inquit, nostras sanctificantes, obediendo veritati. Sed et timor Domini sanctus quum sit, omnimodam sanctitatem confert suscipientibus illum.

v. 7. Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν.

cod. f. 376. b. Δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ὅπλα τῆς δικαιοσύνης εἶναι, τάχα οὖν ὁ περὶ τὰ αἰσθητὰ δικαιοπραγῶν, ὡς ἐθέλειν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι καὶ ἀποστερεῖσθαι ἢ ποιεῖν αὐτὸς ταῦτα, πέφρακται τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης τοῖς ἀριστεροῖς· τοῦ τὴν πρὸς θεὸν δικαιοσύνην ὁσιότητα καλουμένην ἔχοντος ἐν τῷ ἀποδιδόναι τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ, φοροῦντος τὰ δεξιὰ αὐτῆς· ὅπλα ἐν ἑτέροις φωτὸς
* Rom. XIII. 12. εἴρηται ἐν τῷ, ἐνδύσασθε ὅπλα φωτός *· ταῦτα τὰ ὅπλα τῆς ςρατιᾶς οὐ σάρκινα, τουτέςιν οὐκ
* II. Cor. X. 4. ἀνθρώπινα, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ * τυγχάνει· ἐπίστησον εἰ δύναται ὅπλα ἀριστερώτερα δικαιοσύνης ἔχειν, ὁ κατὰ τὴν σκιὰν τοῦ νόμου δικαιούμενος· ὅπλα δὲ δεξιὰ ὁ πεποιωμένος κατὰ τὴν δικαιοσύνην τὴν γινομένην διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας· αὕτη δέ ἐςι περὶ
* Matth. V. 20. ἧς ὁ σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς εἶπεν *· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ ὑμῶν δικαιοσύνη πλέον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθετε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἔτι ὁ τὸ δίκαιον δικαίως διώκων κατὰ τὰ ἀνθρώπινα συναλλάγματα, ὥπλισται κατὰ τὰ δικαιοσύνης ἀριστερὰ ὅπλα· ὁ δὲ κατὰ τὰ δόγματα τῆς ἀληθείας τοῦτο πράττων, ὑπὲρ τοῦ υἱὸς δικαιοσύνης γενέσθαι διωκόμενος

Per arma iustitiae a dextris et a sinistris.

δὲ τὰς θείας ἀποκαλύψεις καὶ ὀπτασίας, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν· ὑπὲρ τοιούτου ὄντος ἐν Χριστῷ ἀνθρώπου καυχήσομαι, ὑπὲρ δ᾽ ἐμαυτοῦ ἐν μόνοις τοῖς προειρημένοις ἀσθενήμασι παῤῥησιάζομαι· ταῦτα δὲ λέγων, οὐκ ἄλλος ἐστὶν τοῦ θεωρήσαντος τὰς ὀπτασίας· πλὴν εἰ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν, ἐπινοίᾳ διαφέρει, πῆ μὲν νοούμενος ὡς ἄνθρωπος ἀσθενὴς διὰ τὴν τῆς συγκαταβάσεως πρόθεσιν· πῆ δὲ ὡς ὑπεραναβεβηκὼς, καὶ ἐν Χριστῷ ὢν διὰ τὴν θεωρίαν 1).

Nimirum «licet» pro possibili positum est, non heic solum, verum etiam in aliis Pauli epistolis, veluti: omnia licent, sed non omnia expediunt, idem valet quod, omnia possibilia sunt, sed non omnia expediunt. Narratis autem divinis revelationibus atque visionibus necessario addidit: pro huiusmodi in Christo homine gloriabor; ad me quod adtinet, in solis infirmitatibus meis fiducia efferar. Atqui haec dicens, haud alius est, quam qui visiones spectavit. Etsi vero idem est, mentis tamen conceptu differt, modo quidem reputatus tamquam homo infirmus, propter humilitatis propositum: modo autem superna scandens et homo in Christo propter contemplationem.

v. 7. *Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι κ. τ. λ.*

Et ne magnitudo revelationum extollat me etc.

cod. f. 404. a. Ἕτεροι δὲ μὴ 2) βουλόμενοι ἀφορμὴν διδόναι, καὶ μηδένα τρόπον ἰσχύειν τὸν πονηρὸν ἐμποιεῖν τινὰ νοσήματα, μηδὲ ἀνεχόμενοι τοὺς τελείους ἄνδρας περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὴν τοῦ σώματος ὑγείαν, ἴσασι γὰρ κατεξανίστασθαι τῶν ἐπιπόνων, φάσουσι· πολλὰς καὶ μεγάλας θεωρίας εἰληφώς τις, εἰ μὴ νύττοιτο ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, μέγα φρονῆσαι ἐφ᾽ ἑαυτῷ· ὅ πως ἂν μὴ ἔχοι χώραν, ἡ φρουροῦσα τὸ ἡγεμονικὸν θεοῦ δύναμις, πολλάκις οἰκονομεῖ 3) τὸν φρουρούμενον

Alii vero nolentes occasionem dare, nulloque modo diabolo concedentes efficiendi infirmitates copiam, nec denique tolerantes a perfectis hominibus sedulam curam corporalis valetudinis geri; sciunt enim reluctari eos molestis rebus; dicent: siquis multas magnasque visiones recipiat, nisi idem ab humana infirmitate compungatur, magnopere sibi confidet. Quod ne eveniat, custos arbitrii nostri Dei virtus, saepe dat prudenter operam, ut ille quamvis prote-

1) In hoc codicis folio 403. b. subscribitur minutiore littera scholion Alexandri nicaeni episcopi, quod ideo heic saltem graece adscribo, ut novo eruditi hominis nomine litterariam historiam augeam. Ad eius biographiam quod adtinet, breviter narrat Lequinius Or. christ. T. I. col. 648, vixisse hunc sub Constantino porphyrogenito episcopum, a quo praepositus fuit byzantinae rhetorum scholae instaurandae, quae valde iacebat. Sic ergo se habet scholion. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ. Τί; ἃ οὐκ ἐξὸν λαλῆσαι, πῶς νοητέον; πότερον ὡς τοῦ θείου μὴ πρὸς ἄλλον τινὰ τοιαῦτα δηλώσαντος; διὰ δὲ τὸν Παῦλον αὐτὸν μόνον ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ τὸν ζῆλον ἐπιδειξάμενον καὶ τὸ κήρυγμα; ἢ ὡς τοῦ Παύλου τὰ ἠκουσμένα δεδοικότος εἰπεῖν, καὶ διὰ τὸ μέγεθος αὐτῶν ἀνέκφορα τοῖς πᾶσι διαφυλάξαντος; ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τοῦ θείου, οὐκ ἂν ἔχει τοῦτο χώραν λέγειν, ᾧ γε παντὶ τῷ κατὰ Παῦλον τὴν ἀρετὴν τρανοῦν καὶ παραδηλοῦν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἀνυπερβλήτου δυνάμεως ἔξεστιν· πῶς δ᾽ ἂν καὶ τοῦτο Παῦλος ὑπὲρ ἑαυτοῦ σεμνυνόμενος εἶποι, ὁ ἐξ ἀνάγκης μὲν εἰς τὸ ταῦτα εἰπεῖν ἐλθὼν, ἀφροσύνην δὲ τὴν ὑπὲρ τούτων βίαν καλῶν, ἐπὶ μακρότατον δὲ ταῦτα σιγήσας, καὶ διὰ πολλῶν τῶν ἐν τούτοις ῥηθέντων τὸ μέτριον τὸν τρόπον ἐπιδειξάμενος; ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ θείου οὐκ ἄν τις εὐσεβῶς ταῦτα παραδέξαιτο· ἐπὶ δὲ τοῦ Παύλου καὶ πάνυ ἂν εἴη πρόσφορος ἡ διάνοια, ὡς αὐτὸς μὲν ἤκουσε ταῦτα παρὰ τοῦ θείου, ἀνέκφορα δὲ τοῖς πολλοῖς διετήρησεν· ἢ διὰ τὸ τῶν ἠκουσμένων μέγεθος, ἢ διὰ τὸ μὴ ἀξίους εἶναι τοὺς ἄλλους τοιαύτης ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀκοῆς· ἢ διὰ τὸ μὴ ὡς αὐτὸς κἀκείνους ἐκκεκαθάρθαι τὸν βίον· ἢ γὰρ ἂν καὶ τῆς εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγῆς καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τῶν ἀῤῥήτων ὁμοίως θαυμάτων ἠξίωντο· ἔστι δὲ καὶ τὸ βούλεσθαι πρὸς τὸν ἴσον δρόμον καὶ τρόπον αὐτοὺς ἐκκαλέσασθαι, τοῦτο αὐτὸν εἰρηκέναι εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλους τῶν αὐτῶν ἠξιωμένους ἀποκαλύψεων, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν ἄσκησιν ἀποβλέψαντας· ἢ τάχα τὸ θεῖον μόνον ἄξιον εἶναι τῆς ἐξαγγέλσεως τῶν τοιούτων ῥημάτων φησί· τὴν δὲ γενητὴν καὶ θνητὴν φύσιν, ἀμήχανον εἰς τὸ ἐξοῖσαι καὶ διαφωτίσαι τοῖς ἀνθρώποις, μειζόνων ἢ κατὰ μήνυσιν ὄντων· οἰκεῖον δὲ τῆς τοῦ Παύλου μετριότητος τὸ καὶ αὐτὸν ἐντάξαι τοῖς ἄλλοις, καὶ κατὰ μηδὲν τὸ διάφορον ἐπιδείξασθαι· μήποτε δὲ καὶ τῶν φαύλων ἐπιῤῥαπίζει διδασκάλων διὰ τούτων τὸ προπετές· ὁπότε γὰρ ἀναξίους τῆς ἀκοῆς τῶν ἀῤῥήτων αὐτοὺς καθιστᾷ, ἢ που τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἄλλης ὑπὲρ ἄνθρωπον ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεως.

2) Ergo praecesserat alia Didymi explanatio, quam eclogarius praetermisit.

3) Cod. οἰκοδομεῖ. Contrariam vocabuli huius permutationem habet cum aliis codicibus patribusque (in Pauli loco I. ad Tim. I. 4.) Nicephorus antirrh. III. 1. ut nos ibi adnotavimus in parte lat. p. 85.

ctus, aliquando extra proprium munimen fiat, ita ut aditum humana cogitatio inveniat. Et quoniam aversantur perfecti homines vel in sola mente maculam, grandem colaphum se accipere putant, etiamsi in ipsorum tantum cogitationem satanicus angelus subeat. Diserte igitur orant ab occultis quoque mundari, et nihil pravum in conscientia sua habere. Et quod haec ita se habeant, exalapatus Paulus novit ad Deum confugere, ut ostendit scribens: propter hunc molestum angelum satanicum, ter Dominum rogavi, ut procul me fieret. Et mihi dixit Dominus quem rogabam: sufficit tibi gratia mea: per hanc enim certior fies, non a viribus tuis sed ab auxilio meo perfectionem contingere. Quod vero ait ter rogavi, existimabit aliquis dictum pro saepe; namque a ternario numero pluralitas incipit; tria enim sunt multa.

Rursus creditis quod excusemus nos apud vos?

Nolim vos existimare, quod apud vos nosmet excusemus. Non enim ut principaliter hominibus placeamus, propositum nobis est, sed ut Deo: providemus enim bona coram Domino, deinde etiam apud homines; ut simus Deo conspicui, suadentes recte hominibus tum vitae genere tum sermone congruo: in Christo nimirum loquentes coram Domino, quasi cogitationum eius gnari, cuncta agimus loquimurque. Confido igitur quod amanter lecta etiam hac epistola, obtrectationibus abstinebitis, ne clam quidem murmurare serviliter volentes. Timidorum quippe famulorum est et susurronum hic malus mos. Sed et aemulationes, et harum sobolem lites atque iurgia aversemini. Sic eveniet, ut me inveniatis qualem cupitis. Sublevatur enim ac magnopere exultat magister cum abundat discipulis inter quos sapientiam eloqui potest: sicut vicissim humiliatus deprimitur, cum auditores sui increpari reprehendique debent ob ea quae prave agunt. Nam qui fornicationem, immunditiam, et horum comitem luxuriam operantes non resipiscunt, mortem animae incurrunt: adeo ut qui providam curam illorum gerit, eos magis defleat, quam qui cenotaphia aedificant deserentibus philosophiam. Solet autem sensus commoveri

ἔξω γενέσθαι τῆς ὑπ' αὐτῆς σκέπης, ὡς παρείσδυσιν λαβεῖν ἀνθρώπινον λογισμόν· καὶ ἐπεὶ μυσάττονται οἱ τέλειοι ἄνδρες καὶ τὸν ἐν διανοίᾳ μολυσμὸν 1), μέγαν κόνδυλον ἔχειν οἴονται, κἂν ἐνθυμήματι ὑποβληθῇ αὐτοῖς ὑπὸ ἀγγέλου σατανικοῦ· ἀμέλει γοῦν παρακαλοῦσι καὶ ἀπὸ κρυφίων καθαρισθῆναι, καὶ μηδὲν αὐτοῖς συνειδέναι φαῦλον· καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, κονδυλιζόμενος ἔγνω καταφυγεῖν θεῷ, ὡς δηλοῖ γράψας, ὑπὲρ τούτου τοῦ ἐνοχλοῦντος σατανικοῦ ἀγγέλου τρεῖς τὸν κύριον παρακαλέσαι ἵνα μακράν μου γένηται· καὶ εἶπεν μοι ὃν παρεκαλέσα κύριον· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· γνώσῃ γὰρ δι' αὐτὴν ὡς οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει, ἀλλ' ἡμετέρᾳ συνεργείᾳ ἡ τελείωσις ὑπάρχει· περὶ τοῦ τρὶς παρεκάλεσα, ὁ μέν τις ἐρεῖ δηλοῦσθαι τὸ πολλάκις· ἀπὸ γὰρ τοῦ τρὶς τὸ πλῆθος· τὰ γὰρ τρία πολλά 2).

Πάλιν 3) δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; v. 19.

Μὴ δόξητε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα· οὐ γὰρ cod. f. 407. a.
ἀνθρώποις προηγουμένως ἀρέσκειν προτεθείμεθα, ἀλλ' ἢ τῷ θεῷ· προνοοῦμεν γὰρ καλὰ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ δευτέρως ἐπίπροσθεν ἀνθρώπων, ἵνα ὦμεν θεῷ πεφανερωμένοι, πείθοντες ἀνθρώπους ὀρθῶς βίῳ καὶ λόγῳ καταλλήλῳ· ἐν γὰρ Χριστῷ φθεγγόμενοι ἐπίπροσθεν θεοῦ, ὡς ὁρῶντες αὐτοῦ τὸν λογισμόν, πάντα πράττομεν καὶ λέγομεν· θαῤῥῶ οὖν ὅτι γνησίως ἀναγνόντες καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν, καταλαλιῶν ἀφέξεσθε, τὸ ψιθυρίζειν παραιτησάμενοι ὡς δουλοπρεπές· δούλων γὰρ ἀπαῤῥησιάστων καὶ γογγυστῶν τὸ τόλμημα· ἀλλὰ καὶ τὰς φιλονεικίας, καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν γινομένας ἐριδάς τε καὶ ἐριθείας ἀποστραφῆτε· οὕτω γὰρ ἀκολουθήσει τὸ, εὑρίσκεσθέ με ὑμῖν οἷον ποθεῖτε· μετεωρίζεται γὰρ καὶ ἄγαν γαυριᾷ διδάσκαλος εὐπορῶν ἀκροατῶν ἐν οἷς σοφίαν εἰπεῖν δύναται· ὡς αὖ συστέλλεται ταπεινούμενος, ὅτ' ἂν οἱ προσιόντες ἐπιπλήξεων καὶ ἐλέγχων δέωνται ἐφ' οἷς πράττουσι κακῶς· εἰ γὰρ πορνείαν καὶ ἀκαθαρσίαν καὶ τὴν ἑπομένην ἀσέλγειαν πράττοντες οὐ μετανοοῦσι, τεθνήκασι τὸν ψυχῆς θάνατον· ὡς τὸν κηδεμονικὴν διάθεσιν πρὸς αὐτοὺς ἔχοντα πενθεῖν αὐτοὺς μᾶλλον, ἢ οἱ τὰ κενοτάφια οἰκοδομοῦντες τοῖς ἀποφοιτήσασι φιλοσοφίας· 4) φιλεῖ γὰρ αἴσθησις ἐγγίνεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι, ὅτ' ἂν ἕτεροι ὑπὲρ αὐτῶν πενθῶσιν

1) Animadverte pulchram Didymi doctrinam de mentis puritate.

2) More graecorum grammaticorum, ut alibi dixi, qui dualem numerum negant esse pluralem, contra Latinorum consuetudinem.

3) Pro *πάλιν rursus*, legebat *πάλαι olim* vulgatus, cum aliis tum latinis tum etiam graecis.

4) Animadverte morem singularem irridendi philosophiae desertores.

ὀλοφυρόμενοι· δύναται καὶ κατὰ τοῦτο σημαινόμενον τοὺς πενθοῦντας μακαρίζειν ὁ σωτὴρ, ἐπείπερ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ πενθεῖν κάκωσιν θεόθεν παρακληθήσονται· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, μὴ πάλιν ἐλθὼν ταπεινωθῶ, δείκνυσιν ὅτι καὶ ἐν προτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀφίξει τοῦτο πέπονθεν, ἱκανῶς πρὸς μετάνοιαν προτρεψάμενος· ἀναγκαίως οὖν ἐπήγαγεν, ἰδοὺ τοῦτο τρίτον ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, ἵνα τὴν τρίτην ἐπιδημίαν ἀντὶ τριῶν μαρτύρων ἔχοντες βεβαιοῦσθε· εἰ γὰρ ἐπὶ στόματος μαρτύρων δύο ἢ τριῶν πᾶν ῥῆμα κατάκρισιν ἐκφερόμενον ἵσαται, τοῦτ' ἔστι πληροῦται τὲ καὶ βεβαιοῦται, οὕτως ἐχρῆν διὰ τῶν δύο ἐπιδημιῶν ὧν πεποίηκα βεβαίους ὑμᾶς ὑπάρχειν· ἐπειδὴ δὲ ἀκμὴν χρήζετε τοῦ βεβαιωθῆναι, καὶ τρίτον ἔκρινα ἀπαντῆσαι ὑμῖν.

Cap. XIII. 11.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί, χαίρετε, καταρτίζεσθε, το αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε καὶ ὁ θεὸς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

cod. f. 411. a.

* cod. γνησίως.

Μετὰ πᾶσαν προτροπὴν συμβουλεύει ὁμοφροσύνην ἀναλαβόντας αὐτοὺς, σπεύδειν ἐπὶ τέλος ἀγαθὸν, ἀπαρτιζομένους ἀναλήψει γνησίας * ἀρετῆς τε καὶ πίστεως· οὕτω γὰρ στηριγμὸν ἕξουσι τοῦτο 1) φρονοῦντες, εἰρήνην ἄγοντες, ἐπὶ τῷ τὴν τοῦ θεοῦ ἀγάπην χώραν λαβοῦσαν παρ' αὐτοῖς γίνεσθαι· ταύτης γὰρ ἡ παρουσία, τὸ ἀμετακίνητον αὐτοῖς περιποιήσει· ὡς ἕκαστον μιμούμενον τὸν διδάσκαλον εἰπεῖν *· τίς ἡμᾶς χωρήσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; καὶ τὰ ἑξῆς 2).

* Rom. VIII. 35.

peccantium, cum alii ipsorum causa moerentes lugent. Secundum hunc significatum fieri potest ut Salvator beatos dixerit qui flent, quoniam post luctus afflictionem divinitus recreabuntur. Dum autem ait: ne iterum cum venero humilier, ostendit, se in priore quoque ad eos accessu idem expertum quum valde ad paenitentiam adhortaretur. Necessario itaque addidit: ecce tertio nunc venio ad vos, ut tertium adventum loco testium trium habentes confirmemini. Nam si in ore duorum vel trium testium omne verbum damnationem ferens stat, id est satis idoneum firmumque habetur, sic oportebat per duos quos feci adventus satis firmos vos effici. Nunc quia adhuc confirmari indigetis, tertio ad vos venire decrevi.

De cetero, fratres gaudete, perfecti estote, idem sapite, pacem habete. Et Deus pacis ac dilectionis erit vobiscum.

Post omnem exhortationem, suadet ut concordiam foventes, ad felicem finem tendant genuinae virtutis ac fidei susceptione perfecti. Hac enim si mente fuerint, stabilitatem nanciscentur, pacifice viventes, quia Dei caritas apud eos hospitabitur. Nam praesentia pacis, constantem eis statum conficiet. Adeo ut unusquisque magistrum imitans dicat: quis nos separabit a caritate Dei quae est in Christo Iesu? et reliqua.

1) Ita hoc loco Didymus, non τὸ αὐτὸ ut est in contextu biblico.

2) Hactenus praeclara Didymi explanatio in Pauli epistolam. Mox ecce fragmenta ex eius item deperdito in Iohannis evangelium commentario subteximus. Namque eiusdem amplas admodum ad psalmos lucubrationes, itemque non poenitendas ad Salomonis proverbia reliquias, alio nos volumine comprehendemus.



EIUSDEM DIDYMI

FRAGMENTA INEDITA COMMENTARII AD IOHANNIS EVANGELIUM.

I.

Spiritus est Deus.

Quoniam invisibilis est Deus, sequitur autem invisibilitatem incorporalitas; quum sit incorporalis Deus, idem est etiam invisibilis. Quod si ita est, is qui hoc loco dicitur spiritus, non erit aër commotus. Neque enim quia apud homines ventum significat spiritus, necesse est ut in Deo quoque eodem significatu sit. Sicut itaque cum idem Deus dicitur lux, quoniam non oculum sed mentem illuminat, non est corpus sed intellectualis lux; quin etiam cum caritas appellatur, non est ille quidam affectus, sed substantia amans res illas quas creat et quibus consulit; sic spiritus vocatus Deus, non ventum sed incorpoream vivificamque substantiam denotat. Iam qui novit spiritum esse Deum, spiritaliter adorans, ipso iam spiritu et veritate non figurate, universalem Deum colit. Ob distinguendum autem a littera dicit «in spiritu»: item ut distinguat a figura, dicit « veritate ». Atque illa vetera quamdiu tempus idoneum fuit, valuerunt: postea veritate adveniente, id est Christo praesente, cuncta desiverunt.

Α΄.

Πνεῦμα ὁ θεός. Cap. IV. 24.

Ἐπεὶ ἀόρατος ὁ θεὸς, ἀκολουθεῖ δὲ τῶν ἀοράτων τὸ ἀσώματον, ἀσώματος ἄρα ὁ θεὸς ὢν, ἀόρατός ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, λεγόμενος πνεῦμα, οὐ κεκινημένος ἀὴρ εἴη· οὐ γὰρ ὅτι παρὰ ἀνθρώποις ἄνεμον δηλοῖ τὸ πνεῦμα, ἀνάγκη καὶ ἐπὶ θεοῦ τοῦτο σημαίνεσθαι· ὥσπερ τοίνυν φῶς λεγόμενον, ἐπεὶ μὴ ὄψιν, ἀλλὰ νόησιν φωτίζει, οὐ σῶμα ἀλλὰ νοερόν ἐστι φῶς· ἀλλὰ καὶ ἀγάπη καλούμενον, οὐ διάθεσις ὑπάρχει, ἀλλ᾽ οὐσία ἀγαπῶσα ἃ δημιουργεῖ, καὶ ὧν προνοεῖται· οὕτως πνεῦμα προσαγορευόμενος, οὐκ ἄνεμον ἀλλ᾽ ἀσώματον καὶ ζωοποιὸν παρίστησιν οὐσίαν 1)· πᾶς δὲ ὁ μαθὼν ὅτι πνεῦμα ὁ θεὸς, πνευματικῶς λατρεύων αὐτῷ, πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, οὐκέτι τυπικῶς προσκυνεῖ τὸν τῶν ὅλων θεόν. Πρὸς ἀντιδιαστολὴν δὲ τοῦ γράμματος τὸ ἐν πνεύματι φησί· τοῦ δὲ τύπου, τὸ καὶ ἀληθείᾳ· ταῦτα γὰρ, ἕως καιρὸς χρειώδης ἦν· τῆς ἀληθείας δὲ ἐλθούσης, ἤτοι τῆς Χριστοῦ παρουσίας, πάντα πέπαυται.

cod. A. f. 125. b. id est vat. 758. cod. B. f. 57. b. id est reg. 9.

II.

Procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.

Hominibus secundum hanc sententiam divisis in impios seu incredulos, et in religiosos sive credentes; priores illi quoque, id est impii et increduli, in universali resurrectione resurgent, non tamen ad iudicium, quia qui non credit, iam iudicatus fuit. At ii qui Christo crediderunt, et bona insuper opera fecerunt, hi resurgent resurrectione ad vitam, non autem condemnandi; dum contra illi, qui postquam crediderunt peccaverunt, ad damnationem resur-

Β΄.

Ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Cap. V. 29.

Τῶν ἀνθρώπων διῃρημένων κατὰ τὴν γνώμην εἰς ἀσεβεῖς ἤτοι ἀπίστους, καὶ εἰς εὐσεβεῖς ἤτοι πιστοὺς, οἱ αὐτοὶ πάντων ἀνισταμένων ἀνθρώπων, ἤγουν ἄπιστοι καὶ ἀσεβεῖς ἀνίστανται μὲν, οὐκ εἰς κρίσιν δὲ, τῷ ἤδη κεκρίσθαι τὸν μὴ πιστεύσαντα 2)· εἰσὶ δὲ οἱ πιστεύσαντες τῷ σωτῆρι, καὶ πρὸς τούτῳ καὶ ἔργα πεποιηκότες ἀγαθὰ, οἵτινες ἀνίστανται εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οὐ κριθησόμενοι· τῶν μετὰ τὸ πιστεῦσαι ἡμαρτηκότων εἰς κρίσιν 3) ἐγειρομένων· τὴν δὲ τῶν βρε-

A. f. 134. b. B. f. 69. b.

1) Hactenus tantum extabat Didymi fragmentum in Corderii catena p. 131, et quidem gravibus ibi mendis inquinatum.

2) Sic apud Iohannem III. 18.

3) Supra dixit οὐκ εἰς κρίσιν, respiciens credo ad psalmum I. 5. Videtur ergo vel aliquid deesse, vel mihi certe res obscura est. Certe ut utriusque loci sibi constet sententia, heic et infra κρίνω et κρίσις damnandi sensum habent.

φῶν κατάστασιν, ἐπεὶ καὶ αὐτὰ ἀνίσανται, θεὸς μόνος οἶδεν τάχα, καὶ ὧν ἡ ἀποκάλυψις τῆς περὶ τούτου ἀληθείας γεγένηται 1).

gent. Quinam vero infantium status futurus sit, id Deo tantum notum est, vel iis quibus hac super re veritas revelata fuerit.

Γ′.

III.

Cap. VI. 25. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ· ῥαββὶ, πότε ὧδε γέγονας;

Cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: rabbi, quando huc venisti?

A. f. 140. b. B. f. 77. Ἄξιον δὲ κἀνταῦθα συνιδεῖν τὴν εὔθραυστον αὐτῶν ὁρμήν· οἱ γὰρ λέγοντες οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης, οἱ σπουδάσαντες ἁρπάσαι καὶ ποιῆσαι βασιλέα, εὑρόντες αὐτὸν, οὐδὲν τοιοῦτον βασιλεύονται, ἀλλὰ τὸ θαῦμα ἐκβαλόντες, ὥς γε οἶμαι, οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ τῶν προτέρων ἐθαύμαζον, ἀλλ᾽ ἐπεθύμουν πάλιν τραπέζης ἀπολαύειν οἵας καὶ πρότερον. Διέβησαν μὲν οὖν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ποτὲ καὶ Ἰουδαῖοι, Μωϋσέως ἡγουμένου· ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον· ὁ μὲν γὰρ εὐχόμενος, καὶ ὡς δοῦλος, πάντα εἰργάζετο· οὗτος δὲ μετ᾽ ἐξουσίας ἁπάσης· κἀκεῖ μὲν νότου ἐμπεσόντος ἦξεν τὸ ὕδωρ, ὥστε ἐπὶ ξηρᾶς ποιῆσαι παρελθεῖν· ἐνταῦθα δὲ τὸ θαῦμα μεῖζον ἐγένετο· μένουσα γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἡ θάλασσα, οὕτως ἔφερε τὸν ἑαυτῆς δεσπότην ἐπὶ τῶν νώτων, μαρτυροῦσα τῇ ῥήσει ἐκείνῃ τῇ λεγούσῃ· ὁ περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὡς ἐπ᾽ ἐδάφους*. Εἰκότως δὲ μέλλων εἰς Καπερναοὺμ ἐμβαλεῖν τὴν σκληρὰν καὶ ἀπειθῆ, τὸ σημεῖον εἰργάσατο, οὐ μόνον τοῖς ἐν αὐτῇ γινομένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω τῆς πόλεως θαυματουργουμένοις δηλοποιῶν ἐν αὐτῇ καὶ ἐμφανῆ καθιστῶν, μαλάξαι βουλόμενος αὐτῆς τὴν ἀπείθειαν· τὸ γὰρ ὄχλους παραγενέσθαι τοσούτους εἰς τὴν πόλιν ἐκείνην πολλῶν τιθεμένους σπουδὴν, ποῖον οὐκ ἦν ἱκανὸν μαλάξαι λίθον; ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι τοιοῦτον οὐδὲν ἔπαθον, ἀλλὰ πάλιν τροφῆς ἐπεθύμουν σωματικῆς.

* Ioh. IX. 8. gr.

Heic etiam animadvertendum est, quam facile illorum impetus fractus fuerit. Nam qui dixerant: hic est propheta; qui rapere moliti fuerant, ut facerent eum regem; eundem mox inventum nequaquam regem constituunt, sed abiecto ut reor stupore, iam superiora non admirabantur; rursusque mensa, qualis antea exhibita fuerat, frui expetebant. Transierant sane rubrum mare olim Iudaei, Moyse duce; sed tamen multum interest. Is nonnisi orans, et tamquam famulus, rem peragebat; nunc vero Iesus plena potestate. Et illic quidem austro flante recessit aqua, ita ut per aridam transirent; nunc maius miraculum extitit: manens enim in propria natura mare, sic deferebat in tergo dominum suum, testimonium dans oraculo illi: gradiens super mare ceu super pavimentum. Recte autem, quum venturus esset Capharnaum, oppidum contumax et incredulum, miraculum patravit; non iis solum quae intra illud, sed etiam quae extra mirabiliter fecerat, manifestum se faciens, evidentemque constituens, quò illius incredulitatem molliret. Nam quum multa populi multitudo illuc confluxisset, omissa ceterarum rerum cura, quemnam ut ita dicam lapidem non mollivisset? Attamen illi nullum eius rei sensum habuerunt, sed denuo cibum percupiebant corporalem.

Δ′.

IV.

Cap. VI. 26. Ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ᾽ ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

Quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis.

A. f. 141. B. f. 77. b. Τὸ προσηνὲς καὶ λεῖον, οὐ πανταχοῦ χρήσιμον, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ τοῦ πληκτικωτέρου δεῖ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν νωθὴς καὶ παχὺς ὁ μαθητής· τοῦτο καὶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ πεποίηκε ἀλλαχοῦ τε πολλαχοῦ καὶ ἐνταῦθα· ἐλθόντων γὰρ τῶν ὄχλων, καὶ κολακευόντων αὐτὸν καὶ λεγόντων, ῥαββὶ πότε ὧδε γέγονας; δεικνὺς ὅτι τῆς παρ᾽ ἀνθρώπων οὐκ ἐφίεται τιμῆς, ἐπιπληκτικῶς αὐ-

Benignitas atque lenitas non est semper utilis, sed asperitate quandoque utendum magistro est, cum piger hebesque discipulus fuerit. Hoc etiam Dei filius fecit, cum alibi multoties, tum etiam hoc tempore. Venientibus enim turbis, eique adulantibus, ac dicentibus: magister, quando huc venisti? ut ostenderet se humanam gloriam non cupere, aspere iis re-

1) Quamquam indeterminatum, notabile tamen hoc est antiquissimi Didymi de futuro statu infantium dictum.

spondit, unice sibi proposita illorum salute; neque hanc tantum procurare volens, verum etiam eorumdem mentem flectere et in apertum educere. Quid enim ait? Amen dico vobis, nempe definite ac firme: quaeritis me non quia signa vidistis, sed quia manducastis ex panibus et saturati estis. Non obstupefecerat turbas panum prodigium, sed saturitas. Propterea rursus venerant, ut eodem beneficio fruerentur. Hinc aiebant: patres nostri in deserto manna manducaverunt. Iam postquam turbas maxima hac obiurgatione perculerat, heic non substitit, sed monitionem addidit dicens: operamini non escam pereuntem, sed escam quae manet in vitam aeternam, quam filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signavit. Nulla, inquit, vobis sollicitudo sit de hac esca, sed de spiritali illa atque immortali, quae ad immortalem vitam ducit. Haec ait, non operari vetans, sed ne creatis rebus sic inhaereamus, ut crastinae requietis curam geramus. Operari enim possumus, nihil simul in crastinum thesaurizantes vel cogitantes. Si quis vero otiose ventri et deliciis vacat, hic escam pereuntem operatur. Secus, si Christo escam potumque praebet ac vestimentum, corporaliter simul operans et spiritaliter, quisnam adeo hebes furiosusque est, ut eum dicat escam pereuntem operari, cuius causa promissum est regnum futurum, et bonorum illorum participatio erit? Haec enim esca manet in aeternum. Deinde quia magnum quid de se dixerat, seque illam escam daturum; ne ei dictum illud obiiciatur, credibilem faciens sermonem suum, patri acceptam refert hanc escam. Nam quum dixisset, quam filius hominis dabit vobis, addidit: hunc enim pater signavit Deus: id est huius rei causa misit, hanc escam caelestem suppeditaturum. Ceterum dictio aliam quoque patitur interpretationem. Namque alibi Christus ait: qui sermones meos audit, signavit quod Deus verax sit; quatenus scilicet veritatem Dei in eo esse adfirmavit, id est ostendit ac testimonio suo revelavit. Demonstraverat enim ipse semet: sed quia nunc Iudaeos alloquebatur, patris testimonium in medium protulit.

τοῖς ἀποκρίνεται, εἰς ἓν μόνον ὁρῶν, τὴν αὐτῶν σωτηρίαν· οὐ ταύτην δὲ μόνον διαρθῶσαι βουλόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐκκάμψαι, καὶ εἰς μέσον ἀγαγεῖν· τί γάρ φησιν; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, μετὰ διορισμοῦ καὶ βεβαιώσεως· ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι ἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων καὶ ἐχορτάσθητε· οὐ τὸ θαῦμα ἐξέπληξέ, φησι, τὸ ἐπὶ τοῖς ἄρτοις, ἀλλὰ τὸ ἐμπλησθῆναι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἦλθον πάλιν, ὡς μέλλοντες τῶν αὐτῶν ἀπολαύεσθαι· διὰ τοῦτο ἔλεγον· οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔφαγον τὸ μάννα· ὅπερ ἦν ἔγκλημα καὶ κατηγορία μεγίστη· ἀλλ' οὐχ ἵσταται μέχρι τῶν ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίαν προτίθησιν, ἐργάζεσθε λέγων μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δώσει ὑμῖν· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός· μηδεὶς ὑμῖν, φησιν, ἔσω λόγος ταύτης τῆς τροφῆς, ἀλλ' ἐκείνης τῆς πνευματικῆς καὶ ἀθανάτου καὶ πρὸς ἀθάνατον μεταγούσης ζωήν· ταῦτα δὲ λέγει, οὐκ ἀναιρῶν τὸ ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ προσηλῶσθαι τοῖς ποιητικοῖς πράγμασιν, τὸ ποιεῖσθαι φροντίδα τῆς εἰς αὔριον ἀναπαύσεως· ἔνεστι γὰρ ἐργαζόμενον, μηδὲν εἰς τὴν αὔριον θησαυρίζειν καὶ μεριμνᾷν· εἰ δέ τις ἀργῶν γαστρίζοιτο καὶ τρυφῆς ἐπιμελοῖτο, οὗτος τὴν βρῶσιν ἐργάζεται τὴν ἀπολλυμένην· εἰ δὲ τὸν Χριστὸν τρέφοι καὶ ποτίζοι καὶ ἐνδύοι, ἐργαζόμενος αἰσθητῶς ὁμοῦ καὶ πνευματικῶς, τίς οὕτως ἀναίσθητος καὶ μανιώδης ὡς εἰπεῖν ἀπολλυμένην βρῶσιν ἐργάζεσθαι τὸν τοιοῦτον δι' ἣν τῆς βασιλείας ἡ ἐπαγγελία τῆς μελλούσης, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἡ ἀπόλαυσις μεθεκτέα γίνεται; αὕτη γὰρ μένει διηνεκῶς ἡ βρῶσις· εἶτα ἐπειδὴ μέγα περὶ ἑαυτοῦ ἐφθέγξατο, καὶ ἔφησεν αὐτὸς δώσειν αὐτὴν, ἵνα μὴ πάλιν αὐτοῖς προσθῇ τὸ λεγόμενον, ἀξιόπιστον ποιῶν τὸν λόγον, ἐπὶ τὸν πατέρα τὴν χορηγίαν τῆς τοιαύτης τροφῆς ἀνάγει· εἰπὼν γὰρ ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δώσει ὑμῖν, ἐπήγαγεν· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός· τουτέστιν ἐπὶ τοῦτο ἔπεμψεν, ταύτην κομίζοντα ὑμῖν τὴν τροφὴν τὴν οὐράνιον. Δηλοῖ δὲ καὶ ἑτέραν ἑρμηνείαν ἡ λέξις· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησὶν ὁ Χριστός· ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ θεὸς ἀληθής ἐστιν *, ὅσον τό γε ἐπ' αὐτῷ ἐβεβαίωσε τοῦ θεοῦ τὴν ἀλήθειαν, τουτέστιν ἀπέδειξεν καὶ ἐξεκάλυψεν διὰ τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας· ἔδειξε μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτόν· ἐπειδὴ δὲ πρὸς Ἰουδαίους διελέγετο, τὴν τοῦ πατρὸς μαρτυρίαν εἰς μέσον ἤγαγεν.

* Ioh. III. 33

E'.

Cap. VI. 59. Ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

Post fragmentum in corderiana catena p. 196. continuatur sic in codd. A. f. 145. b. et B. f. 83. b. Εἰ δὲ ἐναντίον δοκεῖ τὸ, μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, οὐδαμῶς τυγχάνει διαφωνία· εἰ γὰρ μὴ πεινᾷ τὶς μηδὲ διψᾷ, φαγὼν τούτου τοῦ ἄρτου, καὶ πιὼν τοῦ ἀθανάτου πόματος, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ ἐράσμιον καὶ ἀξιαίπενον τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ, ὁ χορτασθεὶς ἔτι πινᾷ, καὶ πινῶν ἔτι διψᾷ, ὥστε καὶ ἀεὶ κορέννυσθαι καὶ πεινῶν.

V.

Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

Quod si contrarium videtur illud: beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, nulla tamen reapse dissonantia est. Nam si neque esurit postea, neque sitit, quicumque hunc panem manducaverit, et immortalitatis poculum biberit; nihilominus propterea quod amabilis et pretiosa haec esca est et potus, qui satiatus fuerit adhuc esurit, et qui biberit adhuc sitit, ita ut semper saturetur semperque esuriat.

ϛ'.

Cap. VIII. 51. Ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

B. f. 100. b. Τοῦ σωτῆρος εἰρηκότος μὴ θεωρήσειν θάνατον τὸν τηροῦντα τὸν λόγον (αὐτοῦ), οἱ παρόντες Ἰουδαῖοι σφαλέντες τὸ θεωρεῖσθαι θάνατον, ταυτὸν εἶναι τὸ γεύσασθαι αὐτοῦ ὑπέλαβον· δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὅσον ταῖς αὐτῶν λέξεσιν, ἐκεῖνον μὴ γεύσασθαι θάνατον, τὸν πεῖραν τοῦ κοινοῦ μὴ λαβόντα θανάτου· τοῦτο δὲ δοκεῖ ἀνατρέπειν τὴν κυριακὴν ἐπαγγελίαν τεθνηκότων καὶ τῶν τηρησάντων αὐτοῦ τὸν λόγον· γέγονε δὲ αὐτοῖς ἀπάτη, τὸ θέλημα πανούργως σοφίσασθαι ἐξ ὁμωνυμίας· ὁ γὰρ τηρῶν τὸν Ἰησοῦ λόγον, τὸν ἑπόμενον τῇ ἁμαρτίᾳ θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει, εἰ καὶ γεύσεται τοῦ κοινοῦ καὶ σωματικοῦ θανάτου· ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπροσδιορίστως εἶπον, οἱ προφῆται ἀπέθανον, μὴ προσθέντες, πάντες, οὐ μάχεται τὸ μὴ τεθνάναι Ἐνὼχ καὶ Ἐλίαν.

VI.

Siquis sermonem meum servaverit, non videbit mortem in aeternum.

Dicente Salvatore, fore ut mortem non videat, qui sermonem ipsius servaverit; Iudaei adstantes mentis suae errore mortem videre, idem esse existimarunt atque eandem gustare. Videbatur enim illis, quantum verba sonant, ille mortem non gustare, qui communem mortem non experiretur. Hoc autem videtur subvertere dominicam promissionem, quod nempe ii quoque morientur qui Christi sermonem servaverint. Sed causa illis erroris fuit, malitiosa circa homonymiam cavillatio. Nam qui Iesu sermonem servaverit, is consequentem ex peccato mortem non videbit, quamquam communem corporis mortem gustaturus sit. Quoniam et cum indefinite dixerint: prophetae mortui sunt, haud addito, omnes, non repugnat quod Enochus atque Elias mortem vitaverint.

Z'.

Cap. VIII. 56. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν.

A. f. 161. B. f. 101. b. Ζητητέον τίνα λέγει ἡμέραν· φαμὲν τοίνυν, ἐπεὶ φῶς ἀληθινὸν καὶ δικαιοσύνης ἥλιος ἐςί τε καὶ λέγεται ὁ σωτὴρ, ἡμέραν κατασκευάζει ἐπ' ἂν ἀνατείλῃ τινὶ δι' ἀρετῆς καὶ θείας γνώσεως· ἐπεὶ τοίνυν καὶ τῷ Ἀβραὰμ ὤφθη, καταυγάσας αὐτὸν πίστει εἰς δικαιοσύνην, λελογισμένως μετὰ χαρᾶς ἠγαλλιάσατο, ἰδὼν τὴν νοητὴν τοῦ κυρίου ἡμέραν.

VII.

Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum.

Quaerendum est, quemnam dicat diem. Aio itaque, quoniam verum lumen et sol iustitiae est diciturque Salvator, is diem efficit, cum alicui exoritur per virtutem et divinam scientiam. Quia ergo Abrahamo quoque apparuit, illuminans illum ad iustitiam, rationaliter gaudio exultavit, videns intellectualem Domini diem.

H'.

Cap. IX. 37. Καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετά σου, ἐκεῖνός ἐστιν.

A. f. 187. B. f. 109. b. Πεφώτισται τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ἐλλαμπόμενος ὑπὸ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ· ὁ ἀπεναντίας ἔχων τούτῳ τυφλωθεὶς ὑφ' ἧς ἔχει ἀγ-

VIII.

Et vidisti eum; et qui loquitur tecum, ipse est.

Cordis oculos illuminatus fuerat, quia vera lux ipsum illustraverat. Qui autem e contrario ab inscitia tenetur caecatus, is videtur sibi

non habere peccatum, quatenus haud sponte graviora saltem peccavit. Sed et ipsa inscitia alio modo peccatum est. Poterat enim, rationalis homo quum sit, scientiam boni ac mali habere. Ergo negligentia ab ipsa inscitia coarguitur. Sic intelliges illud: servus qui domini voluntatem non cognoverit, vapulabit paucis.

IX.

Pater maior me est.

Vocabulum «maior» quonam sensu Salvator protulit? Num de corporum magnitudine? an quod tempore maior? aut quod ampliore virtute ornatus? Sed haec omnia intra quantitatis terminos sunt, et capacium, ac dimensorum. Nihil est autem capax vel dimensum in Deo. Nihil igitur maius et minus in Deo Verbo et in patre dictum est. Nam Deus mensuram et circumscriptionem suapte natura non admittit. Quod si maiorem esse patrem dices quatenus ipse est ingenitus, filius genitus, dicemus modos esse substantiarum non autem subsistentiarum, praesertim in qualitate carentibus et incorporeis, nec minuere consubstantialium dignitatem, minus vel magis huic vel illi tribuentes. Fieri enim non potest, ut quod substantialiter et intellectualiter simplex est, mensura aut magnitudinis quantitate sit comparativum. Propterea Salvator unica dictione duplicem protulit doctrinae modum. Est quippe duplex praedictae locutionis sensus. Veluti cum ait: qui misit me. Item: vado; his verbis corpus in loco existens denotavit esse circumscriptum, non autem suam quae omnia complectitur incircumscriptam deitatem. Comparativo autem vocabulo, quo ait maiorem se esse patrem, deitatem ostendit cum patre comparatam, nempe quod ipse ei esset consubstantialis; ita tamen ut ob corporis adsumptionem, patre minor reputaretur, secundum videlicet humanitatem. Neque mireris, si patre se minorem dicit Salvator homo factus; siquidem aliquantum quoque infra angelos imminutum Iesum videmus propter mortis passionem, et gloria atque honore coronatum. Dictus est etiam discipulis suis minor: ego autem, inquit in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat, et sicut minor. Ergo quae hic invicem comparantur, sunt consubstantialia: quae autem mentis conceptu et substantiâ simplicia sunt, ea non recipiunt maius et minus. Nam

νοίας, δοκεῖ μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, τῷ μὴ ἑκουσίως πράττειν ἀδρὰ ἡμαρτηκώς· αὐτὸ δὲ τὸ ἀγνοεῖν κατ' ἄλλον τρόπον ἁμάρτημά ἐστιν· ἐνῆν γὰρ λογικὸν ὄντα ἐπιστήμην ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ ἔχειν· ἀμελήσεως οὖν τοῦτου ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἀγνοίας ἐγκαλεῖται· εἰς τοῦτο λήψῃ τὸ *, ὁ δοῦλος ὁ μὴ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, δαρήσεται ὀλίγας. * Luc. XII. 18.

Θ'.

Ὁ πατὴρ μείζων μου ἐστί. Cap. XIV. 28.

Τὸ μείζων ἐνταῦθα πῶς ἐξείληφεν; ἆρα ὡς ἐπὶ μεγέθους σωμάτων; ἢ ὡς μείζων ἐν χρόνῳ; ἢ ὡς ἐν ἀρετῇ πλείονι κεκοσμημένῳ; ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐντὸς ποσότητός ἐστιν καὶ τῶν ἐνδεχομένων καὶ μεμετρημένων· οὐδὲν δὲ ἐνδεχόμενον καὶ μεμετρημένον ἐν τῷ θεῷ· οὐκ ἄρα τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐπὶ τοῦ θεοῦ λόγου ἢ ἐπὶ τοῦ πατρὸς εἴρηται· θεὸς γὰρ μετρεῖσθαι ἢ διαγράφεσθαι οὐ πέφυκεν· εἰ δὴ φήσεις μείζονα εἶναι τὸν πατέρα ὅτι περ ἀγέννητος, ὁ δὲ υἱὸς γεννητὸς, ἐροῦμεν ὅτι τῶν οὐσιῶν οἱ τρόποι, οὐ τῶν ὑπάρξεων· καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀποίων καὶ ἀσωμάτων, οὐκ ἐλαττοῦσι τὴν ἀξίαν τῶν ὁμοουσίων τὸ ἔλαττον ἢ τὸ μεῖζον τῷδε ἢ τῷδε παρέχοντες· οὐ γὰρ πέφυκεν τὸ ὂν οὐσίᾳ καὶ γνώσει ἁπλοῦν, μέτρον ἢ ποσότητα μεγέθους συγκρίνεσθαι· διὰ τί οὖν ἐῤῥέθη ὁ σωτὴρ ἑνὶ λόγῳ διττὸν ἀπετείνατο διδασκαλίας τρόπον· διπλῆ γὰρ ἡ τοῦ εἰρημένου ῥήματος ἔννοια· οἷον διὰ τοῦ ὁ πέμψας με, καὶ ὑπάγω, τὸ ἐν τόποις περιεχόμενον ἠνοίξατο σῶμα, περιγραπτὸν ὂν, καὶ οὐ τὴν τὰ πάντα περιέχουσαν αὐτοῦ ἀπερίγραπτον θεότητα· διὰ δὲ τοῦ συγκριτικοῦ ῥήματος τοῦ λέγειν μείζων ἑαυτοῦ, τὴν θεότητα ἐμφαίνει συγκρινομένην τῷ πατρὶ, ὅτι περ ὁμοούσιος ἐστί· τῇ δὲ προσλήψει τοῦ σώματος, τοῦ πατρὸς ἐπινοουμένην ἥττω κατὰ τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον· καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ τοῦ πατρὸς ἧττον λέγει ὁ σωτὴρ ἄνθρωπος γενόμενος, ὁπότε καὶ τῶν ἀγγέλων βραχύτερος εἴρηται κατὰ τόδε· βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθος τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον *. ἐῤῥέθη δὲ καὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν ἥττων· ἐγὼ δέ φησιν * εἰμὶ ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν καὶ ὡς ὁ μικρότερος· τὰ οὖν συγκρινόμενα, ὁμοούσια· τὰ δὲ ἁπλᾶ καὶ γνώσει καὶ οὐσίᾳ, οὐκ ἐπιδέχεται τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον· εἰ δὲ ἐπὶ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ ἄνευ τοῦ εἰληφέναι σάρκα

A. f. 204. b.
B. f. 156.

* codd. ἐλάττους.

* Hebr. II. 7.

* Luc. XXII. 27.

βούλει ἐκλαβεῖν τὸ, ὁ πέμψας με πατὴρ μείζων μου ἐστὶν, ἐν τόποις αὐτὸν δώσεις περιεχόμενον καὶ συγκλειόμενον, πεμπόμενον δὲ ὅπου οὐκ ἦν, καὶ μεταίροντα ὅθεν ἐστίν· ὅπερ ἄτοπον 1).

certe si velles de filii deitate, nondum carne suscepta, intelligere verba, qui misit me pater, maior me est, locis eum facies contentum et conclusum, eô missum ubi non erat, et inde discedentem ubi fuerat; quod est absurdum.

I.

Cap. XVII. 2. *Δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε.*

A. f. 213. b. B. f. 169. Τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει, ἀποκάλυψόν με τοῖς ἀγνοοῦσιν· φανέρωσόν μου τὴν δόξαν ἣν ἔχω παρά σοι Θεὸς λόγος τυγχάνων· οὐδεὶς γάρ φησι δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πέμψας με πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτόν· ὡσαύτως δέ ἐστιν ἀκοῦσαι καὶ τὸν υἱὸν δοξάζοντα τὸν πατέρα, κατὰ τὸ ἀποκαλύπτειν αὐτὸν τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεόν· κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται δοξάζειν τὸν υἱὸν, ἐν τῷ ἀποκαλύπτειν αὐτὸν τοῖς ἀγνοοῦσιν· εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἀνθρωπινώτερον φθέγγεται, μὴ θαυμάσῃς, τῶν τε γὰρ εἰρημένων αἰτιῶν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, καὶ φυλαττόμενος ἀεὶ τὸ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγειν μέγα περὶ αὐτοῦ φαντάζεσθαι τέως. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν λεγομένων θεῶν φησι· καὶ γὰρ εἰς τὰ ἔθνη αὐτοὺς πέμπειν ἔμελλεν τὰ πολλοὺς θεοὺς ἔχοντα· εἰ δὲ οὐκ ἀνέξονται διὰ τὸ μόνον, ἀλλ' ἐκβάλωσιν τοῦ εἶναι ἀληθινὸν Θεὸν τὸν υἱὸν, οὕτω προϊόντες, καὶ τοῦ εἶναι Θεοῦ υἱὸν ἐκβαλοῦσιν· τοῦτο δὲ εἰδέναι χρὴ, ὅτι τὸ αἴτιον ἀντὶ τοῦ αἰτιατοῦ φησι· τὸ γὰρ εἰδέναι τὸν ἀληθινὸν, προξενεῖ ἡμῖν τὴν αἰώνιον ζωήν.

X.

Glorifica filium tuum, ut et filius tuus glorificet te.

Hoc ait: revela me ignorantibus, notam fac gloriam meam quam a te habeo, quatenus Deus Verbum sum. Nemo enim, inquit, potest venire ad me, nisi qui misit me pater traxerit eum. Similiter audire est filium patri gloriam tribuentem, dum eum revelat illis qui Deum ignorabant. Hac eadem ratione sanctus quoque Spiritus dicitur filium glorificare, eum scilicet ignorantibus revelando. Quod si hoc quoque loco paulo humanius loquitur, ne mireris; ita enim praedictas ob causas agit, semperque cavens ne videatur de se ipso magnifice loqui. Verba autem: haec est vita aeterna ut cognoscant te solum verum Deum, ait ut a vulgo dictis diis distinguat. Nam missurus erat discipulos ad gentes quae plures deos habebant. At si (Ariani) propter vocabulum « solum » sensum hunc non tolerant, negantque filium esse verum Deum, ultra porro pergent, et filium quoque Dei esse negabunt. Sciendum porro est causam pro re causata ab eo dici. Certe Deum verum agnoscere, vitam nobis aeternam conciliat.

1) Ita scilicet Didymus, aliique plures, nempe quod maior sit pater filio, habita ratione humanitatis. Attamen Naziamzenus in oratione XXX 7. vere magis quam honorifice dici ait. Quid enim mirum, inquit, Deum homine esse maiorem? Itaque ipse ali modo dominicum explanat, ut videre est loc. cit.



DE S. IOHANNIS CHRYSOSTOMI

COMMENTARIO IN SALOMONIS PROVERBIA

EDITORIS MONITUM.

Quod diu optavi ut in bibliothecae vaticanae codicibus novum aliquod insigne atque indubium magni Chrysostomi scriptum comperirem, id nunc demum evenisse puto. Etenim in pulcherrimi magnique codicis catena patrum graecorum ad Salomonis proverbia, reliquias non modicas commentariorum Chrysostomi ad praedictum divinum librum nactus sum, quas cupide exscriptas, raptimque latinitate donatas heic expono. Nihil enim huius prope inauditae lucubrationis legitur, ne in palmari quidem Chrysostomi operum maurina editione, apud quam tantummodo T. XIII. p. 2. dicuntur a Montfauconio haec. « In diario quodam, moscoviticae bibliothecae manuscriptorum brevissimus catalogus affertur, interque alia habentur commentaria S. Iohannis chrysostomi in proverbia Salomonis, quae nusquam alibi memorata comperimus. » Pergit porro ibi dicere Montfauconius, suspicari se in moscovitico codice excerpta potius operis, catenae alicui ut fit inserta, quam integrum purumque opus extitisse: quod mihi alioqui vix persuadet; namque auctores in catenis contexti, non ita absolute ac seorsum recitari in catalogis solent: quamobrem mihi summum desiderium inest (si certe adhuc codex ille supersit) cognoscendi num ibi forte tam dives tamque optabilis sancti patris thesaurus conservetur. Moscoviticus ergo codex primum est de veritate huius operis testimonium.

Sequitur alterum testimonium ex catena graecorum patrum in proverbia, cuius latina tantum interpretatio, auctore Theod. Peltano, lucem aspexit. Ibi enim inter alios patres, Chrysostomi quoque fragmentorum mediocris numerus legitur, quae ex commentario in proverbia, non ex aliis eiusdem scriptis, sumpta apparent. Tertium adhuc testimonium catena manuscripta graecorum patrum ad eadem proverbia suppeditat, quae in coisliniano codice superest (Bib. coisl. p. 247.) ubi item inter alia, Chrysostomi quoque nomen occurrit. Quod autem Montfauconius opp. T. III. praef. p. 2. existimat, partes codicis coisliniani ex variis Chrysostomi operibus excerptas esse, falli mihi videtur; praesertim quia non per se ipsum, sed per alios, ait (T. I. praef. cap. 3.) inspexisse Chrysostomi scripta in codicibus coislinianis. En autem quartum huic operi testimonium a vaticano codice nunc accedit, in quo Chrysostomus divinum librum explanat, haud obiter vel oblata dum de aliis scriberet, occasione, sed -presse omnino atque ordinatim, prolatis sacri textus verbis, et absque ulla alienae rei commixtione explanatis: ita ut hunc esse proprium verumque Chrysostomi ad proverbia commentarium, quamquam in catena concisum et valde imminutum atque interruptum, nemo prudens dubitaturus, ut spero, sit.

Porro vaticana catena plane differt a coisliniana, primo quidem quia patrum nomina variant: deinde, quia nullus auctor a medio codice coisliniano usque ad finem nominatur; at vero in vaticana catena per totum omnino codicem singulorum auctorum tituli in fragmentis singulis accuratissime in margine semper scribuntur. Neque ipsi Peltani catenae similis est vaticana, primo quia illa latina est; iterum quia patrum pariter nomina variant; tertio quia Chrysostomus ibi longe infrequentior rariorque est, quam in vaticana, et a capite XX. ad finem nullus; quod aliter apud nos fit: quamquam latina Peltani fragmenta ita saepe cum graecis nostris consonant, ut novi testimonii vice nobis fungantur, revera Chrysostomum in vaticano codice haberi.

Quod si argumentis etiam ex coniectura deductis fidendum est, a Cassiodori, Suidae, et Pastrengii satis notis adfirmationibus discimus, Chrysostomum in universum veteris novique testamenti volumen fuisse commentatum; in quo labore Salomonis proverbia ab eo neglecta quis credat? quandoquidem id genus moralis operis concionatoriae eius eloquentiae populique eruditioni apprime erat idoneum? Certe inter deperditos Chrysostomi ad ss. biblia labores, explanatio quoque in

minores prophetas recensenda est: namque eius in Zachariam expositionem memorat Ephraemius antiochenus apud Photium cod. 229. p. 819. ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἑρμηνεύων τὸν προφήτην Ζαχαρίαν. *Nonne vero latentem Chrysostomi in Danielem explanationem primus e codice scorialensi Cotelerius protulit? Nonne uberes eiusdem in Hieremiam copias primus item ex vaticana catena Ghislerius eruit? quem Ghislerii librum Montfauconius multo ante se publicum ignoravit. Nobis vero Ghislerii exemplum adhortationi et exemplo fuit ad vestigandas alias, ut fecimus, in vaticanis patrum ad ss. biblia catenis, tanti viri reliquias. Ineditum Chrysostomi ad Iobum commentarium in codice florentino nunciavit nobis cum specimine eius Bandinius catalog. gr. T. I. p. 409, repetiitque speillud Gallandius in PP. bibliotheca T. VIII; quod Chrysostomi opus ex eodem florentino codice frustra se olim promittebat editurum Fontanius nov. delic. T. III. praef. p. 17. Utinam vero exsurgat aliquis, qui florentinum scriptum accuratius inspiciat, de re criticum iudicium instituat; et si operis dignitas tam clari auctoris nomini par est, publicis typis commendet! Denique Chrysostomi commentarios (*ὑπομνήματα*) in Marci Lucaeque evangelia diserte memorat cum laude Suidas, qui tamen nondum apparuerunt.*

Nos certe augendorum Chrysostomi scriptorum haud nunc primo studium ostendimus. Namque eius homiliam de pentecoste ex vaticano codice sumpsimus (Spicil. rom. T. IV.) Homiliam eiusdem de annunciatione Deiparae, duce quem vulgavimus Nicephoro, in numerum genuinarum, contra criticorum morositates, restituimus (sub fin. apolog. pro ss. imag. p. 137.) Item in eundem honoris gradum revocavimus brevem Chrysostomi de paschate sermonem, quem eidem critici eripiebant, Studita vero noster magna cum laude adserebat (orat. de paschate.) Denique scriptam a Martyrio antiocheno patriarcha laudationem Chrysostomi contemporalis familiarisque sui, in secundo bibliothecae huius volumine partim saltem divulgavimus. Equidem constat vitandum sedulo esse spuriorum scriptorum periculum atque labem: attamen nos mediocrem iamdiu numerum observavimus, in diversarum bibliothecarum codicibus, ἀνεκδότων *Chrysostomi bonae frugis sermonum, partim graecorum, partim etiam ad latinam linguam antiquitus translatorum, et quidem in summae aliquando vetustatis exemplaribus. Hos, vita comite, vel horum partem, cum eruditis publice communicabimus. Quin et ipsam Aniani interpretationem homiliarum Chrysostomi partim adhuc ineditam scimus, atque in codicibus vidimus. Nemo autem credat Montfauconii editionem cunctas tam facundi auctoris opes complexam. Ecce enim post hanc svecus Benzelius additamentum protulit Chrysostomi homiliarum. Accedunt plurimae tam in vetus quam novum foedus catenae, quae Chrysostomi lacinias retinent, avulsas scilicet ex iis commentariis, quos eum in totam lucubrasse s. scripturam diximus. Hae reliquiae si ex codicibus colligantur, grandis instar additamenti erunt.*

Sed ut ad praesentem rem, id est ad commentarium in Salomonis proverbia redeamus, codicum quatuor auctoritas, Chrysostomi unicuique fragmento nomen appositum, stilus etiam nobilis, quantum in succisis fragmentis agnosci potest, cognitisque auctoris scriptis satis conformis, sententiae densae ac nobiles (cum gravi etiam pro ss. eucharistia testimonio cap. VI. 17.) impellunt nos ut hoc ineditum commentarii residuum in tanti patris genuinorum operum numero collocandum iudicemus. Codex vaticanus speciosa scriptura est, ut diximus, grandi mole, membraneus, et ad duodecimum ferme saeculum referendus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ


ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ ΣΟΛΟΜΩΝΟΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

IOHANNIS CHRYSOSTOMI

IN SALOMONIS PROVERBIA COMMENTARIORUM RELIQUIAE.



Ad sciendam sapientiam et disciplinam.

Sapientiam Dei sumit ab ipso nec non disciplinam, per eandem condiscens verbi mysteria. Nam qui veram caelestemque sapientiam noverint, facile intelligent sapientes quos ipsa eloquitur sermones. Ceteroquin est etiam aliqua humana sapientia, videlicet artium quaedam peritia et utilium vitae rerum.

Ad excipiendas sermonum versutias.

Nam quae inversa sermonis ratione in parabolis a sancto Spiritu dicta sunt, ea hominibus fidele erga Deum gerentibus, bene innotescunt. Etenim intelligunt veram quam Christus nunciavit iustitiam.

Et iudicium dirigendum.

Dirigit porro iudicium qui divinam apprime gratiam est adeptus. Namque a Deo diriguntur hominis gressus. Alioqui mortalis homo quomodo vias suas cognosceret?

Ut det innocentibus astutiam.

Quid ais? Ex innocente vis facere astutum? At videamus quemnam dicat innocentem; nempe simplicem, non malitiosum, hominem qui nondum improbitatis experimentum ceperit. Huic nimirum maxime convenit esse sapienti. Etenim astutiam dicit pro intelligentia: nam qui est huiusmodi, ab insipientibus consiliis abstinebit. Vel, quia homo malitiae expers, malitiosorum calliditatibus ob suam simplicitatem obnoxius est, oportet ab improborum astutia cavendo, quod quidem ad nos adtinet,

Γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν. Cap. I. 2.

Τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ cod. f. 1 b.
καὶ παιδείαν, ἐκμανθάνων δι' αὐτῆς τὰ τοῦ λόγου μυστήρια· καὶ οἱ ἐπιγνόντες τὴν ἀληθῆ καὶ ἐπουράνιον σοφίαν, εὐκόλως νοήσουσι τοὺς σοφοὺς ὑπ' αὐτῆς λελαλημένους λόγους· ἔστι δέ τις καὶ ἀνθρωπίνη σοφία, ἐμπειρία τίς οὖσα περὶ τέχνας καὶ τοῦ βίου τὰ χρήσιμα.

Δέξασθαι στροφὰς λογων. v. 3.

Τὰ γὰρ ἀντιστρόφως ἐν παραβολαῖς ὑπὸ τοῦ cod. f. 2. b.
ἁγίου πνεύματος λελαλημένα, ταῦτα τοῖς πιστὴν καρδίαν ἔχουσι πρὸς Θεὸν, εὔγνωστα γίνεται· νοοῦσι γὰρ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην διὰ Χριστοῦ καταγγελλομένην.

Καὶ κρῖμα κατευθύνειν. v. 3.

Κατευθύνει δέ τις κρῖμα, καὶ θείας χάριτος cod. f. 3. a.
πρό γε τῶν ἄλλων τυχών· παρὰ Θεοῦ γὰρ εὐθύνεται τὰ διαβήματα ἀνδρί· ἐπεὶ θνητὸς, πῶς ἂν νοήσῃ τὰς ἑαυτοῦ ὁδούς;

Ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν. v. 4.

Τί λέγεις; πανοῦργον βούλει ποιῆσαι τὸν ἄκα- cod. f. 4. a.
κον; ἀλλ' ἴδωμεν τίνα λέγει ἄκακον· τὸν ἁπλοῦν, τὸν ἀπόνηρον, τὸν μήπω τοῦ κακοῦ πεῖραν ἔχοντα· ἐκείνῳ γὰρ ἁρμόζει μάλιστα εἶναι σοφῷ· καὶ γὰρ πανουργίαν τὴν σύνεσιν λέγει· ἀπαναστήσεται γὰρ οὗτος ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων· ἢ ἐπεὶ ὁ ἄπειρος κακοηθείας, ταῖς πανουργίαις ὑποπίπτει τῶν κακοήθων ἐξ ἁπλότητος, δεῖ φυλαττομένους τὴν τῶν πονηρῶν πανουργίαν, γίνεσθαι καθ' ἑαυτοὺς μὲν ἀκεραίους, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φρονί-

Cap. I. μους ὡς οἱ ὄφεις· τῇ γὰρ κακίᾳ φησὶ νηπιά-
I. Cor. XIV. 20. ζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ γίνεσθε τέλειοι *· ἀκά-
κοις, τοῖς ἁπλῇ καὶ ἀκάκῳ καρδίᾳ προσερχομέ-
νοις θεῷ.

v. 4. *Παιδὶ νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν.*

cod. f. 4. b. Οἵ τινες νεάσαντες ὡς παιδία νήπια, καὶ ἀναγεννήσεως διὰ Χριστὸν τυχόντες, λαμβάνουσιν αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν ἀγαθὴν, καθὼς κύριος λέγει· ἐὰν μὴν στραφῆτε καὶ γένεσθε, (καὶ τὰ ἑξῆς.)

v. 5. *Τῶνδε γὰρ ἀκούσας σοφὸς, σοφώτερος ἔσται.*

Ibidem. Τῶν γὰρ θείων λόγων κατακούων πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ποιῶν αὐτοὺς, σοφὸς ὑπάρχων, σοφώτερος γίνεται, κυβερνώμενος καὶ φρουρούμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ γὰρ νοήμων, φησὶ, κυβέρνησιν κτήσεται, ὥστε δηλονότι μηδενὶ τῶν ἀδοκήτων καταποντίζεσθαι· καὶ κυβερνήτης γὰρ προσλαβὼν τέχνην, ἐπιτηδειότερος ἔσται πρὸς τὴν κυβέρνησιν· ὁ οὖν γενόμενος νοήμων, φησὶ, τὸ λεῖπον προσθήσει κατά τε πρᾶξιν καὶ θεωρίαν, ὥστε τὸν περὶ ταῦτα πλοῦν κατευθῦναι· ὁ γὰρ ἐπιστημόνως πλέων, ἐπὶ τὸν λιμένα φθάσει τοῦ θείου θελήματος, ἐν μηδενὶ ναυαγήσας τῶν ἀρετῶν· ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, ἢ περὶ τὴν πίστιν ναυαγήσει, ἢ περὶ τὴν ἐλπίδα, ἢ περὶ τὴν ἀγάπην, ἢ τινὰ τῶν ἀρετῶν· ὁ δὲ περὶ ταῦτα ναυαγήσας, εἰκότως ἂν λέγει· ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόν-
* Ps. LXVIII. 3. cod. f. 5. a. τισέ με· καὶ δεῖ λέγειν ἀεί· ῥυσθείην ἐκ τῶν μι-
* Ps. LXVIII. 15. σούντων με, καὶ ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων *· κυβέρνησις ἐστὶν, ἡ πάντως ἐπιστήμη ψυχῆς περὶ τὴν ἄστατον φύσιν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ὅπως αὐτὴν διαπεραιοῦσθαι προσήκει· πολλαχοῦ γὰρ ὕδατα καὶ θαλάσσας τὸν βίον τοῦτον εὑρίσκομεν ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομασμένον.

v. 6. *Νοησει τε παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον.*

cod. f. 5. a. Πνευματικὸς πνευματικοῖς συγκρίνεται· ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος
* I. Cor. II. 13. 14. τοῦ θεοῦ *· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, μὴ γινώσκων ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται· ὅσα γὰρ διὰ παραβολῆς καὶ σκοτεινῶς τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τῶν προφητῶν ἐλάλησε, ταῦτα τοῖς μετόχοις καὶ κοινωνοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρχουσιν, εὔγνωστα γίνεται ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος ἐκδιδασκόμενα· ἀσφράγιστος γὰρ ἀκυβέρνητος, τὰς θείας γραφὰς ἐπιγνῶναι οὐ δύναται.

v. 7 *Εὐσέβεια εἰς θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως.*

cod. f. 6. a. Ἡ πρὸς θεὸν εὐσέβεια, ἀρχὴ ἐστὶ, καὶ οἷον πηγὴ καὶ αἰτία τῆς θείας αἰσθήσεως τῆς κατὰ

innocuos esse; adversus vero insidiantes, serpentium instar prudentes. Etenim malitiá, inquit, parvuli estote, sensibus autem perfecti. Omnino, dicit innocentes illos, qui simplici et innocente corde ad Deum accedunt.

Puero novello sensum et intelligentiam.

Qui iuvenescentes ceu rudes pueri, et regenerationem in Christo adepti, sensum bonumque intellectum suscipiunt; prout Dominus dicit: nisi conversi fueritis, et efficiamini, et reliqua.

Haec enim audiens sapiens, sapientior erit.

Namque omnis homo divinis doctrinis auscultans, easque opere exsequens, si sapiens fuerit, sapientior efficitur, a sancto Spiritu rectus et custoditus: etenim prudens, regiminis peritus erit, ita ut nullo casu fortuito submergatur. Namque et gubernator, si artem suam didicerit, aptior gubernando erit. Igitur qui iam prudens fuerit, quicquid sibi deest supplebit, tum actu tum meditatione, ut suum in his cursum recte dirigat. Quippe quisquis perite navigat, ad divinae voluntatis portum perveniet, nullius virtutis naufragium passus. Qui vero secus est, aut circa fidem naufragabit, aut circa spem vel caritatem vel aliquam ex virtutibus. Qui vero circa haec naufragaverit, merito dicet: veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. Semper autem dicendum est: utinam eripiar ab iis qui me oderunt, et a profundis aquarum! Gubernatio est, animae absoluta peritia circa instabilem rerum humanarum naturam, qua nimirum scit incedendi per eas rationem. Scilicet haud raro aquas et mare vitam hanc in sacra scriptura nuncupari comperimus.

Animadvertetque parabolam et tenebrosum sermonem.

Spiritalis spiritali comparatur; animalis autem homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi; neque agnoscit, quia spiritaliter examinatur. Quaecumque enim per parabolam obscureque sanctus Spiritus prophetarum ore locutus est, ea participibus et communicantibus sancto Spiritui, magisterio eiusdem Spiritus perspicue innotescunt: quo nisi quis signatus sit et gubernatus, divinas scripturas nequit intelligere.

Pietas in Deum, principium sensus.

Pietas in Deum, initium est, ac veluti fons et causa divini sensus, qui secundum interio-

rem hominem est; quo verum lumen videmus, et arcana oracula audimus, et vitae pane nutrimur, et bonum Christi odorem consequimur, et huiusmodi vitae doctrina imbuimur. Vel. quia si pietas nobis adsit, corporales quoque sensus recto officio funguntur: quibus quidem praediti videmur, cum mala nec oculus videt nec os loquitur.

Audi fili, leges patris tui etc.

Dei scilicet qui rerum omnium parens est. Item matris praecepta, sapientiae scilicet quae te genuit, quae mater nutrixque nostra est, quae lacte veluti nos alit enutritque verborum ac mandatorum Dei.

Coronam enim gratiarum recipies.

Si conservaveris intra fidele cor tuum legem patris tui, et matris tuae mandata observaveris, gratiarum coronam recipies vertici tuo, et aureum denique torquem in sanctorum resurrectione, in caelesti et incorruptibili glorificatus regno et a Christo coronatus, si pro tantae coronae merito certaveris. Nullus quippe pugil coronatur, nisi fortiter legitimeque certaverit.

Ne te seducant viri impii.

Ea quae Christo a Iudaeis contigerunt mysteria dicit; et quomodo impurum marsupium abs Iudaeis Iudas possederit, qui medius crepuit.

Possessionem eius pretiosam capiamus, impleamus autem domos nostras spoliis.

Possessio iusti, sapientia et prudentia, quam impii diripiunt, cum iusto homini ut vetitum aliquid perpetret suadent: quo fit ut a peccato mens excaecata, sanctis his possessionibus excidat. Hoc et illi dicere potuerunt, qui aiebant: hic est heres; venite, occidamus eum, et hereditatem eius occupemus. Spoliant certe daemones, quos vincunt homines, divinam his armaturam detrahentes, galeam salutis, loricam et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Domus vero illorum credendae sunt iniquorum congregationes, quas praeda cumulare student.

Ne ambules in via cum eis.

Non ait ne facias, sed ne ambules quidem. Quod si forte pergere coeperis, declina statim: nam illi ad caedem decurrunt. Certe si laqueo capiaris, etiamsi id negotium nequaquam

τὸν ἔσω ἄνθρωπον, δι' ἧς ὁρῶμεν τὸ φῶς τὸ Cap. I.
ἀληθινὸν, καὶ τῶν κεκρυμμένων λογίων ἀκούο-
μεν, καὶ τρεφόμεθα τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, ἀν-
τιλαμβανόμεθα τε τῆς εὐωδίας τοῦ Χριστοῦ,
καὶ ἁπτόμεθα τοῦ λόγου τῆς ζωῆς ταύτης· ἢ
ὅτι τῆς εὐσεβείας προσούσης ἡμῖν, καὶ αἱ σω-
ματικαὶ αἰσθήσεις ἐνεργοῦσι τὸ δέον· καὶ τότε
σύνεισιν ἡμῖν, ὅταν μὴ πονηρὰ ὁ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ,
ἢ τὸ στόμα φθέγγεται.

Ἄκουε, υἱὲ, νόμους πατρός σου κ. τ. λ. v. 8.

Τουτέστι τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων· cod. f. 6. a.
θεσμοὺς μητρὸς, τῆς σε ἀναγεννησάσης σοφίας,
ἥτις ὡς μήτηρ καὶ τιθηνὸς ἡμῶν γίνεται, γα-
λουχοῦσα ἡμᾶς καὶ ἀνατρέφουσα ἐν τοῖς λόγοις
καὶ ἐντολαῖς τοῦ θεοῦ.

Στέφανον γὰρ χαρίτων δέξῃ. v. 9.

Ἐὰν γὰρ τηρήσῃς ἐν καρδίᾳ πιστῇ τὸν νό- ibid.
μον τοῦ πατρός σου, καὶ φυλάξῃς τὰς ἐντολὰς
τῆς μητρός σου, στέφανον χαρίτων δέξῃ σῇ κο-
ρυφῇ, καὶ κλοιὸν χρύσειον ποτὲ ἐν τῇ ἀναστά-
σει τῶν δικαίων, ἐν τῇ ἐπουρανίῳ καὶ ἀφθάρ-
τῳ βασιλείᾳ δοξαζόμενος καὶ στεφανούμενος ὑπὸ
Χριστοῦ, ἐὰν ἀξίως τοῦ στεφάνου ἀγωνίσῃς·
οὐδεὶς γὰρ ἀθλητὴς στεφανοῦται, ἐὰν μὴ ἐγ-
κρατῶς καὶ νομίμως ἀθλήσῃ.

Μή σε πλανήσωσιν ἄνδρες ἀσεβεῖς. v. 10.

Τὰ συμβάντα ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μυστήρια διὰ cod. f. 7. a.
Ἰουδαίων φησὶ, καὶ πῶς κοινὸν βαλάντιον Ἰού-
δας τοῖς Ἰουδαίοις ἐκτήσατο λακήσας μέσον *. * Act. I. 18.

Τὴν κτῆσιν αὐτοῦ τὴν πολυτελῆ καταλάβωμεν, v. 13.
πλήσωμεν δὲ οἴκους ἡμετέρους σκύλων.

Κτῆσις δικαίου, σοφία καὶ φρόνησις, ἣν κα- cod. f. 8. a.
ταλαμβάνονται ἀσεβεῖς, πείθοντες τὸν δίκαιον
ποιῆσαι τί τῶν ἀπηγορευμένων· ἵν' ὑπὸ τῆς ἁμαρ-
τίας ὁ νοῦς τυφλωθεὶς ἐκπέσῃ τῶν ἁγίων τού-
των κτημάτων· φήσαιεν ἂν τοῦτο καὶ οἱ εἰπόν-
τες· οὗτος ἐστὶν ὁ κληρονόμος, δεῦτε ἀποκτεί-
νωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν αὐτοῦ τὴν κλη-
ρονομίαν *· σκυλεύουσι δὲ οἱ δαίμονες οὓς νικῶσι, * Matth. XXI. 38.
λαμβάνοντες ἀπ' αὐτῶν τὴν θείαν πανοπλίαν,
τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὸν θώ-
ρακα, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστιν
ῥῆμα θεοῦ· οἶκοι δὲ αὐτῶν εἶεν ἂν αἱ τῶν πο-
νηρευομένων ἐκκλησίαι, ἃς ἐμπλῆσαι βούλονται
σκύλων.

Μὴ πορευθῇς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν. v. 15.

Οὐκ εἶπε μὴ πράξῃς, ἀλλὰ μηδὲ πορευθῇς· cod. f. 8. b.
ἐὰν δὲ καὶ ὁρμήσῃς, ἔκκλινον εὐθέως· εἰς γὰρ
φόνον τρέχουσιν· εἰ δὲ ἁλῷς τῇ παγίδι, καί τοι
τὸ πρᾶγμα οὐκ ἀνάγκης ἦν ἀλλὰ θελήσεως,

Cap. I. θησαυρίζεις σεαυτῷ ἀπώλειαν, τῇ τοῦ πλείονος ἐπιθυμίᾳ, τὸν κεκρυμμένον ὄλεθρον τῇ παγίδι μὴ ἐνιδών· πέπονθεν οὖν ταυτόν, φησι, τοῖς ὀρνέοις δικαίως, ἃ πτερὰ ἔχοντα καὶ δυνάμενα ἵπτασθαι, περὶ γῆν στρέφονται· καὶ σὺ λογισμὸν ἔχων, καὶ δυνάμενος ὑψηλὸς εἶναι, εἰ μὴ βουληθῇς. οὐκ ἀδίκως ἀπολῇ· ἢ δίκτυον λέγει τὸ πολυσχιδὲς τῶν τιμωριῶν, ᾧ ὑποβάλλονται οἱ ἄδικοι.

necessarium est sed voluntarium, exitium tibi comparas; dum plus habendi cupiditate, latentem in laqueo perniciem non vides. Idem itaque passus est, ait, quod aves, quae alis praeditae et volando idoneae, circa terram versantur. Tu pariter ratiocinio instructus, et alta petere valens, si id nolueris, non immeri to peribis. Vel rete dicit multiplicem poenarum varietatem, quibus impii plectuntur.

v. 22. Ἀσεβεῖς γενόμενοι ἐμίσησαν αἴσθησιν.

cod. f. 9. b. Καὶ εἰ μὴ κατήγορον ἔχει, εὐσέβεια ἡ εἰς θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως.

Impii facti oderunt sensum.

Et si forte impius accusatorem non habeat, tamen pietas in Deum initium est sensûs.

v. 28. Ὅταν ἐπικαλέσησθέ με κ. τ. λ.

cod. f. 10. a. Τοῖς ἀπίστοις καὶ ἀπειθοῦσι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἠπείλησεν· οὕτω καὶ Δαβίδ· ὁ κατοικῶν ἐν
* Ps. II. 4. οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς*· ἔσται γὰρ ὅταν ἐπικαλέσησθε, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι. Καὶ διὰ
* Is. I. 15. Ἡσαΐου*· ἐὰν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας πρός με, ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμῶν.

Cum invocabitis me etc.

Incredulis et adversus nomen eius contumacibus minas intendit. Sic etiam David: qui habitat in caelis irridebit eos. Sane accidet ut me invocetis; ego tamen minime exaudiam. Item per Isaiam: si manus vestras ad me tetenderitis, faciem meam a vobis avertam.

v. 31. Ἔδονται τῆς ἑαυτῶν ὁδοῦ τοὺς καρπούς.

cod. f. 11. a. Ἐξ ἑαυτῶν ἕξουσι τὰς τιμὰς, καὶ τοὺς τῶν καρπῶν αὐτῶν πόνους φάγονται· μὴ γὰρ παρ' ἐμοῦ αὐτοῖς τὸ δεινόν; αὐτοὶ ἑαυτοῖς αἴτιοι· κόρον λήψονται, φησὶ, τῆς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας.

Comedunt viae suae fructus.

Ex semet ipsis mercedem percipient, et brachiorum suorum labores comedunt. Num mala illorum a me sunt? Ipsi sibimet auctores sunt. Saturabuntur, inquit, cupiditatibus suis.

Cap. II. 16. et 18. Υἱὲ, μή σε καταλάβῃ βουλὴ κακή.—Καὶ διαθήκην θείαν ἐπιλελησμένη.

cod. f. 13. b. Βουλὴν κακὴν τὸν διάβολον λέγει, ἥτις βουλὴ τὸν Ἀδὰμ καταλαβοῦσα, ἀπέλιπεν αὐτὸν τῆς νέας καὶ οὐ παλαιουμένης μαθήσεως τοῦ θεοῦ· διαθήκην δὲ θείαν ἐπιλελησμένην λέγει ἣν Ἀδὰμ, καὶ Νῶε, Ἀβραὰμ, καὶ Μωϋσεῖ ἐν εὐαγγελίοις Χριστὸς ἐπηγγείλατο τοῖς ὅσοι νικῶσι τὸν διάβολον ἀποδώσειν, ἣν καὶ ἄγγελοι ἐπιθυμοῦσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ὅταν ἔλθῃ.

Fili, ne te arripiat malum consilium, quod divini testamenti obliviscatur.

Malum consilium dicit diabolum; quod genus consilii Adamum olim corripiens, nudum eum destituit recente et nondum antiquata notitia Dei. Testamentum autem divinum oblivioni mandatum dicit, quod Adamo, Noë, Abrahamo et Moysi in evangeliis Christus promisit se daturum iis omnibus qui diabolum vicerint, quodque etiam angeli exoptant in regno caelorum quum advenerit.

Cap. III. 29. Μὴ τέκταινε ἐπὶ σὸν φίλον κακὰ, παροικοῦντα καὶ πεποιθότα ἐπὶ σοί.

cod. f. 19. b. Τὸν θαρρήσαντα εἰς σὲ μὴ προδῷς· τοῦτο γὰρ θεριωδίας.

Ne fabriceris adversus amicum tuum mala, aut incolam et tibi confidentem.

Illum, qui tibi confidit, ne prodas: est enim hoc ferinum.

v. 30. Μὴ φιλεχθρήσῃς πρὸς ἄνθρωπον μάτην

cod. f. 20. a. Μὴ γίνου ἐχθρὸς εἰκῇ· ἆρα ἐστὶν εἰκῇ; ἔστι
* Rom. XII. 18. γὰρ δι' εὐσέβειαν· διὸ καὶ Παῦλος φησὶν*· εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.

Noli inimicitias exercere adversus hominem sine causa.

Ne temere inimicus fias. Cur ait temere? Nimirum est inimicitia propter religionem. Quamobrem et Paulus ait: si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

Cap. IV. 4. Οἳ ἐδίδασκόν με.

cod. f. 21. a. Ὁρᾷς ὡς οὐκ ἀπηξίου παρὰ τῆς μητρὸς ἀκοῦσαι τὰ πρακτέα; οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔστιν εἰς τὰ πρακτέα πονηρόν τι παρὰ τῶν γονέων ἀκοῦσαι, πλὴν εἰ μή τινες εἶεν διάστροφοι. «Ἐρειδέτω

Qui docebant me.

Viden quomodo non abnuerit a matre officium doceri? Prorsus enim non contingit ut prave agere a parentibus erudiamur, nisi forte quidam perversi fuerint. « Firmetur sermo

noster in corde tuo. » Nulla enim est docentis utilitas, si discipulus ei non attendat. Et bene dixit firmetur; conquiescat scilicet, devinciatur, non abscedat, neque diffugiat. Vel firmetur dicit, pro, firmamentum animae facito.

Ama illam.

Quandoquidem amores quoque solvuntur, immortaliter inquit illam ama, ut te incolumem servet. Neque enim absque ardente cupiditate praeclarum aliquid peragi potest.

Excipe verba mea.—Ut tibi multae viae vitae sint.

Frustra enim auditur sermo qui non admittitur. Vias autem multas, virtutes intellige, quae ad unam viam confluunt dicentem: ego sum via. Vel aliquis fortasse dicet: omnia tibi facilia erunt, et expedita ac pervia; ut quà volueris pergas, per divitias et paupertatem, per gloriam et ignominiam. Nam ceu si quis sit imperterritus, vel alas a natura acceperit, nullam pertimescet viam, quamvis asperam, quamvis desertam, quamvis latro insidietur aut parietum effractor; sic ille qui sapientiae alis est elatus facile poterit quaqueversus discurrere.

Nam si gradiêris, non cohibebuntur gressus tui.

Si comparata tibi virtute cucurreris, impedimentum non patieris, nihilque tibi oberit, quominus rem susceptam perficias: hoc enim virtuti non contingit, quae iuvenescit semper, nec satietatem proficiendi novit. In viis siquidem saepe accidit, multo itinere emenso, voraginem occurrere, quae ulterius progredi vetat: vel etiam aliquem obvium fieri nobis, qui non bene susceptum iter edoceat, quo fit ut regrediamur. Verum exercendae virtuti impedimentum nullum est. Qui vero fieri potest ut in cursu non laboremus, qui tam aegro corpore circumvestimur? siquidem vel unus continuatim gradiendi conatus, laboris causa est. Sed enim qui virtutum viam decurrit, is taedium non experitur, quia semper rei optatae propinquat.

Viae impiorum tenebrosae.

Tenebrae semper tentationem atque periculum adferunt. Sed tamen in periculis non deest lux, donec tentationum nox dispellatur.

Omni custodia serva cor tuum.

Custodiam dicit pro munimine et circumspectione. Vel sic ait, pro « omni tempore. » Velut illud: a custodia matutina usque ad noctem,

ὁ ἡμέτερος λόγος εἰς τὴν καρδίαν.» Οὐδὲν γὰρ Cap. IV.
ὄφελος τοῦ διδασκάλου, ὅταν ὁ διδασκόμενος μὴ
προσέχῃ· καὶ καλῶς εἶπεν ἐρειδέτω· ἀναπαυέσθω,
φησὶ, δεθήτω, μὴ ἀποχωρείτω, μηδὲ ἀποπη-
δάτω· ἤ ἐρεισθήτω, ἔρεισμα αὐτὸν ἀπόδειξον
τῆς ψυχῆς.

Ἐράσθητι αὐτῆς. v. 6.

Ἐπειδὴ καὶ οἱ ἔρωτες λύονται, ἀθάνατα φη- cod. f. 21. a.
σὶν αὐτῆς ἐράσθητι, ἵνα ἀπήμονά σε τηρῇ· οὐ
γάρ ἐστι χωρὶς ἐπιθυμίας θερμῆς γενναῖον τι
κατορθῶσαι.

Δέξαι ἐμούς λόγους.-Ἵνα σοι γένωνται πολλαὶ ὁδοὶ βίου. v. 10.

Ἀνόνητον γὰρ τὸ ἀκούειν μὴ δεχθέντος λό- cod. f. 21. b.
γου· ὁδοὶ δὲ πολλαὶ αἱ ἀρεταὶ, αἳ εἰς μίαν
ἄγουσιν ὁδὸν τὸν εἰπόντα, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· ἢ
ὡς ἂν εἴποι τίς, πάντα σοι ῥάδια ἔσται καὶ
εὐχερῆ καὶ βατά· ἵνα ὅθεν ἂν θέλῃς, πορεύῃ,
διὰ πλούτου, διὰ πενίας, διὰ δόξης καὶ ἀτι-
μίας· ὡς γὰρ εἴ τις ὢν ἀκατάπληκτος, ἢ πτερὰ
λάβοι παρὰ τῆς φύσεως, οὐδεμίαν ὑποπτεύσει
ὁδὸν, κἂν τραχεῖα, κἂν ἔρημος, κἂν ἐφεδρεύῃ
τίς λῃστὴς, ἢ τοιχωρύχος, οὕτως ὁ τῷ πτερῷ
τῆς σοφίας κουφισθεὶς εὐμαρῶς δυνήσεται παν-
ταχοῦ περιελθεῖν.

Ἐὰν γὰρ πορεύῃ, οὐ συγκλεισθήσεται τὰ διαβήματά σου. v. 12.

Ἐὰν τρέχῃς, φησὶν, τῆς ἀρετῆς ἐν ἕξει γε- cod. f. 22. a.
νόμενος, συγκλεισμὸν οὐχ ὑπομενεῖς, κώλυμα
οὐδὲν ἕξεις, ἤτοι πέρας τῆς πράξεως, ὅπερ
οὐδὲ ἐπὶ σοφίᾳ ἐστὶ, τῷ νεάζειν, καὶ κόρον μὴ
λαμβάνειν τῆς προκοπῆς· ἐν μὲν γὰρ ταῖς λεω-
φόροις συμβαίνει πολλάκις, πολὺ μέρος ἀπελθόν-
τας, ἀπαντῆσαι φάραγγα, τὴν εἰς τὸ πρόσω
πορείαν ἡμῖν ἀποτέμνουσαν· ἢ καὶ συναντῆσαί
τινι, καὶ ἀναδιδαχθῆναι ὡς οὐ καλῶς ὁδεύομεν,
εἶτα ὑποστρέψαι· ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ κώλυμα οὐδέν·
πῶς δέ ἐστι μὴ κοπιάσαι τρέχοντας, οὕτω κα-
ματηρὸν σῶμα περικειμένους; ὅπου γε καὶ τὸ
τῆς βαδίσεως σύντονον μόνον ἠπειγμένον αἴτιον
γίνεται πόνου· ὁ οὖν τρέχων τὴν τῶν ἀρετῶν
ὁδὸν, κόρον οὐ λαμβάνει διὰ τὸ ἀεὶ τῷ ποθου-
μένῳ ἐγγίζειν.

Ὁδοὶ τῶν ἀσεβῶν σκοτειναί. v. 19.

Τὸ σκότος ἀεὶ πειρασμὸς καὶ κίνδυνος ἐστί· cod. f. 23. a.
ἀλλ' ὅμως ἐν κινδύνοις οὐκ ἀφίσταται τὸ φῶς,
ἕως ἂν λύσῃ τῶν πειρασμῶν τὴν νύκτα.

Πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν. v. 23.

Ἀντὶ τοῦ πολλῇ ἀσφαλείᾳ καὶ προσοχῇ, ἢ cod. f. 23. b.
ἀντὶ τοῦ ἐν παντὶ καιρῷ· κατὰ τὸ, ἀπὸ φυλα-
κῆς πρωΐας μέχρι νυκτὸς, ἀσφάλιζε τὴν διά-

Cap. IV. νοιαν, ὥστε μὴ δοῦναι παρείσδυσιν τῷ ἐχθρῷ· ἢ ἀντὶ τοῦ, καὶ ἀπὸ πραγμάτων, καὶ ἀπὸ ῥημάτων, καὶ ἀπὸ διανοιῶν· οὐ γὰρ διὰ τῶν πράξεων μόνον οἶδεν ὑποσυλᾷν ὁ ἐχθρὸς, ἀλλὰ καὶ διὰ λόγων· ἐκ γὰρ τῆς τοιαύτης φυλακῆς προσγενήσεταί σοι ζωή.

v. 24. *Περίελε ἀπὸ σοῦ σκολιὸν στόμα, καὶ ἄδικα χείλη μακρὰν ἀπὸ σοῦ ἄπωσαι.*

cod. f. 23. b. Τοὺς διεστραμμένους λέγει λόγους, τοὺς μὴ εὐθεῖς, τοὺς μὴ ἀληθεῖς· ἄδικα δὲ χείλη τὰ καταλάλων, ἃ παραινεῖ μακρὰν ἀπώσασθαι, καὶ μηδ' ὅλως προσέχειν λέγουσιν, ἀλλ' ἀποφράττειν τὰ ὦτα· καὶ γὰρ κἀκεῖνος μὴ ἔχων ἀκροατὴν, σιγήσει.

Cap. V. 3. *Μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης.*

cod. f. 24. b. Τοῖς γὰρ κενοῖς καὶ ἀπατηλοῖς καὶ ματαίοις ῥήμασι μέλι ἐπαγγελλομένη, καὶ τῶν μικρῶν στερίσκειν πειρᾶται· « Ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα· » Ἥτις πρὸς ἡδονὰς καρδίας ὁμιλοῦσα, καὶ ἐπιθυμίᾳ σαρκὸς συγχωροῦσα, δοκεῖ πρὸς ὥραν γλυκαίνειν τὸν ἄνθρωπον.

v. 4. *Ὕστερον μέν τοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις.*

cod. f. 25. a. Γίνεται γὰρ τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων, εἰς κρίσιν ἐρχόμενα, ἥτις ἐστὶν ὡς μάχαιρα ὀξεία ἐξερευνῶσα καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ.

v. 5. *Τῆς γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες κ. τ. λ.*

ibid. Οἱ γὰρ ἄφρονες, καὶ τῇ πλάνῃ συντρέχοντες, καὶ συναιρόμενοι, συμποδιζόμενοι ὑπ' αὐτῆς κατάγονται μετὰ θάνατον εἰς τὸν ᾅδην· ἣν ἀνωτέρω πόρνην εἶπε, νῦν ἀφροσύνην ἐκάλεσε· ταύτην οὖν φησὶ ζῶντας εἰς τὸν ᾅδην κατάγειν τοὺς χρωμένους αὐτῇ δικαίους· τοὺς δὲ ἀδίκους, τεθνεῶτας· ἢ φησὶν οἱ χρώμενοι, μετὰ θάνατον πρὸς τὸν ᾅδην κατάγονται· ᾅδης δὲ λέγεται παρὰ τὸ ἰδεῖν ἀηδῶς τὰ ἐκεῖσε ἅπαντα κολαστήρια, τοὺς καταβαίνοντας· τοὺς καὶ μετὰ θάνατον καταβαίνοντας εἰς τὸν ᾅδην προσεύχεται ὁ Δαυὶδ
* Ps. LIV. 16. λέγων *· καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες, ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν.

v. 8. *Μακρὰν ποίησον ἀπ' αὐτῆς σὴν ὁδόν.*

cod. f. 15. b. Μὴ συναναστρέφου τοῖς τῆς αἱρέσεως δόγμασιν, μηδὲ ἐγγίσῃς προθύροις, τουτέστι τῇ ποι-
v. 15. cod. f. 26. b. κιλίᾳ ὧν αὕτη περιποιήσατο θεσμῶν.—Τὸ μὲν
πηγὴν καλέσαι, τὴν ἀφθονίαν τοῦ πράγματος
ἐνδείκνυται· τὸ δὲ αὐτῷ μόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν
v. 20. cod. f. 28. a. ἐπιτρέψαι, τὴν ἡδονὴν ἐμφαίνει.—Ἀλλοτρίας
ἀγκάλας φησὶ τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, ἐν οἷς
οὐ δεῖ ἐγχρονίζειν, ὡς συνέχοντας τὴν ψυχὴν,
οὓς καὶ μὴ λανθάνειν τὸν καρδιογνώστην Θεόν.

mentem munitam habe, quominus aditum hosti praebeas. Vel denique, cave ab actibus, verbis, et cogitationibus: neque enim actibus tantum praedari inimicus novit, verum etiam sermonibus. Ex huiusmodi nempe custodia vita tibi continget.

Aufer a te pravum os, et iniqua labia procul te repelle.

Perversos dicit sermones illos qui recti non sunt neque veraces. Iniqua vero labia dicit maledicorum; quae ut longe pellamus hortatur, et ne omnino dicentibus attendamus, sed aures potius obstruamus. Namque et ille, si auditore careat, silebit.

Mel enim destillat a labiis mulieris fornicariae.

Etenim vanis fraudulentis stultisque sermonibus mel prae se ferens, omni quoque minuta re spoliare nititur « Quae aliquandiu impinguat fauces tuas. » Quae scilicet ad animi voluptatem loquens, et carnis concupiscentiae indulgens, videtur brevi hora exhilarare.

Postea vero amariorem felle invenies.

Fiunt enim postrema hominis illius peiora prioribus, cum ea in iudicium venerint, quod instar acuti gladii cordis eius arcana scrutabitur.

Imprudentiae enim pedes etc.

Etenim imprudentes, et errore correpti currentes, eo devincti deducuntur post obitum ad inferos. Quam superius meretricem dixit, nunc imprudentiam appellat. Ab imprudentia igitur deduci ait viventes ad inferos iustos homines; iniustos autem post obitum. Qui hac utuntur, post obitum ad inferos pertrahuntur. Porro ᾅδης dicitur, propterea quod iniucunde (ἀηδῶς) ibi spectent supplicia omnia, qui illuc descendunt. De iis etiam qui post obitum ad inferos descendunt orat David dicens: descendant in infernum viventes, quoniam nequitia in habitaculis eorum.

Longe fac ab ea viam tuam.

Cave verseris in haereseos dogmatibus, neque ad illius ianuas propinques, id est ad legum eiusdem varietatem. Dum fontem vocat, rei copiam denotat: dum autem ipsi uni reservat, voluptatem significat. Alienae mulieris ulnas dicit cogitationes malas, in quibus non est diu immorandum, quia mentem occupant, neque Deum cordium cognitorem latent.

Catenis peccatorum suorum unusquisque constringitur.

Etiamsi Deus dissimulet, inquit, tibique poenitentiae tempus largiatur: haud ipse propterea tibi male facit, sed ipsemet in peccati retia te coniicis, ipsemet vincula tibi fabricas. Neminem ergo incuses, non Deum, non hominem. A nobis mala sunt. Pulcre autem dicit venantur, quia non semper peccatis poenae imponuntur. Neque item omnē peccatum catena dicitur, sed illud tantummodo quod cum actu vituperando connectitur, et cum animi reprehendenda sententia. Nam cum aliquam cupiditatem quis patitur, neque tamen huic peccati opus copulat, ea simplex passio appellatur. Ergo, inquit, cave ne funes tibi contexas peccati consuetudine, ac venaticae praedae instar ad illius actum compellaris. Nemini igitur mala nostra imputemus. Ob haec pudeat etiam Manichaeos. Neque ii simpliciter vinciuntur, inquit, sed constringuntur; et ante etiam quam iudici praesententur, poenas laesae conscientiae experiuntur.

Hic moritur cum indisciplinatis; et de copia pinguedinis suae eiicitur.

Praeda peccati factus, et indisciplinatus, paria illis experietur: nam et qui cum sicariis communicat, sicarius est. Et vide, quam amarum mortis genus denotet, dum ait quibus cum sociis pereat. Namque et cum mala fama decedere vita, horrendum est. Multiplicavit (catenas) improbitas, quam pinguedinem dixit; unde caro conficitur, nempe ex carnis operibus, procul ea vita qua salvus fieret. « Et periit propter imprudentiam » non propter concupiscentiam: habuit enim concupiscentiae delectationem legitimam, propriam uxorem. Ideo nemo naturam accuset, sed intemperantiam suam; quae quidem propria naturae non est.

Ne sis dissolutus.

Cave ne concidas, neque constantiae vires remittas: sed commissum tibi a Deo corpus excita, atque ad impositorum praeceptorum observantiam adige.

Vade ad formicam, o piger.

Grandis reprehensio, quod homo ad irrationale animal pergere debeat virtutem docendus. Poterat et grandius animal nominare; sed exempli vilitate, pigro pudorem vult impingere. Videsis autem qua in re imitatorem eum esse iubeat; labore scilicet atque sudore: utere, inquit, iustis laboribus. Egregie item dixit, a

Σειραῖς δὲ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Cap. V. v. 22.

Κἂν μὴ ὁρᾷ, φησὶν, ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐνδιδοὺς σοι καιρὸν μετανοίας, οὐκ αὐτὸς τιμωρεῖται, ἀλλὰ σὺ σεαυτὸν ἐμβάλλεις εἰς τὰ τῆς ἁμαρτίας δίκτυα· σὺ σαυτῷ κατασκευάζεις τὰ δεσμά· μηδένα οὖν αἰτιῶ, μὴ Θεὸν, μὴ ἄνθρωπον· παρ' ἡμῖν τὰ κακά. Καλῶς εἶπεν ἀγρεύουσι, διὰ τὸ μὴ παρὰ πάντοτε τῶν ἁμαρτιῶν τὰς τιμωρίας ἐπάγεσθαι· οὐ πᾶσα δὲ ἁμαρτία σειρὰ λέγεται, ἀλλ' ἡ πλεκομένη μετὰ πράξεως ψεκτῆς καὶ γνώμης ἐπιλήπτου· ὁ γὰρ ἐπιθυμίαν τινὰ σχὼν, μὴ συζεύξας δὲ αὐτῇ τὴν ἐργασίαν τῆς ἁμαρτίας, ἁπλοῦν πάθος κέκτηται· μὴ λάθῃς οὖν, φησὶ, σχοινοπλοκῶν κατὰ σαυτοῦ τῇ συνηθείᾳ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὡς θήραμα πρὸς τὴν ταύτης πρᾶξιν ἀγόμενος· μηδένα οὖν αἰτιώμεθα παρ' ἡμῶν τὰ κακά· τούτοις αἰσχυνέσθωσαν καὶ Μανιχαῖοι· καὶ οὐχ ἁπλῶς δεσμεύονται, ἀλλὰ σφίγγονται, καὶ πρὶν ἢ προσαχθῆναι τῷ δικάζοντι, τιμωρίαν ἔδωκεν ἀπὸ τῆς συνειδήσεως. cod. f. 28. b.

Οὗτος τελευτᾷ μετὰ ἀπαιδεύτων· ἐκ δὲ πλήθους τῆς ἑαυτοῦ πιότητος ἐξεῤῥίφη. v. 23.

Ἀγρευθεὶς γὰρ παρανομίᾳ, καὶ γεγονὼς ἀπαίδευτος, ταυτὰ ἐκείνοις πείσεται· καὶ ὁ μετὰ φονέων γὰρ ἔχων τὴν μερίδα, φονεύς. Ὅρα δὲ πῶς πικρὸν φανῆναι ποιεῖ τὸν θάνατον, εἰπὼν μετὰ τίνων ἀπόλλυται· φρικτὸν γὰρ καὶ τὸ μετὰ πονηρᾶς δόξης ἀπελθεῖν· ἐπλήθυνε γὰρ αὐτάς φησιν ἡ παρανομία, ἣν πιότητα εἶπεν· ἀφ' ἧς καὶ γέγονε σὰρξ, ἐκ τῶν τῆς σαρκὸς ἔργων, καὶ ἔξω τῆς ζωῆς ἐν ᾗ διεσώζετο. « Καὶ ἀπώλετο δι' ἀφροσύνην » οὐ δι' ἐπιθυμίαν· εἶχε γὰρ τῆς ἐπιθυμίας ἀπόλαυσιν νόμιμον τὴν ἰδίαν γυναῖκα· ὥστε μηδεὶς αἰτιάσθω τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν τὴν οἰκείαν· τοῦτο δὲ οὐ τῆς φύσεως. cod. f. 28. b.

Ἴσθι μὴ ἐκλυόμενος. Cap. VI. 3.

Ἔσο μὴ ἀναπίπτων, μηδὲ τοὺς τόνους τῆς καρτερίας ὑπεκλύων· ἀλλὰ τὸ παρὰ σοῦ τῷ θεῷ ἐγγυηθὲν σῶμα διεγείρων, καὶ ὑποπιέζων πρὸς ἀπόδοσιν τῶν αὐτῷ παρατιθέντων ἐντολῶν. cod. f. 29. a.

Ἴθι πρὸς μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ. v. 6.

Πολλὴ κατηγορία, ἄνθρωπον ὄντα πρὸς τὸ ἄλογον πορεύεσθαι ζῷον παιδευθησόμενον ἀρετήν· εἶχε μὲν γὰρ καὶ μεῖζον ζῷον εἰπεῖν, ἀλλὰ τῇ εὐτελείᾳ τοῦ παραδείγματος, καταισχύναι βούλεται τὸν ἀργοῦντα· ὅρα δὲ κατὰ τί ζηλῶσαι κελεύει· κατὰ τὸν πόνον, κατὰ τὸν ἱδρῶτα· κέχρησο πόνοις δικαίοις· καλῶς δὲ εἶπεν, μὴ δὲ τὸν cod. f. 29. b.

Cap. VI. ἀναγκάζοντα ἔχων· παρούσης γὰρ αὐτῷ θέρους δαψιλοῦς τραπέζης, ὅτε οὐκ ἔστι λιμὸν ὑποπτεῦσαι· ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ παρὸν ὁρᾷ, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος φροντίζει· καὶ οὐ ποιεῖ αὐτὸν ῥαθυμότερον ἡ παροῦσα εὐδαιμονία, ὥσπερ ἡμεῖς πολλάκις ἐν εὐθηνίᾳ διάγοντες οὐ λαμβάνομεν αἴσθησιν τῶν μελλόντων δεινῶν. Ὅρα οὖν καὶ σὺ, μή ποτέ σοι τῆς συλλογῆς ἐν τῷ παρόντι ἀφορισθείσης, περιστῇ ὁ χειμὼν, ὁ πικρὸς συγ-
cod. f. 30. a. κλεισμὸς, καὶ τὸ τῶν παρθένων πάθης.—Πορεύθητι πρὸς τὸν μύρμηκα, τουτέστι πρὸς τὸ ἔθνος τὸ ἐξουδενωμένον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐλπίδα δὲ εἰς Χριστὸν κεκτημένον· καὶ μίμησαι τὴν καλὴν πολιτείαν αὐτοῦ, καὶ γενοῦ σοφώτερος. «Ὁ γεωργίου μὴ ὑπάρχοντος» ἀντὶ τοῦ μηδεμίαν ἐλπίδα ἐν κόσμῳ κεκτημένον· μὴ δὲ ἀπατώμενον ὑπὸ θέας τῶν ἐν βίῳ πραττομένων ἀνομημάτων· μὴ δὲ βιαζόμενον ὑπό τινος, ἀλλ' ἑκὼν καὶ προαιρέσεως καρδίας πιστεῦον τῷ Θεῷ, ἑτοιμάζεται δι' ἔργων ἀγαθῶν τὴν αἰώνιον ζωήν.

v. 8. Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν.

cod. f. 30. b. Πρόσδραμε τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μάθε τὰ τοῦ φωτὸς ἔργα ἐν αὐτῇ γινόμενα, τήν τε ἐργασίαν αὐτῆς ὡς σεμνὴν ποιεῖται· τὴν δὲ πολιτείαν αὐτῆς, ὡς σώφρονα καὶ ἁγνὴν, ἐπιδεικνυμένη· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται, ἧς τὰς ἐντολὰς πλούσιοι καὶ πένητες πρὸς σωτηρίαν ἑαυτῶν λαμβάνουσι, καίπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενὴς, καίπερ οὖσα ἐν κόσμῳ εὐτελής· ἀλλ' εἰς Χριστὸν πιστεύουσα προσήχθη· πάρεστι γὰρ αὐτῷ πλουσία καὶ πολυτελὴς τράπεζα, κατὰ τὸν καιρὸν ὃν ἀποτίθεται· ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ παρὸν ὁρᾷ, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος ποιεῖται πολλὴν τὴν πρόνοιαν· θέρους ἑτοιμάζεται τὴν τροφὴν, πολλὴν ἐν τῷ ἀμήτῳ ποιεῖται τὴν παράθεσιν. Ὅρα πῶς μέλλοντος φροντίζει τὸ ζῶον· καὶ σὺ τοίνυν ἀπολαύεις ἀσφαλείας κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἀλλὰ περισκόπησον μήποτε τοῦ χειμῶνος ἐπιστάντος, κενή σοι καὶ ἔρημος τῆς τροφῆς οἰκία εὑρεθῇ.
cod. f. 31. a. Ὅρα αὐτῆς τὸ δίκαιον· οὐχὶ τοῖς μὲν βασιλεῦσι χρησίμη, τοῖς δὲ ἰδιώταις ἄχρηστος· ἴσως καὶ τούτων κἀκείνων τὸ πλῆθος θεραπεύει αὐτῆς τὸ φάρμακον· τῇ φύσει κάμνει, οὐχὶ ταῖς τιμαῖς· τοιοῦτος ἔσο καὶ σὺ, μὴ τιμῶν πρόσωπον, ἀλλὰ πραγμάτων φύσιν· καὶ τοι τί καλὸν ἔχει ἐν τῷ σώματι; οὐδέν· ὥστε ἵνα μὴ ἔχῃ ὀκνηρὸς εἰς ἀσθένειαν καταφυγεῖν, παρέλαβε ζῶον πάντων ἀσθενέστερον, ἀναιρῶν αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν.—Ποθινή τε ἐστι, καὶ τοῖς οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ

nemine formicam cogi: nam cum ei per aestatem copiosa mensa adsit, quo tempore nullus famis metus; ipsa tamen praesens tempus non spectat, sed de futuro sollicita est: neque eam facit desidiosiorem praesens felicitas; prout nos saepe in afflaentia rerum versantes futurarum angustiarum curam non gerimus. Videsis igitur et tu, ne postquam tibi praesens tempus ad coacervandum definitum fuerit, mox hiems superveniat, acerbaeque angustiae; et ne virginum illarum calamitatem patiaris.—Vade ad formicam, id est ad gentem ab huius saeculi principibus despectam, quae tamen Christi spem est adsecuta. Imitare praeclaram illius vitam, et esto sapientior; «Nam cum ei non sit agellus.» Id est nullam in hoc mundo spem collocat; neque iniquitatum, quae in hac vita frequentantur, aspectu decipitur; neque abs quovis compellitur, sed spontaneo cordis proposito credens Deo, aeternam sibi bonis operibus vitam comparat.

Vade ad apem.

Curre ad ecclesiam, et disce lucis opera quae in ea fiunt, et quomodo actus suos sancte peragat, quam sobrios castosque mores prae se ferat: cuius labores reges aeque ac privati homines, cuius statuta divites perinde ac pauperes, propriae salutis ergo suscipiunt: quamquam illa reapse viribus infirma est, et mundo coram despicabilis. Sed dum in Christum credit, provecta est: adest enim Christo dives mensa atque sumptuosa, illo nempe quod sibi reservat tempore. Neque ipsa praesens spectat, sed futuro magnopere consulit. Aestate annonam parat, multam messis tempore facit repositionem. Animadverte, inquam, quomodo id animal de futuro sollicitum sit. Tu quoque igitur in praesenti vita securitate frueris; sed cave, ne superveniente hieme, vacua tibi et penore destituta domus comperiatur. Et animadverte apis aequitatem, quae non est regibus quidem utilis, sed privatis tamen hominibus inutilis: namque eius medicina tam illos quam istos sanat: naturae inservit, non mercedi. Tu quoque talis esto, haud personam aestimans, sed rei gerendae naturam. Iam et in corpore quidnam pulchritudinis habet? Prorsus nihil. Quamobrem ne forte piger homo infirmitate se excuset, animal omnium infirmissimum Salomon elegit, ut praedicto defensionem auferat.—Grata est

omnibus apis etiam non habentibus neque possidentibus: quotidieque in agris, in urbibus, innumeras huius insecti laudes praedicari a cunctis audiemus.

Supervenit tibi tamquam malus viator pauperies, et egestas tamquam bonus cursor.

Nihil est molestius pauperie, quam ipsi nobis sponte comparavimus; quae quidem otiosum hominem celerrime invadit, optimos quosque cursores velocitate superans. Pauperies vero perinde est atque egestas: pauperies, scientiae orbitas; egestas, inopia virtutum.—Viden opificii absolutam praestantiam? Ne ab irrationali quidem satis edocêris? Rei actae experimento eruditor: noli irrationalibus magis videri irrationalis. Pauperiem itaque fuge. Gravis res labor? sed vide finem eius. Suavis otiositas? sed exitum specta. Ne quaeso rerum initia aestimemus, sed quônam desinant spectemus. Qui domo exit, non vult in via consistere, sed iam inde a suscepti itineris initio, de termino cogitat. Hac mente initium capit, et initio finem vult connectere. Tu vero contrarium facis.

Omni tempore vir huiusmodi civitati perturbationes concitat.

Papae! quantam haec verba « omni tempore » habent vim! Etiamsi enim boni aliquid imperare voluerit, imperandi tamen modus suspicione plenissimus est: plebem in certamen concitans, civitates integras seditione perturbans. Qui huiusmodi est, spiritum non habet pacificum, neque Iesum audiit dicentem: beati pacifici. Per haec autem docet nemini dandam offensionis ansam.

Oculus contumeliosi, lingua iniusta, manus effundentes sanguinem iustum.

Membrorum corporis partim saltem malas operationes denotat. Quod itaque in corporibus oculus, et lingua, et manus, idem in anima cogitatio, impetus, et deliberatio, agunt. Neque temere haec nobis enumeravit, sed ut iis moderari discamus, pravam vitantes imitationem.—Iustum illi sanguinem effundunt, qui cum Domini sanguinem bibant, turpibus inquinantur actibus.

Cor fabricans cogitationes malas.

Nam cum impurum cor fuerit, membra quoque facit impura; etenim extra fundit venenum. Recte dicit « accendit. » Flamma enim est mendacium quod concordes separat; neque solum nihil prodest, verum etiam adversarium

κεκτημένοις· καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ἀγροῖς ἐν Cap. VI.
πόλεσι, πάντας μυρία τοῦ γένους τούτου διερχομένους ἐγκώμια ἀκουσόμεθα.

Παραγίνεταί σοι ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος ἡ πενία, v. 11.
καὶ ἡ ἔνδεια ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεύς.

Οὐδὲν ἑκουσίου * πενίας χαλεπώτερον, ἣ τῷ cod. f. 31. b. * Num ἀκουσίου?
ἀργῷ τάχιστα παραγίνεται, τοὺς ἀγαθοὺς περὶ τὸν δρόμον τῇ ταχύτητι νικῶσα· ταυτὸν δέ ἐστι πενία καὶ ἔνδεια· ἡ πενία μὲν, στέρησις γνώσεως· ἔνδεια δὲ, σπάνις ἀρετῶν.—Ἰδὲ τῆς ἐργασίας τὴν τελειότητα· οὐ παιδεύῃ παρὰ τῶν ἀλόγων; μάθε παρὰ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων· ἀπεύχη τῶν ἀλόγων φανῆναι ἀλογώτερος. οὐκοῦν καὶ τὴν πενίαν φεῦγε· φορτικὸν ἐργασία; ἀλλ' ὅρα αὐτῆς τὸ τέλος· ἡδὺς ὁ ὄκνος; ἀλλὰ σκόπει τὸ πέρας· μὴ τὰς ἀρχὰς τῶν πραγμάτων καταμανθάνωμεν, ἀλλὰ ποῦ τελευτῶσι βλέπωμεν· ὁ ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκίας οὐ βούλεται ἐπὶ τῆς ὁδοῦ μένειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἐξόδου ὢν, τῷ τέλει προσέχει· δι' ἐκεῖνα καὶ τὴν ἀρχὴν ποιεῖται, ὥστε τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος ἀνύσαι· σὺ δὲ τοὐναντίον ποιεῖς.

Ἐν παντὶ καιρῷ ὁ τοιοῦτος ταραχὰς σύνιστησι πόλει. v. 14.

Βαβαὶ, ὅσην ἔχει τὴν ἰσχὺν ἐν παντὶ και- cod. f. 32. a.
ρῷ; κἂν γὰρ ἀγαθόν τι βούλεται σημᾶναι, ὁ τῆς σημασίας τρόπος ὑποψίας μεστός· συγκρούων πλήθη, καὶ πόλεις ὅλας ἀναστάτους ποιῶν· ὁ τοιοῦτος οὐκ ἔχει πνεῦμα εἰρηνικὸν, οὐδὲ ἤκουσεν Ἰησοῦ λέγοντος· μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· διδάσκει δὲ διὰ τούτων μηδενὶ διδόναι λαβήν.

Ὀφθαλμὸς ὑβριστοῦ, γλῶσσα ἄδικος, χεῖρες v. 17.
ἐκχέουσαι αἷμα δίκαιον.

Τῶν μελῶν τοῦ σώματος ἐκ μέρους πρὸς τὸ ibid.
κακὸν ἐνεργείας σημαίνει· ὅπερ οὖν ἐν σώμασιν ὀφθαλμὸς, καὶ γλῶττα, καὶ χεῖρες, τοῦτο ἐν τῇ ψυχῇ λογισμὸς, ὁρμὴ, καὶ κρίσις· οὐχ ἁπλῶς δὲ ἡμῖν ταῦτα κατέλεξεν, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν αὐτὰ σωφρονίζειν διὰ τοῦ φεύγειν τὴν μίμησιν.—Ἐκχέουσιν αἷμα δίκαιον, οἱ τὸ αἷμα
τοῦ κυρίου πίνοντες * καὶ αἰσχραῖς μολυνόμενοι * eucharistia.
πράξεσιν.

Καρδία τεκταινομένη λογισμοὺς κακούς. v. 18.

Ὅταν γὰρ ἀκάθαρτος ᾖ ἡ καρδία, καὶ τὰ cod. f. 32. b.
μέλη πεποίηκεν ἀκάθαρτα· ἐξέχεε γὰρ ἔξω τὸν ἰόν.—Καλῶς εἶπεν ἐκκαίει· πῦρ γάρ ἐστι τὸ ψεῦδος διιστῶν τοὺς ἡνωμένους, οὐ μόνον οὐκ ὠφελοῦν, ἀλλὰ καὶ ἐκπολεμοῦν· κατὰ δὲ διάνοιαν,

*

Cap. VI. ἀδελφοὶ ἂν εἶεν, οἱ τὸ τῆς υἱοθεσίας ἔχοντες
χάρισμα, καὶ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὄντες πατέρα Χρι-
στόν· οὓς ἄδικοι καὶ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ ἐμπε-
σόντες, ταράττειν ἐπιχειροῦσιν· ἀνάπτοντες θυ-
μὸν μὲν εἰς μῖσος· ἐπιθυμίαν δὲ, πρὸς αἰσχρὰς
ἐργασίας.

v. 21. Ἄφαψαι δὲ αὐτοὺς ἐπὶ σῇ ψυχῇ κ. τ. λ.

cod. f. 33. a. Ἀντὶ τοῦ σύνδησον ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας
πρῶτον τὴν τῶν νόμων διδασκαλίαν ἐναποθέμε-
νος· καὶ τότε δι' ἔργων ἀγαθῶν ἐπικοσμῶν, τῷ
σῷ τραχήλῳ ἐπίσφιγξον. Καλὸς ἑταῖρος καὶ συν-
όμιλος· τὸ, τὰ λόγια τοῦ θεοῦ διηνεκῶς μελε-
τᾶν· καὶ μάλιστα ὅταν ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζωμεν·
τότε γὰρ ἡμῖν τούτων τῶν ὅπλων δεῖ μᾶλλον,
ὅτι καὶ ὀφθαλμὸς τιτρώσκει, καὶ θυμὸς ἐκκαίει,
καὶ ἐπιθυμία χρημάτων ἐκ τῶν ὁρωμένων ἐρεθί-
ζει.—Μελετήσεις γὰρ ἐν αὐτοῖς καθήμενος,
καὶ πορευόμενος, καὶ κοιταζόμενος. Ἔλεγχος μὲν
τῶν κακῶν ἐντολὴ, παιδεία δὲ τῶν ἀγαθῶν· διὰ
γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

v. 24. Τοῦ διαφυλάσσειν σε ἀπὸ γυναικὸς ὑπάνδρου, καὶ ἀπὸ
διαβολῆς γλώσσης ἀλλοτρίας.

cod. f. 33. b. Ὅρα αὐτὸν τῆς σωφροσύνης πολὺν ποιούμενον
λόγον· σκότος γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία· ἀπὸ δια-
βολῆς δὲ, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπὸ μοιχείας μόνον,
ἀλλὰ καὶ ὑποψίας· ἔστι γὰρ πολλάκις, τῆς μὲν
ἁμαρτίας εἶναι καθαρὸν, τῆς δὲ ὑποψίας μὴ
ἀπηλλάχθαι· ἀλλ' ἡ ἐντολὴ καὶ τοῦτο κατορθοῖ·
εἴη δ' ἂν καὶ ὕπανδρος ἡ τῶν ἑτεροδόξων διδα-
σκαλία, καὶ ὁ συκοφάντης αὐτῶν λόγος, ἣν φυ-
v. 25. λάσσεσθαι παραινεῖ.—Μή σε συναρπάσῃ τὰ
v. 26. γοητεύματα τῆς κεκομψευμένης φράσεως. « Τιμὴ
πόρνης ὅση καὶ ἑνὸς ἄρτου. » Τὴν βραχύτητα
τῆς ἡδονῆς, καὶ τὴν εὐτέλειαν τοῦ ταύτης μι-
v. 29. σθώματος διὰ τοῦ ἑνὸς ἐνέφηνεν ἄρτου· « Οὐκ
cod. f. 34. a. ἀθωωθήσεται. » Οὐδὲ ὁ καθαρεύων τῆς πράξεως,
ταῖς δὲ λοιπαῖς ὁμιλίαις μιαινόμενος, ἀθωωθή-
σεται· ἀντὶ τοῦ καθαρὸς οὐκ ἔσται· ὡς γὰρ οὐκ
ἔνι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξαντας μὴ βλέπειν, οὕ-
τως οὐκ ἔνι γυναικὸς ὁρωμένης, ἐπιθυμίαν μὴ
τίκτεσθαι· τί οὖν πῦρ ἐπιστοιβάζεις τῇ φύ-
σει;

v. 30. Κλέπτει γὰρ ἵνα ἐμπλήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ πεινῶσαν

cod. f. 34. b. Οὐκ ἀπολύων τὸν κλέπτην ἐγκλήματος τοῦτο
λέγει; ἀλλὰ πρὸς σύγκρισιν· ὁ μὲν γὰρ, τὴν
πενίαν ἔχει ἀπολογίαν, ὁ δὲ ἀφροσύνῃ μόνῃ
χειροῦται· καὶ ὁ μὲν ζημίᾳ ὑποκείσεται ἁλοὺς
μόνῃ, ὁ δὲ θανάτῳ καὶ τούτῳ ἐπονειδίστῳ· κατὰ
δὲ θεωρίαν, ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν εἴ τις ἑνὶ
καὶ δευτέρῳ κέχρηται θεωρήματι τῆς ἔξω σο-

est. Fratres autem intelliguntur ii, qui adoptionis gratiam consecuti sunt, et eidem subsunt patri Christo: in quos iniquae et lascivae cogitationes incidentes, perturbationem commovere nituntur; inflammantes iram quidem ad odium; concupiscentiam autem ad turpes actus.

Alliga legem in anima tua etc.

Id est in mentis tuae penetralibus primum colligans repone legum doctrinam; quam deinde actibus ornans, collo tuo circumda. Egregius comes et amicus est, divinarum legum perpetua meditatio; praesertim cum in forum pergimus. Tunc enim his praecipue armis nobis opus est, quo tempore et oculus vulnerat, et ira urit, et opum cupiditas ex re visa acuitur. Tu vero in lege meditaberis et sedens et ambulans et cubitans. Lex redargutio malorum est, disciplina vero bonos demonstrat. Nam per legem cognitio peccati.

Ut te custodiat a muliere nupta, et a calumnia linguae alienae.

Vides a Salomone diu verba fieri de pudicitia. Tenebras enim obducit cupiditas. «A calumnia» vero dicit, pro, non ab adulterio tantummodo verum etiam ab eius suspicione. Saepe enim contingit, peccato quidem esse purum, sed suspicione haud esse remotum. Verum huic quoque rei recte lex consulit. Mulierem porro nuptam intelligere licet heterodoxorum doctrinam, et calumniosam horum orationem; quam vitare adhortatur. Ne te abripiant ornatae elocutionis praestigiae. «Meretricis pretium, quantum unius panis.» Voluptatis brevitatem, et mercedis ei impensae vilitatem, unius panis similitudine ostendit. «Non erit innoxius.» Nec si quispiam actu sit mundus, sed reliquo conversandi genere contaminatus, innoxius habebitur, id est purus erit. Nam sicut fieri nequit ut aperti oculi non videant, sic conspecta muliere cupiditatem exsurgere necesse est. Cur ergo ignem ad naturam congeris?

Furatur enim, ut animam suam esurientem repleat.

Non ut absolvat a crimine furem, hoc dicit, sed causa comparationis. Etenim hic defensionem habet a paupertate, adulter autem sola vesania superatur. Et prior quidem deprehensus damno tantum adficietur, alter vero morte turpissima. Iam secundum sublimiorem sensum; nil mirum est, si quis uno vel altero externae sa-

pientiae argumento utatur, ut horum ope veritatem perspicuam efficiat, et quae apud ethnicos firma videntur coarguat. Veluti Paulus in captivitatem redigens omnem intellectum in obsequium Christi; atque Athenienses ex ipsorum epigraphe convincens. Verumtamen si vera sapientia omissa, mundi sapientiam adamabimus, stulte moechabimur.

Circumpone illos (sermones) digitis tuis.

Digiti actus particulares designant, manus vero universaliter pro actione ponitur. Ait igitur: in minimis quoque rebus virtutem exerce; sic enim latum habebis cor ad virtutum receptionem: quod quum Corinthii nequaquam facerent, hortatur eos Paulus dicens: dilatamini et vos. Soror nobis rerum materialium contemplatio, una cum incorporeis; cuius genera sunt, prudentia, scientia, disciplina. A muliere aliena dicit pro, a doctrina polytheismi; quae iucunda quidem docet, quum sit eloquens, nec non voluptatem atque avaritiam. «Si te sermonibus ad gratiam compositis adorta fuerit.» Sermones ad gratiam facti, lascivae cogitationes sunt: tutus est autem ab exoriente ex his nequitia, is qui Dei sapientiae vacat. Domus eius (adulterae) dogmatum latitudo; fenestra, partes illorum.

Fili, tu sapientiam praedica etc.

Concupisce, inquit, sapientiam, et mentis habitus tibi obsequetur. Dicit autem «in verticibus» vel quia perspicua sunt quae illa loquitur, vel quia facit excelsos. Et homo quidem perfectus, sciens omnia sapientiam fecisse, spectat etiam altitudinem eius, et in semitis depressionem atque ascensum. Verumtamen tiro, qui solam eius altitudinem novit, rogare debet ut ipsam conspiciat: ita ut facile audiat vocem monentis; modo ad ipsam pergas. Quod vero ianuis dynastarum adsidet, id fit vel quia dynastas efficit, vel quia hi praecipue illa indigent, vel quia isagogicis magistrorum sermonibus adsistit. Namque in limitibus eius ubi quis constiterit, praeconiis eam ornari audit. Dicitur autem modo in egressibus modo in ingressibus celebrari ab iis qui recedunt a peccatis, et ad virtutem accedunt. Deinde fecit eam loquentem, prout persuadendo idoneum est: «o homines, vos compello; filiis hominum vocem meam intendo.» Etiamsi de vestro, inquit, lucro agitur, nihilominus ego adhortor et rogo.

[Cap. VII.] φίας, ὡς δι' αὐτῶν εἰς φῶς ἄγειν τὸ ἀληθές, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς δοκοῦντα βέβαια διελέγχειν· ὁποῖος ὁ Παῦλος αἰχμαλωτίζων πᾶν νόημα εἰς Χριστὸν *, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐκ τῆς οἰκείας [* II. Cor. X. 5.] ποιήσας ἐπιγραφῆς· εἰ δὲ τὴν ἀληθῆ σοφίαν ἀφέντες, ἀγαπήσομεν τὴν τοῦ κόσμου, ἀφρόνως μοιχεύομεν.

Περίθου αὐτοὺς τοῖς δακτύλοις. [Cap. VII. 3.]

[cod. f. 35. a.] Δάκτυλοι μὲν, τὰς μερικωτέρας πράξεις δηλοῦσιν· ἡ δὲ χεὶρ, ἐπὶ τῆς ὁλοσχεροῦς τάττεται πράξεως· φησὶν οὖν ὅτι καὶ τῶν λεπτῶν μέχρι ἐργάζου τὴν ἀρετήν· οὕτως γὰρ πλατεῖαν ἕξεις τὴν καρδίαν εἰς τὴν τῶν ἀρετῶν ὑποδοχήν· ὃ τοῖς Κορινθίοις * οὐκ ἔχουσι παρῄνει Παῦλος πλα- [II. Cor. VI. 13.] τύνθητε λέγων καὶ ὑμεῖς. Ἀδελφὴ ἡμῶν τῶν [v. 4. cod. f. 35. b.] γεγονότων ἡ θεωρία, συμπαραχθεῖσα τοῖς ἀσωμάτοις, ἧς εἴδη φρόνησις, γνῶσις, παιδεία. Ἀπὸ [v. 5.] γυναικὸς ἀλλοτρίας, τῆς πολυθέου διδασκαλίας· ἡδέα γὰρ διδάσκει, στώμυλος οὖσα, ἡδονὴν καὶ φιλοχρηματίαν· «Ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάλληται·» Οἱ πρὸς χάριν ἐμβάλλοντες λόγοι, οἱ ἐμπαθεῖς εἰσι λογισμοί· τηρεῖται δὲ ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτοὺς πονηρίας ὁ τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ σχολάζων. Οἶκος αὐτῆς, τὸ πλάτος τῶν [v. 6.] δογμάτων· θυρὶς, τὸ μερικόν.

Υἱὲ, σὺ τὴν σοφίαν κήρυξον κ. τ. λ. [Cap. VIII. 1.]

[cod. f. 38. a.] Ἐπιθύμησον, φησὶ, τὴν σοφίαν; καὶ ἡ ἕξις τῶν φρενῶν ὑπακούσεταί σου· τὸ δὲ ἐπ' ἄκρων, ἢ ὅτι φανερά ἐστιν ἃ λέγει, ἢ ὅτι ὑψηλοὺς ποιεῖ· καὶ ὁ τέλειος εἰδὼς, ὅτι πάντα ἡ σοφία ἐποίησεν, ὁρᾷ καὶ ὕψος αὐτῆς, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν τρίβων ταπείνωσιν ἢ ἐπίβασιν· ὁ δὲ ἀρτίφυτος μόνον τὸ ὕψος εἰδὼς, προσκαλέσασθαι αὐτὸν ὀφείλει ἵνα ἴδῃ αὐτήν· ὥστε ῥᾳδίως ἐπακοῦσαι τῆς φωνῆς, μόνον βάδισον ἐπ' αὐτήν· τὸ παρὰ πύλαις δὲ δυναστῶν, ἢ ὅτι δυνάστας ποιεῖ, ἢ ὅτι ἐκεῖνοι μάλιστα αὐτῆς χρείαν ἔχουσιν· ἢ ὅτι τοῖς εἰσαγωγικοῖς παρεδρεύει τῶν διδασκάλων λόγοις· ἐν γὰρ τοῖς προθύροις αὐτῆς τίς γενόμενος, ὑμνουμένης ἀκούει· λέγεται δὲ ποτὲ μὲν ἐν ἐξόδοις, ποτὲ δὲ ἐν εἰσόδοις ὑμνεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐξερχομένοις ἀπὸ τῆς κακίας, καὶ εἰσερχομένοις εἰς τὴν ἀρετήν. Εἶτα εἰσάγει αὐτὴν διαλεγομένην, ὅπερ ἱκανὸν ἐπισπάσασθαι· «ὑμᾶς, ὦ ἄνθρωποι, παρακαλῶ· καὶ προΐεμαι ἐμὴν φωνὴν υἱοῖς ἀνθρώπων.» Εἰ καὶ ὑμῶν ἐστι τὸ κέρδος, φησὶν, ἀλλ' ἐγὼ παρακαλῶ· ταυτὸν δὲ ἀνθρω-

Cap. VIII. πος, καὶ υἱοὶ ἀνθρώπων· ἢ ἄνθρωποι μὲν, οἱ τέλειοι παρακλήσεως ἀξιούμενοι· υἱοὶ δὲ ἀνθρώπων, οἱ καταδεέστεροι, οἱ τέως φωνῆς ἀξιούμενοι.

Iam dictio « homo » perinde est ac filii hominum. Vel, homines quidem dicit perfectos qui digni hac appellatione sunt: filios vero hominum, deteriores illos, qui vocabulo tenus homines sunt.

v. 26. Κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους, καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν.

Dominus fecit regiones habitabiles et inhabitabiles, et summitates quae habitantur orbis terrarum.

cod. f. 41. a. Μὴ ἕτερον ἐπεισαγάγῃς δημιουργὸν, κἂν μηδεμίαν ὄνησιν ἡ ἀοίκητος ἔχει· διὰ τοῦτο δὲ ἐποίησε τὰ ἄκρα οἰκεῖσθαι, φησὶν, ἵνα τὰ πέρατα καὶ τὰς ἐσχατιὰς μαθὼν ἔργον εἶναι Θεοῦ, περὶ τῶν μέσων μὴ ὑποπτεύσῃς· ἢ ἄκρα, τὰ ἀκατάληπτα καὶ θεῖα μυστήρια· ὥσπερ καὶ χώρας, μὲν τὰς καρποφόρους ψυχάς· ἀοικήτους, δὲ τὰς θείας ἐννοίας, ἃς οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

Cave ne alterum creatorem inducas, etiamsi nullam habeat utilitatem desertus locus. Idcirco autem summitates habitabiles fecit, ut cum utramque extremitatem didiceris, de intermediis non dubites. Vel summitates dicit, incomprehensibilia Dei mysteria; sicut etiam regiones ponit, pro fructiferis animabus. Locos denique inhabitabiles, pro divinis consiliis, quae non licet homini eloqui.

Cap. IX. 1. Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά.

Sapientia aedificavit sibi domum, et supposuit columnas septem.

cod. f. 42. b. Σοφία ὢν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, γενόμενος ἄνθρωπος, αὐτὸς ἑαυτῷ κατεσκεύασεν οἶκον, τὴν ἐκ παρθένου σάρκα· στύλους ἑπτὰ, πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσε-
* Is. XI. 2. βείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ, ὥς φησιν Ἡσαΐας *. ἢ καὶ οἶκον τὴν ἐκκλησίαν, στύλους δὲ τοὺς ἀποστόλους· ἢ τὸν σοφὸν ἄνδρα φησὶν, ὅτι ἀσφαλής ἐστιν ἑαυτῷ αὐτάρκης καὶ μὴ προσδεόμενος τινός.—Οἶκος τῆς σοφίας, ἡ ἐκκλησία· στύλοι,
* Gal. II. 9. οἱ δοκοῦντες εἶναι στύλοι *.

Sapientia cum sit filius Dei, factus homo, ipse sibi construxit domum, id est ex virgine carnem. Columnas septem dicit spiritum Dei, spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis, spiritum timoris Dei, ut ait Isaias. Vel domum dicit ecclesiam, columnas autem apostolos. Vel denique sapientem virum dicit, qui satis tutus est et sibi sufficiens, et nullius indigus.—Sapientiae domus, ecclesia; columnae, ii qui videntur esse columnae.

v. 2. Ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα.

Mactavit hostias suas.

Θύματα τὰ θεῖα νοήματα, ἢ τὰς ἑρμηνείας τῶν γραφῶν· κράμμα δὲ, τὸ συμμιγνῦναι τῇ ἱστορίᾳ τὴν ἀναγωγήν 1)· ἄκρατα γὰρ ὄντα τὰ θεῖα, χωρηθῆναι οὐ δύναται· διὰ τοῦτο λεπτομερῶς καὶ ποικίλως τὰ δόγματα καὶ τὰς ἑρμηνείας διαιροῦσα, τροφὴν τοῖς μαθητευομένοις ἐργάζεται.—
cod. f. 33. a. « Ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν οἶνον ἑαυτῆς. » Ἄκρατα γὰρ ὄντα τὰ θεῖα, φωναῖς ἀνθρωπίναις ἐκέρασεν, ὅ ἐστιν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἵνα χωρῆσαι αὐτὴν δυνηθῶμεν. Τὰ θύματα, τοὺς μακαρίους προφήτας, κατὰ καιρὸν ἀναιρουμέ-
v. 3. cod. f. 43. b. νους ὑπὸ τῶν ἀπίστων, καθὼς λέγει, ὅτι ἕνε-
* Ps. XLIII. 22. κα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν *. Ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτῆς προφήτας καὶ ἀποστόλους μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος, τουτέστι μετὰ δογμάτων οὐδὲν ταπεινὸν ἐχόντων καὶ καταβεβλημένον, ἐκκαλουμένους πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν
* Ps. XVIII. 5. γνῶσιν τοῦ Θεοῦ· ὑψηλὸν δὲ φησὶ τὸ *, εἰς πᾶ-

Hostias intellige divinos sensus, vel scripturarum interpretationes. Mistum, quum historiae miscemus anagogen. Nam divina quum meraca sint, comprehendi nequeunt. Propterea minutatim varieque dogmata et interpretationes subdividens, cibum alumnis suppeditat. « Miscuit in cratere vinum suum. » Quum meraca sint divina, humanis vocabulis ea miscuit, id est hominum sapientiae, quam nos capere possumus. Rursus hostias intelligere licet beatos prophetas, ab incredulis per tempora occisos, iuxta illud: propter te mortificamur tota die. Misit servos suos prophetas atque apostolos cum sublimi praedicatione, id est cum dogmatibus nihil humile aut abiectum habentibus, qui omnes gentes ad Dei agnitionem vocarent. Sublime autem dicitur, velut illud: in omnem terram exivit

1) Noster etiam ad ps. 1. graduum: κατὰ τὴν ἱστορίαν, περὶ τῆς ἀνόδου ἐκ Βαβυλῶνος· κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν, εἰς τὴν ἀρετήν: *sensus historicus de ascensu ex Babylone, anagogicus de ascensu ad virtutem.* Ita saepe etiam Cyrillus apud nos in comm. ad ps.

sonus eorum. « Egentibus » id est nondum sancti Spiritus virtutem adeptis, sed inchoantibus et imperfectis. « Venite » cognoscite veram rectamque viam. « Bibite vinum » id est Spiritum sanctum accipite tamquam vinum. « Relinquite infantiam » declinate ab insipientiae viis, vitam aeternam agnoscite. « Comedite » roboramini verbis meis atque mysteriis.

Da sapienti occasionem.

Fortasse occasio est reprehensio, res utilis ac salutaris. Aut illam occasionem dicit, quae ex verbis desumitur. Sic enim ad anagogiae sublimitates sese extollet. « Doce iustum » id est probae mentis hominem doce iustitiae vias. « Et adiiciet » id est amabit te, quae incaute peccavit emendans propter reprehensionem. «Consilium sanctorum, intelligentia.» Consilium sanctorum quod agenda a non agendis discernit. Tale est enim consilium cum intelligentia. « Multo vives tempore. » Multum pro infinito ponitur. Vel ne nos ab amphibolia sermonis removeat: nam vitae huiusmodi anni aeterni sunt. Qui Dei sapientia non utitur, ventos pascit; falsa sibi fundamenta supponens tum gerendae vitae tum scripturarum. Vias vineae suae, dicit vitam iuxta legem actam, quae ad Christum ducit. Vitis enim erat Israhel.—Quum agricolandum esset, quid iste agit? Ambulat per desertum; sterilis enim natura est mendacii. Viden' quomodo mendacii indolem infructuosam esse ostendit? spinas tantum ac tribolos qui ei innititur possidet. Licet etiam inaquosam terram intelligere illam, quae non habet divinam doctrinam: siticulosam autem, unde potabilis aqua spiritus non scaturit, quem uberibus fontibus Iesus attribuit. Sterilitas denique pro nequitia inscitiaque ponitur.

Panes occultos libenter gustatis.

Quaenam vero voluptas est furtivorum, in quibus timor, periculum, et mortis expectatio? Quod dulce videtur, reapse dulce non est; iuxta illud: dulcis est illis panis mendacii; et post haec, os eorum replebitur lapillo. «At tu fuge.» Non dixit discede, sed fuge. Beatum est ergo fugere: secundum huic, non immorari pravis cogitationibus, sed per poenitentiam retrocedere: neque enim fieri potest, ut qui ignem in sinu reponit, vestimenta non comburat: itemque impossibile est, eum qui in improbis consiliis

σαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. « Τοῖς Cap. IX.
ἐνδεέσι, » τοῖς μήπω κεκτημένοις τὴν δύναμιν v. 4. cod. f. 44. a.
τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἢ τοῖς ἀρξαμένοις μὲν,
ἀτελέσι δέ. Δεῦτε, ἐπίγνωτε τὴν ἀληθῆ καὶ
εὐθεῖαν ὁδόν· καὶ πίετε οἶνον, καὶ λάβετε πνεῦ-
μα ἅγιον ὡς οἶνον. Ἀπολίπετε ἀφροσύνην, ἐκ-
κλίνατε τὰς ὁδοὺς τῆς ἀγνωσίας, καὶ ἐπίγνωτε
τὴν αἰώνιον ζωήν· φάγετε, ῥώσθητε ὑπὸ τῶν
ἐμῶν λόγων καὶ μυστηρίων.

Δίδου σοφῷ ἀφορμήν. v. 9.

Ἄρα ἀφορμὴ ὁ ἔλεγχος, σωτήριον πρᾶγμα cod. f. 45. a.
καὶ χρήσιμον· ἢ τὴν διὰ τῶν ῥημάτων λέγει·
οὕτω γὰρ ὑψωθήσεται πρὸς τὰς τῆς ἀναγωγῆς
ἀκρότητας. « Γνώριζε δικαίῳ » ἤτοι τῷ εὐγνώ-
μονι γνώριζε τὰς τῆς δικαιοσύνης ὁδούς· « καὶ
προσθήσει » ἀντὶ τοῦ ἀγαπήσει σε, τὰ ἐξ ἀπροσ-
εξίας ἁμαρτήματα, διὰ τοῦ ἐλέγχου διορθού-
μενος. « Βουλὴ ἁγίων, σύνεσις. » Βουλὴ ἁγίων v. 10.
διακρίνουσα τὰ πρακτέα καὶ μή· τοιαύτη γὰρ ἡ
μετὰ συνέσεως βουλή. « Πολὺν ζήσεις χρόνον. » 11.
Τὸ πολὺν ἀντὶ τοῦ ἀπείρου κεῖται· ἢ μή ποτε
ἀμφιβολίας ἡμᾶς απαλλάττῃ· τὰ γὰρ ἔτη τῆς
ζωῆς ταύτης, αἰώνια. Ὃς οὐ χρῆται τῇ τοῦ θεοῦ v. 12. cod. f. 45. b.
σοφίᾳ, ποιμαίνει ἀνέμους, ἀνυποστάτους ἀρχὰς
ἑαυτῷ καὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν γραφῶν ὑπο-
τιθέμενος.—Ὁδοὺς τοῦ ἑαυτοῦ ἀμπελῶνος, τὴν
νομικὴν πολιτείαν φησὶν, ἐπὶ Χριστὸν ὁδηγοῦ-
σαν· ἄμπελος γὰρ ὁ Ἰσραήλ. Δέον γεωργεῖν, ὁ cod. f. 46. a.
δὲ τί ποιεῖ; διαπορεύεται δι' ἐρήμου· ἄκαρπος
γὰρ ἡ φύσις τοῦ ψεύδους· εἶδες πῶς παρέστησε
τοῦ ψεύδους τὴν φύσιν ἄκαρπον; ἀκάνθας καὶ
τριβόλους μόνους κέκτηται ὁ τούτῳ ἐπερειδόμενος·
εἴη δ' ἂν καὶ ἄνυδρος μὲν, ἡ μὴ ἔχουσα θείαν
διδασκαλίαν· διψώδης δὲ ἡ μὴ πότιμον βλύζουσα
ὕδωρ τοῦ πνεύματος, ὃ ταῖς καρποφορούσαις πη-
γαῖς δίδοται παρὰ τοῦ Ἰησοῦ· ἀκαρπία δὲ,
κακία καὶ ἄγνοια.

Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε. v. 17.

Καὶ ποία ἡδονὴ τῶν κεκλεμμένων, ἐν οἷς cod. f. 46. b.
φόβος, κίνδυνος, προσδοκία θανάτου; καίπερ δὲ
δοκοῦν ἡδὺ, οὐχ ἡδύ ἐστι *· κατὰ τὸ, ἡδύνθη * Prov. XX. 17.
αὐτοῖς ἄρτος ψεύδους, καὶ μετὰ τοῦτο πλησθή-
σεται τὸ στόμα αὐτῶν ψηφίδος. « Ἀλλ' ἀπο- v. 18.
πήδησον. » Οὐκ εἶπεν ἀναχώρησον, ἀλλ' ἀπο- cod. f. 47. a.
πήδησον· μακάριον μὲν οὖν τὸ ἀποπηδῆσαι· δεύ-
τερον δὲ τὸ μὴ ἐγχρονίσαι τοῖς φαύλοις νοήμα-
σιν, ἀλλὰ διὰ μετανοίας παλινδρομῆσαι· οὐ γάρ
ἐστιν ἀποθήσαντα πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ ἱμάτια μὴ
κατακαῦσαι· μήτε τοῖς κακοῖς νοήμασιν ἐγχρονί-

Cap. IX. σαντα, ἀδύνατον μὴ πυρὶ τῷ αἰωνίῳ παραδο-
θῆναι· ὅθεν δῆλον ὡς μακρὰν δεῖ τῆς κακίας
* ita cod. ἐσκηνῆσθαι *· κρημνός ἐςιν ἡ ἁμαρτία· μακρὰν
βάδιζε· ὁ γὰρ πλησίον, κἂν ἐν ἀσφαλείᾳ ᾖ,
v. 18. τρέμει καὶ δέδοικεν. « Οὕτως γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ
ἀλλότριον. » Ὕδωρ καλεῖ τὴν ἐπιθυμίαν, δεικ-
νὺς ὅτι καθάπερ ὁ φιλονεικῶν πιεῖν ὕδωρ ἀπὸ
τῆςδε τῆς πηγῆς, ἔγκλημα ἔχει, τὸ προκείμε-
νον ἁρπάζων, καὶ τὸ μετὰ ἀφθονίας ὄν, οὕτω
κἀνταῦθα· ἢ ὅτι ὥσπερ παρὰ θεῷ ἐστι πηγὴ
ζωῆς, οὕτως καὶ παρὰ τῷ διαβόλῳ πηγὴ θανά-
του· εἰ δὲ ἡ τοῦ θεοῦ πηγὴ, ἀρετῆς καὶ γνώ-
σεως ἐστὶ πηγή· ἡ τοῦ διαβόλου δηλονότι, κα-
κίας καὶ ἀγνωσίας ἐστὶ πηγή· ὡσαύτως δὲ καὶ
ἐπὶ τῶν ποταμῶν καὶ φρεάτων καὶ ὑδάτων καὶ
ὑετῶν νοητέον· τὸ δὲ προςεθῇ ἔτη, τοῦτο δηλοῖ
ὅτι σὺ εἶ κύριος τοῦ λαβεῖν.

perseverat, aeterno igni non tradi. Ex quo perspicuum est, procul iniquitate habitare oportere. Praecipitium est peccatum; procul ambula. Nam qui prope praecipitium graditur, etiamsi tuto loco pedem figat, tremit tamen et expavescit. « Sic quippe pertransibis aquam alienam. » Aquam appellat concupiscentiam; demonstrans scilicet, quod sicut ille qui de hoc fonte aquam bibere nititur, crimine non caret, dum rem sibi expositam rapit, et eius copia fruitur; ita heic etiam usuvenit. Vel quia, sicut apud Deum fons vitae est, ita apud diabolum quoque fons mortis. Iam si Dei fons, virtutis et scientiae fons est; ille profecto diaboli, nequitiae inscitiaeque fons est. Similiter de fluminibus, puteis, aquis, imbribus cogitandum est. Quod denique dicit «apponentur anni» significat, in tua esse potestate si velis accipere.

Cap. X. 2. Οὐκ ὠφελήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους.

Non proderunt thesauri iniquis.

cod. f. 47. b. Τί οὖν; οὐ πολλοὶ διὰ χρημάτων θάνατον
ἔφυγον; ναί· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἀπε-
δύσαντο, πολλῷ δὲ χαλεπωτέραν θανάτου ζωὴν
ἐξωνήσαντο· μὴ δὲ πεποιθότες ὦμεν ἐπὶ χρήμα-
σιν, ἀλλ' ἐπ' ἀρετῇ· ἢ ὅτι ἐπιγενομένη ἡ δικαιο-
σύνη τοῖς πρὸς θάνατον ἁμαρτήμασιν, ῥύεται
ἀπὸ θανάτου· πῶς δὲ οὐκ ὠφελήσουσιν, ἀνθ' ὧν
ἐθησαύρισαν ἐν γῇ; ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφα-
νίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπ-
* Matth. VI. 19. τουσιν *· ἡ δὲ δικαιοσύνη οὐ μόνον τοὺς αὐτὴν κτω-
μένους διασώζει, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἐν αὐτῇ πρὸς
ζῆλον ἐγείρει, καὶ ἐκ θανάτου πρὸς ἀθανασίαν
αἰώνιον παραπέμπει.

Quid ergo? Nonne multi pecunia mortem vitarunt? Sane; non tamen peccato se liberarunt, multoque peiorem morte vitam sibi compararunt. Ne ergo confidamus divitiis, sed virtuti. Vel quia superveniens mortiferis peccatis iustitia, eripitur morte homo. Quid ni vero hinc iuvabitur, potius quam a thesauris in terra congestis? ubi tinea et aerugo demoliuntur, et ubi fures effodiunt ac furantur. Porro iustitia non modo eos qui ipsam possident salvat, verum et alios multos ad sui desiderium concitat, et a morte ad sempiternam immortalitatem transmittit.

v. 3. Οὐ λιμοκτονήσει κύριος ψυχὴν δικαίου,
ζωὴν δὲ ἀσεβῶν ἀνατρέψει.

Non perimet Dominus fame animam iusti,
vitam autem impiorum evertet.

ibid. Πῶς γὰρ ἂν λιμώσσωσι, τὸν ζωῆς καὶ οὐράνιον
ἄρτον ἔχοντες; οἱ δὲ ἀσεβεῖς κἂν εὐθηνίας ἀπο-
λαύσωσιν, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον· ἢ καὶ οὕ-
τως· εἰ ἡ ζωὴ τῶν ἀσεβῶν, ἡ κακία ἐστὶ, ταύ-
την δὲ ἀνατρέψει ὁ κύριος, ἔσονται δηλονότι
ποτὲ οἱ ἀσεβεῖς οὐκ ἀσεβεῖς· μετὰ γὰρ ταύτην
τὴν ἀνατροπὴν, ὁ κύριος παραδώσει τὴν βασι-
λείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἵνα γένηται ὁ θεὸς
τὰ πάντα ἐν πᾶσι· ψυχὴν δὲ δικαίαν γνώσεως
καὶ σοφίας καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ἐφιεμένην οὐ λι-
μοκτονήσει ὁ κύριος.

Cur enim famem patientur ii, qui caelestem vitae panem habent? At impii etiamsi copiis affluant, nihilo magis ipsis erit. Vel sic etiam intellige. Si vita impiorum, nequitia est; et hanc Dominus aliquando eversurus est; erunt videlicet impii aliquando non impii. Post hanc enim eversionem, Dominus tradet regnum Deo patri, ut sit Deus omnia in omnibus. Animam vero iustam, scientiae, sapientiae, et cuiuslibet boni cupidam, fame non perimet Dominus.

v. 6. Εὐλογία κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου· στόμα δε ἀσεβῶν
καλύψει πένθος ἄωρον.

Benedictio Domini super caput iusti; os autem iusti
operiet luctus intempestivus.

cod. f. 48. a. Τοῦ μὲν δικαίου τὸ κεφάλαιον, διασώζεται στε-
φανοῦται· ὁ δὲ ἀσεβὴς, ἐπεὶ καὶ στόμα εἰς
προσθήκην ἁμαρτιῶν κατακέχρηται, καὶ δι' αὐ-

Iusti quidem caput servatur, coronatur: impius autem quoniam ore ad peccatorum incrementum abûsus est, perque illud ipsum peccat,

intempestivo luctu obruetur. Vel sic. In mente aestimatur benedictio et intelligentia: verba autem impiorum magno luctui comparata praevalent. Vel quia horum sermo, peior est intempestivo luctu. Vel denique, os eorum operietur, nempe ob demonstrandam supplicii magnitudinem «Nomen impiorum extinguitur.» Namque ubi publica iusti viri mentio fit, hic sane laudatur, eiusque memoria immortalitati commendatur: impiorum autem non solum mors est intempestiva, verum etiam nomen citius extinguitur.

Sapiens corde excipiet mandata; qui autem tecta labia non gerit, perverse agens supplantabitur.

Sapientiam appellat hominem scitum, et aliqua indolis laude praeditum, qui et legi morem geret. Non tectum vero labiis, hominem inscium, os intemperans habentem, qui omnia effutit, nec quicquam silentio premere valet: qui nimirum illud non didicit: audisti sermonem? commoriatur tecum. Vel quia modo hoc modo illud dictitans, offendicula propriae vitae ponit, quibus subvertetur, id est cadet.

Qui ambulat simpliciter, ambulat fidens.

Videtur improbitas res esse tuta; simplicitas vero deceptui obnoxia. Sed contra evenit, ait: qui ambulat sine dolo, confidat: nam qui vias suas tortuosas facit, prorsus innotescet; non enim latere improbus potest. Vel, qui nullas proximo suo insidias struit, is ne ab alio quidem patietur. Qui autem clam insidiatur, etiamsi coram laudet, hic sane agnoscetur, quamvis latere aliquamdiu videatur. «Deinde hortatur, ut omnia confidenter fiant. Acta iusti a perenni illo fonte, qui dixit «ego sum vita» perenniter manant. Qui vero impie loquitur, finem faciet, consequente poena.

Qui e labiis profert sapientiam, virga percutit virum excordem.

Ne diceres, voluisse Salomonem ultionem capi, non aio, inquit, contumeliam dic, sed sapienter aliquid effare, atque ita inimicum tuum percusseris, haud secus quam si virgam haberes. Et infestum quidem hominem non incongrue percusseris. Si tibi libuerit, sic age. Sed non tam contumelia percutit, quam lenitas.

Possessio divitum, urbs munita: contritio autem impiorum, paupertas.

Haud sibi sufficit dives; nisi enim intra tutam

τοῦ ἁμαρτάνει, πένθει ἀώρῳ καλυφθήσεται· ἢ Cap. X.
οὕτως· ἐν τῷ ἡγεμονικῷ ἐννοεῖται εὐλογία καὶ ἡ σύνεσις, ὁ δὲ λόγος τῶν ἀσεβῶν ἐν παραθέσει μεγάλου πένθους νικᾷ· ἢ ὅτι ὁ λόγος αὐτῶν, χείρων ἀώρου πένθους ἐστίν· ἢ ἀντὶ τοῦ, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν καλυφθήσεται, ἵνα τὸ πληρέστατον τῆς τιμωρίας ἐμφαίνῃ. «Ὄνομα δὲ ἀσε- v. 7. ibid.
βῶν σβέννυται.» Ἐν μέσῳ γὰρ φερομένου λόγου περὶ δικαίου, οὗτος μὲν ἐγκωμιάζεται, καὶ ἡ μνήμη ἀθανατίζεται· τοῦ δὲ ἀσεβοῦς οὐ μόνον ὁ θάνατος ἄωρος, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα ἀωρότερον σβέννυται.

Σοφὸς καρδίᾳ δέξεται ἐντολάς· ὁ δὲ ἄστεγος χείλεσι v. 8.
σκολιάζων ὑποσκελισθήσεται.

Σοφὸν καλεῖ τὸν εἰδότα, καὶ ἐκ φύσεως ἔχον- cod. f. 48. b.
τα τι· ὃς καὶ πεισθήσεται νόμῳ· ἄστεγον δὲ χείλεσι, τὸν ἄσοφον, τὸν στόμα ἀθύρωτον ἔχοντα, τὸν πάντα φθεγγόμενον, τὸν μηδὲν εἰδότα φυλάσσειν· ὃς οὐκ ἔμαθε τὸ, ἀκήκοας λόγον; συναποθανέτω σοι· ἢ ὅτι ποτὲ μὲν, τοῦτο λαλῶν, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο, ὁ τοιοῦτος ἐμπόδια τίθησι τῇ ἑαυτοῦ ζωῇ· ἐν οἷς ὑποσκελισθήσεται, ἀντὶ τοῦ πεσεῖται.

Ὃς πορεύεται ἁπλοῦς, πορεύεται πεποιθώς. v. 9.

Καὶ μὴν κακουργία δοκεῖ πρᾶγμα ἀσφαλὲς εἶ- ibid.
ναι· ἡ δὲ ἀφέλεια, εὐεπηρέαστον εἶναι· ἀλλὰ τοὐναντίον φησὶν, ὅτι ὁ πορευόμενος ἀδόλως θαῤῥείτω· ὁ γὰρ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καταφανὴς ἔσται· οὐ γάρ ἐστι λαθεῖν τὸν κακοῦργον· ἢ ἀντὶ τοῦ· ὁ μηδὲν τῷ πλησίον τεκταινόμενος, οὐδὲ παρ' ἑτέρου ἐπιβουλὴν δέξεται· ὁ δὲ λαθραίως ἐπιβουλεύων, καὶ εἰς πρόσωπον ἐπαινῶν, οὗτος γνωσθήσεται, εἰ καὶ δοκεῖ λανθάνειν ἕως καιροῦ. Εἶτα παραινεῖ ὅτι δεῖ μετὰ παῤῥησίας πάντα ποιεῖν. Αἱ πράξεις τοῦ δικαίου ἀπὸ πηγῆς ἀεννάου τῆς εἰπούσης, ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, ἀνελλιπῶς χορηγοῦνται· ὁ δὲ λαλῶν ἀσεβῆ, πεπαύσεται διαδεξαμένης κολάσεως.

Ὃς ἐκ χειλέων προφέρει σοφίαν, ῥάβδῳ τύπτει v. 13.
ἄνδρα ἀκάρδιον.

Ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς τὸ ἀμύνασθαι ἠθέλησεν, cod. f. 49. a.
οὐ λέγω, φησὶν, ὅτι ὕβρισον, ἀλλ' εἰπὲ τί σοφὸν, καὶ πλήξεις τὸν ἐχθρὸν μᾶλλον, ἢ εἰ ῥάβδον εἶχες· ἐπὶ τῷ μὲν μισοῦντι, ἴδιον καὶ πλῆξαι· ὡς ἐὰν θέλῃς, τοῦτο ποίησον· οὐ γὰρ ἡ ὕβρις πλήττει, ἀλλ' ἡ ἐπιείκεια.

Κτῆσις πλουσίων, πόλις ὀχυρά. v. 15.
συντριβὴ δὲ ἀσεβῶν, πενία.

Οὐκ ἐπαρκεῖ ἑαυτῷ ὁ πλούσιος· εἰ γὰρ μὴ ἐν ibid.

Cap. X. πόλει εἴη ἀσφαλεῖ, σφαλερὰ ἔσται ἡ κτῆσις
αὐτοῦ· εἶτα καὶ τὴν πενίαν κακίζει· κατὰ δὲ
διάνοιαν, τῶν κατὰ Θεὸν πλουτούντων οἱ μαθη-
ταὶ τυγχάνουσιν ἀῤῥαγεῖς· οἱ δὲ ἀσεβεῖς μηδὲν
ἔχοντες ἄξιον ἀκοῆς, ἀκροατὰς οὐκ ἔχοντες πέ-
v. 17. νονται· διὸ καὶ ἀπόλλυνται. Ὁδοὺς ζωῆς, τὰς
ἀγούσας ἐπὶ τὴν ἀρετήν· παιδείαν δὲ ἀνεξέλεγ-
κτον, τὴν κακὴν τῆς ψυχῆς πολιτείαν, ἥτις λαν-
θάνουσα πλάνην ποιεῖ.

quoque urbem opes eius sint, facile dilabentur. Dein paupertatem quoque vituperat. Mystico autem sensu, divitum secundum Deum discipuli inconcussi sunt: sed impii nihil auditu dignum habentes, ob auditorum penuriam, egent, ac proinde pereunt. Vias vitae dicit quae ad virtutem ducunt: disciplinam autem, quae reprehensione non utitur, dicit malam animae institutionem, quae incaute in errorem trahit.

v. 25. *Παραπορευομένης καταιγίδος ἀφανίζεται ἀσεβής·
δίκαιος δὲ ἐκκλίνας, σώζεται εἰς αἰῶνα.*

Discurrente procella, deletur impius: iustus autem declinans salvatur in perpetuum.

cod. f. 50. b. Ὅτι πειρασμοῦ ἐπερχομένου, ἀδεῶς ἁμαρτά-
νει· ὁ δὲ δίκαιος περιγενόμενος τοῦ πειρασμοῦ,
δι' ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας, σώζεται εἰς τὸν
αἰῶνα. Ὅρα πῶς ἀσφαλὴς ἡ δικαιοσύνη· ὁ μὲν
γὰρ ἐκκλίνας, ἤτοι μεταστραφεὶς, ἢ στεῤῥῶς
ὑπομείνας, σώζεται· ὁ δὲ καίτοι μὴ ἁπλῶς ἐπι-
ούσης, ἀλλὰ παραπορευομένης ταραχῆς ἤτοι πει-
ρασμῶν, ἀφανίζεται· ἀδεῶς δὲ ἁμαρτάνει, τὴν
v. 27. δικαιοκρισίαν τοῦ Θεοῦ μὴ εἰδώς. « Φόβος κυ-
ρίου προστίθησιν ἡμέρας. » Ἡμέρας τὰς ἀπὸ τοῦ
τῆς δικαιοσύνης ἡλίου γινομένας· ὑπὲρ ὧν ὁ Δα-
* Ps. CI. 25. υὶδ εὔχεται· μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν
μου· ὧν πλήρης γεγονὼς Ἀβραὰμ ἐξέλιπεν.

Tentatione ingruente, facile peccat impius: iustus autem, tentationem superando per patientiam, et gratum erga Deum animum, salvatur in perpetuum. Animadverte quam tuta sit iustitia: iustus enim declinans sive retrocedens, et constanter sustinens, salvatur: impius vero, quamquam perturbatione seu tentatione haud omnino ingruente, sed iuxta discurrente, prosternitur. Facile autem peccat, quia iustum Dei iudicium ignorat. « Timor Domini auget dies» dies nimirum, quos iustitiae sol efficit: quorum causa David orat: ne revoces me in dimidio dierum meorum: quibus plenus Abrahamus vita decessit.

Cap. XI. 1. *Ζυγοὶ δόλιοι βδέλυγμα ἐνώπιον κυρίου.*

Staterae dolosae, abominatio coram Domino.

cod. f. 51. a. Ἀπροσπαθὲς γὰρ ἡμῖν βούλεται εἶναι τὸ
διακριτικόν· καὶ γὰρ ἡ ἡμετέρα κρίσις, ζυγός
v. 2. ἐστι τῶν πραγμάτων. « Οὗ ἐὰν εἰσέλθῃ ὕβρις,
ἐκεῖ καὶ ἀτιμία. » Οὐ περὶ τῶν ὑβριζομένων,
ἀλλὰ περὶ τῶν ὑβριζόντων φησί· διὰ τί; ἐκεῖ-
νοι γάρ εἰσιν ἠτιμωμένοι· οὐχ ὁ κακῶς ἀκούων,
οὐδὲ ὁ πάσχων, ἀλλ' ὁ ποιῶν· πάντες γὰρ
ἐκεῖνον ἀπελαύνουσιν, ἅτε κοινὴν ὄντα λύμην·
ἢ ὕβριν λέγει τὴν ὑπερηφανίαν· ὁ μὲν γὰρ
ὑπερήφανος, ἄτιμος· ὁ δὲ ταπεινὸς, ἔντιμος
καὶ σοφός. τούτου γὰρ πρώτου δεῖται ἡ σο-
φία.

Vult Dominus, ut mentis nostrae sine perturbatione iudicium sit: reapse enim iudicium nostrum, statera rerum est. «Quocumque intraverit contumelia, illic et ignominia. » Non de patientibus sed de facientibus contumeliam loquitur. Cur? quia hi revera ignominiam contrahunt: nimirum non qui convicia audiunt aut patiuntur, sed qui faciunt. Cuncti enim iniuriosum, ceu communem pestem, expellunt. Vel contumeliam dicit pro superbia: et quidem superbus inglorius est; at humilis, reputatur honorabilis atque sapiens. Nam talem praesertim indolem sapientia postulat.

v. 7. *Τελευτήσαντος ἀνδρὸς δικαίου οὐκ ὄλλυται ἐλπίς.*

Mortuo viro iusto, non perit spes.

cod. f. 52. a. Ἤλπιζε τὰ παιδία γενέσθαι καλά· ἤλπιζε
μεγάλων ἐπιτεύξασθαι· ἢ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἡμᾶς
ὁ λόγος παραπέμπει· ἢ ὅτι εἰς τὰ ἔκγονα· ἢ
ὅτι πάντων ἀπολαύσας, ἀπολαύσεται καὶ τῶν
μελλόντων· ἢ ὅτι τῆς δόξης καὶ μετὰ θάνατον
ἀπολαύει.

Speravit enim filios fore bonos: speravit magna praemia consequi. Vel haec dictio ad resurrectionem mentem nostram amandat: vel ad posteros: vel quod iustus cunctis his delectabiliter usus, futuris quoque perfruetur: vel denique quod gloria post mortem fruitur.

v. 13. *Ἀνὴρ δίγλωσσος κ. τ. λ.*

Vir bilinguis etc.

cod. f. 52. b. Τὸν δολερὸν φησὶν ἐνταῦθα, τὸν οὐκ ἀληθῆ·
ὃς λέγων ὃ μὴ ἔχει κατὰ ψυχὴν, τῆς ἑκάστου
διανοίας ἐν συνεδρίῳ πεῖραν λαμβάνει. ὁ δὲ πι-

Dolosum hominem heic dicit, et minime veracem, qui praeter animi sui sententiam loquens, mentem singulorum in consessu adstau-

tium explorare conatur. At fidelis spiritu, id est de cordis profunditate sermones suos prudente iudicio moderans, quae sunt utilia dicit, reliqua autem silentio premit. « Fortes vero nituntur divitiis. » Ne a divitiis quidem possidendis dehortatur, quas vir actuosus magis habet quam desidiosus. Vel spiritali etiam sensu: qui spiritu fervido non est, sed studio remisso, spiritalibus divitiis eget.

Sicut inauris in porci naribus, ita pulchritudo in muliere fatua.

Cur ex hoc animali potius, quam ex alio, duxit exemplum? Quia sicut porcus ea maxime corporis parte lutum versans aureum illud ornamentum inquinat, sic et mulier formositatem suam dehonestat. Cur ergo illa formosa fuit? Et cur non dixit, quare haec facta sit fatua? Concedit Deus stultis quoque mulieribus esse formosis, ut illa quae sobria prudensque est, rem hanc non admiretur, sed verum potius bonum in pretio atque amore habeat. Sinit Deus etiam stultos fieri divites, ut sapiens doni levitatem cognoscat; ut id non admiretur, sed illum potius affectet qui etiam praedictorum bonorum auctor est.

Sunt qui propria seminantes, plura efficiunt. Sunt etiam qui aliena colligentes, nihilominus minuuntur.

Videre interdum licet dispersionem causam esse proventûs; et coacervationem, quae potius minuitur. Quod si nonnullis contrarium accidit, facile assentior: quia non omnibus id contingit, ne virtus coacta sit. Nam si Deus avaros omnes, pauperes efficeret; vicissimque omnes liberales, ditaret opibus, coacti quadam necessitate cuncti virtuti studerent. Ideo neque totum fecit, ne necessitas foret; neque totum omisit, ne bella existerent.

Qui frumentum continet, utinam id nationibus fruendum relinquat!

Volens rei scaevitatem ostendere, utitur etiam imprecatione; nempe, ne ipsi prosit, sed praedam hostibus relinquat! Sic etiam Paulus: utinam et abscindantur qui conturbant vos! Ecce vero Iudaei, frumenti instar veterem scripturam habentes possidentesque, nobis ethnicis eam reliquerunt. Ablatum quippe ab iis regnum fuit. Vel de communi alimonia loquitur; nempe quod si tu famem, ut videtur, negotio habes atque mercaris; et cum a Deo annonam uberem postules, famem interim

στὸς πνοῇ ἤτοι ἀπὸ βάθους καρδίας, οἰκονομῶν Cap. XI.
τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει, τὰ μὲν πρὸς τὸ
συμφέρον λέγει, τὰ δὲ σιωπᾷ. « Οἱ δὲ ἀν- v. 16.
δρεῖοι ἐρείδονται πλούτῳ. » Οὐδὲ τοῦ πλούτου cod. f. 53. a.
ἀπάγει, ὃν μᾶλλον ἔχει ὁ ἐνεργὴς τοῦ ὀκνηροῦ· ἢ καὶ νοητῶς· ὁ μὴ τῷ πνεύματι ζέων, ἀλλ' ὀκνηρὸς τῇ σπουδῇ, πλούτου πνευματικοῦ ἐπιδέεται.

Ὥσπερ ἐνώτιον ἐν ῥινὶ ὑός, οὕτως γυναικὶ ἄφρονι κάλλος. v. 22.

Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐν τούτῳ τῷ ζώῳ ἤγαγε τὸ cod. f. 54. a.
παράδειγμα, καὶ οὐχ ἕτερον ἔλαβε ζῶον; ὅτι καθάπερ ἡ ὗς τούτῳ μάλιστα τῷ μέρει τοῦ σώματος τὸν βόρβορον ἀνακινοῦσα τὸν χρυσοῦν ἐκεῖνον διαφθείρει κόσμον, οὕτω καὶ ἡ γυνὴ καταισχύνει τὴν εὐμορφίαν· τίνος οὖν ἕνεκεν γέγονε καλή; καὶ οὐ λέγει τίνος ἕνεκεν γέγονεν ἄφρων; συγχωρεῖ ὁ θεὸς καὶ ταῖς ἀνοήταις γυναιξὶ γίνεσθαι καλαῖς, ἵνα ἡ φρονίμη καὶ συνετὴ μὴ θαυμάζῃ τὸ κτῆμα, ἀλλ' ἐπαισθήσεται τοῦ ὄντος καλοῦ· συνεχώρησε καὶ τοῖς ἄφροσι γενέσθαι πλουσίοις, ἵνα ὁ φρόνιμος εἰδῇ τὸ ἐνδεὲς ἵνα μὴ περὶ ταῦτα ἐπτοημένος ᾖ, ἀλλ' ἐκεῖνο διώκῃ τὸ καὶ ταῦτα ποιοῦν καλά.

Εἰσὶν οἱ τὰ ἴδια σπείροντες, οἳ πλείονα ποιοῦσιν· εἰσὶ δὲ οἱ συνάγοντες τὰ ἀλλότρια, οἳ ἐλαττοῦνται. v. 24.

Ἴδοις σκορπισμὸν, προσόδου ὑπόθεσιν· καὶ συν- ibid.
αγωγὴν ἐλαττουμένην· εἰ δὲ εἰσί τινες, οἷς τοὐναντίον συμβαίνει, σύμφημι, ὅτι οὐκ ἐπὶ πάντων τοῦτο συμβαίνει· ὥστε μὴ ἀναγκαστὴν εἶναι τὴν ἀρετήν· εἰ γὰρ ἐποίησε πάντας τοὺς πλεονεκτοῦντας πένητας, καὶ πάντας τοὺς ἐλεήμονας πλουσίους, ὡς ἀνάγκης οὔσης, πάντες ἐπέτρεχον· ἀλλ' οὔτε τὸ πᾶν ἐποίησεν, ἵνα μὴ ἀνάγκη ᾖ· οὔτε τὸ πᾶν εἴασεν, ἵνα μὴ πολέμους ἐγείρῃ.

Ὁ συνέχων σῖτον, ὑπολίποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν. v. 26.

Θέλων δεῖξαι τὸ τοῦ πράγματος δεινὸν, καὶ cod. f. 54. b.
ἀρᾷ κέχρηται· οἷον μὴ ἀπόναιτο αὐτοῦ, ἀλλὰ
πολεμίοις ἀπολίποιτο· οὕτω καὶ Παῦλος· ὄφελον, * Gal. V. 12.
καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς· καὶ οἱ Ἰουδαῖοι σῖτον ἔχοντες τὴν παλαιὰν γραφὴν καὶ συνέχοντες αὐτὴν, ὑπελίποντο αὐτὴν ἡμῖν τοῖς ἔθνεσιν· ἦρται γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἡ βασιλεία. Ἢ τὴν κοινὴν τροφὴν λέγει· εἰ δὲ εἰκότως λιμὸν πραγματεύῃ καὶ ἐμπορεύῃ, καὶ τὸν μὲν θεὸν παρακαλεῖς ποιῆσαι εὐετηρίαν, αὐτὸς δὲ λιμὸν κατασκευάζεις, οὐδὲν τούτου πονηρότερον. « Ὁ τι-

Cap. XI. μονοπωλῶν γὰρ σῖτον, δημοκατάρατος.» Ἐνταῦθα οὐχὶ ἀναίρεσις, ἀλλὰ ἀρά· τουτέστιν ἀπολίποιτο τοῖς πολεμίοις.

creas, nihil hac re sit improbius. «Qui abscondit frumentum, maledicetur in populis.» Heic non exitium est, sed maledictio; cuiusmodi est: relinquat id hostibus!

v. 28. Οὗτος ἀνατελεῖ.

Hic orietur.

cod. f. 55. a. Ἢ ὅτι φῶς γίνεται· οἷον, ἐκεῖνος μὲν ἀποθανεῖται, μὴ καρπωσάμενός τι τῶν αὐτοῦ· ὁ δὲ, φῶς ἔσται, σπείρων ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἐλπίδι τοῦ μέλλοντος· ἢ τὸ ἀνατελεῖ, ἀντὶ τοῦ βλαστήσει· εἰ δὲ ἐκεῖνος, πολλῷ μᾶλλον τὰ γεννήματα αὐτοῦ.

Vel, quia lux fiet. Velut: ille quidem morietur, nullo ex rebus suis fructu percepto: hic autem lux evadet, quia in praesenti saeculo serit, spe futuri. Vel orietur dicit, pro germinabit. Quod si ille, multo magis germina eiusdem.

v. 30. Ἐκ καρποῦ δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς· ἀφαιροῦνται δὲ ἄωροι ψυχαὶ παρανόμων.

De fructu iustitiae nascitur arbor vitae. Auferuntur autem intempestivae animae impiorum.

ibid. Καρπὸς δικαιοσύνης, τὸ τέλος τῆς ἀρετῆς, ἐξ οὗ φύεται δένδρον ζωῆς· ἄωροι δὲ οὐ τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐργασίᾳ, μὴ ἔχοντες καρπὸν ὥριμον· οὐ πολλάκις ταῦτα γίνεται· διὰ τί, ὁ μὲν πρὸς γῆρας λιπαρὸν ἀπήντησεν, ὁ δὲ ἐν προθύροις ἀνηρπάσθη τῆς ζωῆς; μάθωμεν τὴν αἰτίαν, καὶ μὴ ἀπορῶμεν· τί οὖν; ὅτι τὸ ἐναντίον συμβαίνει, ἵνα μὴ ἀναγκαστὴ ἡ ἀρετὴ ᾖ.

Fructus iustitiae, finis virtutis, unde vitae arbor gignitur. Intempestivi autem impii non aetate, sed opere, non habentes scilicet maturum fructum. Id tamen saepe non evenit. Cur vero impius aliquis ad pinguem senectam pervenit, iustus in vitae liminibus abripitur? Causam discamus, neque perplexitate iactemur. Cur ergo inquam? Contraria haec accidunt, ne virtus res necessitatis evadat.

v. 31. Εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

Si iustus vix salvatur, impius et peccator ubinam parebunt?

cod. f. 55. b. Πρόσεχε ὅτι μακρὸς ὁ βίος, πολὺ τὸ μόνιμον τῆς ζωῆς, πολλαὶ αἱ ἐπιβουλαί· οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φησὶν, ὅτι μετὰ τὸ κατορθῶσαι· πλὴν εἰ καὶ τοῦτο λέγῃ, καλῶς λέγει· εἰ γὰρ ἐξέτασις γένηται τῶν εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἡμετέρων, τίς ἐνώπιον αὐτοῦ δικαιωθήσεται, κἂν αὐτοῦ τοῦ ἡλίου καθαρώτερός τις ᾖ; εἴη δ' ἂν δίκαιος μὲν, ὁ πρακτικός· ἀσεβὴς δὲ, ὁ Θεὸν μισῶν· ἁμαρτωλὸς, ὁ περὶ τὰς πράξεις πονηρός.

Considera longam esse vitam, diutinam esse huiusmodi stationem, multas insidias. Neque tamen illa verba dicit de iis qui recte vixerunt. Sed si forte de his quoque diceret, egregie diceret. Nam si quae Deus nobis contulit, quaeque nos egimus, examinentur, quis coram eo iustificabitur, etiamsi sole ipso purior sit? Iustus autem intelligetur homo recte vitam instituens: impius, qui Deum odit: peccator, qui male agit.

Cap. XII. 1. Ὁ ἀγαπῶν παιδείαν, ἀγαπᾷ αἴσθησιν κ. τ. λ.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam etc.

cod. f. 55. b. Ὁ τὴν ἠθικὴν παίδευσιν ἀγαπῶν, γνώσεως ἐστὶν ἐραστὴς τῆς γυμναζούσης τὰ αἰσθητήρια πρὸς διάκρισιν καλοῦ καὶ κακοῦ· ὁ δὲ ἀποστρεφόμενος τὴν ἐπίγνωσιν, διὰ παντὸς ἀγνοεῖν βουλόμενος, ἀφραίνει· ὥσπερ γὰρ ὁ μὴ θέλων θεραπευθῆναι, νοσώδης γίνεται, οὕτω καὶ οὗτος ἄφρων.

Qui morum disciplinam diligit, scientiae amator est quae sensus exercet ad boni malique discretionem. Qui autem eruditionem omnino ignorare vult, insanit. Nam sicut is qui medicinam respuit, fit aegrotus, ita et hic insanus evadit.

v. 2. Κρείσσων ὁ εὑρὼν χάριν παρὰ κυρίῳ· ἀνὴρ δὲ παράνομος παρασιωπηθήσεται.

Melior qui invenit gratiam apud Dominum: vir autem iniquus tacebitur.

cod. f. 56. a. Τὸ κρείσσων, οὐ συγκριτικὸν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἀγαθός ἐστι· τίς γὰρ πρὸς τὸν παράνομον σύγκρισις, τοῦ παρὰ κυρίῳ χάριν εὑρίσκοντος; τὸ δὲ παρασιωπηθήσεται, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ λόγου ἀξιωθήσεται παρὰ τῷ κυρίῳ δηλονότι. «Οὐ κατορθώσει ἄνθρωπος ἐξ ἀνόμου.» Ὅρα πῶς ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ψήφου, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων πραγμάτων ἐνάγει· ἐξ ἀνό-

Vocabulum «melior» non ponitur heic comparative, sed pro, bonus est. Quae enim comparatio hominis iniqui cum illo qui apud Dominum gratiam invenit? Tacebitur autem dixit, pro, ne mentione quidem dignus erit, videlicet apud Dominum. «Non prosperabitur homo ex re iniqua.» Animadverte, quomodo nunc a Dei decreto, nunc vero ab hominum actibus

argumentatur. Ex iniqua re nihil prospere accidet: in improbitate omnia perversa sunt.

Mulier fortis, corona viro suo etc.

Perpetuo adfirmat tum bona tum etiam contraria in mulieribus esse sita: quoniam viro continua medicina opus est. Uxorem ergo ducturus, ne sociam tantummodo vitae quaeras, sed etiam virtutis. Necesse est enim pravae uxoris virum simul perire. Virtutem igitur expete non pecuniam. Et proba quidem mulier, corona gloriae fiet, quum sit strenua: mala vero, aeque ac vermis medio in corde residens, tacite ac paulatim pessumdat. Quodque dirius est, ne extra quidem apparet, sed introrsum venenum inspirat, et infelicem animam consumit. Vel aliter quoque: virtus quidem adseclam suum ornat: at iniquitas, iniquum facit adhuc detestabiliorem. « Cogitationes iustorum, iudicia. » Sunt enim discretae et simplices. Vel de Dei iudiciis atque mandatis semper cogitant iusti. Vel quia iudicia semper intra mentem suam exercent. Sedet enim iudex mens nostra, singulas virtutes diiudicans, et cum contrariis vitiis conferens: et haec quidem damnat, illas adprobat.

Melior vir cum ignobilitate serviens sibi.

Quia multi operam non modo ut laboriosam defugiunt, verum etiam tamquam indecoram; antea quidem homines ad formicam respicere hortatus est; nunc vero totam istam opinionem perimit. Quid ais? opera dedecori tibi est? Melius ne indecorum aliquid, an famem pati? Cur porro sit dedecus? Num alteri servis, et non potius tibi? Etiamsi millibus servias, haud illis sed tibimet servis. Nam nisi famem vitare contenderes, nullam prorsus illorum rationem haberes. Ita fit ut tu ipse lucrum servitutis tuae percipias. Ergo tibimet ipsi servis. Nonne milites vides? Horum quisque sibi servit. Similiter opifex. Ne igitur moleste feras: tu dominus tui es, non alius quisquam. Nonne vides mendicos nemini servientes? Atqui hi etiam sibi serviunt. Tum demum quinam eorum honor est, qui pane indigent?

Iustus animas iumentorum suorum miseratur.

Humanae caritatis exercitium est, dum in animalibus assuescit aliquis ad misericordiam homogeneis suis exhibendam. Nam qui iumentorum miseretur, multo magis fratris. Ceterum iumentorum instar habendi et illi qui ignaviore

μου οὐδὲν κατορθώσει· ἐν ἀνομίᾳ πάντα διεστραμ- Cap. XII.
μένα.

Γυνὴ ἀνδρεία, στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς κ. τ. λ. v. 4.

Συνεχῶς λέγει καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἐναντία cod. f. 56. a.
κεῖσθαι ἐν ταῖς γυναιξὶν, ἐπειδὴ διηνεκοῦς ἰατρείας δεῖται. Μέλλων οὖν ἄγεσθαι γυναῖκα, μὴ βίου κοινωνὸν ζήτει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρετῆς· οὐκ ἔστι γὰρ γυναικὸς διεφθαρμένης, τὸν ἄνδρα μὴ συναπόλλυσθαι· ὥστε ἀρετὴν ζήτει, μὴ χρήματα· ἡ μὲν καλὴ, στέφανος δόξης γενήσεται ἀνδρικὴ οὖσα· ἡ δὲ φαύλη παραπλησίως σκώληκι ἐν αὐτῇ καθημένη τῇ καρδίᾳ, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν διαφθείρει· καὶ τὸ τοῦ δεινοῦ χαλεπώτερον, οὐδὲ ὁρωμένη τοῖς ἔξωθεν, ἀλλ᾽ ἔνδον τὸν ἰὸν ἐναφίησι, καὶ δαπανᾷ τὴν ἀθλίαν ψυχήν. Ἢ καὶ ἄλλως· ἡ μὲν ἀρετὴ τὸν ἑαυτῆς κοσμεῖ· ἡ δ᾽ αὖ κακία, τὸν κακὸν ἐφυβριστον ἔτι ποιεῖ. « Λογισμοὶ δικαίων, κρίματα· » κεκριμένοι γάρ εἰσι καὶ ἁπλοῖ· ἢ ὅτι πάντοτε Θεοῦ κρίματα καὶ ἐντολὰς μελετῶσιν οἱ δίκαιοι· ἢ κρίματα ἐργάζονται κατὰ νοῦν πάντοτε· κάθηται γὰρ κριτὴς ὁ νοῦς ἡμῶν, κρίνων ἑκάστην ἀρετὴν μετὰ τῆς ἀντιδιατιθεμένης αὐτῷ κακίας· καὶ τὴν μὲν καταδικάζει, τὴν δὲ δικαιοῖ.

Κρείσσων ἀνὴρ ἐν ἀτιμίᾳ δουλεύων ἑαυτῷ. v. 9.

cod. f. 57. a.

Ἐπειδὴ πολλοὶ τὴν ἐργασίαν οὐχ ὡς ἐπίπονον φεύγουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς αἰσχρὰν, πρῶτον μὲν ἔπεισεν αὐτοὺς πρὸς τὸν μύρμηκα τοὺς ἀνθρώπους ὁρᾷν, νῦν δὲ καὶ ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ὑποψίαν· τί λέγεις; ἀτιμία τὸ πρᾶγμα ἐστίν; καὶ πόσῳ βέλτιον, ἀτιμίαν ἢ λιμὸν ὑπομένειν; διὰ τί γὰρ ἀτιμία; μὴ ἑτέρῳ δουλεύεις, οὐχὶ σεαυτῷ; κἂν μυρίοις δουλεύῃς, οὐκ ἐκείνοις δουλεύεις ἀλλὰ σεαυτῷ· εἰ μὴ γὰρ σεαυτὸν ἀπαλ-
λάξαι ἐσκόπεις λιμοῦ, οὐδ᾽ ἂν ἐποιήσω λόγον * ita cod.
ἐκείνων· ὥστε σὺ καρποῦσαι * τὸ κέρδος τῆς δουλείας· οὐκοῦν ἑαυτῷ δουλεύεις· οὐχ ὁρᾷς τοὺς στρατιώτας; ἕκαστος τούτων ἑαυτῷ δουλεύει· καὶ ὁ χειροτέχνης· μὴ τοίνυν ἀγανάκτει· σὺ σαυτοῦ δεσπότης εἶ, καὶ οὐχ ἕτερός τις· οὐχ ὁρᾷς τοὺς πένητας οὐδενὶ δουλεύοντας; ἄρα κἀκεῖνοι ἑαυτοῖς δουλεύουσι· ποία δὲ τιμὴ ὅταν ἄρτου προσ-
δέονται; v. 10.

Δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ. cod. f. 57. a.

Φιλανθρωπίας γυμνάσιον γὰρ, τὸ ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐθίζεσθαι τὴν πρὸς τὸν ὁμόφυλον συμπάθειαν· ὁ γὰρ ἐλεῶν ταῦτα, πολλῷ πλέον ἀδελφόν· ἄλλως δὲ κτήνους δίκην, καὶ οἱ τὴν φύσιν νωθρότεροι οὓς οἰκτείρων, διδάσκει καὶ ὠφελεῖ·

Cap. XII. δικαιοσύνη δὲ μάταια ἐστὶ, τὸ περὶ τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα πτοῆσθαι.—Τί λέγεις; ὁ δίκαιος οἰκτείρει ψυχὰς κτηνῶν αὐτοῦ; ναί· καί γε ἐνταῦθα, πολλὴν χρὴ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυσθαι, ἵνα ἐγγυμναζώμεθα πρὸς τὸν ὁμόφυλον· ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ καταπίπτοντα συνδιεγείρειν, καὶ τὰ πεπλανημένα ὑποστρέφειν, καὶ τὸν βοῦν μὴ φιμοῦν· πάσης δὲ φειδοῦς ἡμᾶς εἶναι βούλεται τοῖς ἀλόγοις· πρῶτον μὲν, δι' ἡμᾶς αὐτούς· δεύτερον δὲ, ἵνα καὶ ἐπὶ τὰς σωματικὰς ἡμῖν ὑπηρεσίας ἀρκῇ· ὅμως τὸ αὐτὸ καὶ φιλανθρωπίας γυμνάσιον καὶ θεραπείας· ὁ γὰρ τὸ ἀλλότριον ἐλεῶν, πολλῷ μᾶλλον τὸ οἰκεῖον· ὁ τὸν διακονούμενον, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀδελφόν· ἀλλ' ἐκεῖνο σοι χρείαν τὴν ἀπὸ τῆς διακονίας παρέχει, οὗτος δὲ ποίαν; πολλῷ μείζονα, τὴν ἀπὸ Θεοῦ· ὁρᾷς δουλείαν οἵαν δουλεύομεν τοῖς κτήνεσι, καὶ οὐχ ἡγούμεθα ἀτιμίαν; οὐ γὰρ ἐκείνοις δουλεύομεν, ἀλλ' ἑαυτοῖς.

natura sunt: quos qui miseratur, erudit ac iuvat. Stulta alioqui iustitia est, de iis quae nihil prosunt esse sollicitum.—Quid ais? Iustus animas iumentorum suorum miseratur? Maxime. Profecto et his benignitatem oportet exhibere, ut sit exercitatio erga homogeneos. Nam nec temere Deus iussit, ut prostrata animalia simul erigamus, et errantia reducamus, et bovi os non alligemus. Omnino nos animalium parcere saluti vult; primo quidem propter nos ipsos. Deinde ut illa corporale nobis servitium praestare queant. Simul autem benignitatis exercitium est et curae. Nam qui alieni miseretur, multo id potius familiaris: et qui famulantis, multo magis fratris. Atqui dices, iumentum quidem servitii usum tibi praebere; fratrem vero quid? Multo, inquam, magis hic tibi prodest ex parte Dei. Cernis quantum iumentis impendimus officium, neque id indecorum nobis existimamus? Non enim illis ministramus, sed nobis.

v. 11. *Ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ γῆν, ἐμπλησθήσεται ἄρτων· οἱ δὲ διώκοντες μάταια, ἐνδεεῖς φρενῶν.*

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem vana sectantur, mente carent.

cod. f. 57. b. Πρὸς γεωργικὸν καὶ φιλόσοφον προτρέπεται βίον, καὶ τὴν μετὰ δικαιοσύνης ἐργασίαν· ἡ γὰρ ἀργία τὴν κακίαν εἰσήνεγκεν· ἀποδιώκειν δὲ μάταια ἐστὶ, τὸ περὶ τὰ μηδὲν ὄντα διεπτοῆσθαι· τί γάρ, φησιν, εἰ ἀργὸς μὲν ᾖς, τὰ δὲ καλῶς συλλεγόμενα, κακῶς ἐκφορεῖς, μεθύων ἢ γαστριζόμενος; οὐκ εἶπεν, ἐργάζου καὶ πλεονέκτει· καλὸν ἡ ἐργασία ἡ μετὰ δικαιοσύνης.

Ad agricolantem et sobriam hortatur vitam, et cum iustitia laborem; nam otium adducit nequitiam. Vana autem sectari, nil aliud est quam inutilium rerum curam gerere. Quid vero, inquit, si otiosus quidem non esses, sed bene collecta, male profligares, ebrietati deditus et ingluviei? Non ergo dixit operare, et plus aequo adpete. Pulchra est opera, quae cum iustitia fit.

v. 14. *Ἀπὸ καρποῦ στόματος ψυχὴ ἀνδρὸς πλησθήσεται ἀγαθῶν.*

De oris fructu anima uniuscuiusque replebitur bonis.

cod. f. 58. a. Μὴ νομίσῃς ἐν τοῖς ἔργοις εἶναι μόνον τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐν λόγοις τὸ πλέον ἐστιν· ἀπὸ γὰρ καρποῦ διανοίας ἀγαθῆς, λόγος ἀγαθός· λόγου δὲ ἀγαθοῦ καρπὸς, πρᾶξις ἀρετῆς, ἀγαθῶν ἐμποιητική· ὁ λόγος τῆς ἀνδρείας ψυχῆς εἰς ἀρετὴν ἄγων ἀγαθὸς, καὶ ἀγαθῶν ἐμποιητικός. «Ὁδοὶ
v. 15. ἀφρόνων ὀρθαὶ ἐνώπιον αὐτῶν.» Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι ὁ μωρὸς νομίζεται ἄληπτος εἶναι· δύο κακὰ, καὶ τὸ μωρὸς εἶναι, καὶ τὸ ἁμαρτάνοντα μὴ νομίζειν ἁμαρτάνειν· ὥσπερ γὰρ ὁ διεστραμμένος νομίζει ὀρθὰ βλέπειν, καὶ ὁ τὰς αἰσθήσεις βλαβεὶς νομίζει σωφρονεῖν· οὕτω τοῦτο πρῶτον τιμωρίας τεκμήριον, τὸ καὶ τὴν αἴσθησιν ἀνῃρῆσθαι· διὰ τοῦτο οὐδὲ συμβουλίας δέχεται· «Εἰσακούει συμβουλίας σοφός.» Τουτέστιν ὁ σοφίας ἀρξάμενος· ὥστε τοῦτο ὃ νομίζεις φρονήσεως εἶναι τὸ μηδενὸς ἀκούειν, μωρίας

Cave existimes, in operibus tantum constare virtutem; nam et in verbis plurima eius pars est. Etenim a bonae mentis fructu, bonus sermo existit: boni vero sermonis fructus est, virtutis operatio quae bonorum nobis causa est. « Viae stultorum rectae videntur oculis ipsorum. » Hoc dicit, quod nempe stultus existimat se irreprehensibilem. Duo igitur mala: stultum esse; et peccantem, sibi non videri peccare. Nam sicut strabo rectum se videre putat, ita qui mente laesus est, sobrium se iudicat. Hoc ergo primum est poenae inflictae indicium, quod sensus homini ereptus sit, ac propterea ne datum quidem consilium recipiat. « Audit vero consilium vir sapiens » id est qui sapiens esse incipit. Atque ita quod tu prudentiam esse existimas, nullius consilium audire,

stultitia potius est. Et quod vicissim stultitiae loco habes, sapientia reapse est, nempe se alieni auxilii indigum existimare.

Imprudens eadem die enuntiat iram suam;
dissimulat autem iniuriam suam vir astutus.

Id est pusillanimis et levis, impatiens est, animi commotionem non cohibet, iram suam statim prodit ob pusillanimitatem. At prudens, etiamsi forte ad iracundiam sit pronus, iram intra se celat. Iniuria enim heic pro ira ponitur. « Linguam habet iniustam. » Vides et illic linguam, et etiam hic. Sed haud paria ex ea existunt: nam pharmaca, illic, vulnera isthic. Quid his magis inter se contrarium? Viden' haud in natura malum residere, quandoquidem usus ad utramque rem cognoscitur? « Nil iniustum viro iusto placebit. » Sicut iusto nil iniustum placet, ita ne iniusto quidem quicquid iustum est. Non igitur a rerum natura tantum, sed etiam a iudicio sic decernentium, mala existunt. Ne mihi dicas: ille scandalum passus est, ille factus est incredulus: ab ipsis enim omnia haec, non a rerum natura. Velut etiamsi sol appareat, nihil hic prodest oculos infirmos habenti; ita quantumvis manifesta sit veritas, nihil ea prodest perverso animo.

Vir intelligens, cathedra sensûs.

Omnis quippe sensus hominis, propter eius intelligentiam, in ipso residet: nempe cathedra, id est requies, in eo residet, nec inde recedit, sed illic regnat. Vel quia caput est et regnum sensûs, intelligentia. Vel e contrario, qui omnia intelligit, thronus sensûs appellari poterit. Sicut vice versa thronus iniquitatis dicitur. Maledictionibus autem occurrunt stulti, quia viam diris devotam terunt.

Manus electorum facile dominabitur.

Nimirum quia nihil est ditius virtute, nihil potentius, nihil efficacius. Vel manum dicit pro sanctorum actu, qui mundo dominantur. At minime boni homines daemonibus captivi fient.

Sermo terribilis cor conturbat viri iusti:
nuncius autem bonus ipsum laetificat.

Conturbat sane legalium poenarum narratio: qui vero evangelii promissiones audit, laetatur. Videsis huius in utroque casu bonitatem: nam si felix aliquid de proximo suo audiverit, non invidet, immo gratulatur. Sin infaustum aliquid circa ipsum conflatur, modum habet dolor eius,

ἐστίν· ὃ δὲ νομίζεις μωρίαν εἶναι, τοῦτο σοφίας, Cap. XII.
τὸ δεῖσθαι ἑτέρου.

Ἄφρων αὐθημερὸν ἐξαγγέλλει ὀργὴν ἑαυτοῦ, v. 16.
κρύπτει δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀτιμίαν ἀνὴρ πανοῦργος.

Τουτέστιν ὁ μικρόψυχος καὶ κοῦφος, ἀκαρ- cod. f. 58. a.
τέρητός ἐστιν, οὐ φέρει τὸν θυμὸν, φανεροῖ
τὴν ὀργὴν αὐτοῦ εὐθέως ἐκ μικροψυχίας· ὁ δὲ
φρόνιμος κἂν ὀργίλος ᾖ, συγκαλύπτει ἐν ἑαυ-
τῷ τὴν ὀργήν· ἡ γὰρ ἀτιμία τὴν ὀργὴν δηλοῖ·
« Γλῶσσαν ἔχει ἄδικον. » Ὁρᾷς καὶ ἐκεῖ γλῶσ- v. 19. cod. f. 58. b.
σαν καὶ ἐνταῦθα· ἀλλ' οὐκ ἴσα τὰ ἀπ' αὐτῆς·
ἀλλ' ἐκεῖ μὲν φάρμακα, ἐνταῦθα δὲ τραύματα·
τί τούτου γένοιτ' ἂν ἐναντιώτερον; Ὁρᾷς μὴ ἐν
φύσει τὸ κακὸν, ὁπόταν ἡ χρῆσις ἐφ' ἑκάτερα
φανερὰ ᾖ; « Οὐκ ἀρέσει τῷ δικαίῳ οὐδὲν ἄδικον. » v. 21.
Ὥσπερ δὲ οὐκ ἀρέσκει τῷ δικαίῳ οὐδὲν ἄδικον, cod. f. 59. a.
οὕτως οὐδὲ τῷ ἀδίκῳ τὸ δίκαιον· οὐκ ἄρα παρὰ
τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ πα-
ρὰ τὴν κρίσιν τῶν δικαιουμένων τὰ κακά· μή μοι
λέγε, ὅτι ὁ δεῖνα ἐσκανδαλίσθη, ὁ δεῖνα ἀπι-
στεῖ· παρὰ γὰρ αὐτῶν ταῦτα πάντα, οὐ παρὰ
τῶν πραγμάτων· ὥσπερ γὰρ κἂν φανῇ ὁ ἥλιος,
καὶ οὕτως οὐδὲν πλέον τῷ νοσοῦντι τὰς ὄψεις,
οὕτως κἂν φανερὰ ἀλήθεια ᾖ, κέρδος οὐδὲν τῷ
τὴν ψυχὴν διεστραμμένῳ.

Ἀνὴρ συνετὸς θρόνος αἰσθήσεως. v. 23.

Πᾶσα γὰρ ἡ αἴσθησις αὐτοῦ διὰ τὴν σύνεσιν ibid.
αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἀναπαύεται· τουτέστιν ἀνάπαυ-
σις, καθέδρα, ἐναναπαύεται αὐτῷ, οὐκ ἀναχω-
ρεῖ, ἐμβασιλεύει δὲ αὐτῷ· ἢ ὅτι κεφάλαιον ἐστὶ
καὶ βασιλεία τῆς αἰσθήσεως ἡ σύνεσις· ἢ ἐκ
τοῦ ἐναντίου, ὁ πάντα συνιεὶς, κληθείη ἂν θρό-
νος αἰσθήσεως· ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου θρόνος
ἀνομίας λέγεται· ἀραῖς δὲ συναντῶσιν οἱ ἄφρο-
νες, τὴν γὰρ ὑπὸ κατάραν οὖσαν βαδίζουσιν ὁδόν.

Χεὶρ ἐκλεκτῶν κρατήσει εὐχερῶς. v. 24.

Ἐπεὶ οὐδὲν εὐπορώτερον ἀρετῆς, οὐδὲν δυν- ibid.
ατώτερον, οὐδὲν εὐμηχανέστερον· ἢ χεῖρα τὴν
πρᾶξιν λέγει τῶν ἁγίων, οἳ κατεξουσιάζουσι τοῦ
κόσμου· οἱ δὲ μὴ ἀγαθοὶ ἄνδρες αἰχμαλωτισθή-
σονται ὑπὸ δαιμόνων.

Φοβερὸς λόγος καρδίαν ταράσσει ἀνδρὸς δικαίου. v. 25.
ἀγγελία δὴ ἀγαθὴ εὐφραίνει αὐτόν.

Ταράσσει μὲν ὁ περὶ τῶν ἐν νόμῳ κολάσεων ibid.
λόγος· περὶ δὲ τῶν ἐν εὐαγγελίοις ἐπαγγελιῶν
ἀκούων εὐφραίνεται· ὅρα πρὸς ἑκάτερα χρήσιμον·
κἂν ἀγαθόν τι περὶ τῶν πέλας ἀκούσῃ, οὐ βα-
σκαίνει ἀλλὰ συγχαίρει· κἂν πονηρόν τι περὶ
ἑαυτοῦ καταστέλλεται, τάξιν ἔχει καὶ ἡ ὀδύ-

Cap. XII. νη αὐτοῦ καὶ ἡ χαρά· ἐπὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν, τοὐναντίον· ἔνθα μὲν γὰρ ὀδυνᾶσθαι χρὴ ἐπὶ τοῖς φοβεροῖς λόγοις, καταφρονοῦσιν· ἔνθα δὲ χαίρειν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, τήκονται, ἐναντία πάσχοντες πάθη.

haud secus quam gaudium. Omne contra in impiis fit: namque ubi dolendum foret ob terribilium sermonum auditum, contemnunt potius. Ubi autem de re bona laetandum esset, livore tabescunt; contrarias prorsus experientes passiones.

v. 27. Οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας.

cod. f. 59. b. Ἐπεὶ θηρευτής ἐστι καὶ ἁλιευτὴς ἡμῶν ὁ λογισμὸς, ὁ οὖν δόλιος ὢν οὐκ ἐπιτυγχάνει τῆς θήρας τῶν ἐναντίων λογισμῶν, ἀλλ' αὐτὸς θηρεύεται ὑπ' αὐτῶν.

Non consequetur dolosus venationem.

Quia venatoris instar atque piscatoris cogitatio nostra est; dolosus quidem homo non potitur praeda contrariorum consiliorum, sed ipse potius ab aliis capitur.

Cap. XIII. 3. Ὃς φυλάσσει τὸ ἑαυτοῦ στόμα, τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

cod. f. 59. b. Ὅρα πρώτους ἡμᾶς καρπουμένους τὰ καλὰ, καὶ τὴν βλάβην αὖθις περιτρεπομένην εἰς ἡμᾶς· φυλάσσει μὲν γὰρ ὃς οἶδε λέγειν τὸ, θοῦ κύριε
* Ps. CXL. 3. φυλακὴν τῷ στόματί μου *· προπετεύεται δὲ χείλεσιν, ὁ μὴ νοῶν ἃ λέγει, μηδὲ περὶ τίνων δια-
v. 4. ibid. βεβαιοῦται. « Ἐν ἐπιθυμίαις ἐστὶ πᾶς ἀεργός. » Ὁ γὰρ τοιοῦτος· κἂν πάνυ εὔπορος ᾖ, διαφθείρει τῇ ἀργίᾳ τὸν πλοῦτον· ἢ παρ' ὅσον τὸ ἔργον παρασχολεῖ τὴν διάνοιαν τῶν περισσῶν ἐπιθυμιῶν· οἱ δὲ ἐπιμελούμενοι τῶν ὄντων, καὶ
v. 7. τὰ οὐκ ὄντα τοῖς οὖσιν προσηύξησαν. « Εἰσὶν οἱ πλουτίζουσιν ἑαυτοὺς, μηδὲν ἔχοντες, καὶ εἰσὶν οἱ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς ἐν πολλῷ πλούτῳ· » Ἄρα οὔτε πλοῦτος, ἀλαζονίας ὑπόθεσις· οὔτε πενία, ταπεινοφροσύνης· ἢ πλουτίζουσιν οἱ δοκησίσοφοι.

Qui custodit os suum,, propriam animam servat.

Observa, nos in primis honesti fructum percipere, vicissimque damnum quod in nosmet redundat. Custodit, inquam, is qui scit dicere: pone, Domine, custodiam ori meo. Temerariis autem labiis ille est, qui quae dicit non considerat, neque de quibus adfirmat. « In desideriis est omnis otiosus. » Nam qui eiusmodi est, etiamsi valde dives sit, desidia sua divitias dissipat. Vel hoc dicit, quatenus labor facit inviam mentem importunis cupiditatibus. At ii qui rei partae curam gerunt, etiam ea quae desunt apponunt. « Sunt qui sibi tribuunt divitias, nihil habentes: sunt etiam qui se humiliant in multis divitiis. » Ergo neque divitiae, iactantiae argumentum; neque paupertas, humilitatis. Vel sibi de divitiis plaudentes dicit eos, qui sibimet videntur sapientes.

v. 8. Λύτρον ἀνδρὸς ψυχῆς ὁ ἴδιος πλοῦτος.

cod. f. 60. a. Τί λέγεις; τί ποιεῖς, οὕτως ἐπαίρων τὰ χρήματα; πρῶτον μὲν οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα τὸν πλοῦτον ἔφησεν, ἀλλὰ τὸν ἴδιον τὸν ἐκ δικαίων πόνων· οὐκ οὖν πονηρὸν ἡ πτωχεία· ἢ τοῦτο φησὶν, ὅτι τῷ πτωχῷ ἴσως οὐδὲ ἀπειλῆσαι τὶς ἂν ἕλοιτο· τὸν γὰρ οὐκ ἔχοντα, πόθεν ἄν τις φοβήσειεν; ὥστε ἀπράγμων οὗτος ὁ βίος ἐστίν· ἢ πλοῦτον ἴδιον τὴν δικαιοσύνην φησὶ, ἥτις ῥύεται ἐκ θανάτου· οὐχ ὑφίσταται δὲ ἀπειλὴν, ἤτοι τὴν περὶ κολάσεως προαναφώνησιν, ὁ πτωχεύων ταῖς ἀρεταῖς.

Redemptio animae viri, divitiae propriae.

Quid ais? quid agis, tantopere opes extollens? Atqui, primo quidem non quaslibet divitias dixit, sed proprias iustis laboribus partas. Non est ergo res mala paupertas. Vel potius ait, pauperi ne minari quidem fortasse quempiam velle; quia nihil possidentem quomodo aliquis perterrefaciet? Quamobrem hoc vitae genus prorsus expers molestiae est. Vel proprias divitias appellat iustitiam, quae de morte eripit. Haud autem aequo animo fert minas, seu poenae denunciationem, qui virtutibus pauper est.

v. 12. Κρείσσων ὁ ἐναρχόμενος βοηθεῖν τοῦ ἐξαγγελλομένου καὶ εἰς ἐλπίδας ἄγοντος.

cod. f. 60. b. Παιδεύει πανταχοῦ μὴ προπετεῖς εἶναι ῥήμασι, καὶ μήτε θεῷ ἁπλῶς ἐπαγγέλλεσθαι μήτε ἀνθρώποις, ἀλλὰ δι' ἔργων τοῦτο ποιεῖν, καὶ καὶ μὴ ῥήμασι διαλύεσθαι· ἢ ὅτι ταχὺ ἄρχου ἀρετῆς, καὶ μὴ μέλλε· καλὸν γὰρ ἐνάρχεσθαι
v. 13. ἀγαθῆς πράξεως, καὶ μὴ ἐλπιδοσκοπεῖν. « Ὁ
cod. f. 61. a. φοβούμενος ἐντολὴν, οὗτος ὑγιαίνει. » Ὡς ὁ φο-

Melior qui incipit auxiliari ex corde, quam qui promittit et in spem adducit.

Ubique monet, ne temere verba fundamus, et neque Deo temere neque hominibus promittamus, sed operibus magis quam verbis officium exsequamur. Vel dicit: statim virtutis initium fac, nec differas. Pulchrum est enim bonum opus capessere, neque vanae spei mentem intendere. « Qui timet mandatum, sanus

est. » Sicut qui Deum timet, voluntati eius obtemperat; ita qui mandatum timet, observat illud. Qui vero Deum spernit mandata eiusdem spernit. Valet autem anima quae divinum mandatum custodit.

Rex audax in mala incidet: nuncius autem sapiens liberabit eum.

Videsne quantum sit malum audacia, quandoquidem ne regi quidem prodest? etiamsi hic a quonam pati potest grave aliquid, qui omnes sub se habet? nam certe aliquis eripiet eum, periculi admonens, et consilium impertiens. Vel ipse rex semet expediet, sapientibus verbis utens et legatione. Sapiens nuncius, id est qui sapienter ei consulit.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.

Valde interest cum talibus conversatio, non autem sola itineris societas: quamquam et haec ipsa fortasse iuvabit: necesse est enim hinc etiam multa discere. Non enim dixit, qui conversatur, vel qui diutissime contubernalis sit, sed qui vel unius ambulationis comes fuerit, magna inquit consequetur. Nam si viri incessus, et dentium risus, indolem illius patefaciunt, multo magis brevis ambulatio, quae quidem saepe fiat, hoc praestabit. Secus vero in hominibus scaevis usuvenit.

Peccatores persequentur mala.

Verbum persequentur celeritatem retributionis ostendit, absque ulla dilatione. Mala autem intellige molestias, quae paulo tardius peccatores insequi solent. Verumtamen bona, utpote celeriora, ad iustos pervenient. « Bonus vir hereditabit filios filiorum. » Verbum hereditabit, haud significat hereditatem capiet filiorum; summa enim haec maledictio foret; sed contrarium potius, nempe quod divitias transmittet posteris suis, et successores relinquet. At impiorum opes non filiis, sed iis qui bene uti queunt transmittuntur. Vel sic: mens quasi parens, bonas gignit cogitationes; hae vero similium actuum parentes fiunt.

Qui suae virgae parcit, odit filium suum.

Hoc iis dicitur qui liberorum suorum amantes videntur, neque tamen sunt. Quamobrem non qui non parcit, sed qui parcit, odit. Non levis pretii res filii sunt, de quorum salute ratio a nobis exposcetur. (*Aiunt multi:*) ne ita, o filii. At nudus sermo non est castigatio. Nonne Heli gravissimam luit poenam propter hanc

βούμενος τὸν θεὸν, ποιεῖ τὸ θέλημα αὐτοῦ, οὕ- Cap. XIII.
τως ὁ φοβούμενος ἐντολὴν, τηρεῖ αὐτήν· ὁ δὲ καταφρονῶν τοῦ θεοῦ, καταφρονεῖ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· ὑγιαίνει δὲ ψυχὴ τηροῦσα τὴν ἐντολὴν τὴν θείαν.

βασιλεὺς θρασὺς ἐμπεσεῖται εἰς κακά· v. 17.
ἄγγελος δὲ σοφὸς ῥύσεται αὐτόν.

Ὁρᾷς ὅσον κακὸν ἡ θρασύτης, ὅτι οὐδὲ βα- cod. f. 61. a.
σιλέα ὠφελεῖ; καί τοι παρά τινος ἐκεῖνος πείσεται δεινὸν, ὁ πάντας ἔχων ὑφ᾽ ἑαυτῷ; ἴδε καὶ ὅσον ἀγαθὸν τὸ ἐναντίον· ῥύσεται γάρ φησιν αὐτὸν ὁ σοφός τις ἀγγέλλων καὶ συμβουλεύων· ἤγουν αὐτὸς ἑαυτὸν ῥύσεται, σοφὰ τοῖς ἀντιπάλοις ἀγγέλλων καὶ πρεσβευόμενος· ἄγγελος δὲ σοφὸς, τουτέστιν ὁ σοφὰ συμβουλεύων αὐτῷ.

Ὁ συμπορευόμενος σοφοῖς, σοφὸς ἔσται. v. 20.

Οὐ μικρὸν ἄρα ἡ συνδιατριβὴ ἡ μετὰ τῶν cod f. 61. b
τοιούτων· οὐχ ἁπλῶς δὲ τὸ κοινωνεῖν πορείας· τάχα καὶ τοῦτο ὠφελεῖ· ἀνάγκη γὰρ πολλὰ μαθεῖν καὶ ἐκ τούτου· οὐκ εἶπε γὰρ, ὁ συνὼν, ἢ ὁ συγγινόμενος ἐπὶ πλεῖστον, ἀλλὰ καὶ ὁ μόνης βαδίσεως κοινωνήσας, μεγάλα καρπώσεται φησίν· εἰ γὰρ στολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ γέλως ὀδόντων ἀναγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον βάδισις μικρὰ, καὶ ὥστε συνεχῶς τοῦτο γίνεσθαι· ἐπὶ δὲ τῶν ἀγνωμόνων τοὐναντίον.

Ἁμαρτάνοντας καταδιώξεται κακά. v. 21.

Τὸ καταδιώξεται, τὸ ταχὺ τῆς ἀντιδόσεως ibid.
παρίστησιν, ὡς μηδὲ ἀναβάλλεσθαι· κακὰ δὲ, τὰ κακωτικὰ, ἃ ὡς βραδύτερα καταδιώκει τοὺς ἁμαρτάνοντας· τὰ δὲ ἀγαθὰ ὡς ταχύτερα κατα-
λήψεται τοὺς δικαίους· « Ἀγαθὸς ἀνὴρ κληρο- v. 22.
νομήσει υἱοὺς υἱῶν· » Τὸ κληρονομήσει, οὐ τοῦτο cod. f. 62. a.
φησὶ, τὸ παῖδας κληρονομεῖν· τοῦτο γὰρ ἔσχατον ἀρὰ, ἀλλὰ τοὐναντίον ὅτι παραπέμψει τὸν πλοῦτον τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καὶ καταλείψει πρὸς διαδοχήν· ὁ δὲ τῶν ἀσεβῶν οὐχὶ τοῖς τέκνοις, ἀλλὰ τοῖς δυναμένοις χρῆσθαι καλῶς παραπέμπεται· ἢ οὕτως· ὁ νοῦς πατὴρ, ἀγαθοὺς γεννῶν λογισμούς· οὗτοι δὲ πραγμάτων ὁμοίων γεννητικοί.

Ὃς φείδεται τῆς ἑαυτοῦ βακτηρίας, μισεῖ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν. v. 24.

Τοῦτο πρὸς τοὺς φιλοτέκνους εἶναι δοκοῦν- ibid.
Superni panis aliquanta cognitio melior est, pacemque delectabilem magis praebens, quam lauta falsorum dogmatum notio. «Servus intelligens reget heros imprudentes.» Vel hoc dicit, quod ipse inter fratres sit futurus tamquam frater. Vel quod si, ut pater, dominari eis poterit, non tamen heri instar. Vel de ethnicorum populo loquitur, qui cum esset servus, nam Christus hunc pretio redemit, ingenuos dominosque Iudaeos potentatu suo occupavit. «Sicut probantur in camino argentum et aurum.» Virtutis demonstrandae causa in molestias incurrunt iusti atque ut funditus purgentur. «Malus obedit linguae iniquorum.» Non ergo tantum loqui, sed etiam loquenti obsecundare, summae est iniquitatis atque malitiae.

Qui irridet inopem, irritat creatorem eius.

Cur? quia Deus ipsius pauperis creator est. Quis vero tam saevus, quis tam inhumanus, ut cum ad misericordiam flecti deberet, tunc rideat? Profecto hic quoque supplicio plectendus erit; peribitque, propterea quod adversus Dei magnam sapientemque providentiam peccat. «Et qui laetatur homine pereunte, non vacabit culpa.» Sive nempe hic excidat recta Dei scientia, sive moriatur. «Corona senum, filii filiorum.» Rursus naturalibus utitur exemplis, quod ea res parentum virtuti sit tribuenda, neque simpliciter filios intelligit sed frugi. «Fidelis hominis est, quicquid habet mundus divitiarum: infidelis vero, ne obolus quidem.» Fidelis qui ad sensibilia non rapitur, perinde est ac si omnia haberet. Qui autem praedictis studet, est instar illius qui nihil habet.

Merces gratiarum, disciplina utentibus ipsa.

Moralis disciplina, merces virtutum: id enim praestant gratiae. Qui ergo virtutes more bene composito exercet, ipsam demum consequetur disciplinam. Vel, qui virtuti se addixit, mercedis gratiaeque loco a Deo habebit recte agendi tenorem. Ubi enim versatur virtus, illic eiusdem bonus odor erit. « Qui celat inique facta, quaerit amicitiam. » Amicitias conciliamus, si nos aliena peccata non traducimus neque palam efferimus. Sane qui virtutibus vitia occulit, Deo fit gratus. Nam quia homines numquam peccare nequeunt, aliam nobis viam obtulit, qua peccata dissolvamus, et illorum damnum auferamus. Vel, qui paenitentia iniquitates obruit, quaerit Dei amicitiam.

Ut quid divitiae stulto?

Non ergo per se bonum divitiae, nisi sapientia comite: ceu si quis equum habeat, aurigandi ignarus. Hoc autem haud improbandi causa dicit, sed ut a nimio studio avocet. Cur adeo satagis? quum antea discere debeas, quomodo divitiis utendum sit. Veluti si quis videns aliquem fabricantem navim, dicat, cur haec navis? nulla fieret reprehensio. « Ad omne tempus tibi amicus sit. » Id est non laeto tantum tempori aptus, sed etiam pressurae, et hilaritati atque adversitati: immo huic potius quam illi. Vel hoc dicit: si tibi adquiris amicos, da operam ut hi omni tempore adsint. « Fratres in necessitatibus utiles sint; huius enim rei gratia nascuntur. » Haud ex natura tantummodo oportet fratrem aestimare, verum etiam ex beneficiis et vitae genere, et officiis innumeris. Idcirco enim nascuntur, ait, ut calamitatem tuam participent; quod qui minime praestat, tali nomine non est dignus. Qui eiusdem spiritus sunt participes, ii necessitatibus homogenei sui subveniant.

Vir stultus plaudit et congaudet sibi, cum sponsione spoponderit pro amicis suis.

Qui alteri congaudet, sibi congaudet. Ceteroqui asperiorem iudicem efficit. Sed peiore adhuc conditione sponsor est.—Viden? Non simpliciter dixit spoponderit, sed pro amicis suis non pro inimicis. Cur autem sic mandat? quia nondum idonei erant audiendo, oportere etiam inimicos amore prosequi. Ne ergo legis transgressio foret, totum negotium amicitia metitur. « Durus autem corde non occurrit

Μισθὸς χαρίτων, ἡ παιδεία τοῖς χρωμένοις. Cap. XVII. v. 8.
Ἡ ἠθικὴ παίδευσις, μισθὸς ἀρετῶν· τοῦτο cod. f. 73. b.
γὰρ τῶν χαρίτων· ὁ τοίνυν κατορθῶν τὰς ἀρε-
τὰς ἤθει πεπαιδευμένῳ, αὐτὴν ἕξει τέλος τὴν
παίδευσιν· ἢ ὁ προῃρημένος τὴν ἀρετὴν, μισθὸν
καὶ χάριν ἐκ θεοῦ, τὴν τούτων ἔχει κατόρθω-
σιν· ὅπου γὰρ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτῆς, ἐκεῖ καὶ ἡ
εὐωδία. « Ὃς κρύπτει ἀδικήματα, ζητεῖ φι- v. 9.
λίαν. » Τὸ φιλίαν ποιοῦν ἐστι, τὸ μὴ ἐκπομ-
πεύειν ἡμᾶς μὴ δὲ δημοσιεύειν τὰ ἁμαρτήματα·
ὁ γὰρ διὰ τῶν ἀρετῶν κρύπτων τὰς κακίας, φί-
λος γίνεται θεῷ· ἐπειδὴ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας
οὐκ ἔνι μὴ ἁμαρτάνειν, ἑτέραν ὁδὸν ἔδωκε δι'
ἧς τὰ ἁμαρτήματα λύσομεν, καὶ τὴν ἀπ' αὐ-
τῶν ἀναιρήσομεν βλάβην· ἢ διὰ μετανοίας ὁ κρύ-
ψας τὰ ἄδικα, ζητεῖ φιλίαν τὴν πρὸς τὸν θεόν.

Ἵνα τί ὑπῆρξε χρήματα ἄφρονι; v. 16.
Οὐκ ἄρα καλὸν ὁ πλοῦτος, σοφίας μὴ οὔ- cod. f. 74. b.
σης· ὥσπερ εἴ τις ἵππον ἔχων, ἡνιοχεύειν οὐκ
ἐπιστάμενος· τοῦτο δὲ οὐκ ἐγκαλοῦντος ἐστὶν,
ἀλλ' ἀπάγοντος τῆς σπουδῆς· τίνος ἕνεκεν σπου-
δάζεις; δέον ἐκεῖνο πρότερον κτήσασθαι, ὥστε
εἰδέναι ὡς δέον αὐτοῖς χρήσασθαι· ὥσπερ ἄν τις
ἰδὼν τινὰ πλοῖον κατασκευάζοντα λέγῃ· διὰ τί
τόδε τὸ πλοῖον; οὐκ ἐγκαλοῦντος ἐστίν. « Εἰς
πάντα καιρὸν φίλος ὑπαρχέτω σοι. » Τουτέστιν
οὐκ ἐν εὐφροσύνῃ μόνον ἐπιτήδειος ἀλλὰ καὶ ἐν
θλίψει, καὶ ἐν ἱλαροῖς, καὶ ἐν δυσχερέσι· καὶ
τοῦτο μᾶλλον ἢ ἄλλο· ἢ τοῦτό φησιν· εἰ ποιεῖς
φίλους, τοιούτους ποίησαι, ὡς εἰς πάντα και-
ρὸν ὑπάρχειν· « Ἀδελφοὶ ἐν ἀνάγκαις χρήσιμοι cod. f. 75. a.
ἔσωσαν· τούτου γὰρ χάριν γεννῶνται· » Οὐκ ἀπὸ
τῆς φύσεως δεῖ μόνης τὸν ἀδελφὸν δοκιμάζειν,
ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς διαγω-
γῆς, καὶ τοῦ παρεστάναι μυριάκις· διὰ τοῦτο
γὰρ γεννῶνται φησὶν, ἵνα κοινωνήσωσί σοι συμ-
φορᾶς· ὥστε ὁ μὴ τοῦτο ποιῶν, οὐδὲ τῆς προσ-
ηγορίας ἐπάξιος· οἱ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος κοινω-
νοὶ, ἀνάγκαις τοῦ ὁμογενοῦς ἀντιλαμβανέσθωσαν.

Ἀνὴρ ἄφρων ἐπικροτεῖ καὶ ἐπιχαίρει ἑαυτῷ v. 18.
ὡς καὶ ὁ ἐγγυώμενος ἐγγύῃ τὸν ἑαυτοῦ φίλον.
Ὁ ἑτέρῳ ἐπιχαίρων, ἑαυτῷ ἐπιχαίρει· χαλε- cod. f. 75. b.
πώτερον τὸν δικαστὴν ποιεῖ· καὶ τούτου μειζό-
νως ὁ ἐγγυώμενος.—Ὁρᾶς; οὐχ ἁπλῶς φησιν,
ἀλλὰ τοὺς ἑαυτοῦ φίλους, οὐ τοὺς ἐχθρούς· τί-
νος δὲ ἕνεκεν παρακελεύεται; οὔπω ἦσαν ἱκανοὶ
ἀκούειν, ὅτι καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν δεῖ· ἵν'
οὖν μὴ παράβασις ᾖ τοῦ νόμου, ἐν τῇ φιλίᾳ
μετρεῖ τὸ πρᾶγμα. « Ὁ δὲ σκληροκάρδιος οὐ συν- v. 20
αντᾷ ἀγαθοῖς· » Διὰ τί; ὡς μέλλων συσκιά-

Cap. XVII. ζειν αὐτοῦ τὰ δεινά. « Ἀνὴρ εὐμετάβολος γλώσ-
ση. » Ὥστε κακὸν τὸ μὴ πεπηγέναι, μὴ δὲ
v. 21. ἐστηρίχθαι. « Οὐκ εὐφραίνεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ
ἀπαιδεύτῳ. » Τί οὖν; οὐχ ὁρῶμεν πολλοὺς εὐ-
φραινομένους; οὐχί· οὐκ ἔχει τὸ πρᾶγμα φύ-
σιν· οὐδὲν ἄρα φύσις ἀλλ' ἡ σοφία· εἰ γὰρ υἱὸς
οὐκ εὐφραίνει, δηλονότι διὰ τὸ μὴ μετέχειν
σοφίας· ὁ δὲ φρόνιμος εὐφραίνει, οὐκ ἄρα τῆς
φύσεως.

v. 22. Καρδία εὐφραινομένη εὐεκτεῖν ποιεῖ.

cod. f. 76. b. Πολλὴν ὑπὲρ τούτου ποιεῖται σπουδήν· καὶ
v. 23. γὰρ τοῦτο κακία, ἡ βαρυθυμία. « Λαμβά-
νοντος δῶρα ἐν κόλπῳ ἀδίκως οὐ κατευοδοῦνται
ὁδοί. » Ἐν καρδίᾳ νοήματα λαμβάνοντος ἄδ-
ικα, οὐ κατευοδοῦνται αἱ ὁδοί· τὰ γὰρ ἐμπα-
θῆ καὶ αἴσχιστα νοήματα τὰ παρὰ τῶν δαι-
v. 24. μόνων ἡμῖν προσφερόμενα, δῶρα ἐκάλεσε· « Πρό-
σωπον συνετὸν ἀνδρὸς σοφοῦ· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ
τοῦ ἄφρονος ἐπ' ἄκρα τῆς γῆς. » Ὁρᾷς πῶς
ἐκεῖνο δείκνυσι ἐν θυμῷ φυλαττόμενον, τοῦτο
δὲ ἐπτοημένον καὶ κεχηνὸς, πάντα περιβλε-
πόμενον; Ἢ ὅτι ὁ μὲν ὁρᾷ μετὰ συνέσεως, ὁ
δὲ μὴ ἀρκούμενος τοῖς ἐν ποσὶ, πανταχοῦ
τὴν διάνοιαν ῥέπει ῥεμβόμενος· οὐ διὰ τοῦτο
ἔχομεν ὀφθαλμοὺς, ἵνα πᾶσιν αὐτοὺς τοῖς πο-
νηροῖς σώμασιν δεικνύωμεν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς
χαλινώσωμεν, ἵνα αὐτοῖς ὅρον θῶμεν καὶ μέ-
τρον· ἐπ' ἄκρα δὲ γῆς, ἀντὶ τοῦ ἐν ἄκρᾳ
κακίᾳ.

v. 26. Ζημιοῦν ἄνδρα δίκαιον, οὐ καλόν.

cod. f. 76. b. Ἐπειδὴ μάλιστα ἐκεῖνοι τοῦτο πάσχουσι· τοῖς
δε ἄλλοις, δίκαιον οὔ· τὸν δὲ ἄδικον χρὴ ζη-
μιοῦν καὶ σφόδρα· « οὐδὲ ὅσιον ἐπιβουλεύειν δυν-
άσταις δικαίοις. » Ἔστι καὶ δυνάστην εἶναι δί-
v. 27. καιον· « Ὃς φείδεται ῥῆμα προέσθαι σκληρὸν,
ibid. ἐπιγνώμων. » Ῥῆμα σκληρὸν ὠνόμασε τὸν λογι-
σμὸν τὸν κινοῦντα τὸν θυμὸν, ἢ λόγον τὸν εἰς
v. 28. τοῦτο κινητικόν. « Ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι σοφίαν,
σοφία λογισθήσεται. Ὅταν ἀμαθὴς καὶ ἄπει-
ρος, περὶ σοφῶν λόγων ἐρωτᾷ ἢ πραγμάτων,
νομίζεται σοφὸς, κἂν ἀνόητός τις ἐξ ἀμαθίας
γένηται· οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο εἰς σοφίαν αὐτῷ λογι-
σθῆναι.

Cap. XVIII. 4. Ὕδωρ βαθὺ, λόγος ἐν καρδίᾳ ἀνδρός· ποταμοὺς δὲ ἀναπηδῶν, πηγὴ ζωῆς.

cod. f. 77. a. Τὸ βαθὺ, ἀντὶ τοῦ πολύ· καὶ δύναται πολ-
λάκις καὶ ποταμοὺς ἀνενεγκεῖν ἀνθ' ἑνός· ἢ τοῦ-

bonis. » Cur? Quia si aliter ageret, adversitatibus suis velum obtenderet. « Vir lingua volubili. » Calamitosum scilicet est, minime firmum esse atque constantem. « Pater super indisciplinato filio non laetatur. » Quid ergo? Nonne videmus multos laetantes? Minime, inquam. Fieri hoc natura non patitur. Nihil est itaque natura, sed sapientia: nam si filius non laetificat, qui sapientia caret; et si contra, qui est cordatus, laetificat; utique ea res naturae non est.

Cor laetum facit bene habere.

Multum huius rei prae se fert studium: etenim id quoque malum est, nempe animi aegritudo. « Accipientis iniuste munera in sinu, non prosperantur viae. » Eius qui iniquos cogitatus mente recipit, non prosperantur viae. Quippe lascivas ac turpissimas cogitationes nobis a daemonibus oblatas, munera appellavit. « Sapientis vultus intelligentiam prae se fert: oculi autem stulti hominis ad extrema terrae. » Viden, quomodo illic cogitatum animo custoditum denotat, heic autem abiectum hominem et oscitantem et cuncta circumspicientem? Vel, ille quidem intelligentes spectat, hic autem non contentus iis quae ante pedes sunt, quaqueversus mente incerta vagatur. Nos vero haud idcirco oculos habemus, ut cunctis eos vel indignis corporibus iniiciamus, sed ut eos potius cohibeamus, finesque eisdem ac modulum statuamus. Ad extrema porro terrae dixit, pro, ad extremam nequitiam.

Damnum inferre viro iusto, non est rectum.

Nimirum hoc iusti praesertim patiuntur. Aliis autem ius debitum non redditur. Atqui hominem iniustum vehementer punire opus est. « Neque fas est insidiari principibus iustis. » Ait principem quoque iustum comperiri. « Qui parcit verbum promere durum, prudens est. » Verbum durum nominavit cogitatum, qui iram commovet: vel sermonem ad eam concitantem. « Fatuo interroganti sapientiam, sapientia reputabitur. » Cum indoctus aliquis atque imperitus de doctrinis interrogat vel de negotiis, reputari solet sapiens, etiamsi excors sit et inscius. Non ergo illud sufficit, ut ei sapientia iure adscribatur.

Aqua profunda, sermo in corde viri: flumen vero scaturiens, fons vitae.

Profundam dicit aquam pro copiosa; quae saepe quidem multos potest pro uno fluvio ef-

ferre. Vel dicit, quod intra se continet alte reconditum. Sicut enim immensurabilis aqua, ita in corde viri secundum Deum viventis sermo incomprehensibilis. Porro sermonem pro scientia dicit. Hic Iesu verba dicentis audit: cuius in corde fons fit salientis aquae. Scaturire autem dicit, pro implucre atque irrigare arva subiecta, ubertatem provocando. «Mirari personam impii, non bene est,» etiamsi quisquam in dignitate sit constitutus, etiamsi orationis suadela quod iustum est obruat. Miratur faciem impii ille etiam qui haerentem diabolo nequitiam admittit.

Labia stulti deducunt eum in mala: et audax asperumve eius, mortem provocat.

Cogitationes ac verba imprudentis impellunt eum ad animi corporisque calamitates. Iam si mors ab audacia oritur, utique mors animam separat a vera vita. Etenim audacia sive asperitas vere nos seiungit ab eo qui dixit, ego sum vita. Atque ut ex audacia nascitur mors, ita ex mansuetudine vita. Porro opponitur asperitati mansuetudo. «Pigros deiicit timor: animae autem effeminatorum esurient.» Pigros dicit virili vigore carentes; animas effeminatorum, id est dissolutorum ac mollium. «Qui non sibi medetur in operibus suis etc.» Qui peccatis suis non medetur per opera ipsi a Christo demonstrata, frater est diaboli, qui poenarum conscius, nihilominus in eas ultro incurrit. Paulus quoque ait: si quis ergo semet emundaverit, erit vas utile Domino. «Ex magnitudine fortitudinis, nomen Domini innotescit.» Id est perspicua fit eius notitia. Non est magisterio opus; manifestum est Domini nomen, Deique potentia. Insuper et hinc declaratur, nempe quia confugientes ad se exaltat.

Substantia divitis viri, urbs munita.

Hoc dicit: divitiae cuiusque per se non sufficiunt ad salvandum, sed opus est urbe munita et clara: etenim in securitate gloria consistit. Vel sic. Substantia iustorum, omnisque ipsorum thesaurus est superna Hierusalem: illuc nunc congerunt opera eorum. «Ante contritionem extollitur viri cor.» Viden quomodo incommoda sit gloria, et bona contritio? Sicut enim, inquit, superbiam subsequitur contritio, ita humiliationem gloria: non enim fieri

το φησὶν, ὅτι φυλάττει ἑαυτὸν καὶ ἐν βάθει Cap. XVIII.
κατέχει· ὡς γὰρ ἄμετρον ὕδωρ, οὕτως ἐν καρ-
δίᾳ ἀνδρὸς τοῦ κατὰ Θεὸν λόγος ἀκατάληπτος·
λόγον δὲ νῦν, τὴν γνῶσιν φησίν· ὁ γὰρ τοιοῦ-
τος τοὺς Ἰησοῦ λόγους ἀκούει· οὗ ἐν τῇ καρδίᾳ
γίνεται πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου· ἀναπηδῶν δὲ
ἀντὶ τοῦ ἀνομβρῶν, ἄρδων τὰ ὑποκείμενα, καὶ
εις καρποφορίαν προκαλούμενος. «Θαυμάσαι πρόσ- v. 5.
ωπον ἀσεβοῦς, οὐ καλόν.» Κἂν ἐν ἀξιώματι ᾖ, cod. f. 77. b.
κἂν πιθανότητι λόγων κρύπτῃ τὸ δίκαιον. Θαυ-
μάζει πρόσωπον ἀσεβοῦς, καὶ ὁ τὴν ἐνυπάρχου-
σαν τῷ διαβόλῳ κακίαν ἀποδεχόμενος.

Χεῖλη ἄφρονος ἄγουσιν αὐτὸν εἰς κακά· τὸ δὲ στόμα v. 6.
αὐτοῦ τὸ θρασὺ, θάνατον ἐπικαλεῖται.

Λογισμοὶ ἄφρονος, καὶ λόγοι ἄγουσιν αὐτὸν ibid.
εἰς κακὰ ψυχῆς τε καὶ σώματος· εἰ δὲ ὁ θά-
νατος γεννᾶται ἀπὸ θρασύτητος, ἄρα ὁ θάνα-
τος χωρίζει ψυχὴν ἀπὸ τῆς ὄντως ζωῆς· ἡ γὰρ
θρασύτης ἡμᾶς ὄντως χωρίζει ἀπὸ τοῦ εἰπόν-
τος, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· καὶ ὥσπερ ἐκ τῆς θρασύ-
τητος γεννᾶται ὁ θάνατος, οὕτως ἐκ τῆς πραΰ-
τητος ἡ ζωή· ἀντίκειται γὰρ τῇ θρασύτητι ἡ
πραΰτης. «Ὀκνηροὺς καταβάλλει φόβος· ψυχαὶ v. 8.
δὲ ἀνδρογύνων πεινάσουσι.» Τῶν ὀκνηρῶν καὶ
ἀνάνδρων· ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων τῶν ἐκκεχυμέ-
νων, τῶν μαλακῶν· «Ὁ μὴ ἰώμενος αὑτὸν ἐν v. 9.
τοῖς ἔργοις αὐτοῦ κ. τ. λ. Ὁ μὴ ἰώμενος ἑαυτὸν
ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν αὑτοῦ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς παρὰ
Χριστοῦ δοθεῖσιν αὐτῷ, ἀδελφός ἐστι τοῦ δια-
βόλου τοῦ γινώσκοντος τὰς κολάσεις καὶ λυμαι-
νομένου ἑαυτὸν εἰς αὐτάς· καὶ ὁ Παῦλος φησίν·
ἐὰν οὖν τὶς ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν, ἔσται σκεῦος χρή-
σιμον τῷ δεσπότῃ· «Ἐκ μεγαλωσύνης ἰσχύος v. 10.
φανερὸν τὸ ὄνομα κυρίου κ. τ. λ. Τουτέστι δήλη
αὐτοῦ ἡ γνῶσις· οὐ χρεία διδασκαλίας, φανερὸν
τὸ ὄνομα κυρίου, τοῦ θεοῦ ἡ δύναμις· καὶ δῆ-
λον κἀντεῦθεν, ἐκ τοῦ τοὺς προστρέχοντας αὐ-
τῷ ὑψοῦν.

Ὕπαρξις πλουσίου ἀνδρός, πόλις ἰσχυρά. v. 11.

Ὃ λέγει, τοιοῦτον ἐστιν· οὐκ ἀρκεῖ ὁ πλοῦ- cod. f. 56. b.
τος αὐτοῦ καθ' ἑαυτὸν σῶσαι τὸν ἔχοντα, ἀλλὰ
δεῖ πόλεως ὀχυρᾶς καὶ δόξαν ἐχούσης· ἐν γὰρ
ἀσφαλείᾳ καθίστησι καὶ ἡ δόξα. Ἢ οὕτως· ἡ
ὕπαρξις τῶν δικαίων, καὶ πᾶς ὁ θησαυρὸς αὐ-
τῶν, ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἐκεῖ γὰρ θησαυρίζουσι
τὰ νῦν ἔργα αὐτῶν. «Πρὸ συντριβῆς ὑψοῦται v. 12.
καρδία ἀνδρός.» Ὁρᾷς πῶς ἡ δόξα φορτικὸν,
καὶ καλὸν ἡ συντριβή; ὥσπερ, φησὶ, τῇ ὑπε-
ρηφανίᾳ ἕπεται ἡ συντριβὴ, οὕτω τῇ ταπεινώ-

Cap. XVIII. σει δόξα· οὐ δυνατὸν γὰρ πεσεῖν τὸν μὴ ὑψηλοφρονήσαντα· ἐπεὶ πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπει-
v. 14. νωθήσεται. « Θυμὸν ἀνδρὸς πραΰνει θεράπων φρόνιμος· ὀλιγόψυχον δὲ ἄνδρα τίς ὑποίσει; » Τοῦτό φησιν, ὅτι θυμοῦ χείρων ἡ ὀλιγοψυχία· ἐκεῖνον γὰρ καὶ οἰκέτης, ὁ παῤῥησίαν οὐχ ἔχων ἐξουσίας, δύναται παραμυθήσασθαι· τοῦτον δὲ οὐχί· ἢ ὥσπερ πάρδαλις ἀπορουμένη λέγεται ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ πέτρα σκανδάλου πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, οὕτως καὶ ὀλιγόψυχος ἐπὶ τοῖς πλημμελοῦσιν.

v. 16. *Δόμα ἀνθρώπου ἐμπλατύνει αὐτόν.*

cod. f. 79. a. Ὅτι ἐὰν καὶ οὗτος ἱλαρὸς ᾖ πρὸς τὸ διδόναι, καὶ ἐκεῖνος μὴ πρόχειρος ᾖ πρὸς τὸ λαβεῖν, οὐδὲν ἔσται δεινόν· ἢ, οὐ στενοχωρηθήσεται ὁ διδοὺς πένησιν, ὡς εἷς δὲ τῶν δυναστῶν
v. 17. ἔσται. « Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. » Προήρπασεν, φησίν, αὐτοῦ τὴν πρᾶξιν, ᾠκειώσατο τὸν δικαστήν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς ἄρνησις παροξύνειν εἴωθεν· οὐ μετὰ τοῦ αὐτοῦ σχήματος ἐρεῖ· ὥστε καὶ τῷ προφθάσαι ὁμολογῆσαι, καὶ τῷ μετὰ τοῦ οἰκείου συνειδότος αὐ-
v. 18. τὰ ἀπαγγεῖλαι, ᾠκειώσατο. « Ἀντιλογίας παύει κλῆρος, ἐν δὲ δυνάσταις ὁρίζει πράγματα. » Ἢ τοῦτό φησιν· καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς δυνάσταις ἰσχὺν ἔχει τὰ χρήματα· τοῦτο γὰρ κλῆρος· ἢ ὅτι καὶ οἱ ἄρχοντες οὐκ ἔχοντες τὸν δικάζοντα, κλήρῳ πείθονται τῷ διακληροῦντι αὐτοῖς τὰ πατρῷα· καὶ τὴν προσδοκωμένην δὲ ἀντιλογίαν ὁ Ματθίου κλῆρος ἔπαυσε, καὶ δυνατοῖς ἐπέταξε τοῖς ἀποστόλοις.

v. 19. *Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ἰσχυρὰ καὶ ὑψηλή· ἰσχύει δὲ ὥσπερ τεθεμελιωμένον βασίλειον.*

cod. f. 79. b. Ὁμοφρονοῦντες οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ, ἀδελφοὶ ἦσαν, καὶ ὡς μυρίοις ἕρκεσιν ἠσφαλισμένον βασίλειον ὀχυροὶ ἦσαν· εἷς ὑφ' ἑνὸς βοηθούμενος· ἦσαν γὰρ ὁμοφροσύνῃ· καὶ τὸ ἕνα ὑφ' ἑνὸς βοηθεῖσθαι, ὀχυρωτέρους αὐτοὺς ἀπεργάζεται.
v. 20. « Ἀπὸ καρπῶν στόματος ἀνὴρ ἐμπίμπλησι κοιλίαν. » Λόγων αἰσθητῶν μὴ πληρούντων κοιλίαν, ἀνάγκη τῶν πνευματικῶν τροφῶν τὸ δοχεῖον νοεῖν· ὃ οὐκ ἄνθρωπος ἁπλῶς, ἀλλ' ἀνὴρ
v. 21. πληροῖ. « Θάνατος καὶ ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης. » Θάνατος δὲ γλώσσης, ὅτε φθέγγεται τὰ κακὰ, ἀφιεῖσα τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον· ζωὴ δὲ πάλιν ὅτε ὀρθὰ προφέρει τὰ δόγματα.

Cap. XIX. 4. *Πλοῦτος προστίθησι φίλους πολλούς.*

cod. f. 80. b. Ἢ πλούσιον ἐνταῦθα τὸν συνετόν φησι, πένητα δὲ τὸν ἐναντίον· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, συμβαί-

potest ut cadat, nisi qui alta sapit. Nam quicumque se exaltaverit, humiliabitur. Furorem viri mitigat servus prudens : pusillanimem autem virum quis sustinebit ? » Dicit furore peiorem esse pusillanimitatem. Nam furibundum servus etiam, quamquam nulla potestate fretus, potest placando emendare; pusillanimem vero secus. Vel, quomodo panthera prosiliens dicitur Dominus adversus peccantes, et petra scandali contra incredulos, ita pusillanimis inter peccatores.

Donum hominis dilatat eum.

Si alter hilariter donet, alter ad accipiendum non sit immodice pronus, nihil mali interveniet. Vel, angustias non patietur qui largitur pauperibus, sed tamquam unus de principibus erit. « Iustus sui accusator est initio sermonis. » Praeoccupat, inquit, negotium suum; propitium sibi iudicem facit. Nihil enim tam irritare solet, quam negatio. Non sine vestis mutatione causam dicet. Quamobrem tum praevia confessione, tum propriae conscientiae revelatione, benivolentiam captat. « Contradictiones sedat sors, et inter principes definit negotia. » Vel hoc ait, inter ipsos principes valere pecuniam: haec enim sortis vocabulo intelligitur. Vel quia principes iudice destituti, sorti obtemperant, quae inter ipsos patrimonia dividit. Et quidem mox orituram contradictionem, Matthiae sors sedavit, et ipsis potentibus imperavit apostolis.

Frater a fratre adiutus, tamquam urbs munita et sublimis: et aeque ac regium palatium bene fundatum valet.

Concordi doctrina devincti Christi discipuli, fratres erant, et tamquam plurimis septis circumvallatum regis palatium muniti erant, alter ab altero adiutus. Concordia perstabant, mutuumque auxilium fortiores illos efficiebat. « De fructibus oris vir implet ventrem suum. » Quandoquidem sensibiles sermones ventrem non implent, necesse est spiritalium escarum heic receptaculum intelligere, quod non simpliciter homo, sed sed vir complet. « Mors et vita in manu linguae. » Tunc a lingua mors contingere dicitur, cum perverse illa loquitur, omissa Dei lege. Vicissim vita est, cum recta recitat dogmata.

Divitiae multos addunt amicos etc.

Vel divitem dicit heic pro sapiente, pauperem autem pro contrario. Quod si secus, rem

quidem contingere solitam narrat, non commendat neque probat, sed hac accusatione contentus est rei per se notae. « Multi colunt facies regum etc. » Heic praecepta tradit, et eos qui coluntur dehortatur quominus ab improbis coli se velint. Etenim dedecus inde redundabit: nonnisi si detur pecunia, colit: et si argentum superaddet, turpissimus erit. « Quisquis fratrem pauperem odit, amicitia quoque procul erit. » Nam si ubi natura iubet, non paret, multo magis aliis occasionibus ab amicitia abhorrebit. « Qui autem asperat verba, non salvabitur. » Cupiditatibus turbatae cogitationes animam concitant ad omne malitiae genus, quominus homo salvetur. « Qui prudentiam possidet, amat se ipsum etc. » Qui prudentiam possidet, amabilem se Deo atque angelis praebet. Qui vero ad finem usque conservat prudentiam, bona inveniet, quae nec oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit Deus diligentibus se, prout Paulus ait. Nemo enim bonus appellabitur, nisi talia invenerit bona.

Misericors vir, longanimis: gloriatio autem eius supervenit iniquis.

Vel hoc dicit, quod eo ob illius patientiam, gloriantur iniqui; vel quia hi contra se ipsos gloriantur. Nemo enim gloriari solet adversus longanimem, nisi iniquus. Voluntati enim adiacet operari. « Haud pura vota sunt de mercede meretricis. » Mala de causa non recipitur oblatio; et impurae animae status non est acceptabilis. « A Domino aptatur uxor viro. » Vel hoc dicit, quod Dei officium est coniugium constituere: etenim hoc maioris momenti est quam divitiae. Vel ipsum coniugium ac rem describit. Vel magnum quid ostendere vult, bonam uxorem consequi. Qui custodit mandatum. » Quandoquidem testibus caelo ac terra data fuerunt mandata, idcirco appellantur etiam testimonia. Quamobrem quae illa recepit mens, appellatur testis: quae si eadem mandata abiuraverit, non erit impunis.

Foeneratur Deo, qui miseretur pauperis.

Etiamsi cito non recipias, noli conturbari: quantum differt, tanto auget usuram. Prout autem tibi Deus donaverit; si multum, da multum; sin exiguum, largire exiguum. Veruntamen nec copia nec tenuitas beneficii, a rei collatae mensura definitur. Vel Deo foenerari di-

νον πρᾶγμα λέγει οὐκ ἐπαινῶν, οὐδὲ ἀποδεχό- Cap. XIX.
μενος, ἀλλ' ἀρκούμενος τῇ κατηγορίᳳ ταύτῃ, ὡς
αὐτόθεν ὄντος δήλου· « Πολλοὶ θεραπεύουσι πρό-
σωπα βασιλέων. » Ἐνταῦθα παιδεύει, καὶ ἀπά- v. 6.
γει τοὺς θεραπευομένους μὴ θεραπεύεσθαι ὑπὸ
πονηρῶν· ὄνειδος δὲ ἐπ' αὐτῷ ἔσται φησί· κἂν
χρήματα δῷ, μόνον θεραπεύει· κἂν ἀργύριον
ἐπιδῷ, ἐπονείδιστος ἔσται. « Πᾶς ὃς ἀδελφὸν πτω- v. 7.
χὸν μισεῖ, καὶ φιλίας μακρὰν ἔσται. » Εἰ γὰρ
ἔνθα ἡ φύσις ἐκέλευσεν οὐ πείθεται, πολλῷ
μᾶλλον ἐπ' ἄλλων μακρὰν φιλίας. « Ὃς δὲ ἐρε- cod. f. 81. a.
θίσει λόγους, οὐ σωθήσεται. » Οἱ ἐμπαθεῖς
λογισμοὶ ἐρεθίζουσι τὴν ψυχὴν πρὸς πᾶν εἶδος
κακίας, τοῦ μὴ σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. « Ὁ κτώ- v. 8.
μενος φρόνησιν, ἀγαπᾷ ἑαυτόν. » Ὁ κτώμενος
φρόνησιν, ἀγαπᾶσθαι ἑαυτὸν ποιεῖ ὑπὸ θεοῦ καὶ
τῶν ἀγγέλων· ὃς δὲ φυλάσσει εἰς τέλος τὴν
φρόνησιν, εὑρήσει ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶ-
δεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀν-
θρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς
ἀγαπῶσιν αὐτόν· καθὰ φησὶ Παῦλος· οὐδεὶς γὰρ
ἐγκληθήσεται ἀγαθὸς, μὴ εὑρὼν ταῦτα ἀγαθά.

Ἐλεήμων ἀνὴρ, μακρόθυμος, τό δὲ καύχημα v. 11.
αὐτοῦ ἐπέρχεται παρανόμοις.

Ἢ τοῦτο φησὶν, ὅτι μακροθυμοῦντος, καυ- cod f. 81. b.
χῶνται οἱ παράνομοι· ἢ ὅτι καθ' ἑαυτῶν καυ-
χῶνται οὗτοι· οὐδενὸς γὰρ ἑτέρου ἐστὶν κατα-
καυχᾶσθαι, ἢ τῶν παρανόμων τοῦ μακροθύμου·
τῷ θέλειν γὰρ παράκειται ἐνεργεῖν. « Οὐχ ἁγ- v. 13.
ναὶ εὐχαὶ ἀπὸ μισθώματος ἑταίρας. » Ἀπὸ ibid.
κακῆς αἰτίας οὐ δέχεται προσφορά· καὶ ψυχῆς
ἀκαθάρτου ἡ κατάστασις, ἀπρόσδεκτος· « Πα- v. 14.
ρὰ κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· » Ἢ τοῦτο φη- cod. f. 82. a.
σὶν, ὅτι τοῦ θεοῦ ἐστὶ τὸ καταστῆσαι τὸν γά-
μον· πολλῷ γὰρ μεῖζον τοῦτο ἐκείνου, χρημάτων
λέγω· ἢ αὐτὸν τὸν γάμον φησὶ καὶ τὸ πρᾶγμα,
ἢ μέγα δεῖξαι βουλόμενος τὸ γυναικὸς ἐπιτυχεῖν
ἀγαθῆς. « Ὃς φυλάσσει ἐντολήν. » Ἐπειδὴ ἐπὶ v. 16.
μαρτύρων οὐρανοῦ καὶ γῆς ἐδόθησαν αἱ ἐντολαὶ,
λέγονται μαρτύρια· διὸ καὶ ὁ δεξάμενος αὐτὰ
νοῦς, ὀνομάζεται μάρτυς, ὅστις ψευσάμενος αὐ-
τὰ, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται·

Δανείζει θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν. v. 17.

Κἂν γὰρ μὴ εὐθέως ἀπολάβῃς, μὴ θορυ- ibid.
βοῦ· ὅσον ἀναβάλλεται, τοσοῦτον τὸν τόκον αὔ-
ξει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, οἷον ἐὰν πολὺ ᾖ,
πολύ· ἐὰν ὀλίγον, ὀλίγον· τὸ δὲ πολὺ καὶ ὀλί-
γον, οὐ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων ὁρίζεται· ἢ
θεῷ δανείζει ὡς οἰκειουμένου θεοῦ τὰ εἰς ἐκεί-

Cap. XIX. νον διδόμενα· κατὰ δὲ τὸ δόμα, οἷον κατὰ τὴν
διάθεσιν τοῦ μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης· οὐ
γὰρ τὰ διδόμενα, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν· « Κακό-
φρων ἀνὴρ πολλὰ ζημιωθήσεται. » Ζημιωθήσε-
ται αἴσθησιν καὶ γνῶσιν· ὁ δὲ τῆς κακίας ἑτέ-
ροις μεταδιδοὺς, καὶ τὴν φυσικὴν παρὰ θεοῦ ἔν-
νοιαν ζημιωθῇ, εἰς ἀλογίαν καταπεσών.

v. 20. *Ἄκουε υἱὲ παιδείαν πατρός σου, ἵνα σοφὸς γένῃ ἐπ᾽ ἐσχάτων σου.*

cod. f. 82. b. Πατέρα ἐνταῦθα τὸν Θεόν φησι· παιδείαν δὲ
τὴν πρὸς τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ πολιτείαν καὶ ἐπί-
γνωσιν δηλοῖ. τὸ δὲ ἐπ᾽ ἐσχάτων, οὐ τὸν χρό-
νον σημαίνει, ἀλλὰ τὴν μετὰ τὰς πρακτικὰς
v. 22. ἀρετὰς καθαρότητα. « Καρπὸς ἀνδρὸς ἐλεημο-
cod. f. 83. a. σύνη. » Πρακτικὴν ἀρετὴν ἔχειν μόνην ἄμεινον,
v. 23. ἢ γνῶσιν ἐψευσμένην. « Αὐλισθήσεται ἐν τό-
ποις. » Τουτέστι περιϊὼν πανταχοῦ, τοιοῦτον
v. 24. ἕξει τόπον. « Ὁ ἐγκρύπτων εἰς τὸν κόλπον αὐ-
τοῦ χεῖρας ἀδίκως. » Τουτέστιν ὁ ἁρπάζων καὶ
κλέπτων, ἄκαρπος ἔσται· ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ ὀρ-
θῶς βιοὺς, κρύπτει ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ τὰς
χεῖρας ἀδίκως· αἱ γὰρ πρακτικαὶ ἀρεταὶ χει-
ρῶν ἔχουσι λόγον, τὸν ἄρτον τῷ στόματι ἡμῶν
προσφέρουσαι τὸν ἀπ᾽ οὐρανῶν· οὐ δύναται οὖν οὐδὲ
τὴν ἀρχὴν, οὔτε ὠφεληθῆναι ὀκνηρὸς ὤν. « Ἐὰν δὲ
v. 25. ἐλέγχῃς ἄνδρα φρόνιμον. » Ἐλέγχει δέ τις φρόνιμον
ἢ ἐπιτιμῶν, ἢ τῶν λόγων προσφέρων τὰς ἀποδεί-
ξεις. « Οὐδὲ τῷ στόματι οὐ μὴ προσενείκῃ αὐτάς. »
Ὅρα αὐτοῦ τοῦ σχήματος τὸ ἀκαταγέλαστον.

v. 26. *Ὁ ἀτιμάζων πατέρα, ἐπονείδιστος ἔσται.*

Ibid. Ἀκαθάρτους ἐν ψυχῇ γεννᾷ λογισμοὺς, ὁ μὴ
τὰς ἐντολὰς τηρῶν τοῦ ἐπὶ πάντων πατρὸς,
ἀλλ᾽ ἀπολιπὼν ἑαυτὸν ἐξ αὐτῶν. « Ὁ ἐγγυώ-
μενος παῖδα ἄφρονα, καθυβρίσει δικαίωμα. »
Τὴν ἐγγύην δικαίωμα καλῶν, ἢ τὴν φιλανθρω-
πίαν αὐτήν· ἢ ἀντὶ τοῦ εἰς τὸν νόμον αὐτὸν
ἐμπαροινεῖ. « Στόμα δὲ ἀσεβῶν καταπίεται κρί-
σεις. » Εἰσὶ γὰρ αὐτοκατάκριτοι μὴ ἔχοντες ἀπο-
λογίαν δι᾽ ἣν ἥμαρτον· καταπίνουσι κρίσεις καὶ οἱ
φάσκοντες μὴ εἶναι κρίσιν.

Cap. XX. 6. *Μέγα ὁ ἄνθρωπος κ. τ. λ.*

cod. f. 44. a. Μέγα ὁ ἄνθρωπος καθ᾽ ὃ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ
ἐγένετο· εἰ δὲ προσλάβοι τὸ πρακτικὸν, ἐν ᾧ τὸ
ἐλεεῖν, ἀνὴρ τίμιος γίνεται· τὸν δὲ ἐν πίστει
v. 7. καὶ ἐπιστήμῃ τοῦτο ποιοῦντα, ἔργον εὑρεῖν. « Μα-
cod. f. 84. b. καρίους τοὺς παῖδας αὐτοῦ καταλείψει. » Ὁ φυ-
λάσσων τὰ πρὸς Θεὸν καὶ πρὸς ἀνθρώπους δί-
καια, τοὺς ἀκούοντας αὐτοῦ καὶ ἑαυτὸν σώσει.
v. 9. « Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν;

cit, quia Deus sibi propria aestimat, quae in pauperem conferuntur. Prout datum fuerit, secundum animi affectum: non cum tristitia dantis vel ex necessitate. « Malae mentis homo, multa damna patietur. » Sensu nimirum et scientia multabitur. Qui vero aliis quoque malitiam suam impertitur, naturali quoque intelligentia a Deo spoliabitur, atque in vesaniam incurret.

Audi, fili, disciplinam patris tui, ut sapiens sis in extremis tuis.

Patrem hoc loco Deum dicit; disciplinam autem, vitae ad illius praecepta exactam rationem et instructionem esse ostendit. Extrema autem, non de tempore dicit, sed de consequente practicas virtutes munditie. « Fructus viri eleemosyna. » Practicam virtutem vel solam habere satius est, quam falsam scientiam. « Morabitur in locis. » Postquam quaqueversus circumiverit, talem nanciscetur stationem. « Qui abscondit in sinu suo manus iniuste. » Id est qui rapit aut furatur, fructu carebit. Sed et ille qui recte non vivit, manus inique in anima sua abscondit. Nam practicae virtutes manuum instar sunt, quae caelestem panem ori nostro admovent. Nullo igitur tempore utilitatem capere potest piger. « Si autem corripueris virum prudentem. » Vel obiurgando, vel sermonis argumenta proferendo. « Neque ori admovebis manus. » Videsis non irridendam schematis huius rationem.

Qui patrem inhonorat, probrosissimus erit.

Impuras in animo generat cogitationes, qui universalis patris mandata non servat, sed ab illis semet sequestrat. « Qui spondet pro puero stulto, iuri iniurius erit. » Sponsionem pro iure dicit vel benignitate ipsa. Vel pro, legem ipsam ludibrio habet. « Os autem impiorum devorat iudicia. » Ipsi enim de se sententiam tulerunt, defensione omni peccatorum carentes. Devorant iudicium ii etiam, qui iudicium esse negant.

Magnum quid, homo etc.

Magna res homo, quatenus ad Dei imaginem factus. Quod si et practicam vitam susceperit, cuius est pars virtus misericordiae, tunc fit pretiosus vir. Sed enim qui ita fideliter sapienterque se gerat, aegre invenitur. « Beatos filios suos relinquet. » Qui ius divinum humanumque observat, auditores suos seque ipsum salvabit. « Quis gloriabitur castum se habere

cor? » Duplex est improbitas virtuti opposita, quae quidem partim est theoretica, partim practica. Iam vocabulum « quis » de raritate ponitur: rarum est enim invenire aliquem actu et cogitatione purum. Significat item impossibilitatem; velut ibi: si Deus pro nobis, quis contra nos? Significat quoque interrogationem, velut: quis est iste rex gloriae? Denique significat etiam individuum, velut: homo quidam (τὶς) erat nobilis. « Pondus magnum et parvum. » Dolosus animi habitus, bona verba habens, actum vero impurum. Vel cuiusvis rei excessus et defectus.

A Domino diriguntur gressus viro.

Nequit mortalis, id est peccator, vias Domini scire; quia mortalis cum sit, neque cum Christo commortuus est, neque convixit. Etenim in itinere ad regnum caelorum, a Domino diriguntur gressus hominis. « Lex Domini, spiraculum hominum; et lucerna, quae scrutatur penetralia ventris. » Ait: nihil, etsi intimum, Deo esse obscurum. Sed et ipsa anima, quam ille scrutatur, lucis instar est coram Deo, ceu si ipsa huic cum accensa lucerna appareret.—Domini lux, causa vitae est rationalibus; nam vita erat lux hominum. Deinde spirans in hominis faciem Deus, fecit eum animam viventem: cui luci par lucerna scrutatur occultos morbos, illuminando. Lucerna est etiam lex, paedagogus noster ad Christum. « Eleemosyna et veritas thronum eius cum iustitia circumsistent. » Namque ubi veritas atque iustitia, nihil iniquum. Qui has itaque habet virtutes, ab eis custoditur. « Ornamentum adolescentibus sapientia. » Quaenam itaque superest naturae ipsi gloria? Aut quis senex hunc ornatum non habet? Vel hoc dicit: sicut hunc canities facit venerabilem, ita illum sapientia. « Livores et contritiones contingunt improbis. » Non in vultu tantum sed in corde etiam vulnerantur improbi. Porro vultus quidem sanari, cor tamen nequaquam potest, quod intra penetralia est. Vel quod illorum poenae usque ad animae profunditatem pertingunt: hae sunt enim ventris cellae. Nunc vitiosos habitus intellige pro cellis: nam mentis quoque sententia punienda est in homine pravo.

Sicut impetus aquae, ita cor regis in manu Dei.

Quoniam multa de regibus dicta fuerunt, nunc demonstratur quomodo facile Deus, qui est illis validior, prout voluerit circum-

Διττὴ ἡ κακία ἀπεναντίας τῇ ἀρετῇ· ἧς ἡ μὲν, Cap. XX.
θεωρητική· ἡ δὲ, πρακτική· τὸ δὲ τίς, ἐπὶ
τοῦ σπανίου· σπάνιον γὰρ εὑρεῖν τινὰ πράξει καὶ
θεωρίᾳ καθαρόν· σημαίνει καὶ τὸ ἀδύνατον· ὡς
ἐν τῷ, εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν;
σημαίνει καὶ πεῦσιν· τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς
τῆς δόξης; δηλοῖ καὶ τὸ ἄτομον· ὡς τὸ, ἄν-
θρωπος τὶς ἦν εὐγενής. « Στάθμιον μέγα καὶ v. 10.
μικρόν. » Διάθεσις δολερὰ, λόγον ἔχουσα χρη- cod. f. 85. b.
στὸν, καὶ πρᾶξιν ἀκάθαρτον· ἢ παντὸς πράγ-
ματος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις.

Παρὰ κυρίου εὐθύνεται τὰ διαβήματα ἀνδρί. v. 24.

Οὐ δύναται θνητὸς, τουτέστιν ἁμαρτωλὸς, ibid.
ἐννοῆσαι τὰς ὁδοὺς κυρίου· ἐπειδὴ θνητὸς ὢν,
οὐ συναπέθανε καὶ συνέζησε τῷ Χριστῷ· πρὸς
γὰρ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τοῦ πορευθῆ-
ναι, παρὰ κυρίου εὐθύνεται τὰ διαβήματα ἀν-
θρώπου. « Φῶς κυρίου, πνοὴ ἀνθρώπων, καὶ v. 27.
λύχνος ὃς ἐρευνᾷ ταμιεῖα κοιλίας. » Τοῦτο λέ- cod. f. 86. a
γει, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ σκοτεινὸν ἔνδον· ἀλλὰ καὶ
αὐτὴ ἡ ψυχὴ, ἡ ἐρευνωμένη αὐτῷ, φῶς ἐστι
τῷ θεῷ, ὥσπερ ἂν εἰ αὐτὴ παραφανείη καὶ ἅπ-
τοι λύχνον. Τὸ τοῦ κυρίου φῶς, ζωῆς αἴτιον
τοῖς λογικοῖς· ἡ ζωὴ γὰρ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώ-
πων· ἑξῆς ἐμπνεύσας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἀν-
θρώπου ὁ θεὸς, ἐποίησεν αὐτὸν εἰς ψυχὴν ζῶ-
σαν· ᾧ φωτὶ κατάλληλος λύχνος ἐρευνᾷ τὰς κε-
κρυμμένας νόσους, φωτίζων· λύχνος δὲ καὶ ὁ
νόμος, παιδαγωγὸς ἡμῶν γενόμενος εἰς Χρι-
στόν. « Ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια περικυκλώσ- v. 28.
ουσιν ἐν δικαιοσύνῃ τὸν θρόνον αὐτοῦ. » Ὅπου
γὰρ ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, οὐδὲν ἄδικον· Ὁ
ταύτας οὖν ἔχων, φυλάττεται ὑπ' αὐτῶν. « Κό- v. 29.
σμος νεανίαις, σοφία. » Καὶ ποία οὖν δόξα τῆς
φύσεώς ἐστι; ποῖος δὲ πρεσβύτερος τοῦτο οὐκ
ἔχει; ἢ τοῦτο φησὶν, ὥσπερ τοῦτον ἡ πολιὰ
ποιεῖ αἰδέσιμον, οὕτως ἐκείνους ἡ σοφία. « Ὑπώ- v. 30.
πια καὶ συντρίμματα συναντᾷ κακοῖς. » Οὐχὶ
τὴν ὄψιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν καρδίαν πλήτ-
τονται οἱ κακοί· αὕτη μὲν γὰρ καὶ θεραπευθῆναι
δύναται, ἐκείνη δὲ οὐχί· ἐν γὰρ τοῖς ταμιείοις
ἐστίν· ἢ ὅτι καθάπτονται αὐτῶν αἱ τιμωρίαι μέ-
χρι βάθους ψυχῆς· τοῦτο γὰρ ταμιεῖα κοιλίας·
ἕξεις δὲ νῦν μοχθηραὶ, ταμιεῖα· καὶ διὰ γνώμην
γὰρ κολαστέος ὁ φαῦλος.

Ὥσπερ ὁρμὴ ὕδατος, οὕτως καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ θεοῦ. Cap. XXI. 1.

Ἐπεὶ πολλὰ περὶ βασιλέων διελέχθη, δείκ- cod. f. 86. b.
νυται τὸν ἐκείνων ἰσχυρότερον, ὡς εὔκολον αὐ-
τῷ περιτρέπειν οὗ ἂν βούληται, ὥσπερ ὁρμὴν

Cap. XXI. ὕδατος περιάγει πανταχοῦ· καί τοι οὐδεὶς ἂν
αὐτὸν ἐκκλίνειε διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος· ἢ
οὕτως· τὴν ἐν χειρὶ Θεοῦ καρδίαν, τουτέστι τὴν
ἐν τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ ἀναστρεφομένην, οὐκ
ἔστι δυνατὸν ἐπισχεῖν· εἰς οὐδὲν γὰρ νεύων κα-
κὸν, κατευθύνεται ᾗ ἂν θέλῃ Θεὸς, ὥσπερ ὁρ-
μὴ ὕδατος πανταχοῦ εὐοδοῦται.

agat, haud secus quam aquae cursus quaqueversus flectitur: quamquam regis cor nemo alius, propter potentatus magnitudinem, inclinaret. Vel sic. Cor quod in manu Dei est, videlicet quod in negotiis Dei versatur, cohiberi omnino nequit: namque ad nullum inclinans malum, illuc dirigitur quo Deus voluerit, sicut aquae cursus in quamvis partem derivatur.

v. 9. *Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, ἢ ἐν κεκονιαμένοις μετὰ ἀδικίας.*

Melius est habitare in angulo sub dio, quam in dealbatis domibus cum iniquitate.

cod. f. 87. a. Ὕπαιθρος γωνία, πρᾶξις κρυφία, θεωρίας ἀπ-
τομένη, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης φω-
τίζεται· οἶκος δὲ κεκονιαμένος, κακία ἀρετὴν ὑπο-
v. 11. κρινομένη « Ζημιουμένου ἀκολάστου, πανουργότε-
ρος γίνεται ὁ ἄκακος· » Τιμωρουμένων κακῶν σω-
φρονίζεται ὁ ἀμαθὴς καὶ νήπιος· οὕτω καὶ ὁ δί-
καιος ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ νίπτεται τὰς
χεῖρας· τὰς πράξεις αὐτοῦ τῇ ἐκείνου τιμωρίᾳ
καθαίρων· οὕτως καὶ αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ
v. 16. αἵματι τοῦ Ἀχαάβ. « Ἐν συναγωγῇ γιγάντων
cod. f. 88. a. ἀναπαύεται. » Γίγαντας οἶδεν ἡ γραφὴ τοὺς πονη-
ροὺς καλεῖν, τοὺς φαύλους, τοὺς θρασεῖς, τοὺς
θεομάχους· μετ' ἐκείνων ἀριθμηθήσεταί, φησιν. Ἢ
οὕτως· ὁ σφαλλόμενος περὶ τὴν τοῦ κτίσαντος
θεοῦ δικαιοσύνην, ἐν συναγωγῇ τῶν θεομάχων
ἀναπαύσεται· συναγωγὴ δὲ, ἡ κακία καὶ ἡ ἀγνω-
v. 23. σία· « Ὃς φυλάσσει τὸ στόμα αὐτοῦ κ. τ. λ. »
cod. f. 89. a. Εἰ ὁ ἀγαπῶν τὸν πλησίον φυλάσσει νόμον, ἡ
ἀγάπη τῷ πλησίον οὐδὲν κακὸν ἐργάζεται· « Ὃς
μνησικακεῖ, παράνομος. » Ὁ μεμνημένος τῶν ἁμαρ-
τημάτων, μισεῖ τὸν πλησίον· οὐκοῦν παράνομος·

Angulus subdialis, actio occulta est, cum meditatione, quam sol iustitiae illuminat. Domus vero dealbata, improbitas virtutem simulans. « Flagitioso multato, fit cautior qui innocens est. » Punitis improbis, docetur temperantiam indoctus et simplex. Sic etiam iustus in sanguine peccatoris lavat manus; actus nimirum proprios post illius poenam purificans. Sic et meretrices in Achaabi sanguine laverunt. « In synagoga gigantum requiescet. » Gigantes solet scriptura appellare homines scelestos, detestabiles, feroces, Dei hostes. Cum illis, inquit, connumerabitur. Vel sic. Qui a creatoris Dei iustitia aberrat, in hostium Dei coetu versabitur. Synagoga autem, improbitas est et inscitia. « Qui os suum custodit etc. » Si is qui proximum amat, legem observat, caritas certe nihil mali proximo facit. « Iniuriarum memor, iniquus est. » Qui offensarum meminit, odit proximum. Est ergo iniquus.

v. 28. *Ἀνὴρ ὑπήκοος φυλασσόμενος λαλήσει.*

Vir obediens custodia detentus loquetur.

cod. f. 89. b. Τουτέστι κἂν ὑπήκοος ᾖ, φυλάσσεται δὲ, δυ-
νήσεται μετέχειν παῤῥησίας. Ἢ οὕτως· παρα-
νομοῦντος τοῦ ψευδομάρτυρος, ὁ τῷ νόμῳ κατα-
v. 29. πειθὴς φυλασσόμενος λαλήσει· « Ἀσεβὴς ἀνὴρ
ἀναιδῶς ὑφίσταται προσώπῳ. » Ἁμαρτάνων γὰρ
εἰς Θεὸν, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀναίδειαν τῷ προσώπῳ
δηλοῖ, μηδὲν ἔχων εὐλαβὲς ἢ κατεσταλμένον· ὁ
δὲ εὐθὴς, κατ' εἰκόνα ἐστὶ τοῦ θεοῦ· « Ἵππος
v. 31. ἑτοιμάζεται εἰς ἡμέραν πολέμου· » Ἵππον λε-
κτέον τὸν προφορικὸν λόγον, ὃν ἑτοιμαστέον πρὸς
τὰς αἱρέσεις· τὸ εἰς ἡμᾶς γὰρ ἧκον ποιήσαντες,
νίκην παρὰ θεοῦ χορηγούμεθα, τοῦ ἀπολλύντος
τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν· ἢ ἵππον, τὸν νοῦν· κατὰ
τὸ, ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου.

Id est etiamsi obediendo sit obnoxius, et custodia teneatur, fiduciam tamen conservare poterit. Vel sic. Falso teste improbe se gerente, is qui legi obediens est, in custodia loquetur. « Vir impius procaciter obfirmat vultum suum. » Dum enim in Deum peccat, suam adversus illum impudentiam vultu significat, nihil habens verecundum aut bene compositum. At homo rectus, Dei imaginem servat. « Equus paratur ad diem belli. » Equus dicendus est, sermo externus qui adversus haereses parandus est. Nam si pro virili parte agemus, victoriam a Deo impetrabimus, qui sapientium sapientiam perdit. Vel equum dicit mentem, iuxta illud: ascendes super equos tuos.

Cap. XXII. 9. *Νίκην καὶ τιμὴν περιποιεῖται ὁ δῶρα δούς.*

Victoriam et honorem adquirit qui munera dat.

cod. f. 91. a. Δῶρα τοῦ ἀνθρώπου τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς
ὀνομάζει, δι' ὧν νικῶν τὸν διάβολον, τίμιον

Dona hominis animae virtutes nominat, quibus diabolum superans, pretiosum se Deo red-

dit, suamque animam a daemonum possessu vindicat. « Oculi Domini conservant sensum. » Super quem enim, inquit, respiciam nisi super mansuetum et quietum et trementem verba mea? Vilipendit autem sermones vir iniquus. » Viden quomodo impiorum sit providentiam quoque accusare, et rectam rerum constitutionem, dum nolunt legibus obedire? Iam si Deus sapienter cuncta administrat; id enim valent verba, oculi Domini conservant sensum; sensus autem est legis observantia, et vita ad rationis normam acta; cur quidam genealogiarum superstitiones exercent, quod sine scelere facere nequeunt?—Animadverte, quomodo principes moneat, quominus praecipuam regnandi fiduciam sive in subditorum obedientia, sive in metu, sive in suppliciis reponant, sed in suorum sermonum vi ac prudentia. Deinde illos non his modo monitis hortatur, verum etiam divinae providentiae mentione.

Tu vero tripliciter ea tibi describe.

